BIBLIOTHECA ANATOMICA.

QUA

SCRIPTA AD ANATOMEN ET PHYSIOLOGIAM FACIENTIA A RERUM INITIIS RECENSENTUR.

AUCTORE

ALBERTO von HALLER

DOMINO IN GOUMOENS LE JUX ET ECLAGNENS.
PRÆSIDE SOCIETATIS REGIÆ GOETTINGENSIS; PRÆSIDE SOCIETATIS OECONOMICÆ BERNENSIS; SODALI ACADEMIÆ REGIÆ SCIENTIARUM PARISINÆ; ACADEMIÆ REGIÆ CHIRURGORUM PARIS. ACADEMIÆ IMP. NAT. CUR. BORUSS. SUEC. BONON. ARCADICÆ; SOCC. REG. BRIT. BATAVICÆ. BOT. FLOR. BAVARICÆ. HELVETICÆ. COLL. MED. EDINBURGENSIUM.
IN SUPREMO SENATU REIP. BERNENSIS DUCENTUM VIRO.

TOMUS I.

AD ANNUM MDCC.



TIGURI, apud ORELL, GESSNER, FUESSLI, ET SOCC.
MDCCLXXIV.

PRÆFATIO.

Hanc *Bibliothecæ Medicæ* partem anno 1770. vertente abſolvi, neque mora, quam paſſa eſt, ei detrimento fuit: per eam enim factum eſt, ut quæ acceſſiones paſſim mihi obtigerunt, eas fere omnes, ipſum in opus inferre licuerit. Scopus idem mihi fuit, qui in Botanica parte, tantum ut aliquanto uberius peculiares cujusque ſcriptoris adnotationes & inventa propria recenſuerim. Diſputationum & minorum libellorum lætior fuit ſeges, quæ potius ubertate peccaret minutiarum: neque tamen ſuſtinui omittere, quæ anatomici aut phyſiologici eſſent

eſſent argumenti, cum in iis, quos non vidi, libellis aliqua poſſint utilia latere poſteriſque profutura.

Quæ de anima ejusque facultatibus ſcripta ſunt, ea non tota repudiavi, tamen ut in iis parcior eſſem, neque enim infinitum illum philoſophorum & metaphyſicorum exercitum putavi huic Bibliothecæ recte immiſceri. Peccavi forte, quod admiſerim aliqua; peccavi quod non omnia: mediocritatem enim aliquam ſecutus, fere ea recenſui, quorum mihi copia eſſet, aut quæ alioquin publicas laudes meruiſſent. In chemicis præverti hactenus partem Bibliothecæ ultimam, quod ea experimenta non potuerim omittere, quæ faciunt ad humores animalis corporis. Ita de animalium hiſtoria aliqua præmiſi, ſi quando ad partes animalis, adve ejus fetus, tempora partus, lac, aut humores aliqua utilia docerentur. Ita fiet, ut ſubinde aliqua repetantur: verum id vitium minus exiſtimavi, quam foret negligentia librorum ad phyſiologiam utilium.

Non exiguam partem librorum ad rem anatomicam ſpectantium me fugiſſe minime diſſimulo, qui dudum conqueſtus ſim de mea paupertate. In urbe modica, deſtitutus Bibliothecarum publicarum auxilio, vix habui præter meam, non ampliſſi-

plissimam suppellectilem, unde de libris certa judicia haurirem. Titulos coactus sum passim ex catalogis sumere, neque in eo studio vitia possunt evitari. In Hispanicis libris subvenit mihi amplus catalogus a Viro Ill. Antonio Cap. de Villa mecum communicatus; de aliis gentibus video exilia mihi fuisse præsidia. Quare facile erit his addere: & si aliqua in hoc opere est utilitas, non adeo in plena ubertate fuerit, quam quidem in judiciorum ingenuitate, quæ vehementer studui, ut adfectu pura, rem ipsam absque fuco repræsentarent, tantum ut mitiori sententiæ etiam hic, & in superstitibus præsertim Scriptoribus, lubens indulserim.

Debilis valetudo crebrique morbi intercesserunt, ne possem ubique accuratam curam emendandis vitiis adhibere, cum sæpe mihi in lecto, omni librorum usu destituto hac emendatione necesse fuerit defungi. Ita factum est, ut Antonii Meniot opuscula demum ad annum posthumæ editionis recenseantur, quæ oportuisset ad annum 1662. dici, quo prima dissertatio Cl. viri prodiit; neque dubito quin alia ejusmodi vitia irrepserint.

Hac opportunitate propero, ut aliquos in *Bibliotheca Botanica* commissos errores indicem, & castigem. In Asseleri

viri

viridario Adriatico fraudi fuit mihi *viridarii* titulus: nihil enim omnino in eo libello argumenti eſt Botanici, ut ſero nimis libellum inutilem nactus, invitus comperi.

Ita neque in BEDÆ opere, quod citavi, quidquam eſt botanici.

In eadem *Bibl.* inque T. I. l. penult. lege PAUL ÆGIN. quam vocem typographus corrupit, ut BREG legatur.

Antonium de SGOBBIS legere oportet T. I. p. 356.

Cl. ERXLEBEN fragmenta methodi naturalis recenſuit. non OEDERI claſſes; ſic vero ſonabant voces Cl. viri, ut facillimum legenti fuerit in errorem incidere. Exſcripſiſſe OEDERUM non dixi.

In LINNÆUM (*) non fui injurius. Scripſit vir ILL. primo anno folia, altero bracteas, tertio perianthium, quarto petala, quinto ſtamina, ſexto piſtillum naſci. Monui eam annorum ſucceſſionem locum habere non poſſe, cum hæ omnes plantæ partes in herbis aut primo anno, aut certe ſecundo,

(*) In *Amœnit. Acad.* p. 328. 330. 332. 334. 336. 337.

cundo, in arboribus etiam, perſicis potiſſimum, dudum ante ſextum annum perficiantur.

Vitia indicis typographica numeroſa video, inter ea eſt Jacobi Basieri nomen, quod in ipſo opere recte ſcripſi.

Errores nemo vitavit unquam, in longo opere etiam minus, in quo neceſſe ſit aliis fidem adhibere, neque poſſis Tuis oculis ubique uti. Id eſt cavendum, ne malignitas, aut vitioſa voluntas, unquam nos a veri tramite abducat.

Sed neque mihi id ſtudium, is præcipuus mei laboris ſcopus fuit, quod vulgo Bibliographiam vocant, ut accurate editiones inveſtigentur, comparentur, externæ illæ in mole, in typo, in annis notæ definiantur. Non repudio hanc curioſitatem, exigua tamen ejus mihi quidem utilitas videtur. Finis mihi fuit oſtendere, quid quivis auctorum ſibi propriæ haberet laudis, quid rectius vidiſſet, quid primus. Denique ut aliquem eorum guſtum darem, quæ poſſent ab eo libro exſpectari. Bibliographia multo uberiorem poſtulaſſet Bibliothecam, Ego me in iis continui, quæ ipſe poſſem præſtare meos per labores. Quos non ipſe legi, eos ſcriptores dimiſi abſque ullo

lo indicio eorum, quæ haberent propria, niſi quod nonnunquam Cl. Portalii indicatione ſim uſus, quem citare nunquam neglexi, & cujus nupera volumina auctario materiem ſubpeditabunt, quæ necdum acceperim.

Lente hic primus Tomus prodiit, aliquanto ut ſpero expeditius alter, qui totus ad prelum paratus ſit.

Ita vale Lector benevole, & in ſene medios inter dolores ſcribente, interque inſomnes noctes, humanus vitia excuſa, quæ vitare non licuerit. Errores typographici alteri Tomo ſubjungentur.

Bernæ, die 23. Mart. 1774.

BIBLIO-

BIBLIOTHECA ANATOMICA.

LIBER I.

GRÆCI.

§. I. *Primordia Anatomes.*

Non perinde antiquam fuisse Anatomen, ut quidem herbarum fuit peritia, ex ipsa re manifestum est. Interiora animalium nondum homini perspecta fuerunt, quam diu inermis & instrumentis destitutus neque feras bestias devicit, ut in cibum verteret, neque domestica animalia suo imperio subjecit, quæ mactaret, ut eum fames juberet & necessitas. Subito vero neque arcus inveniri potuit, qui omnium primævos mores retinentium gentium commune est præsidium: & si lapidibus aliquando feras homo superavit, non ideo cruentis manibus eas lacerasse videtur, antequam cultri, certe lapidei, inventi fuissent. Alias etiam ostendi, serius domesticorum animalium servitutem inventam esse, multoque minus late per barbaras gentes patere.

Prima adeo Anatomes incunabula in ea tempora pono, in quibus armatus homo devictarum ferarum carnibus ad cibum usus est: alteram periodum, quando cicurata animalia in alimentum convertit. Nihil hic certi est, sed primævæ gentes parcæ fuerunt in animalibus mactandis, aque laniena vetustissima illa artium mater Ægyptus tota aversa fuit. Exstat etiam in PORPHYRIO testimonium, PYGMALIONIS demum ævo primum mortalem carnes victimarum casu degustasse, eum tamquam impium a PYGMALIONE de rupe esse præcipitatum, tum alterum qui in sacerdotio ei successisset (*a*): veteres Græcos nullum animal occidisse (*b*). Primum a SOPATRO bovem esse occisum, quod

(a) L. IV.
(b) Ibidem.

quod ſacra libamina corrupiſſet (*c*), prima animalia ab HYPERBIO Martis filio mactata (*d*). Sed carnis porro dulcedine captos homines contra ſeveriſſimas leges crudelibus deliciis indulſiſſe idem addit PORPHYRIUS. In S. S. poſt diluvium primum exemplum mactati animalis in ABRAHAMI vita reperitur, ut tamen rem eo ævo non novam fuiſſe facile ex ipſo ſacri ſcriptoris ſermone perſpicias. Antiquiſſima equidem ſacrificia fuerunt, intra primum ab orbe condito ſeculum. Verum nihil indicat de ea victima hominem ſibi quidquam adrogaſſe, quam, tamquam ſuorum bonorum partem DEO debitam obtuliſſet.

§. II. *Laniena. Prima Anatome.*

Non derogaverit nobilis artis dignitati, ſi primam ejus originem ab inciſis pro humanis uſibus animalibus repetierimus: ea adhuc noſtro ævo popularis eſt, apud omnes gentes, anatome, dum pauci, & in pauciſſimis gentibus, mortales ultra quidquam quærunt, aut curioſitatem in ſubtiliori corporum diſſectione exercent. Non alia fuit Chimenſis anatomes origo, quorum icones manifeſtiſſime ad ſuis interanea delineatæ videntur, ex acutis & numeroſis hepatis lobis, & ex ſimplici ventriculo; eas vero icones ex antiquiſſimis ejus gentis operibus *Andreas* CLEYER depictas dedit. Ea Anatome anguſtis equidem finibus circumſcribitur, cerebrum, cor, pulmones, ventriculus, hepar, lien, inteſtina tenuia, & alia craſſiora, veſica, renes, uterus: deinde carnium, tendinum, nervorum, vaſorum magnorum aliqua cognitio ex eodem fonte potuit manaſſe (*e*).

§. III. *Victimæ.*

Antiquiſſimus mos eſt ſacrificiorum, perantiquus, & ſi aliquanto nuperior, inſpectionis viſcerum, ex qua felicia, aut minus fauſta præſagia vetuſtæ nationes captaverunt, non ſoli Chaldæi (*f*) aut demum Japetigenæ ſoli, Græcive, ſed toto orbe remoti Peruviæ incolæ. Ejus extiſpicii prima origo videtur a deſiderio nata eſſe, nihil DEO offerendi, niſi quod perfectiſſimum eſſet; inde vero nata ſpe, tunc placatum fere numen, quando victima perfectiſſima fuerit: denique metu male reconciliati numinis, ſi parum ſana fuiſſet, quæ offerebatur, beſtia.

Hepar (*g*) vel potiſſimum veteres illa ætate (*h*) inſpexerunt, iis tamen uſi nominibus, quæ non facile ſit interpretari, capitis, enſis, menſæ (*i*), unguis.

(c) L. I.
(d) PLIN. *hiſtor. nat.* L. VII.
(e) *Spec. med. Sin.*
(f) Ad hos referes GREGORIUM NAZIANZENUM HARTMANN *perit. vet.* Hetruſcis CICERO, alii PROMETHEO tribuerunt.
(g) SUIDAS.
(h) EZECHIEL Cap. XXI. verſ. 26.
(i) Apud RUFUM, qui negat in homine aliquid ſimile reperiri p. 38. Apud NICANDRUM *theriac.* reperitur τράπεζα in jecore aprugno p. 559. 560.

unguis. Portæ non aliam originem habuerunt (*k*). Caput hepatis desiderari pro infaustissimo signo habeatur (*l*).

Sed paulatim & ad reliqua viscera curiositas (*m*) sacerdotum se extendit: cor Romani demum Pyrrhi tempore speculari ceperunt (*m**). Ipsæ denique omoplatæ osseæ avium & agnorum ad divinationem adhibitæ fuerunt, de quibus proprius MICHAELIS PSELLI liber exstet (*n*), & quam divinationem Arabes proprio nomine *aktaf* insigniverint (*o*).

Ministri extispicum ii ipsi coqui fuerunt (*p*), quorum aliqua in deglubendis & aperiendis animalibus, inque eorum bono malignove statu dijudicando peritia exspectabatur. Cor evellere, e lege, pro artificiosa habebatur administratione (*q*).

Peruviani paulo ultra sectionem simplicem progressi, per asperam arteriam flatum in pulmonem impellebant, & sua præsagia captabant (*r*), ut venæ pulmonis tumescerent. Præsecta medulla spinali animal concidere innotuit, cum eo potissimum vulnere boves DIIS oblatos enecare moris esset (*s*). Ipsi Hottentotti, non celebres artifices, animalia dum occidunt, curiose speculantur, & cordis motum adtenti contemplantur (*t*).

§. IV. *Victimæ humanæ.*

Crudelissima superstitionum id tamen hactenus habuit ad incrementa facturum Anatomes, quod in homine ea ostenderit, quæ priora illa extispicia in animalibus. Perantiquum vero fuit, & apud plerasque gentes, homines immolare, sive ut carorum amicorum necem superstites vindicarent, sive ut DEOS placarent, quoties illos præter modum iratos esse ex publica aliqua calamitate persuadebantur. CELTÆ (*u*) hominem immolantes ex sanguinis fluxu, ex membrorum laceratione, futuros eventus prævidebant. LUSITANI (*x*) ex intestinis hominum divinabant. SCYTHÆ (*y*) hostes excoriabant, pelles circumferebant, craniis siccatis ad poculorum modum utebantur: quæ quidem crudelitas apud Longobardos superfuit.

 Mexi-

(k) HESYCH.
(l) PLIN. L. XI. n. 73.
(m) v. HARTMANN.
(m*) PLINIUS L. XI. n. 71.
(n) In *B. Vindobon.* LAMBEC. L. VII. p. 224.
(o) HERBELOT. *Bibl. Or.*
(p) ATHENÆUS L. XIV.
(q) GALEN. *Plac. hipp. & Plat.* L. VI.
(r) LAMBERT. *hist. des peupl.* L. XIII. p. 294.
(s) ORIBAS. L. XXXIV.
(t) KOLBE P. I p. 323.
(u) DIODOR. SICUL. L. V. c. 9.
(x) STRABO L. III.
(y) HERODOT. L. IV.

Mexicani perinde incidebant, quos ſuis Dæmonibus numeroſiſſimos captivos offerebant.

Apud Græcos de ejusmodi divinatione etiam JULIANI ævo (z) ſuperſtite Chriſtiani conquerebatur: apud Romanos poetæ (*a*). Huc referas cæterum ARISTOMENIS (*b*) Meſſenii a Spartanis victoribus inciſi cor hirſutum. Num huc pertineat liber de divinatione ex membris corporis humani, cujus codex græcus in *Bibliotheca Vindobonenſi* exſtat, HERMETI TRIMEGISTO adſcriptus (*c*)? Anthropophagiam quidem hic omitto, cum eæ gentes ab omnibus bonis artibus alienæ fuerint, quæ hoſtes ſuos devorant.

Cum hiſce immanitatis exemplis ARISTODEMI (*d*) facinus conjungam. Dux Meſſeniorum, cum pro ſalute patriæ virginem Diis oporteret immolare, propriam filiam fortiſſimus vir obtulit. Eam procus neci erepturus ajebat a ſe vitium paſſam utero gerere, neque Diis placandis poſſe offerri. Ferociens amore patriæ parens propriæ filiæ alvum aperuit, & oſtendit, utero eſſe intemerato. Quod primum & antiquiſſimum forenſis medicinæ exemplum fuit. Parum ab iſto extiſpicio differt alterum exemplum, CYDONIS, Cretenſis, cujus filiam, oraculo & ſorte jubente ad necem publicam deſtinatam, LYCASTUS fato amatam puellam erepturus, & ipſe gravidam eſſe adfirmabat. Incidi juſſit immanis parens: partibusque ſupra umbilicum patefactis, vere utero gerere deprehenſum eſt.

Non ſeparo CAMBYSIS (*e*) inhumanitatem, qui inciſo, quem ſagitta occiderat, juvene, gloriatus eſt, ſe ex deſtinato cor ſagitta feriiſſe.

§. V. *Cadaverum conditura.*

Antiquiſſimus hic Ægyptiorum ritus fuit, quorum maxima eſſet erga mortuos reverentia: ſepulchra enim omnibus palatiis ſplendidiora in ea regione exſtructa ſuperſunt. Solebant autem cadavera incidere, non unicus (*f*), & qui aufugeret paraſchiſtes, ſed duo (*g*) omnino, quos in ipſo perantiquo lapide videas ſtudioſe in opere verſari, ut alter abdomen, pectus alter incidat. Huic inciſioni olim GALENUS (*h*) multum Ægyptios debuiſſe auctor eſt, in ea parte medicinæ, quæ manu medetur. Video ut SCHULZIUS hanc Ægyptiorum anatomen elevet, improbabili abuſus HERODOTI narratione: quantum enim laboris in cadaveribus ornandis & longiſſimo linteaminum ſyrmate involvendis

(z) GREGOR. NAZIANZ. *Orat.* III. adverſ. JULIANUM.
(a) JUVENALIS *Satyr.* VI.
(b) PLIN. L. XI. STEPH. *de urbib.* in *Andania.*
(c) LAMBEC. L. VI. p. 166.
(d) PAUSAN. L. IV. MESSEN.
(d*) PARTHENIUS *Eroticor.* n. 35.
(e) HERODOT.
(f) HERODOTUS L. II. DIODORUS SICUL. I. c. 9.
(g) In editione LUCRETII, quam J. NARDIUS dedit T. 5. f. 2.
(h) In *introductione.*

dis antiqui Ægyptii poſuerint, ipſæ ſuperſtites mumiæ demonſtrant, ut manifeſtum ſit, non timuiſſe Ægyptios cadaverum conſortium, quorum aliunde conditura quadrageſimo demum die abſolvebatur. Teſtis eſt etiam ÆLIANUS (*i*) taricheutas, qui ſacras Ibides balſamo condiebant, etiam noſtris temporibus obvias, inteſtina earum longiſſima eſſe docuiſſe, argumento tamen ad interanea reſpexiſſe. Et proprio loco PLUTARCHUS Ægyptios, quando corpus inciderunt, viſcera ſibi ait oſtendere, deinde in fluvium projicere (*k*).

Deinde ſceletos, quas Ægyptii (*l*) in ſuis conviviis circumferebant, ne inter delicias neceſſariæ mortis obliviſcerentur, IDEM vir doctiſſimus ita interpretatur, ut meræ ſtatuæ ſint, ad hominum per morbum contabeſcentium ſimilitudinem fictæ. Et hæc quidem ſententia poteſt APULEJI teſtimonio confirmari, qui cum mercurium lignum ſibi ſculpi curaſſet, miræ calumniæ dedit occaſionem. Magicam enim imaginem eſſe lacerati cadaveris æmuli criminati ſunt, ſceletonque dixerunt (*l**). Eadem eſt GOGUETI opinio, qui & ſceleton tantum corpus eſſe ſiccatum docuit, & ſceleti vocem primum a GALENO pro nuda oſſium compage eſſe ſumtam, Ægyptiorum vero ſceletos ab ea, & ab hodierna ſignificatione alienam fuiſſe (*l***).

Ita potuit PLUTARCHO viſum eſſe & HERODOTO (l***), verum ſunt, quæ ſuadeant, multo plus artis in illis antiquis ſceletis fuiſſe. Ænea illa pervetuſta oſſium compages (*m*), quæ Delphis ſervabatur, ab HIPPOCRATE ut ferebatur dedicata, certiſſime oſſa expreſſit, quæ ſola conſumta carne ſupereſſent. LUCANUS quidem ipſa in muria ſervata (*n*) cadavera ait circumlata fuiſſe. TRIMALCHIO (*o*) larvam in cœna inferri juſſit, ita coaptatam, ut in omnes partes articuli verterentur. GALENUS ubique per ſceletos eamdem quam nos oſſium compagem intelligit (*p*). Veram demum cupream ſceleton in mumia repertam apud BAUDELOTUM LISTERUS vidit (*q*).

Metallicæ ſceleti pars inter KIRCHERIANA rariora ſervatur, cujus membra fibris æneis ſunt coaptata (*r*). Sculptam in lapide ſceleton SPONIUS habet, variaſque in urnis & lapidibus ſceletos, nonnullas etiam ſatis accurate expreſſas varii collegerunt (*r**).

(i) *Animal* X.
(k) *Conviv. ſept. ſap.*
(l) In eodem *convivio*.
(l*) APULEJUS in *apolog.* I.
(l**) *Origine de loix* &c.
(l***) Sceleton lignum pictum fuiſſe.
(m) PAUSAN. L. X.
(n) Περι πενθεος.
(o) PETRONIUS ex edit. BURMANNI p. 161.
(p) C. 1.
(q) *Journy* p. 46.
(r) FICORONI gemmæ &c. Rom. 1757.
(r*) MOEHSEN *Bildniſſe* T. I. p. 60, 61.

Denique qui nunc maxime in illis regionibus vivunt Judæi, veram ligneam eburneamve ossium compagem in conviviis ostentant (*r***), & APULEJUS (*s*) sceleton ligneam possedit, ob quam Magiæ reus fuit, non certe ob rudem aliquam macilenti hominis effigiem malarum artium. Neque adeo incredibile videri debet, sceletos a veteribus paratas, veri hominis ossa fuisse coaptata. Ipsi ab artibus longe remoti Jukagiri (*t*) amicorum suorum sceletos carnibus nudant & conservant. In Virginia regulorum sceletos parabant, quas propriis pellibus quasi vestitas servarent (*u*). Accuratius etiam antiqui Canariensium insularum incolæ suorum cadavera condiebant (*x*).

§. VI. *Casus fortuitus.*

Is multis modis potuit Anatomen adjuvasse. Narrat GALENUS, ut in Ægypto duas viderit sceletos, in quarum altera a præterlabentibus aquis ossa nudata fuissent, altera sicarii esset, quem a resistente peregrinatore occisum, vultures in sceleti speciem redegissent. Vidi perfectissime nudatum capreoli caput, cum de M. BRUCTERO comite ILL. HOFFMANNO descenderem. Ejusmodi osseæ animalium compages in calidis regionibus minime raræ fuerunt, cum ipsi Elephanti (*y*) a cæli Indostanici æstu, paucos intra dies, in sceleti speciem consumantur: & cum Ægyptus, perinde ut Peruvia, propriam avem habeat, quæ cadaverum carnes continuo devorat, magno valetudinis publicæ præsidio, quam absque iis avibus vitiatus ab impuro nidore aër corrumperet.

Ita bella, & varii casus musculos, ipsa demum ossa nudasse, abdomine aperto, etiam thorace, viscera in apricum produxisse, variam sentiendi vim in musculis, tendinibus, nervis, tum sanguinis de arteriis erumpentem ductum, aliaque revelaverunt, quæ ad anatomen spectant. Palpitantes a morte carnes Poëtæ habent. Per vulnera constitisse, humorem epotum prius in ventriculum venire, quam in vesicam, olim ARISTOTELES (*z*). Rotulas, ut nunc vocantur, AJACIS disci athletici magnitudine diruto sepulchro adparuisse (*a*) legimus, quæ quidem manifesto animalis fuerunt.

§. VII. *Repositoria rariorum, quæ ad Anatomen faciunt.*

Paulatim ceptum est rariora aliqua, potissimum in templis servari. PAUSANIAS (*b*) in fano Dianæ haud longe Capua caput vidit Elephanti, ex quo con-

(r**) RADZIVIL, *iter Palæst.* p. 135.
(s) *Apolog.*
(t) ISBRAND IDES *Reise* p. 245.
(u) HARIOT *Virgin.* De nonnullis Americæ septentrionalis populis LAFITEAU *mœurs de Sauvages* T. II. p. 389.
(x) BOYLE *hist. of the air* p. 182.
(y) BERNIER *Mémoir.*
(z) *Part. anim.* L. III. c. 3.
(a) PAUSANIAS L. I.
(b) L. V.

conſtaret, cornua eſſe, qui vulgo dentes dicuntur, & ex ſuperiori maxilla prodire. Romæ oſſa ANDROMEDÆ dedicata fuiſſe PLINIUS (*c*). Oſſa gigantum ab ANASTASIO Imp. in palatio ſervata SUIDAS, tum ſatyrum pellesque draconum & hippocentauri.

§. VIII. *Pictura.*

Artes apud Græcos materia floruerunt, inter eas etiam potiſſimum pictura & ars ſtatuaria. Sed eæ artes non potuerunt ad id faſtigium proveniſſe, quod in Græcia adtigerunt, niſi artificibus anatome lucem accendiſſet. Muſculorum toros accurate exprimebant. Sed in Marſyæ antiquo ſigno Florentiæ adparet, ſculptori perfectam fuiſſe anatomes cognitionem (*e*).

§. IX. *Popularis Anatome.*

Ita nata eſt apud antiquos ea anatomes peritia, quæ absque propria curioſitate naſci potuit. Nata erat apud Græcos Trojanis temporibus, aut certe Homericis, quæ ſeſquiſeculo bello Trojano fuerunt nuperiora. In eo Poëta etſi non quæras Anatomen, tamen indicia reperias non minimæ cognitionis corporis humani, quam eo ſeculo vulgatam eſſe exiſtimes, cum non a perito ſint, quæ apud HOMERUM reperiuntur. ÆNEAM (*f*) a DIOMEDE ita vulneratum fuiſſe canit, ut ruptis duobus nervis femur continentibus os in acetabulo fractum fuerit. Alio loco MERIONES THOONI (*g*) venam, quæ ſecundum dorſum ad collum producitur, nempe cavam, totam abrupit. Alibi ULYSSES (*h*) Cyclopem eo loco enſe vulnerare meditabatur, quo diaphragma hepar comprehendit. Periculoſiſſima vulnera eſſe, ubi clavicula cum pectore conjungitur alibi HOMERUS (*i*).

§. X. *Æſtimatio Anatomes, quæ ante Philoſophos fuit.*

Ut nolim præter meritum veterum inventa deprimi, ita non ſinit amor veri, nimium pretium ſtatuere ei peritiæ, quæ anteceſſit curioſitatem hominum, certos ad fines corpora animalium incidentium, quorum nulla ad hæc uſque tempora exſtat memoria, ne de ÆSCULAPIO quidem aut de HERMETE. Hujus equidem Ægyptii ſapientis libri apud veteres non pauci habebantur, & inter eos de corporis conſtructione, de oculis, & muliebribus (*k*). Sed olim JAMBLICHUS faſſus eſt, Ægyptios ſuo HERMETI proprios labores inſcribere, &

(c) L. IV.
(e) VOLCMAN *Reiſe nach Ital.* I. p. 480.
(f) *Iliad.* L. V.
(g) L. XIII.
(h) *Odyſſ.* L. IX.
(i) *Iliad.* L VIII. Nervus, de quo ibi ſermo eſt, nervus arcus videtur, non hominis οιϛον εθηκε επι νευρῃ.
(k) Ferrar anno 1695. Inter ea eſt liber *de ſenſu.* Conf. LAMBEC. L. VII. p. 29.

& quæ FRANCISCUS PATRICIUS edidit (*l*) Hermetica, ea manifesto semi-Christiani sunt, & semi-Platonici. Citatur (*m*) etiam ab EUSEBIO ex MANETHONE secundus Ægyptiorum rex ATHOTIS, qui *anatomicorum* libros scripserit: eum vero auctorem SCHULZIUS (*n*) tamquam fabulosum rejicit. Alii Tosorthron faciunt Anatomes auctorem (*o*). Alii Siphoam MENIS filium, & inter HERMETIS libros sacros primus dicitur esse de hominis structura (*p*). Forte demum is REX de incisione scripserit, quam leges præscribebant, rituum enim tenacissimi, ut nunc Chinenses, ita olim Ægyptii fuerunt. Corpora hominum tabe pereuntium, Regio jussu, aperta (*q*) fuisse, repertum in corde vitium, alibi leges. Ad Ptolomæos revocat SCHULZIUS, nullo tamen producto argumento: & promtissimus fuit ab incisione vulgari ad speculationem morbi insoliti transitus. Ipsi Siamenses cadavera de rogo divulsa semi ustulata incidunt, ut morbi causam adsequantur (*r*). Rudes artium Canarienses corpora avorum suorum ita norant conservare, ut flexilis cutis cum arteriis venisque superesset (*s*). Nuperi Persæ, aut Persarum potius mulieres, quod vix sperasses, cadaver dilectæ MAANI condierunt, quam in Indiam, hinc Romam fidelis conjux PETRUS della VALLE secum vexit. Habere tamen libros anatomicos, sed rudiores, peritior testis est eques CHARDIN. Curiositas Ægyptiorum in omnibus certe artibus eminuit: neque enim nuper, sed ante ARISTOTELIS (*t*) tempora, fimo pullorum exclusionem procurabant, ut putes REAUMURIUM eorum præcepta esse secutum: & ea artificia potuerunt facile pulli anatomen revelasse. Imitati Ægyptios Chinenses furno utuntur (*u*).

Nimii tamen etiam hic ne feceris inventa Ægyptiorum. Quæ enim pathologica eorum placita supersunt, ea a veritate Anatomica sunt quam remotissima. Cor ad quinquagesimum annum singulis annis duarum drachmarum (*x*) pondere crescere: inde pari mensura, pari in tempore minui: Sed a corde ad minimum digitum proprium nervum (*y*) ferri: quæ omnia ostendunt, multa fabulosa eos homines sibi permisisse: omnino ut eorum, qui creduntur nepotes, Chinæ incolæ.

SALOMONIS voces aliquas ad sanguinis circuitum non nemo detorsit (*z*), quæ

(l) Apud CLEMENTEM ALEXANDRINUM.
(m) Conf. P. GERIKE de ATHOTIS, TOSORTHRI & *antiquissimorum Ægyptiorum Anatomia fabulosa*, Helmstätt. 1739. 4.
(n) *Histor.* p. 27.
(o) Apud CLEMENTEM ALEXANDRINUM.
(p) IBIDEM.
(q) PLIN. L. XIX. Phthiriasin legit BORRICHIUS *sapient. him.* V. c. 5.
(r) *La* LOUBERE p. 190.
(s) SPRAT *histor. of the roy. soc.* p. 210.
(t) *Histor.* L. VI. c. 2.
(u) EKEBERG *Sw. wetensk. handl.* 1768. n. 2.
(x) Apud CENSORINUM *de die natal.* PLIN. L. XI.
(y) APION apud GELLIUM L. X. c. 10.
(z) NIEUWETYDT, CRUSIUS *Erklär.* p. 1113. SCHEUCHZER, *physic. sac.* &c.

quæ quidem nihil ſignificant, niſi ſanguinem (*a*) porro ex corde non expelli; comparatio enim manifeſto ſumta eſt ab orientalium rota, qua utuntur, ut de puteo aquam elevent. Neque enim potuit ſanguinis circuitus absque vaſorum utriusque generis noto diſcrimine inveniri, quæ omnia a Judæis longe abfuerunt. Faciles ab antiquitate ſperamus, quæcunque ex ingenio ſolo naſci poſſunt, id enim ſub felici cælo hominibus vitæ negotiis minus implicitis, ſummum fuit. Quæ vero multiplici, neque a caſu ſperabili, ſed imperato ad ſuos fines experimento nituntur, ea ab ea ætate non ſperes. Recte olim GALENUS, anatomen non poſſe diſci, niſi per longam exercitationem (*b*).

Chinenſibus circuitus (*c*) ſanguinis pariter tribuitur: longe certe alienus a noſtro (*d*), cum ne arteriarum quidem a venis diſcrimina didicerint, & ejusmodi vaſa ſibi finxerint, quæ a rerum natura longiſſime recedunt. Vide ſex vaſa ſibi parallela a ſummo pectore ad malleolum deducta, & quatuor alia per longitudinem (*e*) dorſi deſcendentia. Sed ex BOYMIANO etiam opere (*f*) manifeſtum eſt, vocis circuitus apud Chinenſes ſenſum a noſtro remotiſſimum eſſe. Unicam (*g*) a rerum memoria anatomen in China adminiſtratam fuiſſe lego, & eam crudelitatem unanimes abhorrent (*h*). Icones anatomicæ exſtabant in libro Sinenſi ad HILDANUM miſſo (*i*), nuperis ignoratæ. BOYMIUS (*k*) meliores haberi vult iis, quas CLEYER edidit; fatetur tamen, ſe neſcire, unde Chinenſes eas habeant, qui a diſſectionibus alieni ſint.

§. XI. *Anatomes profectus per Philoſophos.*

Videtur ÆGYPTIOS celeriter in artibus profeciſſe, earumque non modicam antiquo ævo peritiam eſſe conſecutos; ſubſtitiſſe deinde, & nihil antiquis inventis addidiſſe; omnino ut Chinenſes, quorum certe magna eſt cum Ægyptiis affinitas. Europæi ſero ex barbarie emerſerunt, primamque ſuam lucem ab Ægyptiis habuerunt: inter eos ORPHEUS, cui jam ARISTOTELIS tempore nonnulla tribuuntur (*l*), quæ ad phyſiologiam faciunt. Ita epigeneſin docuiſſe legimus (*m*). Sed etiam MUSÆUS aliqua habet ad hiſtoriam animalium pertinentia, in quibus aquilam duos pullos parere ſcribebat, educare unicum

B

(a) *Eccleſiaſt.* c. 12.
(b) *Compoſ. ſecund. gen.* L. III.
(c) Vox exſtat in antiquiſſimo libro Nuyking apud CLEYERUM p. 93. &c. Primus liber Sinenſium de re anatomica agens eſt in B. R. P. I. n. 30. p. 375. In L. *Kang tſchu king Letr. édif.* XXI. adeo obſcura eſt anatome ut nihil intelligas.
(d) Per duodecim membrorum vias intra 24. horas humores quinquageſies circumvolvi.
(e) CLEYER.
(f) *Clavis Sin.* p. 141. 75.
(g) *Letr. édif.* L. XVII.
(h) BOYM. p. 15.
(i) *Epiſt. ined.*
(k) p. 15.
(l) Dubitat num genuina ſint ARISTOTELIS opera *gener.* II. n. 1.
(m) *Generat. animal.* L. II. c. 1.

cum (*n*), & quorum aliqua superfunt (*o*), non certe genuina, fed tamen perantiqua. Verum inquietum id Japeti genus, perpetuo in augendis fuis divitiis occupatum, longe magiftros fuos poft fe reliquit, cum inveniendi novasque rerum formas caufasque detegendi ftudium apud Græcos populare effet. Et mihi quidem Anatome fere videtur a Philofophis (*p*) perfecta effe, & potiffimum a Pythagoræis, quod minus exfpectaffes. Caufa ejus in inveniendo folertiæ fuiffe videtur, quod hæc fchola Medicinæ indulgeret. Nam & PYTHAGORAS hanc artem coluit, & ad ejus exemplum PYTHAGORÆI (*q*); & ex ea fchola Crotone condita peritiffimi Medici prodierunt, ipfeque DEMOCEDES, & filii PYTHAGORÆ difcipulus fuiffe dicitur EMPEDOCLES, & DEMOCRITUS Pythagoræorum fuit imitator, & auditor (*r*).

Ipfe quidem PYTHAGORAS phyfiologica potius aliqua quam anatomica placita reliquit, quæ tamen minime contemnendam peritiam indicant. Animalia omnia ex femine nafci, ex terra minime, non dari nempe generationem, quæ dicitur æquivoca. Semen cerebri effe ftillam, eam humorem & fanguinem in uterum comitari, ex iftis univerfum corpus formari, intra dies omnino quadraginta. Senfum (nempe fpiritum animalem, qui fenfus eft medium) calidum effe vaporem. Mentem & animam in cerebro habitare. Animalia fanguine nutriri. Vehicula animæ venas effe, arterias (*s*), & nervos. Semen effundere feminam docuit (*t*). Et alibi, conceptum fex diebus effe humorem lacteum, ut adparuerit in egefto a feminis embryone, inde octiduo addito fanguinem fieri, tunc die 27. carnem, duodecim aliis diebus elapfis jam formatum effe fetum (*u*). Nafci homines menfe feptimo & decimo, ex muficis numeris (*x*).

§. XII. *Alcmæon.*

Ex fchola PYTHAGORÆ ALCMÆON fuit. Videtur autem ftudium rei naturalis in ea univerfa fchola dominatum effe: ad eam vero naturæ partem fe quemque convertiffe, quæ fibi placeret. ALCMÆON dicitur a CHALCIDIO (*y*) primum mortalium librum de anatome effe molitum, qui undique interiit. IDEM capras per aures dixit refpirare (*z*), quod videretur ad tubam EUSTACHIANAM pertinere, per quam nempe vapor & aër ex ore in tympanum, inde

(n) IDEM, *ibid.* L. VI. c. 6.
(o) Paris 1566. fol.
(p) Græcis tribuit A. COCCHI *difc. d'Anatom.* I. p. 47.
(q) ÆLIANUS *var.* L. IX. c. 22.
(r) LAERTIUS L. VIII. c. 7.
(s) Ita LAERTIUS L. VIII. c. 1. manifefto male, neque enim etiam poft PYTHAGORAM HIPPOCRATES venas falientes dixit arterias.
(t) PLUTARCH. *placit.* V. c. 5.
(u) Apud CENSORINUM L. XI.
(x) CENSOR. L. VIII.
(y) Ad TIMÆUM.
(z) PLINIUS L. XXIII. c. 2.

de in meatum auditorium venire posset, si prætensa tympano membrana foramen haberet (*a*). Olfactum in cerebro fieri, adtractis in respiratione odoribus (*b*). Caput primum generari (*c*). Hominem prius pubescere dixit quam semen generet, uti plantæ prius florent, quam fructum ferant (*d*). Sedem animæ in cerebro posuit (*e*). Semen ex utroque parente advenire (*f*); sexum in fetu redire ejus parentis, a quo uberius semen advenerit (*g*). Semen cerebri portionem esse (*h*), & primum caput perfici (*i*). A venere adipem minui (*k*). Mulas steriles esse, quod vulvæ non dehiscant, mulos ob seminis frigus (*l*). Fetum per totum corpus ali, & undique per cutem alimentum sugere (*m*). Somnum fieri a sanguine in confluentes venas recepto, vigiliam a diffuso (*n*). De oculis aliqua scripsit, quæ CHALCIDIUS laudat.

HIPPON PYTHAGORÆUS, Metapontinus, semen ex medullis venire (*o*) docuit, die sexagesimo fetum formatum esse (*p*), nasci a septimo mense ad decimum (*q*). Solo ex patre semen esse (*r*). Marem fetum nasci ex crassiori semine, feminam ex tenuiori (*t*). In utero sugere (*u*), ut postea HIPPOCRATES. Ab uberiore semine fieri geminos (*x*).

§. XIII. *Empedocles. Anaxagoras.*

Major est aliquanto EMPEDOCLIS fama, viri splendidi, ingeniosi, poëtæ & physici. Pleraque equidem Viri, quæ ad posteros pervenerunt, placita physiologici sunt argumenti. Semina arborum ova dixit (*y*), ut adgnoscas communem naturam utrorumque embryonum perspexisse, qui in plantas convalescunt, aut in animalia. Respirationem alternam fieri ob venas ita sanguinem continentes, ut non plenæ sint. Ita sanguinem deorsum fluere & subire eas

 venas,

(a) *Histor. anim.* L. I. c. 11.
(b) PLUT. *placit.* L. IV. c. 17.
(c) *Ibid.* L. V. c. 17.
(d) *Hist. anim.* L. VII. c. 1.
(e) PLUTARCH. *placit.* L. IV. c. 17.
(f) CENSORINUS c. 5.
(g) *Ibidem*, c. 6
(h) PLUTARCH. *ibid.* L. V. c. 3.
(i) *Ibid.* c. 17.
(k) CENSORINUS c. 5.
(l) PLUTARCHUS, *placit.* L. V. c. 14.
(m) *Ibid.* c. 16.
(n) C. 24.
(o) CENSORIN. c. 5.
(p) *Ibid.* c. 9.
(q) C. 7. Ita THEANO Pythagoræa, & ipse PYTHAGORAS p. 10.
(r) CENSORIN. c. 5.
(t) C. 6.
(u) *Ibid.*
(x) *Ibid.*
(y) ARISTOTEL. *gener. anim.* L. I. c. 23.

venas, aërem ſurſum ferri & effluere; ſic exſpirationem cieri (z). Idem viſionem fieri exeunte de oculo lumine (a); ſapores ab aqua; ſanguinem eſſe animam Idem (b). Somnum a ſanguine refrigerato fieri (c). Feminas eſſe a ſemine copioſiori (d). Partes hominis alias in mare eſſe, in femina alias, eæque ut conjungantur, in venerem utrumque ſexum ruere (e). Greſſilia omnia ſexu diſtingui (f). Fetum incipere articulari die 36. perfici 49. (g). Exteriora fetus prima diſcerni in animale, inde interna (h). Membra fetus formari ſecundum parentis membra (i). Monſtra ex genituræ adfluentia & penuria naſci, & ex aliis erroribus (k). Similitudinem a prævalente ſemine (l) alterutrius parentis fieri, ſic ſexum (m), & ſexus ſolo calore differre & frigore (n), diſſimilitudinem eſſe ab exhalatione. Animalia (o) prima imperfecta fuiſſe, ſenſim meliora: fetum per umbilicum ali (p). Mulas ſteriles eſſe ob demiſſam & arctam vulvam (q), & meatus in uteris corruptos. Cornua bovi caſtrato gracilia & tortuoſa naſci, integro vero recta, baſi latiori &c. (r). Viſum per ſubeuntia idola interpretatus eſt, & poſt eum Epicurus (s). Cæſios oculos plus ignis habere, plus aquæ nigros (t).

Anatomici etiam, neque facilis, inventi laudem ipſi debemus: auditum nempe eſſe ſcripſit a ſpiritu in aliquid cochleæ ſimile illabente, quod in aure interiori (u) exacte elaboratum ad tintinnabuli modum ſuſpendatur. Ungues ex nervis fieri (x). Exterius fetus involucrum chorion, interius amnion dixit (y). Empedoclis etiam anatomica ſcripta ſuperfuerunt, quæ Diocles ita legiſſe dicitur, ut eadem (z) repeteret.

Alia

(z) Aristoteles *de ſpirit.* Conf. Plutarch. *plac. Phil.* L. IV. c. 22.
(a) Plutarchus, *placit* V. c. 23.
(b) Aristotel. *ſenſ.* & *ſenſil.*
(c) Galen. *Hipp.* & *Plat. decret.* L. II. ſub fin.
(d) Censorinus c 6.
(e) Galen. *ſem.* L. II. c. 3. Aristoteles, *generat. anim.* L. I. c. 18. 23. L. I. c. 1.
(f) Arist. *ibid.* L. I. c. 23.
(g) Plutarch. *placit. phil.* L. V. n. 21.
(h) Aristotel. *gener. anim.* L. II. c. 8.
(i) *Ibid.*
(k) Plutarch. *placit.* L. V. c. 8.
(l) *Ibid.* c. 11.
(m) Aristot. *gener. animal.* L. IV. c. 1.
(n) Aristot. *ibid.*
(o) *Ibid* c. 18.
(p) Censorinus c. 6.
(q) Plutarch. l. c. L. V. c. 13. add. c. 8. Aristoteles l. c. c. 8.
(r) Ælian. *anim.* L. XII. c. 18.
(s) Plutarch. *placit.* L. IV.
(t) Aristot. *ibid.* L. V. c. 1. & *Problem.*
(u) Plutarchus περὶ τῶν ἀρεσκόντ. L. IV. c. 16. L. VIII. c. 15.
(x) Aristoteles *de ſpirit.*
(y) Pollux. Rufus.
(z) Apud Plutarchum.

Alia ex ſchola ANAXAGORAS non ſidera ſola obſervavit, ſed & anatomen coluit. Cum enim aries natus eſſet unico cornu, & ſuperſtitioſi Athenienſes neſcio quid inde metuerent ſiniſtri, noſter animal incidit, & reperit, unicam fuiſſe cerebri cameram, quæ in cornu abierat (*a*). Ejusdem eſt *homoiomeria*, ut carnes ex carnibus, nervi ex nervis fiant, & caro ex carne alatur (*b*). Sexus diverſitatem in ſemine eſſe docebat (*c*), ut id a dextris, vel a ſiniſtris corporis partibus deflueret (*d*), quæ etiam PARMENIDI ſententia fuit (*e*), ut præterea ab eadem cauſa ſimilitudinem patris vel matris deduceret (*f*). Ab utroque enim parente ſemen advenire (*g*) docuit. Credulum tamen fuiſſe reperio, ut muſtelam per os parere, corvum per os concipere ſcripſerit (*h*). Sed id commune fere Græcæ antiquitatis vitium fuit.

§. XIV. *Democritus. Heraclitus.*

DEMOCRITUS per longa itinera, & vitam vero impenſam celebris, cum ad univerſam naturam indagandam labores ſuos contuliſſet, non minimam partem ſtudii poſuit in anatome. Incidendis in animalibus vitam trivit (*i*), & in eo labore eum HIPPOCRATES deprehendit, ſi perantiquæ, etiam ſi ſpuria eſt, epiſtolæ credi poteſt. Finem laboris ſibi propoſuerat, bilis vias & furoris cauſas detegere. Chamæleontem membratim diſſecuit (*k*).

Quæ ſparſa ſuperſunt magni viri effata, fere phyſiologici ſunt argumenti. Sapores a figuris particularum (*l*) derivabat. Senſus omnes in unum tactum conjunxit (*m*), ut tamen plures quam quinque ſenſus dari poſſint (*n*). Cervi cornua renaſci ſcripſit, quod ejus animalis venæ rariſſimæ eſſent, & capitis oſſa tenuiſſima (*o*): cibi vero vis per eas venas in caput feratur & cornua excitet. Feminam ſemen fundere (*p*). Sexum in fetu redire ejus parentis, cujus a parte genitali veniens ſemen prævaluerit (*q*). Galli cantum matutinum abſolutæ ciborum coctioni tribuit (*r*). Fetum per os ali (*s*).

 Libri

(a) PLUTARCHUS in PERICLE.
(b) ARISTOTEL. *gener. anim.* L. I. c. 18.
(c) *Ibid.* L. IV. c. 1.
(d) PLUTARCH. *placit.* L. V. c. 7. CENSORINUS, ut alter parens plus dediſſet ſeminis, ita ſexum in fetu eſſe, c. 6.
(e) CENSORINUS, l. c. PLUT. *placit.* L. V. c. 7.
(f) PLUT. *Ibid.* c. 11.
(g) CENSORINUS, c. 5.
(h) ARISTOTELES *generat. anim.* L. III. c. 6.
(i) PETRON. *Satyr.*
(k) PLINIUS l. c. L. IV.
(l) THEOPHRAST. *cauſ.* L. VI. c. 2.
(m) ARISTOTEL. *de ſenſu & ſenſ.*
(n) PLUTARCH. *placit.* IV. c. 10.
(o) ÆLIAN. L. XII. c. 17.
(p) ARISTOTEL. *gener. anim.* L. IV. c. 1.
(q) Aut prius in uterum pervenerit CENSORINUS, c. 6.
(r) CICERO, *de divinatione.*
(s) PLUTARCHUS, *placit.* V. c. 16.

Libri DEMOCRITO tribuuntur *de natura hominis*, *sive de carne* L. II. *de sensibus*, *de humoribus*, *de rugis L. duo*: *de vocibus.*

Est etiam in collectione hippocratica libellus *de natura hominis*, quem seorsim græce & latine TOBIAS TANDLER edidit Witteberg. 1609. 4°. cum titulo DEMOCRITI *de natura hominis epitome* ad HIPPOCRATEM *perscripta.* Levidense est compendium anatomes, quod sophistæ alicujus opus esse putaveris, abutentis illustri nomine.

HERACLITUS physiologiam pariter adtigit, ejusque est locus de tempore, quo homo perficiatur (*t*). HERACLITEI etiam philosophi, sicut in universo, ita in corpore nostro perspirari docuerunt; deinde vaporem iterum concrescere, ita humorem fieri vel animam (*u*); qualia fere apud HIPPOCRATEM reperiuntur.

EPICHARMUS fetum octimestrem vivere non posse (*x*) docuit.

§. XV. *Asclepiadæ.*

Hujus scholæ anatomen GALENUS plurimi fecit, in qua a prima juventute in dissecandis (*y*) animalibus filii medicorum instituerentur. Longa enim serie ab ÆSCULAPIO ad HIPPOCRATEM, inde per aliquot porro secula & avi & patres & filii de ÆSCULAPII gente, medicinam cum cultu DEI sui progenitoris conjunxerunt. Renuit J. HENRICUS SCHULZE, eoque aliis locis GALENI utitur, in quibus ipse DIOCLIS PRAXAGORÆ aliorum, Coæ scholæ post HIPPOCRATEM principum, anatomen rudem fuisse fatetur (*z*). Opponit etiam GALENI testimonio Græcorum leges, quæ ab omni, in cadavere, etiam animalium, sævitia erant alienissimæ. Ipse tamen *Daniel Le* CLERC, parcus ille admirator græcanicæ anatomes fatetur, & ossa satis accurate debere tenuisse, qui in iis reponendis quotidie versarentur: & arterias etiam venasque non potuisse ignorasse, qui in corpore humano urendo & incidendo nobis animosiores fuerint, viscera demum & quidquid a Chirurgo ignorari nequit, perspecta habuisse.

Perierunt equidem scripta ASCLEPIADUM, neque possumus de ejus scholæ meritis ex ejus operibus judicare. Satis tamen lucis est in HIPPOCRATICIS scriptis, ut ASCLEPIADUM peritiam hactenus æstimemus: neque enim ex ullo monumento colligas, ipsum HIPPOCRATEM ea invenisse, quæ adeo numerosa de anatome in ejus legitimis scriptis reperiuntur, legitimis inquam, neque enim ex iis firmi quid potest colligi, quæ alterius auctoris esse possint & videantur. Ostendemus, ex iis scriptis manifesto constare & in universum anatomen, & peculiariter humani corporis cognitionem, HIPP. ævo non fuisse ignoratam. Osten-

(t) PLUTARCH. *placit.* V. c. 3.
(u) ARISTOTEL. *probl.* S. XI.
(x) CENSORINUS, c 7.
(y) *Introduct. Amin. Anat.* L II. init.
(z) De *vulv. dissect.*

Oſtenditur porro ASCLEPIADAS cauſas morborum in partium fabrica fuiſſe ſcrutatos (*a*). Exempla denique ſuperſunt, in quibus de quæſtionibus difficilibus definituri ad eum finem corpora humana inciderunt. Hæc omnia ita apud HIPPOCRATEM narrantur, ut nihil ſibi adroget, ſed videatur de rebus acceptis & vulgo notis ſcribere.

§. XVI. *Hippocrates.*

De magno illo HIPPOCRATE dicimus, HERACLIDIS filio, PERICLI coævo, cum Olympiade LXXX. natus ſit. Ejus quidem præcipuæ laudes a clinica peritia, ab diligentiſſima morborum obſervatione, & a chirurgica peritia repetitæ fuerunt; Neque tamen anatomen neglexit. Ut vero juſtum de viri meritis judicium fiat, accurate cavendum eſt, ne legitima HIPPOCRATIS opera cum iis confundantur, quæ non ſunt magni viri, & quorum pluſcula poſt ERASISTRATUM demum ſuppoſita fuiſſe videntur, quo tempore ATTALIDÆ Pergami Reges cum PTOLEMÆIS (*b*) de Bibliothecæ ſuæ amplitudine certarunt. Tunc enim, ipſo GALENO teſte, ſpurii illi partus prodierunt, quibus falſarii, ut majori pretio venirent, magnorum virorum nomina præfixerunt. Poſt ERASISTRATUM ſcripta fuiſſe, ex frequente arteriarum mentione colligas, quod nomen venis micantibus demum ab eo viro impoſitum eſt. De aliis exiſtimo, poſt HEROPHILUM fuiſſe ſcripta, qui primum nervorum accuratam hiſtoriam tradiderit. Hi autem ſpurii libri cum veris magni viri operibus ab ipſo CLERICO, a J. ANTONIDE *v. der* LINDEN, ab aliis, ita miſti fuerunt, ut multo amplius anatomes compendium ex HIPPOCRATE extraxerint, quam quidem DIVO SENI debetur. Anatomes equidem inſtauratorem GALENUS vocat (*c*).

§. XVII. *Libri magis genuini.*

Librum *de articulis*, cum libro *de fracturis*, cujus ipſe pars eſt, inter optimos HIPPOCRATICORUM refero, ſimplicitate & gravitate tanto viro dignum. Multa hic reperias ſparſim de anatome pronuntiata, alia tamen occaſione. Circa ſummum humerum aliam eſſe hominis fabricam, quam animalium. Inter tendinem juxta alam, & brachii caput uri poſſe, ſed ſolam cutem, neque altius; Subeſſe enim eo loco craſſam venam (arteriam brachialem), & nervum. Verum præcipuus locus hic eſt, ex quo vincas, HIPPOCRATEM in corporibus humanis eam demonſtrationem quæſiviſſe, quæ ad definiendum de litibus chirurgicis requireretur. Male inquit ſe audiviſſe, quod brachium in anteriora elapſum non admitteret, & vix potuiſſe ſe tueri. Ergo ſi quis ſupernam humeri partem carnibus nudaverit, ea quidem parte, qua muſculus (Deltoides) ſurſum tendit, tendinem etiam, qui ſub alis eſt, & juxta claviculam (muſcu-

(a) Exemplo venarum ad aures, quas cum Scythæ ſecent, evirentur.
(b) GALENUS ad L. *de natur. hum. Comm.* II.
(c) *Hippoc. & Plat. decret.* L. VIII.

(musculum pectoralem) nudaverit: adpariturum utique caput brachii in anteriora valde eminere, etiam si non sit elapsum (*d*).

Majus adhuc pondus erit argumenti, si hic liber HIPPOCRATIS fuerit GNOSIDICI fil. Tunc enim anatomen apud ASCLEPIADAS adhuc antiquiori in usu fuisse demonstratum erit. Nostro vero ab EROTIANO tribuitur, & a GALENO, & a PALLADIO. Neque ideo spurium reputavero, quod in eo de *glandulis* auctor se scripturum profiteatur. Nam noster quidem de glandulis liber manifesto spurius est: Sed potest alter antiquior genuinus HIPPOCRATIS partus fuisse, & interiisse. Ad anatomen humanam HIPPOCRATIS æneam etiam sceleton referas, quem Delphis dedicavit (*e*).

In L. *de capitis vulneribus* aliqua ad capitis ossa pertinent. Diploën etiam cranii hic dixit. Tum suturam quam cum litera H. conparat, recte, & ex homine: difficulter vero intelligas ut potuerint ullius capitis suturæ literæ X. similes esse.

In L. *de aëribus*, *aquis* & *locis* urethra feminina dicitur virili esse brevior, hinc rariorem esse eo in sexu calculum. Aliqua de venis circa aures, quas Scythæ secent, & ob quas sectas viri effeminentur. Semen ex omnibus corporis partibus provenire, sanum a sanis. Macrocephalos artificio deformatos porro ex semine paterno generari simili capitis cum deformitate. Cæterum hunc librum, alio spectantem, non possum non contra omnium auctorum consensum habere pro suspecto. Auctor enim se de Asia dicit, *nostra* regione esse mitiorem (*f*). Coum vero virum nemo pro Europæo habuerit, quæ insula adeo vicina sit Asiæ, & ab Europa remota. Quæ etiam de urbium ad ventos expositione scribit, ea ad Græciam spectare videntur. Citat EROTIANUS & PALLADIUS.

Codex exstat græcus in B. R. P. n. 2146. & latinus n. 7027. Arabice vertente HONAIN in Bibl. *Escurialensi* n. 852. Gallice vertit DACIER.

Paulo proprius ad anatomen spectat Liber περι τοπων των κατ ανθρωπον, *de locis in homine*, quem RUFUS HIPPOCRATI tribuit; MERCURIALIS, & vir eruditissimus THOMAS REINESIUS (*g*) minus probant: & ille quidem HIPPOCRATI non aufert, ut tamen ab eo non sit perpolitus. Iste post ARISTOTELIS tempora scriptum esse suspicatur. Ego ne HIPPOCRATES pene ad silentium redigeretur, hunc librum cum genuinis scriptis reliqui, cum inter HIPPOCRATICOS libros ab EROTIANO recenseatur, & a CLERICO pro maxime genuino habeatur (*h*). Sectio I. anatomici est argumenti. Ad oculos venulas a cerebro venire. Tres esse oculi membranas, cerebri duas. Venæ variæ

(d) Conf. *progr. Quod Corp. human. sec. Hipp.* Gotting. 1737. 4. & in *Opp. minor.* T. III.
(e) PAUSANIAS.
(f) N. 27
(g) *Var. lect.* p. 75.
(h) p. 120.

riæ capitis, (quas inter arteriæ sunt temporales). Vena cava & ejus rami principes, melius quam in libro de natura humana. Nervi, nempe tendines; suturæ, non bene: ossa artuum, mucus articulorum. Fibræ a ventriculo in vesicam decurrentes, & lotium percolantes. Quatuor habet humores.

Exstat inter libros a THEODORO ZWINGER Basileæ editos, & tabulis illustratos 1579. fol.* In eum commentarius exstat *Francisci* PERLÆ Rom. 1638. 4°.* Paraphrasin dedit, & HIPPOCRATICAM venarum descriptionem tuetur. Alium commentarium scripsit *Leonhardus* BAUSCHIUS Madrit. 1594. fol. LIND. Gallice vertit DACIER.

Codex exstat in Bibl. R. P. n. 2253. & 2254.

Porro L. περι φυσιος ανθρωπου ne ipse quidem mihi undique placet, & videtur GALENI ævo in suspicionem venisse. Sed GALENUS (*i*), cujus commentario illustratus habetur, ea continere dixit, quæ in maxime genuinis HIPPOCRATIS operibus reperiuntur; & cum eum maxime librum PLATO sit imitatus (*k*), videtur non posse serioris esse ævi. Recenset inter Hippocraticos PALLADIUS & EROTIANUS. Erant GALENI tempore, qui POLYBO tribuerent, qui tamen nihil in HIPPOCRATIS placitis mutaverit. MERCURIALIS inter maxime genuinos libros censet. Quatuor habet humores, quam doctrinam GALENUS habet pro maxime HIPPOCRATICA (*l*).

Prodiit Græce Basil. 1536. 8°. B.B. Porro Parisiis 1548. 4°. OSB. 1584. 4°. Leidæ 1627. 8°. LINDEN. Continetur in *articella* Lyon 1527. 4°. & in collectione Veneta 1497. fol. Latine etiam COPO vertente Lugdun. 1525. 8°. GUNZ, & inter eos libellos, quos ZWINGERUS edidit. Gallice cura DACIER Parisiis 1696. 12.Vol. cum aliis.

Codices M.S. non pauci exstant. In Bibl. R. Par. Græci quidem 2140. 2141. 2142. 2144. 2146. 2253. 2254. 2545. & latinus 6865. tum in B. CAJ. GONV. CANT. n. 959. Exstat etiam in Bibliotheca Sti. REMIGII Rhemensis.

Annon is est *ketab al thabiat* de homine, opera HONAIN Arabice versus HERBELOT.

Commentatus est in hunc librum GALENUS, & is commentarius seorsim prodiit cum opusculo HIPPOCRATIS Parisiis 1534. 16°. HERMANNO CRUSERIO interprete MAITT. Tum Lugduni 1549. 16°. ANDREA BRENTIO interprete.*

SYMPHORIANUS CHAMPIER in *collectionem* opusculorum recepit.

Commentatus est etiam J. GUINTHERUS Andernacensis.

JACOBI SYLVII Scholia Lyon 1549. 16°.*

(i) In *comm.*
(k) In PHÆD.
(l) In eum librum.

SEBASTIANUS PAPARELLA Venetiis 1551. 4°. PLATNER.

BLASIUS HOLLERIUS Basileæ 1562. 8°. PLATNER.

JACOBUS SCUTELLARIUS Parm. 1568. 4°.* Paraphrasis.

J. FRIDERICUS SCHROETER Jen. 1585. 8°.* eadem quæ fere paraphrasis est.

JACOBUS SEGARTA Valentiæ 1596. BODL.

JOHANNES HEURNIUS Lugduni 1609. 4°. & in operibus.

EUSTACHIUS QUERCETANUS Basileæ 1649. 8°.

JOH. GOSTLINI prælectiones M.S. exstant in collectione CAJO. GONVIL. Cantabrig. cod. 1127.

Anonymi commentarius latinus exstat in B. R. Paris. n. 7026. & JOHANNIS ROCHON n. 7025.

Prodiit etiam HIPPOCRATIS COI de *natura humana* libellus novo Gymnasio Bremensi propositus Brem. 1584. 4°. CATAL. WILLER.

Gallice vertit, & commentarium áddidit JEAN *de* BOURGES Parisiis 1548. 16°. DU VERDIER.

Venas mirificas seorsim dicemus, quas neminem ait habere veterum GALENUS. Earum venarum par retro a capite per cervicem in crura & malleolos internos, ad pedes usque ire. Alterum a capite juxta aures, & spinam, in testes & malleolos internos. Hæc fuerit vena, quæ in l. *de aër. aquis & locis* tangitur. Tertia ex temporibus in pulmonem, inde divisa dextra in hepar & renem, sinistra in lienem & sinistrum renem tendere dicitur. Quartam per anteriora ab oculis in brachia, tunc porro hinc in lienem auctor ducit, inde in hepar. Repetit & POLYBO tribuit ARISTOTELES (*m*). GALENUS ne POLYBI quidem esse vult (*n*). Fuerit ergo HIPPOCRATICI, aut proximi certe ævi.

Liber περὶ τροφῆς & a GALENO passim, & si recte adtenderis a MERCURIALI, pro genuino est habitus, magis, quam hactenus dicti anatomicus. GALENUS alias HIPPOCRATI (*o*) tribuit, inque eum commentatus est, alias tamen PHERECYDI, PHILISTIONI, nimis certe antiquis viris, aut THESSALO, vel HEROPHILO (*p*). Habet EROTIANUS inter HIPPOCRATICOS.

Obscuritas satis est hippocratica. De perspiratione hic, & de malo effectu ejus evacuationis diminutæ. Radix venarum jecur, radix arteriarum cor, contra quam ARISTOTELES. Videtur ea vox nuperiorem auctorem denotare, si quidem ARISTOTELES nunquam arteriarum nomine ad venas salientes usus est, & quando vasa micare scripsit HIPPOCRATES, venarum nomine eas designavit. Cir-

(m) *Histor. anim.* L. III. c. 3.
(n) HIPP. & PLAT. *plac.* L. VI. c. 3.
(o) *De optima constitutione.*
(p) Rejicit etiam C. HOFMAN *var. lect.* L. VI. c. 6.

Circuitus hic vox reperitur, cujus ſenſus obſcurus eſt. Formationem fetus ad 35. diem, motum ad 70. perfectionem ad 210. retulit. Cibus in junioribus ακροσατης.

Græci codices in Bibliotheca *R. Pariſ.* exſtant n. 2140. 2141. 2142. 2143. 2144. 2253. 2254.

Paſſim & alibi M.S. reperitur, ut in *Collegio* CAJI & GONV. Cantabrigiæ. Eſt inter libellos a ZWINGERO editos.

Interprete NICOLAO *de* CALABRIA in Biblioth. R. Pariſ. n. 6865.

Arabice *ketab algbeda* (q).

Commentarius *Stephani* GOURMELENI Pariſiis 1572. 8°.* cum græco textu prodiit, fere paraphraſticus.

Franciſci VALESII Commentarius Coloniæ, Complut. 1561. 8°. 1589. fol.

H. CARDANI, Baſileæ 1582. 8°.

Alius eſt Commentarius *Stephani* RODERICI *Caſtrenſis*, Florent. 1635. fol.

Alius M.S. *Johannis le* CONTE in Biblioth. R. P. n. 7079.

Liber περι χυμων genuinus videtur, ob brevitatem, & ea repetita, quæ ſunt in *Epidemicorum* libro I., & in *aphoriſmis*. Citatur inter *Hippocraticos* in Lect. HIPP. & a PALLADIO. Phyſiologica pauca, niſi eo velis referre humorum motum, huc illuc vergentium. Quare cum morborum hiſtoria repetemus.

In *Aphoriſmis*, qui olim pro HIPPOCRATICIS ſunt habiti, aliqua hinc inde ad anatomen & phyſiologiam faciunt; eaque fere ad muliebria & fetum humanum ſpectant, neque ſunt firmiſſima.

Adparet quam pauci ſint libri, qui utcunque ad anatomen pertineant, & vere ſint HIPPOCRATICI. Suffecerit tamen vel ille unus de *articulis* liber, ut eo ævo anatomen aliquam humani cadaveris fuiſſe conſtet, & anatomen ad præviſos fines, ſolvendaſque quæſtiones ſolvendas inſtitutam.

§. XVIII. *Libri minus certo* HIPPOCRATICI.

Antiqui hi ſunt plerique, ut tamen GALENI ævo non ſatis pro genuinis habiti fuerint.

Liber περι ανατομης ultimo loco a MERCURIALI repoſitus, nuper quidem a Cl. viro D. W. TRILLER HIPPOCRATI vindicatur. Compendium eſt anatomes humanæ, ut ex quinque pulmonum lobis deducas: tum ex corde rotundiori, quam in animalibus, ex liene humano cum veſtigio comparato, ex colo prælongo, & recto inteſtino.

(q) HERBELOT, p. 974.

Codices M.S. aliqui exſtant, ut in Bibliotheca *R. Pariſ.* n. 2254. & 2146.

Seorſim prodiit ex interpretatione J. REUCHLINI, Tubing. 1512. 4°. GUNZ.

Nonne idem liber eſt *de la compoſition du corps humain*, *&* *deſcription de toutes ſes parties*, cum commentario a *Johanne de la* FARGUE editus, Lyon 1580. 16°. DU VERDIER.

Hunc ipſum librum J. CAJUS reperit, commiſtum cum libro de oſſibus, eum mutavit, titulum ei fecit περι ανατομης & edidit, & una libellos de oſſium natura, & de glandulis.

Librum de Anatome recenſuit, emendavit, perpetuo commentario illuſtravit vir ILL. D. W. TRILLER, Leidæ 1728. 4°*. cum *Comm. de nova* HIPPOCRATIS *editione adornanda*. Eruditas emendationes adtulit, & recte favi ſimilem pulmonem fecit; renesque cum ovium potius renibus quam cum pomis comparavit. Vereor tamen, ut vena cava cartilagineæ venæ nomen gerere poſſit, uti neque GUNZIUS eam conjecturam probat, qui eam vocem mavult ad pericardium transferre, in *Programmate*, quo in eundem HIPPOCRATIS *libellum commentatur*, Lipſiæ 1737. 4°.*.

Librum περι αρχων η σαρκων ſive *de principiis* MERCURIALIS tertio ordini adſcripſit, neque putes HEROPHILEIS temporibus antiquiorem eſſe, quibus anatome hactenus adoleverat, cum præterea arteriæ nomen pro aorta habeat. Neque adeo DEMOCRITO tribuas, ut *Hermannus* CONRING. Primum HERACLITEAM doctrinam exponit, calidum immortale, & omnia intelligens. Ex ejus parte in putredine fieri membranulas; oſſa ex pingui & frigido coacta eſſe: ex glutinoſo nervos generari, ſic porro. Ita ex quatuor primævis qualitatibus viſcera omnia naſci. Inde anatome viſcerum ſequitur. Cerebrum frigidi metropolis eſt, ut apud ARISTOTELEM. Hic lienis fibras reperias, & tympani membranam, & os cribroſum, nervos opticos, tunicas oculi, lentem cryſtallinam, dentium venas. Hic etiam voce legas deſtitui, quibus guttur præfectum eſt. Medullam ſpinalem non bene medullæ nomine donari monet. Arteriam ſpiritum condere, quod ERASISTRATEUM videtur. Venæ cavæ non mala hiſtoria. Cor & venas ſemper moveri. Venæ cibum trahunt. Plus habet Anatomes, quam reliqua ſcripta HIPPOCRATICA pleraque.

Codices græci exſtant in *Bibliotheca Reg. Pariſ.* n. 2146. & 2254. Commentatus eſt in eum *I. Johannes* HEURNIUS. *Jacobus* SYLVIUS 1561. 8°.*, qui præter generalia vix quidquam adtulit, quem video ab Hiſpanis citari cum titulo DIDACI de SYLVA 1548. fol. Prodiit etiam Venet. 1497. fol. Eſt inter libellos a ZWINGERO editos. Gallice vertit DACIER Pariſiis 1696. 12°.

Περι οστεων φυσιος ſive de *oſſium natura* a GALENO habitus eſt pro HIPPOCRATICO, & μοχλικου (r) nomine a veteribus inſignitur, pars nempe prior, quæ

(r) *Gloſſ.* ad vocem παραστατας. Μοχλικον EROTIANUS habet.

quæ brevem osteologiam continet, & ossium numerum. Vesiculæ seminales hic indicantur, hepatis vero quinque lobi animalis anatomen produnt. Hominem tamen majora quam canem intestina habere recte docetur. Inde vena cava superior, inferior, & aliqua de nervis. Tunc venarum plenior historia. Et iterum venæ, sed quatuor illa paria, quæ diximus post librum *de natura humana*. Hanc denuo alia melior historia venæ cavæ excipit. Aorta hic arteria vocatur, & venam huic se submittere dicitur, & hepar septo transverso adhærere. Ad finem bona descriptio paris vagi & intercostalis, quæ quidem HEROPHILEAM peritiam redoleat. Vox fundæ in surali vena, obscuri sensus. Denuo de venis, etiam ad suturas in cerebrum radices agentibus, de vena nutritia tibiæ. Cordis auriculæ hic dicuntur, quas ARISTOTELES nondum habet. Ex quibus omnibus conficias, nuperius ARISTOTELE & post inventa HEROPHILI scriptum esse. Citat librum περὶ φλεβῶν auctor *lect.* HIPP.

Codices M.S. passim exstant. In Bibl. Reg. Paris. n. 2140. 2141. 2142. 2143. 2144. 2254. 2545.

Ejusdem ætatis putem esse librum περὶ καρδίης, quem ne GALENI quidem tempore adgnitum fuisse certum est, neque ab EROTIANO recenseri. ERASISTRATI continet placita, & anatomen nimis accuratam, quam quæ sit HIPPOCRATIS. Humorem pericardii dicit, cor musculum nominat (s). Experimentum refert in sue factum quo constitit, aliquantum de potu in asperam arteriam quasi furtim illabi. Ventriculus cordis dexter brevior hic dicitur, & amplior, sinister sub sinistra mamma positus, uterque intus reticulatus (corrosus). Auriculæ duæ; quæ inflentur & contrahantur. Valvulæ cordis hic primum dicuntur, cum aranearum telis, ob intervalla funiculorum, comparatæ, quos auctor pro nervis habet, & ante eum ut videtur, ARISTOTELES. Earum valvularum numerus, vis ita aortam claudens, ut ne aër contra eas subeat. Arteria altera, nempe pulmonalis, hic primum diserte dicta, suis cum valvulis. Inter omnes libros HIPPOCRATICOS plurimum habet bonæ & veræ anatomes.

Defendit legitimum esse *Georgius* SEGER in l. de libri *περὶ καρδίης ortu legitimo* Basileæ 1661. 4°.*. Edidit cum enarratione *Jacobus* HORST Francofurti ad Viadr. 1563. 4°. RIV.

In eumdem commentatus est etiam J. NARDIUS *in noct. genial.* X.

Codex exstat in Bibl. R. Paris. n. 2254.

Arabice *ketab alcalb le* BOCRAT HERBELOT.

Liber περὶ ἀδένων eamdem de catarrhis habet theoriam, quæ est in libro de *locis hominis*. Glandulæ hic certe spongiosæ dicuntur. Quas in articulis citat HIPPOCRATICUS auctor, eæ potuerint alares esse, & similes aliæ, conglo-

(s) Ob id ipsum spurium facit libellum *Lud.* MERCATUS *de pulsuum harmonia.*

globatas etiam illas colli, mesenterii putes ab HIPPOCRATE indicari, eo enim refero quas ad omentum refert. Ad pancreas pertinere putem, quæ de glandulis intestinorum maximis dicit; sed & renales, & tonsillas, & inguinales glandulas habet. Cerebrum cum glandula comparat. Meatus pituitæ ex veterum habet opinione. Hunc librum & EROTIANUS omittit, & GALENUS juniori scriptori tribuit (t).

Codex exstat in Biblioth. Reg. Paris. II. n. 2254.

Edidit cum tabulis *Theodorus* ZWINGER, Basileæ 1579. fol.*

In libro περι γονης, quem EROTIANUS non habet, subtilis theoria habetur„ a capite in medullam spinalem, inde in renes, denique in testes semen venire (ob vasorum spermaticorum originem). Geniturам ab omnibus corporis partibus defluere, semen utriusque sexus commisceri. Marem generari, quando validius semen prævalet, feminam si debilius. Fetum patris esse similem, si semen patris copia prævaluerit, & contra.

J. WILLICHIO interprete prodiit Argentorati 1542. 8°. Cum POLYBI nomine vertente *Albano* TORINO Basil. 1544. Latine etiam versus cum not. GORRHÆI Paris. 1545. 4°.* gr. lat. & 1622. fol. Est inter libellos ZWINGERI. Commentatus est in eum J. SYLVIUS Paris. 1561. 8°. DIDACI de SYLVA commentarium video citari excusum Basil. 1556. 4°. an forte SYLVII. Medice magis quam physiologice scripsit, & fabellas veterum repetit. Gallice per *Guillaume* CHRETIEN Paris. 1556. 8°. ETR. 1559. 8°. MAITT. Italice vertente *Petro* LAURO cum titulo POLYBI, Venetiis 1545. 4°. TREW.

Codices M.S. multi sunt in Bibliotheca Reg. Paris. n. 2140. 2141. 2143. 2146. 2254. & ni fallor 1868. In Patavina Canonicorum Lateranensium Bibl.

Liber περι παιδιου φυσιος, sive *de natura pueri*. Subtilis & iste liber est, quo phænomena generationis ab adtractione & a spiritu repetuntur. Semina utriusque sexus misceri, accedere a matre spiritum, obduci membrana uti panis quum calescit & inflatur. Tunc ovum humanum a Psaltria ex auctoris consilio rejectum, multo adultius certe, neque enim sexto die humani fetus conceptaculum ovi æquale fuerit; neque putem respirationem umbilici ea ætatula conspicuam fuisse. A sanguine menstruo per membranam adtracto fetum incrementa capere. Sanguinem circumfluere secundas, & ab iis resorberi. A spiritu fetum hactenus carneum articulari, artusque prodire intra diem trigesimum, si mas fuerit, & quadragesimum si femina. Membranas & alia omnia ex umbilico produci; ex sanguine secundas nasci. Hæc experimentis confirmat, quæ fecit in ovis gallinæ subpositis, inque singulos dies detractis, quale experimentum etiam ARISTOTELES fecerat. Ut pullus ex ovo vigesimo die excludatur. Fetum ob alimenti defectum calcitrare. Decimo mense mulierem parere. Ex receptione in diversos sinus diversos sexus gemel-

(t) De artic. Comm. L. I.

gemellorum fieri. Pelliceas veſtes congeſtas & coupreſſas exuſtas fuiſſe. Hæc pauca ex pluribus. Putes ejusdem eſſe auctoris, qui paulo priorem libellum ſcripſit, & HEROPHILEIS demum temporibus prodiiſſe aut ſerius. Spurium eſſe nobiſcum MERCURIALIS. MEIBOMIUS etiam & CLERICUS rejiciunt, in quo nimis multum ſit ratiocinii & conjecturæ. POLYBO tribuitur a GALENO, & alibi dubitatur num HIPPOCRATIS ſit, num POLYBI (u). Citatur equidem in *primo muliebrium*, ſed neque eum librum pro genuino habuerim. EROTIANUS habet inter HIPPOCRATICOS, & CENSORINUS, & PALLADIUS.

Prodiit græce cura *Albani* TORINI, Baſileæ 1538. 8°. & cum J. GORRHÆI interpretatione, cumque ejus ſcholiis, gr. lat. cum l. *de genitura* cura ejusdem GORRHÆI Pariſiis 1545. 4°.* 1564. 4°. 1622. fol. BODL. A *Jodoco* WILLICH converſus cum notulis Baſil. 1542. 8°.*. Exſtat etiam in Artiſella Lyon 1527. 4°.* & inter libellos ZWINGERI.

DINI de GARBO *recollectiones in* HIPPOCRATEM *de natura fetus* prodierunt Venetiis 1502. fol. 1518. fol. B. GESN.

ABULABBAS ACHMET BEN MOHAMMED AL SARAKSI circa annum hegiræ 380. hunc librum arabice vertit. Gallice reddidit *Guillaume* CHRETIEN, & edidit Rheims 1553. 8°. DU VERDIER.

Codices Manuſcripti paſſim exſtant, ut in Bibliotheca Regia Pariſienſi n. 2140. 2141. 2142. 2143. 2144. 2146. 2147. 2254. 2545.

Liber περι επταμηνου & περι οκταμηνου, qui GALENI tempore nondum diviſi fuerunt, & manifeſto cohærent, antiquis temporibus habiti ſunt pro HIPPOCRATICIS. Ex iis enim veteres JURIS CONSULTI ſuas de tempore partus legitimo leges ſumſerunt; Citatur in lectionibus HIPPOCRATICIS l. περι εβδομαδος & περι εβδομαδων ſpurium tamen & ipſe TRILLERUS vocat (x), & EROTIANUS omittit, & mihi quidem deterioris ævi videtur. Fetus dari ſeptimeſtres & undecimeſtres, octimeſtres vero omnium minime vult vitales eſſe. A ſeptimo & nono menſe in utero fetum ægrotare.

Paſſim utriusque codices M.S. exſtant, ut in B. R. *Pariſ.* n. 2140. 2141. 2142. 2143. 2144. 2146. 2546. 2254.

In eos exſtant commentarii *Hieronymi* CARDANI Baſileæ 1568. fol. *Johannis* LALLAMANT Lugduni 1571. 8°. & 1588. 8°. cum *Fabii* CALVI & CORNARII Commentariis, & nova interpretatione. Accedit GALENI fragmentum in *Libro de fetu ſeptimeſtri*, quod ſpurium dicitur. Una prodiit Liber de *ætate*. Sunt in libellis ZWINGERIANIS.

Liber περι επικυησιος, ſive de *ſuperfetatione*. Chirurgici magis ſcopi eſt. Habet tamen duo uteri cornua, omnino ex beſtiis, per quæ ſuperfetationem interpre-

(u) Περι κυουμενων διαπλασεως.
(x) In L. de *anatome*.

terpretatur, & de ſitu pueri aliqua, quem ex majori mamma diſtinguas, deque graviditatis ſignis; ut maſculum aut feminam femina concipere poſſit, hoc vel illo teſte maris obligato. Non putes genuinum eſſe.

Exſtant codices fere cum priori n. 2140. 2141. 2142. 2143. 2144. 2146. 2254. 2545.

Liber περι αιωνος. Sunt qui conjungant cum libro *de carnibus* & *principiis*. Deſcribitur iterum ovum humanum, quale meretrices abigunt, in quo fetus per ſuos articulos diſtinctus ſit. Signa conceptus. Vita per ſeptenarios diſtincta, cum eadem illa ſevera ſententia contra octimeſtres fetus. Nimis frequenter ſe ipſum citat, non genuini libelli auctor.

Prodiit cum libellis de octimeſtri & ſeptimeſtri partu, cura LALLAMANTII, uti diximus.

In libris practicis HIPPOCRATICIS paſſim aliqua huc facientia reperias. In *Epidemicorum* L. II. eadem venæ cavæ eſt hiſtoria, quæ cum libro *de oſſium natura* prodiit, in quo bis arteria nominatur. ut illegitimum eſſe librum facile adgnoſcas: redit etiam eadem nervi octavi & intercoſtalis deſcriptio. GALENUS tamen has venas pro legitimis habet HIPPOCRATIS placitis (*y*). Dens primæ vertebræ etiam hic nominatur. In eodem libro II. Inteſtina cola homini fere ſe habere ut in cane, cæterum majora eſſe. Ea pendere de meſocolis, iſta de ſpina ex nervis. Locus utique anatomicus, alieniſſima ſede poſitus, qui comparationem humanæ anatomes cum animalibus continet.

In reliquis *Epidemicorum* libris paſſim aliqua reperiuntur rariora, quæ ad phyſiologica pertinent, ut barbata femina, quæ antea pueros aluerat (*z*).

In L. V. arteriæ a venis diſtinguuntur, ut vel eo ſigno iterum adgnoſcas, non eſſe genuinum.

In Libro VII. *Epidemicorum*, ſed etiam περι τροφης & alibi, loci ſunt HIPPOCRATIS de exhalatione, quæ fit ex vena calida, & de inhalatione, quos locos ILL. vir *Abraham* KAAUW collegit.

In Libro IV. de morbis multa huc pertinent. Semen ab omnibus partibus defluere, & de ſingulis præcipuis humoribus aliquid ad ſemen venire. Humores quatuor ſoliti, ſed cor fons ſanguinis, caput pituitæ, lien aquæ, jecur fellis. Singula organa ſuum humorem adtrahere. Nullum in pulmones humorem deſcendere.

In Libro I. de morbis venæ deſcribuntur, quas veteres ſplenicam dixerunt & hepaticam.

Liber

(y) *Placit.* HIPPOCR. & PLAT. VI. c. 3.
(z) *Epidem.* VI.

Liber *de diæta primus*, quem Cl. SPONIUS (*a*) genuinum facit, HERACLITEAM continet sapientiam; omnia ex aqua & igne structa, ex iis elementis combinata temperamenta. Uterum bifidum, semen masculum & femininum, ex alterutrius prædominio sexus & mores in fetu; Theoriam illam celebrem germinum indestructibilium, s. ψυχὰν, quæ in ἅδη latent inconspicua, tunc in uterum recepta in fetus convalescunt, perque mortem in regnum invisibile redeunt. Sermo minime HIPPOCRATICUS est, & tantum acumen, ut nunquam, si genuinum esset HIPPOCRATIS opus, posses CELSUM ferre, qui ab eo ipso viro medicinam scribat a philosophia sejunctam fuisse.

Pro commentario in hunc librum haberi potest dissertatio, quam *J. Matthias* GESNER de ψυχαῖς HIPPOCRATIS edidit Gottingæ 1737. 4°.* quam eamdem recultam & auctam in *Commentariis Societ. Scient. Gottingensis* reddidit.

Gallice vertit DACIER Parisiis 1696. 12°. 2.Vol.

Liber περὶ ἱερῆς νούσου sive de Epilepsia multo subtilior HIPPOCRATICIS, & serioris procul dubio ævi est. Anatome cerebri hic traditur, hominis cum animalibus comparati. Falx duræ membranæ & venarum systema hic dicitur, non facile intellectu, quæ a hepate, & a liene adscendere dicuntur: has venas a spiritu auctor ait percurri, ex quo morbus fiat, de quo agitur; & morbum fieri quando pituita in venas delapsa aërem excludit, quæ fere theoria est ERASISTRATEA. Spiritum per nares in cerebrum venire, tum in ventriculum, in pulmones, in venas etiam dispergi, sapientiæ & motus caussam esse. Aures cordis habet. Caprarum epilepticarum capita dissecuit, reperit cerebrum humidum, & fætidum. Cerebrum esse sedem prudentiæ. Habet inter HIPPOCRATICOS EROTIANUS.

Liber *de insomniis*, in quo vox ipsa περίοδος αἵματος reperitur, ad pathologiam potius pertinet. Illa vero periodus quid sit, arduum est dictu, cum a fluminibus non solito modo fluentibus ajat indicari, & alias excedere modum, alias intra esse. Insomnia fere ad mechanicas suas in turbato corpore caussas reducit. Cæterum HIPPOCRATES ubique de natura ita loquitur, ut de principio sapiente, & in sano & in ægro corpore motus vitales dirigente, dicere putes. Seorsim edidit *Andreas* BRENTIUS cum præfatione ad SIXTUM IV. P. M. seculo adeo XV. Est etiam in collectione Venet. 1497. fol. Quarta forma absque loco & anno GUNZ. deinde Lyon 1549. 8°. & Græce apud MORELLUM 1586. 8°. Commentatus est J. *Cæs.* SCALIGER Giess. 1610. 8°. &c.

In L. III. de natura muliebri clitoridem dici putes.

D §. XIX.

(a) *Præfat.* ad HIPPOCRAT.

§. XIX. *Libri male inter Hippocraticos recepti.*

Liber περι αρχαιας ιητρικης, recensus ab EROTIANO, vix tamen potest esse HIPPOCRATIS, si quidem ob primarum qualitatum inventionem a GALENO (*b*) laudatur, hoc vero libro eæ qualitates acriter refutentur. Ipsam demum Anatomen AUCTOR pro inutili habet. Seorsim cum sequente latine versum edidit JANUS CORNARUS Basil. 1543. 4°.

In Libro *de arte*, qui totus est in ratiocinio, legas „ multos in corpore ventres esse, inque omnibus partibus, quæ musculos habent. Omne inconcretum cavum esse, & repleri dum sanum est, flatu, dum ægrum sanie. Porro de aliis corporis humani caveis. In articulis spumosum quid esse, & circa se forulos habere, per quos ichor exsudet.

Hos duos seorsim edidit J. CORNARUS Basil. 1543. 4°.

Inter HIPPOCRATICOS reperitur libellus περι φυσιος ανθρωπου, alius ab eo, quem diximus. Compendium anatomes est, floride scriptum, sed exigui momenti. Bilem viridem noxiam esse.

Vertit Gallice DACIER.

Liber ad Mæcenatem de Natura generis humani exstat M.S. in *Bibliotheca Reg. Paris.* n. 7027. latine.

Græce non exstat HIPPOCRATIS *de structura hominis ad* PERDICCAM *Regem* liber, post ERASISTRATUM scriptus, cum in sinistro cordis ventriculo spiritus habitare dicatur, & arteriæ cum venis inter partes similares corporis numerentur. Numeri aliqui partium: Intestinorum cubiti tredecim. Nomina mensium Romana possent esse a traductore.

In eum l. exstat J. STEPHANI Commentarius Venetiis 1653. fol.

Quis fuerit alius *de opifice hominis* l. ad Demetrium *Eclog. Oxon. Cantab.*

An forte idem liber *de præparatione hominis* ad R. PTOLEMÆUM a J. REUCHLIN latine versus Tubing. 1512. 4°. FREYT.

Codex est inter regios græcus n. 2047. sed novus & alter n. 2301.

Fragmentum *de ætate* ex PHILONE habet hominis vitam per septenarios divisam.

Liber *de Septimanis* HIPPOCRATI tribuitur, cujus latinus codex exstat in Biblioth. R. Paris. n. 7027.

Librum *de oculis* HIPPOCRATIS Arabes citant *ketab alain men albadin le Bocrat* HERBELOT.

Librum

(b) *De facultat. naturalibus*, L. I. c. 2.

Librum *de temperamentis* HIPPOCRATIS Arabes habent, *ketab kesinet ulensan va mezag albascho*, si recte scribo, vertente HOGI KHALIFAH.

Alia ab HIPPOCRATE scripta fuisse, aut certe huic viro adscripta, ex HIERONYMO Stridoniensi SCHULZIUS ostendit, ut l. de similitudine fetus ex picta imagine nata.

Librum HIPPOCRATIS *de urinis* habebant Arabistæ, gallice redditum in *Biblioth. Britann.* TAYLORI, inter TYSONI codices n. 4155.

De editionibus HIPPOCRATICORUM operum alias dicemus.

Sic CODICES GRÆCOS operum omnium.

§. XX. *Quanti* HIPPOCRATIS *Anatomen oporteat æstimari.*

Cum primus GALENUS HIPPOCRATEM tamquam instauratorem anatomes extulerit, fere piaculi loco habitum est, si quis tanti viri laudibus detraheret quidquam. Invenisse ductus salivales, vasa lactea, lymphatica, pulmonis vesiculas C. G. STENZELIUS. Circulationem sanguinis perspexisse 27. dissertationibus (*c*) *J. Ant. v. der* LINDEN, Leidæ ab anno 1659. editis 4°.*. Nuper CL. DUTENS eum circulum scripsit abunde descriptum reperiri in operibus HIPPOCRATIS (*d*), quæ eadem STENZELII est opinio, & J. NARDII (*e*), tum *Caroli* DRELINCOURT (*f*), J. RIOLANI (*g*), *Camilli* FALCONET (*h*), ipsius demum viri summi *Jacobi* DOUGLAS. Sed etiam *Leonardus a* CAPOA (*i*) alioquin non credulus, HIPPOCRATEM laudat, quod corpora humana inciderit, ut causam mali inveniret.

Ostendimus alibi, HIPPOCRATI quidem non ignotum fuisse, venas omnes inter se communicare, sanguinem etiam & ad fines earum fluere, & adversus cor per eadem vasa refluere (*k*). In arteriis temporalibus refluxum quidem manifesto docet, & ex eo pulsum deducit (*l*); sanguinem qui ad uterum descendit, eo obstructo versus cor redire (*m*) alibi, in dubio quidem libro scribit: sanguinem ex corde in venas jugulares ire iterum alibi (*n*). Verum neque arteriarum a venis discrimen HIPPOCRATI notum fuisse satis constat, neque usquam scripsit, sanguinem ex arteriis transire in venas, perque eas refluere, in

(c) *De* HIPPOCRAT. *studio anatomes singulari*, Witteb. 1754. 4.
(d) II. p. 44.
(e) *Noct. genial.* 10.
(f) *Epimetra ad diss. de lienosis.*
(g) *Oper. omn.* 1649. p. 556.
(h) *Trait. des fièvres*, Paris 1723. 12. *
(i) *Raggionamenti* II. p. 270.
(k) Certe in l. *de alimento, & de loc. in homine,* Cum refluxu maris comparat *de humor.*
(l) Περι τοπων, n. 6.
(m) *Virg. morb.* n. 2.
(n) *Morb.* L. IV.

in quo quidem itu & reditu circuitus sanguinis versatur. Frigidissimæ sunt excusationes, quas proferunt, ut ostendant, quare Vir ILLUSTRIS mentem suam non dilucidius declaraverit. Plerique præterea libri, quos citant, post HIPPOCRATEM scripti sunt, ut ii omnes, in quibus arteriæ aliud quidquam præter vasa aerea pulmonis significant. Similia mecum olim CLERICUS monuit, & SCHULZIUS, & *Andr. Ott.* GOELICKE (*o*). Quæ vero HIPPOCRATICÆ anatomes compendia & CLERICUS dedit & SCHULZIUS, ea certe minus habent utilitatis, quod ex omnibus promiscue libris decerpta sint, qui pro HIPPOCRATICIS collecti prostant, & quorum pars minima certa est.

De Anatome HIPPOCRATIS GALENUS librum scripserat, qui periit (*p*).

Operum sexaginta HIPPOCRATIS secundum SORANUM codex exstat in Bibliotheca MEDICEA.

HIPPOCRATICAM osteologiam ex operibus quibuscunque extraxit J. RIOLANUS, Parisiis 1613. 8°.

§. XXI. *Prodicus. Aristides. Diogenes. Syennesis. Alii Antiqui.*

PRODICUS parum notus auctor, & incerti ævi, flavam bilem ab etymologia nominis phlegma dixit (*q*). Non video ut definiri possit, num de discipulo HIPPOCRATIS sermo sit, num de eo PRODICO, qui pro PRÆCEPTORE divi senis habitus est.

ARISTIDES SAMIUS (*r*) de septenariis dum agit, HIPPOCRATEM videtur secutus esse. Semen nempe in utero muliebri primis septem diebus conglobari & coagulari. Quarta hebdomade caput & spinam dorsi formari, septima totum fetum.

CTESIAS Cnidius in suis Indicis passim rem naturalem adtigit, & semen Elephanti in speciem electri scripsit indurari (*s*).

PHILISTION Siculus, quem RUFUS Italum vocat, venas per tempora super caput tendentes δρακοντίδας dixit (*t*). Respirationis utilitatem ponit in ventilatione caloris innati, & in refrigeratione (*u*). Potulentorum partem in asperam arteriam descendere putabat (*x*). Inter anatomicos a GALENO recensetur (*y*).

POLYBUS

(o) *Histor. Anat.* p. 29.
(p) *Util. part.* XIV. c. 4.
(q) GALEN. *placit.* HIPPOCRAT. VIII. c. 8.
(r) A. GELLIUS L. III. c. 10.
(s) ARISTOT. *gener.* L. II. c. 2.
(t) RUFUS *Appell.* I. p. 41. 42.
(u) GALEN. *util. resp.* c. 1.
(x) A GELLIUS, L. XVII.
(y) *Nat. hum.*

POLYBUS passim inter anatomicos numeratur, ejusque pro operibus libri sunt habiti, qui inter HIPPOCRATICOS exstant. Ita POLYBO tribuitur, fetum 182. dierum posse vitalem esse (*z*); ut octimestrem non rejiciat.

DIOGENES APOLOLLONIATES, ignotus alioquin auctor, ex professo de Anatome ante ARISTOTELEM scripsit. Duas maximas venas (cavam & aortam) per ventrem secundum spinam dorsi pertendi, alteram secundum dextra alteram per sinistra, ad pedem sui lateris: easdem per collum in caput efferri, & ramos ad omnia membra mittere, dextram dextrorsum, sinistram sinistrorsum. Has duas venas cor adire circa spinam dorsi. Alias vero duas paulo superius per alam ad manum tendere, quarum altera lienaria dicatur, jecoraria altera. Has partim volam manus adire, partim dorsum manus, & in digitos ramos dare. Nimis longum foret enarrare omnia; satis tamen adparet, hunc virum venarum historiam scripsisse; eamque non satis forte veram (*a*), cæterum minutam.

Citat etiam PRISCIANUS DIOGENIS APOLLONIATÆ librum *physicorum*, in quo semen scripserit essentiam esse sanguinis (*b*). Aliqua loca CENSORINUS habet, in quibus IDEM docet ex humore carnem fieri, ex ea ossa, & nervos (*c*). In utero fetum de eminentia quadam sugere (*d*), & solo ex patre semen advenire (*e*).

Alter Angiologiæ auctor SYENNESIS *Cyprius* est. Venas crassiores ait ita oriri, ut de oculo præter supercilium per dorsum ad pulmones sub mammis eant, altera de latere dextro in sinistrum, altera de sinistro latere in dextrum. Alteram per hepar ad renes, ad testem, alteram ad lienem, renem & testes, indeque postremo ad genitale produci (*f*).

Subveniunt ista iis, quæ pro Asclepiadarum Anatome diximus. Adparet enim, ante ARISTOTELEM fuse & per singula, varios auctores de anatome scripsisse.

DIOTIMUS Gymnastes a THEOPHRASTO (*g*) citatus, tres fecit differentias sudorum, ut inciperent, & medii prodirent, aut novissimi.

MONAS (*h*) Medicus cum sanguine sudorem comparabat.

EURYPHON Cnidius inter antiquos medicos, aliquo ante HEROPHILUM intervallo

(z) PLUTARCH. *placit. phil.* V. c. 18.
(a) ARISTOT. *hist. anim.* III. c. 2.
(b) L IV.
(c) CENSORINUS, c. 6.
(d *Ibid.*
(e) IDEM, c. 5.
(f) ARISTOT. l. c.
(g) *De sudore.*
(h) *Ibid.*

tervallo recenſetur, qui de anatome ſcripſerint (*i*). Cremnos dixit, quæ vulgo nymphæ audiunt (*k*). Octimeſtres fetus negavit vivere poſſe (*l*).

Ejusdem fere ævi MEDIUS eſt (*m*).

EPIGENES antiquior a THEOPHRASTO citatur, qui κοπον ſive dolorem laſſitudinis in venis & nervis reſidere ſcripſit (*n*).

SIMONIDES Medicus, & METRODORUS Scepſius ſcripſerunt de arte memoriæ (*o*), quorum ætatem nunc omitto quærere.

§. XXII. *Plato.*

Philoſophus nulli ſecundus, qui & DEO digniſſime ſcripſerit, medicinam amavit (*p*); idem paſſim theoriam medicinæ & phyſiologiam adtigit, multumque dedit conjecturis, ut ſatis credas medicinæ (*q*) nocuiſſe. HIPPOCRATEM potiſſimum imitatur (*r*), quem etiam SOCRATES magni fecerit.

Ejus liber, qui τιμαιος dicitur, ſive de *Natura*, leviter utique phyſiologica tradit. Oculos lumen internum emittere. Plantas animatas eſſe. Animam corpore includi, & male viventes in feminas degenerare, quoad vitia ab elementis contracta exſuerint. Pulſantes venas dicit, quæ ſunt arteriæ, cor originem & fontem ſanguinis. Aliquam partem potus in pulmonem deſcendere, popularem ſententiam ſecutus, ab EURIPIDE etiam & HIPPOCRATE receptam. Semen a capite per cervicem & dorſi ſpinam in teſtes advenire. Medullam ſpinalem primam formari, cerebrum ejus appendicem eſſe (*s*). Uterum conceptionis cupidum, eaque fruſtratum, tamquam animal per corpus oberrare.

Multæ ſunt editiones. Quæ coram eſt, habet CHALCIDII commentarios, & interpretationem, tum aliam elegantem, non plenam, M. T. CICERONIS, græce & latine Pariſiis 1579. 4°.

Prodiit cum eadem CHALCIDII interpretatione & verſione Pariſ. 1563. 4°. Porro curante MEURSIO Lugd. Batav. 1617. 4°. RINK; & cura J. A. FABRICII Hamburg. 1718. fol. & ſæpe alias.

Ejus codex eſt græcus cum ea interpretatione CHALCIDII (*t*) in Bibliotheca D. MARCI Veneta. Alii in B. R. *Pariſ.* n. 1815. 1823. 2010. alius in *Baillolenſi* Oxon. cod. 367. TAYLOR & in BODLEYANA.

Jani

(i) *De nat. human.*
(k) RUFUS.
(l) CENSORINUS, c. 7.
(m) *De nat. human.*
(n) THEOPHRAST.
(o) PLINIUS, *hiſt. nat.* L. VII. c. 24.
(p) ÆLIAN. *var.* L. IX. c. 22.
(q) CLIFTON. p. 19.
(r) *Uſ. part.* L. I. c. 8.
(s) GALEN. *uſ. part.* L. VIII. c. 12.
(t) ſ. alterius, qui eum ſequitur: Ita in *catalogo* legitur.

Jani BIRCHERODII junioris in TIMÆUM PLATONIS ſchediaſma Altdorf. 1683. 4°. TREW.

PROCLUS DIADOCHUS in eundem TIMÆUM commentatus eſt, ejusque codex exſtat in *Bibliotheca Vindobonenſi* (*t*), & alius in *Biblioth. Reg. Pariſ.* II. n. 2028. Cum eo commentario PROCLI prodiit Baſil. 1534. fol.

Opera omnia apud *Henricum* STEPHANUM 1578. 3.Vol. Ex traductione MARSILII FICINI Venet. 1571. fol.*.

Quæ per alia PLATONIS opera diſperſa habentur, ea omitto, cum vir omni laude dignus ſcalpello nunquam uſus ſit.

§. XXIII. *Ariſtoteles.*

MAGNI VIRI major, certe in phyſicis, diſcipulus, qui ipſe ſua manu etiam viventia (*u*) animalia diſſecuerit, & primus a rerum memoria anatomicas icones depingi curaverit, omnino ad noſtros mores literis deſignatas; medicinæ in univerſum amator (*x*).

IDEM a PHILIPPO R. & ab ALEXANDRO adjutus (*y*) de animalibus, de eorum moribus, de figura, de fabrica & viſceribus innumeras piſcium & venatorum relationes conjunxit cum ſuis adnotationibus, & eo progreſſus eſt, ut quid cuique claſſi animalium commune & characteris eſſentialis loco ſit, accurate in plerisque definiverit: deinde in quoque viſcere, membro, humore, expoſuerit, ut quodque eorum in quaque claſſe, & in generibus demum animalium ſe habeat. Sæpe humana viſcera cum animalium viſceribus comparavit, ſicuti per ſingula dicemus; ut omnino negari non debeat, ſummum virum aliquam anatomes humanæ cognitionem habuiſſe. Errores intermiſtos adgnoſco, ut tres illos cordis ventriculos, quorum unum putes eſſe auriculam dextram. Verum ut paſſim reprehenſionem non effugerit, & BORRICHII (*z*) cenſuram hactenus ſit meritus, inmenſum tamen opus & absque pare condidit, quod ne poſteritas quidem ſuſceperit æmulari, eaque fuit felicitate, ut cepta omnia perficeret. Qui enormes pecunias ARISTOTELI erogatas, & ab ATHENÆO (*a*), PLINIO (*b*) & ÆLIANO (*c*) enumeratas rejiciunt, nihil adferunt, cur ſuppetias ſummo viro diſcipulus & diſcipuli pater non miſerint.

Περὶ ζώων ἱστορίας princeps opus fuit ARISTOTELIS. Libro I. communia animalium tendit. Spongias ſenſum aliquem habere putat; & ad evulſuri adceſſum contrahi (*d*). Aliqua, vitioſa, de futuris aliter ſe in viro, aliter in

(t) LAMBEC. L. VII. p. 44.
(u) Chamæleontem, quem vidit coſtas adducere & cogere L. II. c. 11.
(x) ÆLIAN. *var.* L. IX. c. 22.
(y) IDEM, *ibid.* L. IX. c. 13.
(z) In *Ægypt. ſapient.* c. 10.
(a) ÆLIAN. L. IX. c. 13.
(b) L. VIII. c. 16.
(c) L. IV. c. 19.
(d) Conf. L. V. c. 16.

in femina habentibus, aliusque in coftis tantum octo (*e*) error. Omnia animalia oculos habere præter teftacea; talpas (*f*) non habere. Aures omnibus eíle, quæ generant, cetis exceptis & phoca. Sic per fingulas partes corporis externas it. Inde de partibus internis. Cerebrum venas (*g*) non habere, obduci tamen cuticula. Tres meatus ab oculis ad cerebrum ducere (*h*), maximos eorum & minimos ad cerebellum venire. Pars in aure cochleæ fimilis (*i*). Viam ab aure in palatum ducere, per quam vena eat. (*k*). Crocodilum fuperiorem maxillam movere (*l*). Epiglottidem larynem tegere. Solus homo auriculas non movet. In magnis animalibus fpiritum manifefto cor fubire. Sinus tres cordis. Aorta (*m*) primum hoc nomine impertita (*n*). Vifcera abdominis. Lienem locum cum hepate nonnunquam commutaffe. Porro lienem, hepar, renes, alias partes hominis cum iisdem in animalibus partibus confert, ut manifeftum fit, aliquam hominis anatomen jam tunc innotuiffe. In Naxo fel pecori grande eſſe, in Chalcide nullum. Portæ hepatis. Meatus a vena & ab aorta ad renem venire, in cavum non penetrare. Vefica homini pro portione amplior. Viam a genitali ad teftes (*o*) effe.

In hunc librum exftant *Chriftophori* GUARINONII *commentaria* Francofurti 1601. 4°. QUADR.

Lib. II. Iterum de iis, quæ animalia communia habent aut diverfa. Leoni collum nullis diftingui vertebris. De camelis, papillas habere quatuor, eorum genitale retrorfum fpectare. Sues vifas effe folidipedas. Sus femina vulvam exferit. Animalia, quibus in pene eft officulum. Effe quibus firmiores dentes noviffimi octogefimo demum anno cum dolore prodierint. Dentes, fuffragines, lingua, alia elephanti, ut probe ARISTOTELI innotuerit. Simiæ umbilico carent natibusque. Crocodilus lingua deftituitur, auriculis, mammis. Chamæleon ejusque oculi rotatiles, & variabiles colores; ejus etiam lacertæ anatome, & cerebrum oculis contiguum: diffectum diu fpirare. Aves: carere (*p*) epiglottide: de earum veficula (*q*) fellea. Delphinus mammas habet, aut alveolos lacte plenos. Multis pifcibus gulam amplam effe (*r*). Remora pedes habere videtur, nec tamen habet. Per varias claffes, quæ in vifceribus fimilia habeant, quæ diverfa. Lien oviparis exiguus, capricipiti avi nullus. Vermes cervi

(e) I. c. c. 15.
(f) C. 9.
(g) C. 16.
(h) Conf. L. I. c. 11.
(i) l. c. c. 11.
(k) *Ibid.* Putes tubam EUSTACHII cum canali carotico confundi.
(l) *Ibid.* c. 2. & alibi.
(m) C. 13.
(n) Conf. GALEN. *diff. arter.* c. 1. & de *fem.* L. I. c. 5.
(o) l. c. 17.
(p) C. 12.
(q) L. II. c. 15.
(r) C. 17.

cervi in faucibus perpetui (*s*). Cervus, Elephantus, Delphinus, felle carent. Fel piscibus aliis in jecore est, aliis de intestinis pendet de exiguis meatibus. Vesica carent oripara (*t*), sola testudo marina habet, & quidem grandem. Quatuor (*u*) ventriculi sunt iis, quibus unica est dentium series; eos ventriculos noster exponit, etiam echinum. Elephantem dissectum describit, intestinum convolutum, ut quatuor alveolos videatur habere; viscera suillis similia, lienem minorem. Ventriculus serpentum & viscera, & magnus appendicum in piscibus numerus, deque earum varietate. Appendices avium paucæ, & ad finem intestini in plurimis positæ (*x*). Ingluvies, ventriculus carnosus. Corvis ingluvies nulla, tinnunculo ventriculus ingluviei similis. Nulla ingluvies ubi collum longum, ut porphyrioni. Lacerta caret aure, genitali, & testes intus habet (*y*).

Lib. III. Partes genitales. Hic plurimum laborem ARISTOTELES posuit, & anatomen earum partium dedit. Ut in piscibus testes se habeant, & eorum meatus. Deinde vasa spermatica in quadrupedibus: arteriæ sunt ex aorta natæ & venæ, & hoc loco citat suas icones, etiam literas addit, quæ testes & vasa declarent. Ductus deferens hic dicitur. Elephas testes intus habet. Aortæ descendentis in lumbis divisio. Inde uteri quadrupedum, bicornes omnes, vagina cartilaginea. Serpentum uteri. Quæ animalia acetabula in utero habeant. Angiologia ARISTOTELIS (*z*) non optima. Venæ pulmonalis rami arterias comitantur. Arteriæ a mesenterica ad hepar & lienem (*a*). Iterum sinus cordis tres, & ex sinu medio aorta. Sinus maximus qui auricula videtur dextra, pars venæ; venæ huic majori tribuit pulmonales venas: tunc venæ capitis & arteriæ ab aorta natæ: negat dari ad jecur & lienem arterias Nervos ex corde nasci, in cujus amplo ventriculo nervi sint (*b*). Manifesto vero hic nervos cum tendinibus confundit, qui sunt circa articulos, & cum ligamentis. Fibræ sanguinis. Aliqua ad ossa. Leonem ossibus esse solidis, & medulla carere videri, habere tamen nonnunquam (*d*). Cornua boum in Phrygia soli cuti adhærere. Locis calidis pili duri, frigidis molles. Cutem sensu destitui. Cor inversum. Dura & mollis membrana cerebri. Vesicam habent sola vivipara & testudo. Adipis & sebi discrimen (*e*): utrinque dentata adipem habent, ea vero sebum quibus unica dentium series est. Cerebrum

(s) C. 15.
(t) C. 16.
(u) C. 17.
(x) C. 10.
(y) L. II. c. 10.
(z) C. 3.
(a) *Ibid.* c. 4.
(b) Conf. GALEN. HIPPOCRATIS & PLATONIS *decreta* L. I. c. 10.
(d) C. 7.
(e) C. 15.

brum ſubpingue eſt (*f*). A ſebo renali oves ſuffocari. Sanguis variorum animalium varius, homini tenuiſſimus. Medulla animali juniori cruenta. Lactis diſcrimina. Suctu frequentiori lac etiam de vetulis elici, tum urticatione ex capris marem non paſſis, & nonnunquam hædos lac dediſſe. Plus caſei eſſe in bubulo lacte, quam in caprillo, etiam menſura addita. De butyro ſilet. Quæ lac augeant, medicam etiam minuere. Semen homini plurimum, in omni animale album, a nullo gelu conſtringitur. Piſces vivipari oſſa habent, ovipari cartilagines (*g*). Ventriculi biſulcorum (*h*). Ureterum nomen (*i*).

Lib. IV. De animalibus exſanguibus, molluſcis, cruſtaceis, teſtaceis, inſectis. De polypo fuſe. Eſſe marem & feminam, ſic ſepiam. Cruſtaceorum deſcriptio, cancrorum anatome. Teſtacea. Pectines & patellas locum eorum mutare. Anatome aliqua, omnia mutim habere. Cancelli teſtarum hoſpites. Urticæ marinæ ſentiunt, & manui adhæreſcunt. Piſces audire, inſecta olfacere: aliquos piſces ſonum edere. Ranas mares cantare, ut feminas ad venerem illiciant, una oculos flagrare. Dormire quadrupeda, etiam piſces, & inſecta. De ſexu diſtincto: animalia immobilia ſunt absque ſexu. Dari piſces ſteriles, absque ovis, etiam anguillas. Anguillam neque marem eſſe, neque feminam. Frigidis feminas majores eſſe. Inſecta diviſa vivere (*k*). Vena a magna ad cor.

Lib. V. de generatione (*l*). Eſſe quæ generent ex coitu inſecta, alia animalia etiam absque coitu. Coitus in variis animalibus. Quæ retro coëant. Piſcium coitus. Feminas ſemen devorare. Perdicum, piſciumque nonnullorum ab aëre conceptus. Sepias etiam & polypos coire. Inſectorum feminas caudas ſuas in marem inmittere, & eorum coitum diuturnum eſſe. Quæ animalia ſemel, quæ ſæpius in anno pariant, primum de piſcium genere, & quibus menſibus; deinde aves & quadrupeda. Quo tempore iſta quidem generare incipiant, quo deſinant. Etiam de teſtaceorum partu, & de purpura potiſſimum. De ſpongiis aliqua. De locuſtarum partu. Polypi ova, & ſepiæ, ubi iterum figuras ſuas citat. De inſectis: vermem parere, præter papiliones, qui aliquid cnici ſemini ſimile, intus tamen durum pariant. Chryſalides & nymphæ, quæ quieſcunt, neque ſtercus emittunt. De bombyce & ſerico inde in Co inſula parato, primum omnium a Pamphila Platis filia. Vermiculos a ſole vel a ſpiritu primordium habere. Beſtiolæ in fornacibus Cypriis viventes: Ephemera Hypanis fluvii. Apes feminæ, quas ex longitudine adgnoſcas, & quas nonnulli matres dicunt, ut originis ſuæ gentis auctores; alii mares vocant, qui fuci. Duces naſci ſex & ſeptem, & ſeorſim. Labores apum; colligere ex omnibus, quæ flores ferunt calyculatos. Mel ore evomunt.

(f) C. 17.
(g) L. III. c. 7.
(h) C. 14.
(i) C. 3.
(k) L. IV. c. 7.
(l) Citat ſuos de ſtirpibus libros.

munt. Incubant, prodit vermiculus. Vita apum annorum ſex. Veſpæ. Cicadæ. · Non ignoravit vir Ill. minimum inter chartas ſcorpium. De ætatibus animalium (*m*).

Lib. VI. Fuſe de avium ovis. In Ægypto pullitiem fimo procurari. Utique ova hypenemia pari. Gallinam inciſam deſcribit. Albumen igne ſpiſſari non vitellum; magis tamen in fervida, quam in igne. Columbas feminas etiam ſe ſupervenire, & inde plurium ovorum fieri fecundas. Punctum ovi ſaliens quod cor, venæ duæ, & membrana vaſculoſa, tum pullus capite & oculis maximis, vena vitelli, & vena membranæ ambientis; Tunc novi animalis progreſſus per dies, adeo accurate, ut capitis ſitum ſuper crus dextrum deſcribat. Reſorbtio vitelli in inteſtinum avis. Pullus in ovo pipit. Ova geminis vitellis. Columbam duos fere pullos una parere, primum marem, inde feminam. Cuculum non eſſe accipitrem, qui columbo propior ſit. De incubatione, minime contemnenda habet (*n*). Piſcium fetificatio: Eorum ova deſcribit, & viſcera reliqua, ex corde pronata, & oculos cum capite grandes. Mares in ſiniſtra ſede generari. Diſcrimina piſcium, partesque genitales. Vivipari. Cartilagineos ſuperfetare. Cete. Piſces ovipari. Mas ſemine ova conſpergit, alioquin irrita futura. Idem ova cuſtodit, etiam plurimis diebus, quoad animal exeat. Apuas quaſdam in ſpuma naſci, neque genus propagare. Anguillam ſexu carere & ovis. Tempus quo varii piſces utero gerunt. Piſcium velox eſſe incrementum, non bene. Fetificatio quadrupedum. Equas venerem appetentes humorem de genitali emittere. Menſes pati omnia animalia, minus tamen abunde quam mulier, & tunc, quando venerem appetunt, ut equas, vaccas. Equa minimum ſanguinis in partu amittit. Coitus & partus per ſingula quadrupeda cicura, deinde & fera. De renibus fetus equini monſtroſis, pene geminis. Mulum generare. Hyænam non habere utrumque ſexum, etſi mas quaſi vulvam habet.

L. VII. Coitus & fetus humanus. Refutat adfectationem illam dextri lateris vel ſiniſtri, quam alteri ſexui Hippocrates tribuit. Fetus quadraginta dierum in aqua conſiſtit, prius diffluxurus, grandibus oculis. Rectius etiam Hippocrate fetum ſeptimo menſe editum infirmum eſſe & imperfectum, meliorem octavo; partum differri ad undecimum. Recte etiam ultimum terminum fecunditatis facit quinque puerorum. Superfetare mulierem, etſi rarius. Fecunditatem, quam vocant, relativam non ignoravit. Ovum humanum: fetus conglobatus. Bovi quatuor ſunt umbilici venæ, recte: ſic ſanguinem umbilico reſecto ad mortem uſque fluere: refocillari fetum ſanguine de umbilico in ejus corpus repreſſo. Non vagire etiam ſi caput exſtat, niſi totus de utero prodierit. Lac non de papillis ſolis, ſed paſſim de mamma exire. Pleroſque pueros ante ſeptimum diem interire convulſos. Malum pilare mammarum (*o*). Hic liber ſolus cum commentario J. C. Scaligeri prodiit Lugd. Batav. 1584. 8°.

(m) C. 14.
(n) C. 3.
(o) L. VII. c. 11.

L. VIII. Victus animalium varius ; urticarum marinarum, testaceorum, piscium, avium, serpentum. Istos vino se inebriare : apud pharmacopolas diu absque cibo vivere, jam tunc adeo dabantur pharmacopolæ. Quadrupeda. Etiam lupos ægrotantes herbas vorare. Fatigatos tridui fame sues, & aves celeriter pinguescere. Mores animalium, mutatio loci. Hic ARISTOTELES pygmæos vere dari confirmat, exilem & hominum gentem & equorum. Aves migratrices. Psittacum, indicam avem, loqui dicunt. Animalium latebræ. Senecta, quam exsuunt, etiam de oculis serpentis decedit. Morbi animalium. Canis rabiem utique habet, & addit demorsa animalia & ipsa rabire, non tamen hominem, de equo etiam fuse. Animalia hybrida. Pisces morbis esse obnoxios, & extenuari (*p*).

Octo librorum priorum codex exstat in *Bibliotheca Medicea*, inque PLUTEO 87. MONTF.

L. IX. Animalium odia & inimicitiæ. Hic BUFFONIUS hausit, ovem animalium esse stultissimam. Inde historia naturalis cervi. Medicinæ animalium; nidi. Columborum mores. Amor prolis & in ea tuenda sagacitas perdicis. Aliarum avium vitæ genus & memorabilia. De aquila fuse. Tunc pisces & artes quibus prædam capiunt. Araneæ, apes, absque rege non laboraturas, neque ullam habituram curam rei publicæ : necare duces si uno plures fuerint. Vox ducis auditur, antequam examen prodeat. Multa porro de apibus, etiam plantarum, quas amant, catalogus. Sic de vespis. Matres dicit, quæ primum cellulas vespis vulgaribus destinatas fabricent, deinde cellulas matribus præparent. Etiam de fucis aculeo carentibus, qui videantur mares. Crabronum dux unicus. De quadrupedibus. Varia de odio incestus apud equos, camelos. Aves mares veneris patientes. Castrationis effectus varii.

L. X. Alienus a reliquis, medicus potissimum, ad morbos spectat uteri, menses minus salubres, alia. Semen feminas extrorsum projicere, ut abstergi necesse sit, si per insomnia effuderint. Uteri os obliquum, nocere conceptui. Bonum signum esse, si per somnum semen profundant. Feminas sæpe falli, neque recte nosse num conceperint. Varia impedimenta conceptus. Clitoris sub qua foramen ponit, per quod spiritus efflctur, sinum, ut puto, aliquem muciferum. Feminam, cum concepisse videretur, quarto anno molam peperisse, cum dysenteria fuisset adfecta.

Solus latine ex interpretatione & cum commentariis *J. Cæsaris* SCALIGERI prodiit Lugdun. 1584. 8°. D'ETR.

Quinque libros posteriores Germanice cum malis figuris prodiisse GESNER.

Editiones librorum de animalibus sunt numerosissimæ.

Græce Venetiis 1495. fol. apud ALDUM. Ex N. LEONICI Thomæi emendatione Florentiæ 1527. *Catal. Bal.*

Græce

(p) C. 19.

Græce & latine interprete J. C. SCALIGERO, cum *Ph. Jac.* MAUSSAC animadverſionibus Toloſæ 1619. fol. Accedit X. liber plenior & emendatior. BURK.

Latine interprete *Theodoro* GAZA Venetiis 1476. fol. MAITT & de BURE. 1492. fol. MAITT. 1503. fol. UFF. Pariſiis 1524. fol. HEINS. 1533. fol. MAITT. Cum variis aliis ARISTOTELIS libris Baſileæ 1534. fol. B. B. Francofurti 1587. 4°. WILLER. *Petrus* etiam ALCYONIUS latine reddidit. Arabice *Ketab telenin alhaivanat* HERB. & *ketab alhaivan* per HAGI KHAFCH verſ. HERB.

Codices M.S. non ſunt rariſſimi. In *Baillolenſi Bibliotheca* n. 274., in *Mertonenſi*, in D. PETR. *Cantabrig.* In CAJ. GONV. *Cantabr.* n. 981. in B. D. MARCI Veneta. In *Bibl. Reg. Pariſ.* n. 6788. 6789. 6790. 6791. 6792. 6793. in *Scorialenſi Bibliotheca* BUSCH. Mag. V. ex translatione M. SCOTI. Porro apud fratres minores Ceſenæ ni fallor, MONTF. & forte in *Bibl. Reg. Londin.* p. 204. CASLEY.

Græce ut puto in *Vaticana* MONTF. n. 430. & in *Medicea Plut.* 87. Græce in *B. R. Pariſ.* n. 1921. Græce in B. D. MARCI Venet. ſeculi XVI. duo codices.

Editio Florentina cum M. S. S. collata in B. VOSSIANA n. 2705.

Hebraice LAMBEC. *Biblioth. Vindob.* I. p. 178.

Hiſpanice prodiit vertenté *Diego de Funes y* MENDOÇA Valentiæ 1621. 4°.

In eos libros commentarii exſtant innumerabiles, *Franciſci* VATABLI Lipſiæ 1520. fol. *Auguſtini* NIPHI *expoſitiones* Venetiis 1546. fol. qui verſionem GAZÆ recognovit.

Tabula in eos libros in *Bibliotheca* D. PETRI *Cantabrigiæ.*

Solent una reperiri *quatuor de partibus animalium* libri.

In eorum I. metaphyſica nonnulla & communia. Libro II. de humoribus animalium, ſanguine, ejus fibris, adipe, ſebo, quæ fere in magno etiam opere reperiuntur. Medullam ſpinalem ab alio adipe aliave medulla differre. Cerebrum non eſſe pingue, quod ſit frigidiſſimum. Homini maximum eſſe. Vivipara eadem habent oſſa, ut delphinus. In omni vivente maxime neceſſariæ partes ſunt, quæ cibum recipiunt, & excrementa egerunt. Viſus ſemper eſt in vicinia cerebri; aves aure carent, & phoca. Membrana nictitans: aves quæ palpebra inferiori nictitant. Piſces carent palpebra. Unus homo habet cilia in utraque palpebra. Linguæ diſcrimina per animalia. Iterum leoni exiguam eſſe medullæ portionem (q). Partes ſanguine ali (r). A cerebro ut frigidiſſimo fluxiones fieri (s).

 Lib. III.

(q) C. 6.
(r) C. 3.
(s) C. 7.

Lib. III. Dentes, cornua, dentium tres classes. Dentes piscium. Nulla cornua iis quibus pedes multifidi. Gula, ea carent pisces. Nihil descendere in asperam arteriam; epiglottide eam operiri, ea aves carere. Cor in nullo sanguineorum desideratur. Ejus tres ventriculi. Ex eo omnes venæ prodeunt, non ex hepate. Venæ duæ, ex quibus reliquæ omnes, earum minor aorta. Pulmo omnibus pedestribus, ad refrigerationem necessarius. Viscerum usus est ad sustentandas venas, tum hepar & lien ad calorem. Renes non reperiri in piscibus, non bene. Phocæ renes bubulis similes, solidi, reliqui omnes cavi. Meatus validi a renibus ad vesicam. Dexter ren superior & minus pinguis. Septi transversi media membrana exilior. Non putat, caput abscissum loqui. Viscera omnia suam habent membranam. Hepar, lien, ventriculus intestina secundum classes animalium. Obscurum quid habet, quasi appendiculam dicere voluerit. Coagulum esse in tertio ventriculo: id solum habere leporem inter multifida. Appendices ventriculi piscium. Iterum ovum incubatum, & in eo primum adparens cor, tunc jecur (*t*).

Lib. IV. (*u*) Fel quibus animalibus nullum sit (nempe vesicula): esse purgamentum inutile. Omenti de ventriculi sutura ortus; prodesse suo calore. Mesenterium venas fulcit, per quas alimentum de intestinis venit. Anatome mollusccorum. Nulla viscera habent, nec venas. Habent œsophagum, ingluviem, ventriculum, intestina (*x*). Ventriculus & reliqua molluscorum, ut sepiæ, tum testaccorum. Multa de exterioribus variarum classium partibus, quæ non repetemus. Struthiocamelum pro medio inter aves & quadrupeda animale habet. Consideratio a finibus sumta, manus, pollicis (*y*). Nullæ venæ insectorum.

Hi quatuor libri plerumque una prodierunt, & cum prioribus & sequentibus libri numerantur 19.

Græce apud ALDUM 1495. fol.

Latine *Theodoro* GAZA interprete Venetiis 1503. fol. cum priori opere UFF. Parisiis 1524. 1533. fol. 1542. 1583. fol. GRON. Basileæ 1534. fol. B. B. Puto & Venetiis 1492. fol. *Cat.* WILLER. *Aug.* NIPHUS versionem recognovit.

Solus prodiit gr. lat. Francofurti 1585. 4°. D'ETR.

Primum librum *Nicolaus* LEONICUS latine reddidit & explanavit.

Codices græci duo sunt in B. D. MARCI (*z*). Codex græcus est in *Vaticana* & tres in B. R. P. n. 1853. & cum *Theodori* METOCHITÆ Schol. n. 1935. 1936. tum in B. D. MARCI. Vindobonæ, cum scholiis M. EPHESII LAMBEC. VII.

(t) C. 4.
(u) Citat suum lib. *de incessu & motu anim.* c, 13.
(x) *De cochlea*, L. IV. c. 5.
(y) C. 10.
(z) In alio L. IV, numerantur, in alio L, II.

VII. p. 92. 98. 99. Commentarii in eos libros M. EPHESII in B. R. P. n. 1923. 1925. tum in MEDICEA, & inter codices VOSSII, & Scholia M. EPHESII in B. R. Par. n. 1924. Codex alius ARISTOTELIS in Vindobonensi LAMBEC. VII. p. 81.

Latine exstant in *Bibl. Reg. Paris.* n. 6788. 6789. 6790. 6791. 6792. 6793. &, ut puto in B. CAJO GONV. n. 981. Reperiuntur etiam in *Bibl. Reg. Lond.* in Leidensi p. 309. in Mertonensi, si latini sunt.

In eos ll. *Danielis* FURLANI commentarius primus prodiit Venet. 1574. 8°. B. B. In generalibus se continet, & quæ ad ordinem spectant. Ubique ostendit, ARISTOTELI finem fuisse, refutare PLATONEM. Commentatus etiam exstat AVERRHOIS.

EJUSDEM *de generatione animalium* L. V.

Lib. I. De generatione ex putredine, quam pro certa recipit. Dari in eodem genere arbores, quæ fructum ferunt, & steriles alias, quæ tamen fructiferas adjuvant. Feminam dicit, quæ in se ipsa gignit, non bene, neque enim polypus femina est, neque testacea. Serpentibus testes gemini, & totidem meatus. Uteri omnibus bipartiti. Magis venerea, quibus nulli testes. Testes mera pondera, necessaria, ut meatus seminales extendantur. Solum erinaceum testes intus ad lumbos habere: addit paulo post elephantum. Caussas dat variæ fabricæ finales, & mechanicas, in utero, pene, testibus. Rationes eorum profert, qui semen a toto putarunt decidere; earum princeps filiorum cum parentibus similitudo, & manci ex mancis geniti. Deinde hæc omnia refutat. Similitudinem refellit, quod barbati imberbes, cani nigros generent; fetus avorum maternorum non patrum similes sint visi; plantæ similes sibi stirpes generant, etsi non habent fructus; insecta, animal sui dissimile. Menses excrementa esse, eam esse materiem, quam ad fetus fabricam mater conferat. Contra semen femininum. Masculum semen (*a*) formam dat & principium motus, femina materiem. Pisces feminæ dant ova, mas semen adspergit. Omnia gressilia sexum habere, esse quasi plantas divulsas, ut mascula pars a femina seorsim vivat.

Lib. II. Vermis totus in animal abit, ovi pars aliqua. Insecta parere vermiculum. Aurelia ovum est. Pro epigenesi. De semine fere similia, colliquescere adservatum, non congelari. In semine animam vegetabilem esse. Mens extus accedit in corpora (*b*). Calor animalis, ab igne diversus, generat, cum iste destruat. Menstrua semen sunt, minus purum. Caussa menstruorum. Ex animalibus diversarum specierum coeuntibus primum animal mistum ex utroque parente nasci, deinde feminæ similia. Humor, quem feminæ in coeundo emittunt, nihil facit ad generationem & conceptum. Feminas etiam absque voluptate concipere. Semen maris non in uterum, sed ante eum

(a) Citat GALENUS *sem.* L. II. c. 2.
(b) C. 3.

eum effundi. Menſtruum a ſemine maſculo coagulari. Cor primum formari, deinde venas umbilicales. Partes fetus non ad parentis partes fingi, ovi exemplo. Rubelliones omnes ovis fetos reperiri. Interiora fetus prima formari, & ſuperiora. Alimentum per venulas & meatulos reſudare, & in carnem cogi. Lineamenta partium corporis prima conſiſtere, deinde colorem, & duritiem accedere. Caput & oculos poſt cor gigni, quod humore abundent. Dentes ſolos perpetuo creſcere. In multis animalibus, & potiſſimum ruminantibus, plura eſſe vaſa umbilici & cotyledones. Fiſſipeda fere carere acetabulis, venamque umbilici ipſis ſingularem eſſe. Infantem in utero de caruncula ſugere non recte dici, ubi putes HIPPOCRATEM pungi: eo etiam pertineant, quæ de conceptu dicit ex penetratione odorum. Mulum ſubinde generare, & mulam concipere, non tamen perficere. Ovum eſt cujus pars animal eſt, pars alimentum.

Lib. III. Piſcium ovum unicolor. Aves rapaces neque ſalaces eſſe, neque multiparas, neque generare ova ſubventanea. Ova absque coitu gignuntur. Ovi membranæ duæ, & membrana vitelli propria. Incubationem diebus tepidis celerius perfici. Piſcium ova; per intervalla a femina poni; non fecunda eſſe, niſi maris ſemen adſpergatur. Celerrimam eam eſſe venerem. Neque corvum ore coire, neque muſtelam per os parere. Ova piſcium cartilagineorum, mollium, polypi, perinde a maribus adſpergi. Inſectorum generatio, potiſſimum apum. Fucos non eſſe mares ut inermes, apes non feminas ut armatas. Generare ergo reges & ſe & apes. Cellulæ regiæ paucæ. Reges non laborant, ut generationi poſſint vacare. Veſpas matrices inter ſe coire viſas. Generatio teſtaceorum, & vermium. Oſtrea non emittere genitale quid, neque ova, quæ vocant, eo facere. Initium animalis eſt in albumine, alimentum in vitello (*c*).

Lib. IV. (*d*). Refutat ANAXAGORÆ, DEMOCRITI & EMPEDOCLIS de generatione opiniones. Tamen ad EMPEDOCLEM redit, & fieri feminam ſi materies ob caloris inopiam non recte concreta fuerit, argumento ſpadonum: & patri ſimilem fieri per eamdem rationem fetum, qua mas ſit, ſuperante motu, tum qui a mare eſt in univerſum, tum qui peculiariter a patre: matri vero, ſi ſuperet quidem motus a mare, non ſuperet qui a patris perſona. Teſtis dextri prærogativa ut maſculos faciat. Monſtra ex homine & animale miſta, omnino dari non poſſe. Cauſa monſtrorum, proximis fetubus & vitellis coaleſcentibus. Androgyni, homines potiſſimum & capræ, quæ hircinæ dicuntur. Hepatis & lienis loca permutata; alterum tamen genitale ſemper irritum eſt. Alii rariores circa partes genitales errores, & de Perinthia femina, quæ per veſicam fæces reddebat, cuique anus inciſus iterum coaluit. Pro ſuperfetatione, potiſſimum leporum. Hirundinum pullis præpuncti oculi convaleſcunt. Iterum molæ exemplum poſt tres annos redditæ. Lac quibus in animalibus generetur. Prona omnia animalia partu edi, præeunte capite.

L. V.

(c) C. 1.
(d) Citat *ſua problemata.*

L. V. Oculi cæſii & nigri, & unde. Cæſii magis a luce moventur & a viſibilibus, nigri minus. Aures in phoca nullæ. Pilorum diſcrimina & calvities. Cani a caloris diminutione. Unde pilorum diverſi colores. Vox animalium, quare maribus per pubertatem mutetur Dentes in ſenio erumpentes.

Hi quinque libri Græce cum reliquis apud ALDUM prodierunt 1495. fol.

Latine a *Theodoro* GAZA verſi cum prioribus, Venetiis 1503. fol. UFF. Sic Pariſiis 1524. 1533. fol. Baſileæ 1534. fol. B. B.

Seorſim cum PHILOPONI, JOH. GRAMMATICI commentariis per NICOLAUM PETRUM CORCYRÆUM latine verſis, vertente T. GAZA Venet. 1526. fol. B. B. Notæ mere paraphraſticæ.

Prodierunt etiam cum *partibus animalium*, & nonnullis minoribus opuſculis Francofurt. 1585. 4°. græce.

Codex græcus eſt in Bibl. Reg. Pariſ. n. 1864. alius n. 1853. In Vindobonenſi alius LAMBEC. VII. p. 99. In Medicea Plut. 87. Duo in B. D. MARCI Veneta & in Vaticana n. 430.

Latini codices in B. R. P. n. 6788. 6789. 6790. 6791. 6792. vertente M. SCOTO, & 6793. vertente *Theodoro* GAZA.

In Mertonenſi etiam & CAJO GONVIL. reperiuntur. Libri quatuor priores in Vindobonenſi LAMBEC. VII. p. 81.

Commentarii in eos *Alexandri* APHRODISÆI B. R. P. n. 1921. & AVERRHOIS in operibus. J. etiam GRAMMATICUS in eos commentatus eſt, cujus codex græcus eſt in B. D. MARCI. Inter codices VOSSIANOS n. 2227.

Commentarii *Michaëlis* EPHESII exſtant in B. R. P. n. 1923. tum in MEDICEA. T. METOCHITÆ commentarii B. R. P. n. 1935. 1936. tum in B. D. MARCI. Anonymi Scholia B. R. P. n. 1949. 2066.

Totum opus *de animalibus* ſæpe conjunctum prodiit. Vertente GAZA Venetiis 1476. 1492. fol. 1503. fol. Pariſiis 1524. 1533. fol. Baſileæ 1534. fol. B. B. Græce & latine ex Bibliotheca *Iſaaci* CASAUBONI Lugd. 1590. fol. Græce apud ALDUM 1553. 8°. GRONOV. & cura F. SYLBURGII Francofurti 1587. 4°.

Franciſci VATABLI in ARISTOTELEM de animalibus commentarius ad totum opus videtur pertinere, Lipſiæ editus 1520. fol.

Quæ vocantur *parva naturalia* ARISTOTELIS, huc faciunt.

De ſenſu & ſenſili. Multa quidem hic reperias, quæ noſtro ævo inutilia videntur & obſcura: paſſim etiam explicationes rerum naturalium a noſtris alienas experimentis. Admireris tamen, quam frequenter cogitata & adnotationes

nes vetustus auctor proferat, quæ cum nostris nuperis inventis accurate consentiunt. Eo referas septem colores primigenios cum septem consonantiis comparatos, & gratiam utrorumque a numeris pendentem. Homini maximum inter animalia cerebrum esse. Animal esse quod sentit, non animal quod non sentit. Adtentio etiam auctoris ad phænomena, quæ sponte se offerunt, summa est. Meatus oculorum in vulneratis abscissos fecisse cæcitatem : homines a carbonum halitu exanimari.

Vertit eum l. *J. Lucillus* PHILALTHEUS Venetiis 1544. 1549. 1559. 1573. fol. cum M. EPHESII scholiis. Græce prodiit Venet. 1527. fol. Solus Francofurti 1596. 8°. absque commentario, quantum video.

Theodorus METOCHITA in eum commentatus est. Alius *J. Alexandri* APHR. commentarius, & *Simonis* SIMONII Lyon 1566. TREW. & AVERRHOIS arabicus commentarius M.S. est in B. R. P. I. n. 316. T. de AQUINO commentarius in B. *Mertonensi.*

De memoria & reminiscentia, quarum ista solius est hominis. Fere argumenti est metaphysici.

In istum commentati sunt PLOTINUS, *Michaël* EPHESIUS, THEMISTIUS, METOCHITA, quorum iste latine tantum superest : Porro *Thomas* ab AQUINO, *J. Ludovicus* VIVES, *Simon* SIMONIUS, qui textum etiam græco-latine edidit Genuæ 1566. fol. PLAT. In hunc & in priorem librum commentatus est *J. Gutierés de* GODOY Giennii 1629. 4°.

De somno & vigilia. Dormire omnia animalia, quæ oculos habent, dormire insecta ; de ostraceis minus notum esse ; ubi vides, divisionem animalium fere eam, quæ LINNÆI. Porro explicationes aliquæ mechanicæ & physiologicæ. Sanguinem in capite tenuissimum, in partibus infernis crassissimum esse.

Prodiit seorsim gr. latine cum LEONICENI versione Giess. 1610. 8°. GUNZ. & græce cum aliis nonnullis Francof. 1550. 8°.

In eum librum THEMISTIUS commentatus est, & *Thomas* de AQUINO. *Claudii* CAMPENSIS commentarius prodiit Parisiis 1556. 8°. BODL. Cum l. de memoria & reminiscentia Venet. 1527. MEAD.

De somniis. Hic de erroribus sensuum agitur. Visum accuratiorem esse, & tactum corrigere. Degenerationem colorum ab inspecto corpore splendente recenset, omnino ad NEWTONIANUM ordinem.

In hunc librum JAMBLICHUS, THEMISTIUS, *Michaël* EPHESIUS, *Theodorus* METOCHITA & *Thomas* de AQUINO commentatus est. Iste cum lib. de divinatione, & de somno & vigilia, ex versione *Nicolai* LEONICI Giessæ latine prodiit 1610. 8°. FABR. annum citat 1614.

De divinatione ex insomniis. Negat a Diis inmitti. Sensum omnium perceptionum in somnio acriorem esse. Commentatus est in eum T. de AQUINO.

De animalium motione. Motus facit involuntarios, ut cordis & pudendorum : voluntarios ; & non voluntarios, quo respirationem refert.

Ex versione *Nicolai* ALCYONII Codex est in Bibl. D. MARCI Veneta: & in *Oxon. & Cant. Ecl.*

Prodiit Basil. 1534. fol. cum aliis ex P. ALCYONII interpret. & Parisiis 1533. fol.

In eum commentatus est VINCENTIUS BELLOVACENSIS, *Michaël* EPHESIUS, *Theodorus* METOCHITA, *Petrus de* ALVERNIA, & *Bernardinus* CRIPPA. Iste Venetiis 1566. 4°.

Liber *de animalium incessu* (πορείας). Omnia a dextris moveri, homini dextra fortiora esse. Exsanguia animalia dissecta vivere, esse enim quasi catenas animalium, non perinde sanguinea. Ut serpentes & pisces flexu moveantur, ut quadrupeda & aves. Iterum uropygium volatum dirigere, aut ejus loco pedes retrorsum projectos. Bipedem necesse esse habere inferiora graviora superioribus. Pedes quadrupedum semper pares esse. Elephantum utique suffraginem flectere. Quadrupedum, multipedum, testaceorum iter. Omnia nimis generalia.

Prodiit Græce apud ALDUM 1495. fol. cum aliis, & latine Basileæ 1534. fol. cum aliis ex versione *Nicolai* ALCYONII B. B.

Codex est in B. MERTONENSI. In hunc librum *Michaël* EPHESIUS & *Theodorus* METOCHITA commentati sunt.

De extensione & brevitate vitæ. Omne animal calidum esse, & humidum, senectutem vero frigidam & siccam. Venerem longævitati nocere, hinc mulum equo longæviorem esse & asino. Aquatilia minus longæva terrestribus.

Prodiit græce & latine cum libro de divinatione Basil. 1536. 8°. MAITT. Græce Lipsiæ 1568. 8°. Cum lib. *de juventute & senectute* Parisiis 1548. 4°.

Arabice est *ketab alomo v thaulho v caschro* HERB.

Codex exstat in Bibl. *Medicea* Plut. 84.

In eum est commentarius *Mich.* EPHESII, & Paraphrasis THEODORI.

De juventute, senectute, morte & vita, a quo libello non puto separari deberet librum *de spiratione.* Calorem cum altrice anima conjunctum esse conceptionem. Senectutem ejus caloris decrementum, mortem ejusdem exstinctionem. Eum calorem in corde habitare, inque sanguine, ebullire & iterum concidere, ita cordis motum fieri. Refrigerium accipere ab aëre respirato, vel ab aqua, ut in piscibus. Insecta non respirare. Cete pulmonem habere

bere & dormire. Exemto corde teſtudines vivere: a corde in piſcibus ramum ire in branchias & ad ſingulas dividi. Etiam in piſcibus alternis vicibus cor a calore elevari. Non eſſe perpetuum pulſus cum reſpiratione concentum.

Codex in Bibl. D. MARCI, græce exſtat.

In librum de reſpiratione commentatus eſt *Michaël* EPHESIUS, & paraphraſis exſtat THEODORI. Libellum *de ſpiritu* vertit & edidit *Daniel* FURLANUS Hanov. 1605.

Libri *de juventute*, *ſenectute*, *vita*, *morte*, *reſpiratione* græce prodierunt Francofurti 1550. 8°. Libri *de juventute*, *ſenectute*, *longævitate*, *brevitate*, *divinatione* cum gloſſis *Mich.* EPHESII cura C. GESNERI: acc. LEONICI THOMÆI *explanatio primi l. Ariſtotelis de partibus animalium* Baſil. 1541. 8°. B. B. Etſi pleraque meræ ſunt theoriæ, tamen experimenta intercedunt. De ſomniis aliqua, ſuperſtitione plena, & eventibus a natura alienis ſomniorum. N. LEONICI comm. ſunt generalia. Hic locum reperias, de pede locuſtæ irritato, qui exſiliat, quaſi ſentiret, locum alium, de duabus partibus diviſi inſecti, quæ vivunt. Alia citat quæ de greſſu animalium dixerit.

Libri *de ſomno*, *vigilia*, *juventute & ſenectute*, *vita & morte*, *& de reſpiratione* græce Francofurt. 1550. GUNZ.

Libri *de longitudine & brevitate vitæ*, *de juventute*, *ſenectute*, *vita & morte* græc. lat. Pariſ. 1548. 4°. B. B.

Libri *de animalium ingreſſu*, *motu*, *ſpiritu cum aliis* Francofurt. 1585. 4°. B. BERN.

Toti libri *parvorum naturalium* prodierunt latine Lipſ. 1510. & absque anno MAITT. latine. Tum Venetiis apud *Octavianum* SCOTUM absque anno. *Bibl.* BERN. Baſileæ 1546. 4°. & *Nicolao* LEONICO interprete apud Juntas 1527. 4°. MAITT. Pariſ. 1530. fol. & ex verſione *J. Geneſii* SEPULVEDÆ Pariſ. 1532. fol. FABR. & P. ALCYONIO interprete Venet. 1519. fol. commentarii paraphraſtici ex ratiocinio nati & aliorum ſcriptorum collatione.

Vertit etiam *Franciſcus* VATABLUS. Vertit *Joachimus* PERIONIUS, & ea editio prodiit Duaci 1590. 4°. Cat. WILLER, a *Nicolao* GRAUCHIO reviſa.

Commentatus eſt in eos libros *Michaël* EPHESIUS, cujus commentarii prodierunt Pariſiis 1527. fol. B. HEINS. *Georgius* PACHYMERIUS. ALBERTUS M. cujus commentarius cum ipſis libris prodiit Colon. 1498. fol. min. B. DRESD. & M.S. Porro *Thomas de* AQUINO hos eosdem libros expoſuit Padua 1493. fol. Venet. 1505. & *J. de* MECHLINIA, & *Martinus de* CORBENIS, & *Johannes* PARISIENSIS, & *Auguſtinus* NIPHUS, cujus editio eſt Veneta 1523. fol. Item *Jacobus* SCHEGKIUS. PETRI *de* ALVERNIA commentarii prodierunt Pariſiis 1660. fol. B. TIG. *Johannes* GANDAVENSIS, quæſtiones ſuper parvis naturalibus dederunt Venet. 1505. fol. PL.

Notas

Notas addidit J. PERIONIUS.

Libros paraphrasticos THEMISTII *de memoria*, *somno*, *insomniis & divinatione*, Græce *Victor* TRINCAVELLIUS edidit Venet. 1534. fol. FABR. Latine vertit H. BARBARUS, quæ editio sæpe recusa fuit; primum Tarvisii 1481. tum Venetiis 1500. fol. Paris. 1528. fol. Basileæ 1533. fol. 1545. 4°. Venet. 1530. 1542. 1549. 1554. 1570. fol. & 1587.

Codex M.S. commentariorum *Mich.* EPHESII in hos libros omnes est in B. R. P. n. 1925. & 1923. græce, & in B. MEDICEA PLUT. 85. inque B. D. MARCI, perinde græce.

ANONYMI *commentarii* in Dom. *S. Petr. Cantabr.* n. 1695.

Libri *de somno*, *divinatione*, *senectute*, *vita & morte anim.* exstant, cum iisdem commentariis, ad n. 1922. in B. R. Paris.

In libros *de somno*, *motu animalium*, *divinatione*, *vitæ longitudine*, *senectute* &c. commentarii ejusdem in eadem Bibliotheca, græce n. 1882. & in *eosdem* & *de memoria* n. 1934.

Commentarii in libros *de somno & vigil. motu anim. brevit. vitæ*, *senect. & juventute* græce in BAVARICA BIBLIOTH.

Theodori METOCHITÆ in eosdem libros omnes comm. M.S. B. R. P. n. 1935. græce, tum in B. BAVAR. in VATICANA, n. 671. & in B. D. MARCI.

In solos libros *de incessu animalium*, *& de sensu & sensilibus* EJUSDEM commentarius est in eadem B. Regia Parisina n. 1936. In libros *de somno*, *insomniis & divinatione* n. 1888. in eosdem & *de insomniis* B. R. P. n. 1886. & 1887.

AVERRHOIS in libros *de sensu & sensat. memoria & reminiscentia*, *somno & vigilia*, *morte & vita*, *causis longæ & brevis vitæ* commentarii M.S. sunt in Bibl. Collegii CAJO-GONVILENSI *Cantabrigiensi*.

Alexandri APHRODISÆI in eosdem libros omnes commentarii, cum ipsis libris in B. R. Paris. n. 1921. In libros *de sensu & sensibili* ib. n. 1928.

THEMISTIUS in lib. *de Memoria*, *somno*, *insomniis & divinatione* B. R. P. n. 1891.

ALBERTI M. in hos libros commentarii in B. MEDICEA. PLUT. 83. in B. R. P. n. 6527. & 6512. 6523. hi latini.

AVICENNA in libros *de somno & vigilia*, *memoria & reminiscentia* in Bibl. LAUDUN. J. HENNON in eorum plerosque, in B. R. P. n. 6529.

Anonymi in hos libros commentarii græci in B. R. P. n. 2066. & 1949.

Petri POMPONATII commentarii fuerunt apud NAUDEUM.

Anonymi in libros *de sensu*, *sensili*, *memoria*, *reminiscentia*, *somno* & *vigilia*, *longævitate* & *brevitate* vitæ in Collegio Balliolensi.

Commentarii in eos libros anonymi B. D. MARCI (præter librum de sensu).

In libros *de sensu* & *sensat. memoria* & *reminiscentia Thomæ de* AQUINO commentarii sunt in Bibl. BAILLIOL.

Petri de ALVERNIA commentarii in libros *de somno* & *vigilia*, *juventute* & *senectute*, *morte* & *vita*, *motibus animalium* in C. BALLIOLENSI; in libros *de senectute* & *juventute*, & *in reliquos* in C. D. PETR. Cant. n. 1716.

In omnia parva naturalia in COLL. MERTON. bis. In eadem *Guilielmus* BURLEY commentatus est.

Omnia P. N. græca exstant in *B. Cantabrig. B. R. Londin. B. R. P.* n. 1861. 2011. In *Bibl. Bavarica.* In *Scorialensi* BUSCHING *Mag.* T. V. In B. D. MARCI græci aliquot codices & latini, anonymo interprete. Omnia, ut puto, latine in *Coll. Trinitatis Cantabrig.*

Libri *de sensu* & *sensibili*, *memoria* & *reminiscentia*, *somno* & *vigilia*, *divinatione*, *juventute* & *senectute* n. 2035. B. R. P.

Libri *de motu animalium*, *sensu*, *memoria*, *somno*, in B. D. MARCI.

Libri *de sensu*, *sensibili*, *memoria* & *reminiscentia*, *somno* & *divinatione*, *animalium motu* & *incessu* in Bibl. R. P. n. 1853. græce, & *de insomniis* n. 1859.

De sensu & *sensato*, *somno* & *vigilia in Colleg.* CAJ. GONVILL.

Libri *de somno* & *vigilia*, *memoria*, & *reminiscentia*, *sensu* & *sensato* B. C. *Christi Oxon.* 1581.

IIDEM & præterea *de morte* & *vita*, *differentia spiritus* & *animæ* C. CAJ. GONVIL. *Cantabr.* n. 982.

De animalium gressu, *motu*, *juventute* & *senectute*, *vita* & *morte* &c. Bibl. S. MARCI.

De longitudine & *brevitate vitæ*, *vita* & *morte*, *memoria*, *insomniis*, *motu animalium*, *sensu* & *sensibili* in B. R. P. n. 2027. græce.

De memoria, *reminiscentia*, *somno*, *vigilia*, *longitudine vitæ* n. 1860. B. Corp. Christi Oxm.

De somno & *vigilia*, *insomniis* & *divinatione* in Bibl. MONASTERII *de* LYRA Dioc. *Ebrincensis.* MONTF.

De memoria, *reminiscentia*, *longitudine* & *brevitate vitæ*, *motu animalium* in Bibl. MEDICEA Plut. 84. interprete anonymo.

De

De sensibus, memoria, somno, divinatione, insomniis, & motu animalium ibid. Plut. 87. & cum libro *de senectute* LAMBEC. VII. p. 76.

De sensu & sensilibus, memoria; somno & vigilia & divinatione B. MEDIC.

De rememoratione, somno, vigilia, sensu, sensato, causis longæ & brevis vitæ in B. BODLEY. n. 3623.

Librorum *de animalium incessu, sensu & sensibilibus, motu animalium, senectute &c. & respiratione* codex in Bibl. MEDICEA Plut. 81.

Lib. *de somno, vita & morte, longitudine & brevitate, juventute & senectute* in VATICANA n. 429.

Libri *de somno, vigilia & divinatione per somnia* in Bibl. R. P. n. 6781.

De sensu & sensibili & de somno B. R. P. n. 2032.

Lib. *de animalium incessu* solus LAMBEC. VII. p. 99. in B. R. Paris. n. 1864. & in MEDICEA Plut. 87. in B. *publ. Cantabr.* n. 2286.

Solus l. *de motibus animalium* Colleg. BAILLIOL. n. 274.

Solus liber *de sensu & sensibili* B. R. P. I. n. 302. Bibl. R. Lond. p. 214. B. *Mon. de* LYRA MONTF. Vindobonensi VII. p. 81. Arabice B. R. Paris. II. n. 2028. 2034.

De somno & vigilia B. R. Lond. & una *de divinatione in somno* BODLEY.

De memoria & reminiscentia B. R. Lond. B. D. MARCI.

De longitudine & brevitate vitæ, latine in B. MEDICEA Plut. 85.

De principiis motus, progressus, & motu animalium, Coll. Nov. Oxm.

Porro ARISTOTELES in libro περι θαυμασιων ακουσματων recenset ea, quæ de bestiis & de universa natura valde peregrina & singularia auditu accepit, & quorum multa exstant in *historia animalium.* Intercedunt tamen & alia, ut mel thracium: mel ex buxo ponticum venenatum. Hydromel in Illyria. Scorpiorum immensa copia in via Susis in Mediam ducente, quod videtur ad scorpiones Caschanenses etiam nostro ævo celebres spectare. Insaniæ varia genera. Montes ignivomi varii, etiam Liparicus, non vero Vesuvius. Metalla statim sua & crescentia. Indicum aes auro simile, olfactu separabile. Oleæ peculiares, & quam Hercules in Olympiis plantaverit, hactenus superstes. Fluxus & refluxus lunam sequens in freto Siculo. Cæruleum metallum Demonesi. Columnæ in specu ex guttis consistentes. Alnos in Creta fructum ferre. Pisces Babyloniæ fossiles & volatiles. In Ombricis insulis etiam mulieres plerumque geminos & tergeminos parere. Populi Phaëtontiæ, Violæ Aetneæ copiosissimæ. Venenum celticum, quo tactæ feræ continuo pereunt & putrescunt, & cujus antidotus cortex querna sit aut folium κορακιον. Oleum ex terebintho in insulis Gymnasiis prope Iberiam. In M. Comio fons oleo stillans. Lapides ardentes in Ponto, nempe lithanthraces. In Bisaltis bina ovium esse

esse jecinora. Plurima manifesto fabulosa intercedunt. Multum num iste liber genuinus sit, disputatum est, & de ea re vide FABRICIUM (*e*).

Græce edidit H. STEPHANUS Parisiis 1557. 8°. B. B. & *Frid.* SYLBURG Francofurti 1587. 4°. B. B.

Vertit *Dominicus* MONTESAURUS. Emendavit C. GESNER. Codex est in Bibliotheca Vindobonensi (*f*).

PHYSIOGNOMICA. De ingenio & indole & vitiis ex pilis, coloribus, similitudine animalium, adgnoscendis. Nimia multa & fabulosa. Parvi homines valde acuti, & cur.

Codex exstat in Bibl. D. MARCI. Græci duo in C. MERTONENSI, in BAILLOLENSI; in BODLEYANA. In *Bibl. Medicea*, & Vindobonensi LAMBEC. VII. p. 100. Ex Arabica lingua latine versus in Bibl. J. MORI Ep. Norvicensis.

Latine edidit A. LACUNA Parisiis 1535. 8°. & *Jodocus* WILLICH Witteberg. 1538. 8°.

Jacobus FONTANUS, ut intelligo, Parif. 1611. 8°.

Græce F. SYLBURG. Francofurti 1587. 4°.

Arabice etiam versus habetur.

Gallice Parisiis 1553. 8°. *La physiognomie du grand Philosophe Aristote par Jean le* BON.

In hunc librum *Petrus* HISPANUS commentatus est B. Dom. S. PETRI *Cantabr.* n. 1716.

Περι ακουςων brevis libellus. Cur voces aliis & aliis in animalibus aliæ sint, generales contemplationes. Apud *Henricum* STEPHANUM græce 1557. 8°. B.B.

Περι χρωματων. Generalia primo aliqua de colorum causis. Deinde, varia botanici potius argumenti, de colore foliorum, florum, fructuum, eorumque mutatione, de papavere albo & nigro, Inde de coloribus pilorum & pennarum avium. Animalia alba infirmiora esse. Pilos nunquam fieri coloris alicujus vividi.

Codex exstat in Bibl. MEDICEA Plut. 84. & in VATICANA, in B. R. Parif. n. 2032. 2035. 1865. & in B. D. MARCI hi græci. Porro in Coll. D. Trinitatis Oxon. in BAILLOLENSI.

Græce cum aliis nonnullis ARISTOTELIS edidit Francofurti 1587. 4°. F. SYLBURG.

Latina antiqua editio exstat Venetiis 1496. *Cælio* CALCAGNINO interprete, & cum ACTUARIO de urinis Ultraject. 1670. 8°.*

Græco-

(*e*) *Biblioth. Gr.* III. p. 138.
(*f*) LAMBEC. VIII. p. 100.

Græco-latina editio eſt *Simonis* PORTII Florent. 1548. 8°. HEINS. Pariſiis 1549. 4°. cum commentariis.

Commentatus eſt in hunc l. *Michaël* EPHESIUS.

In Lib. *de anima* II. & III. multa ad noſtrum ſcopum faciunt; de ſenſu in genere, de quinque ſenſubus, quibus plures ARISTOTELES non putat dari, de viſu & iis quæ videntur, de auditu, & iis quæ audiuntur. Nimis etiam hic generalia auctor ſequitur. De anima nutritiva &c.

Liber *de generatione & corruptione* totus eſt in generalibus.

In *problematibus* pluſcula ad phyſiologiam faciunt, quod quidem opus vix dignum eſt ARISTOTELE, & infinita habet repetita. Quæ ad ſudorem & odorem pertinent, eadem fere apud THEOPHRASTUM reperiuntur. In aliis doctrina ARISTOTELI propria proponitur, ut in iis plurimis, quæ homini dicuntur propria eſſe.

Partem tantum antiqui operis eſſe FABRICIUS (*g*). Aliqua ſimilia apud ATHENÆUM reperiuntur L. II.

Totum opus per titulos in univerſum digeſtum eſt. Quæ ad ſonos, odores, venerea, laborem, ea ad phyſiologiam faciunt: tum Sectiones priores 14. deinde a 27. ad 38. Phyſiognomia etiam tangitur, & hic mentio fit myopum & presbyopum.

Codices Manuſcripti græci exſtant in B. MEDICEA Plut. 87. in *Vindobonenſi*, in Bibl. R. Par. n. 1865. 2035. & in B. D. MARCI Veneta aliquot alii. Porro in *Mertonenſi*, in B. D. PETRI *Cantabr.* in VOSSIANA, inter libros F. BERNARDI, de quorum lingua minus mihi conſtat.

Græce Venet. 1497. fol. B. B. Græce etiam nitide prodierunt cum ALEXANDRI problematibus *Friderici* SYLBURGII cura Francof. 1585. 4°.

Vertit *Theodorus* GAZA Venetiis 1493. fol. Florent. 1518. fol. cum comment. P. *de* APONO & *Petri de* TUSSIGNANA repertorio.

Video editiones citari Pariſiis 1524. fol. 1533. 8°. Lyon 1537. 8°. Baſil. 1537. fol. mihi non viſas.

Editiones aliæ ſunt Baſileæ 1566. 8°. Lugd. 1558. 8°. 1578. 12°. TREW. cum ZIMARÆ probl. Amſtelod. 1650. 12°. 1686. 12°. & alias excuſæ.

Problemata medica latine vertente *Georgio* VALLA, quæ ad oculos ſpectant prodierunt Venetiis 1488. fol. B. DRESD. Argentorati 1529. 8°. quæ verſio non laudatur.

Gallice Lyon 1554. 8°. *du* VERDIER. Germanice 1482. 4°. 1533. 12°.

(g) p. 145.

In primam sectionem commentatus est MANELPHUS Rom. 1650. 8°.

In omnia ea problemata *P. de* APONO, cujus comm. M.S. exstant in Bibl. Vindobonensi, in B. R. P. n. 6543. 6542. 6541. quæ eædem notæ editæ sunt Venet. 1505. fol. cum GAZÆ versione & alia antiquiori.

Ludovicus SEPTALIUS commentarios edidit Mediolani Lugdun. 1632. fol.

Julius GUASTAVINUS in decem sectiones priores commentatus est Lugdun. 1608. fol.

Tabula in problemata M.S. est in B. S. PETRI *Cantabr.*

Opera omnia ARISTOTELIS sæpe excusa sunt. Usus sum duabus editionibus, altera Genevensi 1605. fol. 2.Vol. cui titulus ARISTOTELIS σωζομενα græce-latina, accedunt plurimæ emendationes J. CASAUBONI, & KYNARI STROZÆ duo libri politicorum gr. lat. in quibus ARISTOTELI non explicata persequitur. Eadem ut puto fuerat editio Lugdun. 1590. fol. HEINS. Altera pariter gr. lat. Genevæ 1606. 8°. 2.Vol.* cujus tamen ordo paulo alius est, eadem forte quæ Lugdun. 1597. 8°. FABR. Porro ex recensione *Guilielmi* DUVAL Paris. 1619. fol. 1629. fol. PL. 1654. 2.Vol. MENK.

Græce apud ALDUM MANUTIUM Venet. 1495. 1496. 1498. fol. 4.Vol. B. B. Basileæ 1531. fol. 1539. fol. 1550. fol. HEINS. hæc adjuvante C. GESNERO. Venetiis apud ALDUM 1552. 8°. Porro cura *Friderici* SYLBURG Francofurti 1587. 4°. 5.Vol. B. B. quam laudat FABRICIUS.

Latina antiqua versio imperante FRIDERICO II. facta, Venetiis 1484. fol. cum commentariis AVERRHOIS, LEHM. tum 1496. fol. B. *Tigur.* Porro cum variorum commentariis Basileæ 1518. fol. 1542. fol. 1548. fol. 1563. fol. Lugd. 1548. 8°. 1549. fol. 1551. 12°. decem voluminibus 1580. 12°. 1581. Venetiis 1540. 8°. 1564. 8°. 1572. 8°. cum commentariis AVERRHOIS, & pariter cum AVERRHOIS commentariis 1551, fol. 1562. fol. & 8°. 8.Vol.* revisa a B. TOMITANO. Genevæ 1608; tum absque iis commentariis Francofurti 1593. 8°.* novem parvis voluminibus. Hæc FABRICIUS. Romæ denique 1668. 4°. & 1669. cum paraphrasi P. SYLVESTRIS MAURISI.

Codex M.S. exstat in Bibl. AMBROSIANA Mediolanensi, & in B. D. MARCI Venetiis.

Arabes mature ARISTOTELIS opera in suam linguam converterunt, ope ABU BASCHAR, HONAIN, ejus fil. ISCHAK, & aliorum, HERBELOT.

Amissi sunt ανατομιων libri octo LAERTIO dicti (*h*) Εκλογαι ανατομιων (*i*); neque enim puto hanc esse ARISTOTELIS *Anatomiam*, quæ in B. R. Londin. superest CASHLEY p. 207. aut apud HANS SLOANE.

Amissa

(h) L. V. n. 25.
(i) Ibid.

Amiſſa ſunt etiam Problemata ex DEMOCRITO (*k*).

Εγκυκλια (*l*).

Περι ζωων ηθων και βιων (*m*).

Ζωικα (*n*).

Alius liber de vita & morte a noſtro diverſus (*o*).

Ιατρεια (*p*): de temulentia (*q*).

Περι ιχθυων (*r*).

Περι οψεως (*s*);

Quæ de animalibus habemus, eſſe tantum quinquaginta librorum epitomen, quos de animalibus ARISTOTELES ſcripſiſſet HIEROCLES auctor eſt. Verum noſtri certe libri nihil habent, cur habeas pro compendio, cum auctor ſe in lites paſſim dimittat.

Tribuunt ei *kethab al thebb* ſive L. V. *de medicina* Arabes, (HERBELOT;) puto ιατρικα & *ketab dem v nagſcho de ſanguine & ejus per venas motu*, IDEM.

§. XXIV. *Peripatetici.*

CALLISTHENES, infelix ille ARISTOTELIS nepos, laudatur ob oculi fabricam bene deſcriptam (*t*).

In univerſum Peripatetica ſchola Anatomen amavit. Illuſor ille LUCIANUS in *anatome* (*u*) *vitarum* MERCURIUM loquentem introducit, qui inter merita Peripateticorum varia inventa de ſemine, generatione & fetus in utero formatione recenſet.

STRATONEM dicemus. Fetus vitales a ſeptimo menſe ad decimum admiſit (*x*).

§. XXV. *Theophraſtus.*

THEOPHRASTUS ERESIUS inter botanicos nobis dictus eſt. Libellos tamen aliquos reliquit, in quibus non quidem anatomica, ſed phyſiologica quædam

(k) Ibid.
(l) N. 26.
(m) ATHENÆUS VII.
(n) APOLLONIUS.
(o) Ibid.
(p) LAERTIUS n. 26.
(q) ATHENÆUS L. XI.
(r) IDEM L. VII.
(s) Vide FABRICIUM p. 195.
(t) CHALCIDIUS in TIMÆUM.
(u) N. 26.
(x) CENSORINUS c. 7.

dam tradidit. In libro *de odoribus*. Hominem olfactu esse obtusissimo, cum equi hordeum certis locis natum repudient. Animalia non videri delectari odore, nisi cibi sui. Odoramenta fortiora capiti dolorem inferre. Aromata capiti illita, urinam suo odore impraegnare, etiam Juniperum. Magnam esse odorum & saporum & utriusque sensus cognationem: nullum odorem saporis esse expertem, & vicissim.

Quos dicemus libros, eorum PHOTIUS meminit n. 216. & eorum aliquos totos in bibliotheca habet.

Liber *de odoribus* seorsim prodiit interprete ADRIANO TURNEBO Parisiis 1556. 4°. MAITT. Gallicæ versioni *Jean de* l'ESTRADE *adnotationes addidit* Paris. 1556. B. EXOT.

De Sudoribus. Perspiratio differt a sudore, quod perpetuo & absque sensu emanet. Sudores varii, inter eos acidi. Capitis sudor non olet, neque senum. Pueros difficilius sudare, quod eorum cutis densissima sit. Difficulter sudare, quibus alvus laxa sit, aut multa urina fluat; facile, quibus alvus & vesica adstringatur. Tergo magis sudari, & facie: & in somno. Magis pedibus sudare qui anguntur. Seorsim prodiit cum lib. *de vertigine* gr. lat. cum adnotationibus BONAVENTURÆ GRANGER Paris. 1576. 8°. MEAD. Deinde cum operibus omnibus græce apud ALDOS 1552. 8°. Gr. lat. in HEINSII editione.

Codex exstat in B. R. P. n. 2278. & minorum libellorum omnium in B. D. MARCI, bis.

Possis huc referre libellum *de piscibus in sicco viventibus*. De Exocœto, qui quotidie in siccum prodeat, quo somnum capiat. De piscibus fossilibus, quorum alii nascantur ex ovis derelictis & evolutis, alii absque ovis, & sponte sua.

In operibus omnibus prodiit, & in nostra editione ex D. FURLANI interpretatione. Codex est in B. R. Paris. n. 2278.

De animalibus quæ colorem mutant, brevis libellus. De Chamæleonte, qui in omnes colores transeat, non tamen in album, neque in rubrum, & ipse per se colorem mutet. A spiritu eam mutationem esse, pulmonem enim maximum habere, toti corpori æqualem, atque adeo plenum esse spiritus. De Tarando Scythico cervo, qui colorem mutat.

De *sensu* l. seorsim prodiit lat. cum PRISCIANI LYDI expositione Basileæ 1544. fol. B. HEINS. Cum eodem comment. & MARSILII Venet. 1497. BODL. inque ALDINA, non in HEINSIANA.

M.S. exstat in B. VOSSIANA MONTF. in B. R. Paris. n. 2073. in *Biblioth.* S. REMIGII Rhemensis, in B. BAVARICA, inque B. D. MARCI, tum commentarius in eum PRISCIANI.

De

De animalibus, quæ sponte adparent, ut de ranis post pluviam, de locustis, muribus &c. Hic mures ægyptios videas salientes, neque incedentes pedibus anticis.

Conjuncti prodierunt apud ALDUM 1495. fol. libri *de piscibus, de singultu, de doloribus, de ebrietate, de sudore.*

Et in proprio *selectu* l. *de sensu, de colorem mutantibus, de paralysi, de syncope, de singultu, de κοποις, de animalibus, quæ subito confertiora adparent, de animalibus invidis, de sudoribus, de apibus* apud *Henr.* STEPH. 1557. 8°. Græce. cum ARIST. ακους. & θαυμ.

Interierunt citati a LAERTIO libri, *de senectute: de succis, cute & carnibus: de hominibus, de diversitate vocis animalium ejusdem generis: de animalibus, quæ latibula & fossas faciunt, de animalibus* L. VII. & iterum L. VI: *de atra bile; de spiritibus: de pilis: de humoribus* L. V. *de fortuitis animalibus: de generatione, de visu* L. IV.

Passim in botanicis aliqua huc pertinent. Nullum animal suave olere (*y*).

§. XXVI. *Diocles Carystius.*

THEOPHRASTI tempore vixit, paulo antiquior (*z*) libellum tamen ad ANTIGONUM (*a*) Asiæ Regem, DEMETRII patrem, dedisse dicitur, splendidus vir & pro altero HIPPOCRATE habitus. Primus dicitur *de administrationibus anatomicis* (*b*) scripsisse, & solet GALENUS eum in catalogis anatomicorum recensere (*c*), neque tamen inter eos numerat auctores, qui accurate sint in anatome versati (*d*). Descripsit certe in utero (*e*) cotyledones, quas abesse recte SORANUS ostendit. Non concipere feminas reliquit, quæ nullum semen aut nimis parcum (*f*) effundant. Correxit CTESIAM, qui semen elephanti dixerat ab egestione consolidari (*g*). Omnes membranas meninges vocavit (*h*). Respirationem caloris innati esse ventilationem cum refrigeratione (*i*). Ad utrumque uteri latus cavitates aliquas esse, in quibus fetus nutriatur (*k*). Processus (tubas uterinas) cum cornubus comparavit (*l*). Quid uva sit (morbus uvulæ),

(y) *Caus. plant.* L. VI.
(z) Ante ERASISTRATUM GAL. *Aphor.* VI.
(a) Pro ANTIGONO GONATA FABRICIUS habet, sed GALENUS ubique ante HEROPHILUM numerat, PRISCIAN. I. IV.
(b) GALEN. *administ.* L. II. c. 1.
(c) *Administr.* L. IX. c. 2. *Natur. hum.*
(d) *De vulv. diss.* c. 9.
(e) SORAN. GALEN. *diss. vulv.*
(f) PLUTARCH. *placit.* V. c. 9.
(g) PRISCIAN l. c.
(h) GALEN. *administ. anat.* IX. c. 2.
(i) GALEN. *util. respirat.* c. 1.
(k) EROTIANUS in voce κοτυληδονες, qui eam opinionem refutat.
(l) GAL. *diss. vulv.* c. 3.

læ), primum rectius interpretatum esse (*m*). Fetum a septimo mense ad decimum vitalem nasci posse (*n*). Præcipuus demum locus Anatomicus Dioclis (*o*) a Macrobio conservatus est. Ovum humanum descripsit, membranaceum, quod altera hebdomade guttis sanguinis tegatur; tertia addit sanguinem in ejus vesiculæ centro adparere, quarta cogi in carnis mollioris speciem: quinta figuram humanam apis magnitudine subinde reperiri, omnia per membra expressam: in feminino fetu hæc sexta demum hebdomade conspici. Ita porro pergit per hebdomadas mutationes enarrare, quæ fiunt in homine nato. Post septem dies umbilicum delabi, post bis septem oculos ad lumen se convertere, post septies septem oculos & totam faciem converti, septimo mense dentes incipere emergere. Post ter septem menses loqui, post quater septem incedere, & quæ plura sequuntur. Fatendum est tamen, Macrobium hæc omnia ita cum Stratone Peripatetico communia facere, ut eum priori loco nominet: unde iterum putes Dioclem vixisse, quando numerosi jam ex Lyceo celebresque viri prodierant. Ut tamen de vero auctore sit harum hebdomadum, tamen ad Hippocratica placita ficta esse adparet.

Ipse suas mularum dissectiones (*p*) citat, quarum locos male dispositos causam esse sterilitatis cum Empedocle recepit Librum XXXIII. Priscianus citat de *semine*, ubi negat Diocles spumam esse, quod gravius aqua sit.

§. XXVII. *Praxagoras.*

Cous, Nicarchi filius, Asclepiades, & ipse post Dioclem (*q*) solet numerari (*r*), præceptor Herophili, & passim inter incisores recensetur, alias tamen inter eos, qui obiter in ea arte sint versati (*s*): medica potius laude inclaruit, & conjecturas in physiologiam intulit. Habet acetabula uteri (*t*), arterias pulsare ait vi ingenita (*u*), & dixit arteriarum (*x*) motum sensibus obvium, primusque fuisse videtur, qui pulsus (*y*) nomine nostro sensu usus sit. Cerebrum (*z*) pro efflorescentia quadam spinalis medullæ habuit. Aortam venam crassam dixit (*a*). Utilitatem respirationis esse in corroboratione animæ (*b*). Processus ab utero ad utraque ilia (*c*) missos dixit sinus. Arterias valde

(m) Galen. *compos. sec. loc.* L. VI.
(n) Censorin. c 7.
(o) *In somn. Scip.* ex libro *de hebdomadibus.*
(p) Plutarch. *placit. phil.* L. V. c. 14.
(q) Cels. *præf.* L. I. Galen. *compos. sec. loc.* c. VI.
(r) *Nat. hum.* Ante Erasistratum Gal. *Aphor.* VI.
(s) Galen. *vulv. diss.* c. 9.
(t) Idem, ibid. fin.
(u) *Diff. puls.* L. IV. c. 2.
(x) Ibid.
(y) Hipp. Plat. *decret.* L. VI. c. 1.
(z) *Util. part.* L. VIII. c. 12.
(a) Apud Rufum I.
(b) *Util. respir.* c. 1.
(c) *Vulv. diss.* c. 3.

valde anguſtas in nervos mutari (*d*). Arterias nullum præter ſpiritum humorem (*e*) continere ante ERASISTRATUM docuit, & videtur primus eo nomine uſus eſſe, ut vaſorum alterum genus deſignaret, quem paulo poſt ERASISTRATUS ſecutus eſt. Humoribus ſolis & ſanitatis phænomena & morbi tribuit (*f*). Nervos ex corde deduxit, ut ARISTOTELES (*g*). Pituitam vitream dixit (*h*). Excerpta ex libro *de laſſitudine & de ſudoribus* cum ARISTOTELIS problematibus prodierunt Francof. 1585. 4°. græce.

§. XXVIII. *Pliſtonicus.*

Diſcipulus PRAXAGORÆ, quem pariter inter inciſores minus accuratos GALENUS recenſuit (*i*). Phyſiologica aliqua placita ejus ſuperſunt, ut cibum per putredinem coqui. Cerebrum inutile eſſe (*k*) & quamdam quaſi ſpinalis medullæ adpendicem (*l*). Sinus nomine (*m*), ut PRÆCEPTOR, ad tubas uteri uſus eſt. Multum ut iterum PRÆCEPTOR (*n*) humoribus tribuit, & de iis librum reliquit.

Inter anatomicos auctores recenſetur (*o*) PHILOTIMUS, & ipſe ex PRAXAGORÆ ſchola, & perinde in humoribus occupatus. Proceſſus uteri, quæ tubæ dicuntur, ſinus dixit (*p*).

ÆGIMIUM, Velienſem, forte Elienſem, huc refero, cujus opus non nimis certo (*q*) genuinum, GALENI tempore exſtabat. Pro primo halitus eſt (*r*), qui pulſus nomine in noſtrum ſenſum uſus ſit (*s*): ut adeo ante HEROPHILUM ſcripſiſſe oporteat. CLERICUS ipſo HIPPOCRATE antiquiorem facit. Verum cum & iſte, & ARISTOTELES, pulſus nomine minus definite uſi ſint, putes ante AEGIMIUM ſcripſiſſe, minime ejus inventa tacituri, ſi ejus libris uti potuiſſent.

CHRYSIPPUS GNIDIUS, medicus, ERASISTRATI præceptor, nihil edidit anatomici argumenti: ſanguinis vero mittendi metum videtur cum ERASISTRATO communicaſſe. Pneumaticorum atavum vocat GALENUS (*t*). Inter Anatomicos recenſetur (*u*). DIONY-

(d) HIPP. & PLAT. *decret.* L. I. c. 6.
(e) GALEN. *differ. pulſ.* L. IV. c. 2.
(f) GALEN. *introduct.*
(g) ID. HIPP. PLAT. *decret.* L. I. c. 6.
(h) GALEN. *loc. adfect.* L. II.
(i) *Vulv. diſſ.* c. 9. Eodem tempore quo HEROPHILUS GAL. *Aphor.* VI.
(k) GALEN. *util. part.* L. IX. c. 3.
(l) GALEN. *util. part.* L. VIII. c. 12.
(m) *Vulv. diſſ.* c. 3.
(n) GALEN. *de atra bile.*
(o) *Nat. hum.*
(p) *Vulv. diſſ.* c. 3.
(q) GALEN. *diff pulſ.* L. IV. c. 2.
(r) IDEM, ibid. L. I.
(s) L. IV. c. 2.
(t) *Diffic. pulſ.* II. fin.
(u) *Nat. hum.*

DIONYSIUS OXYMACHI filius ante EUDEMUM vixit, & aliquid efflorescentiæ nomine impertiit, quod venam non esse RUFUS monet, an valvulam (*x*).

§. XXIX. *Erasistratus.*

ERASISTRATUS Ceus, Juliates, CHRYSIPPI discipulus, & ARISTOTELIS (*x**), vir splendidus, ANTIOCHUM SELEUCI filium sanavit, cum amore uxoris sui jam senescentis patris flagraret, atque adeo SELEUCI NICANORIS temporibus floruit. Anatomen interlapsam restituit, ex GALENI (*y*) testimonio, ut ante HEROPHILUM, celeberrimum incisorem, vixisse necesse sit, cum præterea GALENUS manifesto, antiquiores, ERASISTRATUM & HIPPOCRATEM, ab HEROPHILO sejungat. THEOPHRASTI temporibus vixisse aliqui dixerunt, & cum Peripateticis (*z*). Vivos homines (*a*) incidisse, antiquissima fama est, veniam dante ANTIOCHO (*b*): hominis certe cerebrum dissecuit, ut ex propriis summi viri verbis adparet, quæ apud GALENUM exstant (*c*). Idem primus arterias lacte plenas in hœdis (*d*) vidit, in quo animale reperi, vasa lactea non parvis ramulis per mesenterium decurrere, sed in truncum, perinde ut venas rubras confluere, ut eo facilius sub oculum cadant. Videtur experimentum in arteria fecisse*, calamum in eam inseruisse, & infra calamum pulsantem vidisse. Valvulas cordis arteriosas bene descripsit, & ex uno ostio sanguinem in pulmonem venire docuit (*e*), ex altero spiritum in reliquum corpus: valvularum etiam officium, qua obstant relapsuris humoribus, recte utique exposuit. Vias peculiares urinæ refutat, quas alii ante eum docuerant (*f*). Venosas valvulas humorem in cor admittere, effluxurum morari rectissime omnia. Arteriarum nomine ex primis videtur eas venas distinxisse, quæ saliunt, & in quibus ipse docebat, solum spiritum, respirando adtractum reperiri (*g*), cum per alterum genus venarum sanguis fluat. In iis arteriis, & in cordis ventriculo sinistro, sanguinem reperiri, quod difflato per vulnus spiritu sanguis in locum inanitum succedat (*h*). Inflammationem fieri sanguine in fines vasorum soli spiritui destinatorum inpacto (*i*). Transsudationem sanguinis docuit (*k*). Et arteriæ & venæ pulmonem ineunt. Ab intercostalibus enim arteriis nonnun-

(x) *Appell.* I. p. 42. (x*) LAERT.
(y) HIPP. PLAT. *decret.* L. VIII. c. 1.
(z) Negat id GALENUS *fac. nat.* L. II. c. 3. sed alias ipse fatetur multa cum Peripateticis communia habere.
(a) CELS. *præf.*
(b) SELEUCI filio *Deo.* COCCHI *della sc. dell arte anat.* p. 14.
(c) *Plac.* HIPP. & PLAT. L. VII.
(d) *An sang. nat.* &c. *Administr.* L. VII. fin.
(e) In lib. *de febrib.* apud GALENUM *Placit.* L. VI. c. 6.
(f) *Facult. nat.* II.
(g) Post PRAXAGORAM. Vide GALEN. *num sanguis nat. arter. cont.* & PLAT. *decret.* L. I. c. 6. &c.
(h) GALEN. *facult. natur.* L. II. c. 3.
(i) GALEN. *Meth. med.* L. II. VII. &c.
(k) CÆLIUS *chron.* L. II. c. 10.

nunquam ſanguinem in pulmonem adſcendere dixit, & ex aorta ad pulmonem arteriam ex aorta venire prius quam ſpinam adtingat, cujus extrema ad aſperam arteriam veniant (*l*), denique ex arteria aorta in ſpina jacente venire in pulmonem arteriam, quæ ſit inflammationis ſedes (*m*). Deinde ex magna vena, ſpinæ adjacente, ex corde orta & finita ubi a vertebris ſeptum transverſum naſcitur, venam prodire, in quam pus veniat in morbo laterali, & ſurſum exſpuatur, neque deorſum veniat, quod ea vena non ultro producatur (*n*). Truncum azygam eſſe puto, venam bronchialem: GALENUS de vena interpretatur, quæ a cava ad pulmones eat. Omnes porro venas & arterias & vaſa aerea per pulmonem una extendi docuit (*o*). Nervos omnes ex cerebro ipſo ejusque medulla naſci (*p*), ſenex demum adgnovit, ut unum cerebrum nervorum principium eſſet (*q*), juniori, ut nuperis, meninges impoſuerant. Prior autem ERASISTRATI ſententia apud RUFUM videtur conſervari (*r*),, nervos alios eſſe ſenſorios, cavos, a meningibus ortos, alios motorios a cerebro & cerebello (*s*) natos. Ex capite ſpiritum animalem venire, ex corde vitalem (*t*). Eo ipſo loco cerebrum hominis cum cerebro animalium comparat. Ventriculos duos, communicantes, cerebellum, παρεγκεφαλίδος nomine (*u*); ventriculum cerebelli: cerebri inteſtinula, & cerebelli convolutiones dixit. Venam (*x*) magnam, quæ ſanguinis ſit receptaculum, & arteriam quæ ſpiritus, in minimos ramos dividi docet, quorum exiguitas faciat, ne ſanguis in ſpirituoſa vaſa irrumpat. In plethora tamen ſanguinem ſua vaſa dilatare, irrumpere in arterias, ſic inflammationem & febrem fieri (*y*). Arterias primus cum venis & nervis inter partes univerſum (*z*) corpus conſtituentes numeravit. Hepatis carnem parenchyma (*a*) dixit, ſic in aliis viſceribus, jecore, pulmone, liene, cerebro (*b*).

Per inviſibiles meatus bilem ex hepate in fellis veſiculam venire (*c*). Muſculum, dum ſpiritu repletur, in latitudine augeri, in longitudine minui (*d*).

In phyſiologicis multus fuit, & propria placita ſecutus eſt, quo effecit, ut

(l) GALEN. *loc. adfect.* L. V.
(m) Ibid. Conf *arter. ven. ſect* c. 9. (n) Ibid. (o) Ibid.
(p) *In lib. diviſionum* apud GALENUM.
(q) *In aphoriſm.* L. VI. n. 10.
(r) Apud GALENUM *placit.* HIPP. & PLAT. L. VII. c. 3. ſ. διαιρετικῶν.
(s) *Appell.* II. fin.
(t) HIPP. PLAT. *decret.* II. c. 8.
(u) GALEN. *util.* L. VIII. c. 12.
(x) GALEN. *venæ ſect. adv.* ERASISTRAT.
(y) Apud GALEN. in *introd.* PLUTARCH. *placit.* L. V. c. 29.
(z) GALEN. in *introduct.*
(a) GALEN. *med. comp. ſec. loc.* VIII. c. 7.
(b) *Nat. hum.* I. *Introduct.*
(c) GALEN. *de loc. affect.* L. V. c. 3.
(d) Ibid. L. VI.

ut GALENUS semidogmaticum dixerit. Adtractiones (*e*) negabat, in ventriculo, in vesica urinaria, aut in bilis vesicula (*f*) locum habere.

Ventriculum cibos toto concoctionis tempore ajebat (*g*) complecti, neque eam concoctionem elixationem esse (*h*), vim autem coquendi esse in spiritibus (*i*); & alibi totam levigationem ciborum, & subductionem excrementorum, & distributionem, quæ in cremorem sunt conversa, a complexu ventriculi esse (*k*). Bilem inutilem esse, & a sanguine per vasa secerni, quæ minora sint, neque eum possint recipere (*l*). Epigenesin docet (*m*). Multa de humore nervum alente (*n*) scripserat, & de morbis, qui inde eveniunt. Humores parvi faciebat: nihil de atra bile docebat, de flava parum; neque humorum vitia admittebat (*o*). Alibi tamen GALENUS fatetur, accurate egisse de separatione bilis flavæ (*p*). Sanguinem esse alimentum (*q*). Spiritum naturæ (*r*) coadjutorem. Ultima nutriri ex vicinis vasis nutrientibus a lateribus vasorum adtracto sanguine (*s*). In pulsibus erat negligentior (*t*). Facultatem vitalem in ventriculis cordis habitare (*u*) docuit. Primas in pulsu dilatari (*x*), ab impulso spiritu (*y*), arterias cordi proximas, deinde ex ordine minores & remotiores. Arterias distentas pulsare, cor dum evacuatur (*z*). Respirationis utilitatem esse arteriarum repletionem. Spiritum per pulmones adtrahi, quo arteriæ repleantur (*a*): nullum ex pulmone in pectus spiritum effundi (*b*). Pulmonem alterne moveri (*c*). Successionem in locum evacuatum ad explicandam respirationem (*d*) adhibuit, & in eam fieri partem per circumpulsionem, ut PLATO. Aërem in arterias pulmonis venire. Sterilitatem fieri, quod uterus carnosus quasi cicatrices habeat (*e*). PLATONEM (*f*) refutavit, qui humo-

(e) *Nat. hum.* l. c.
(f) GALEN. *fac. nat.* III. c. 13. I. c. 5.
(g) GALEN. *fac.* L. III. c. 8. (h) Ibid.
(i) *Fac. nat.* II. c. 8. Hæc & sequentia in libris fere *de naturalibus operationibus*, & in *sermonibus universalibus* docuit, quos GALENUS in suis Lib. *de facultat. naturalib.* refutat.
(k) *Fac. natur.* II. c. 8.
(l) GALEN. *fac. nat.* II. c. 2.
(m) *Facult. natur.* II. c. 3.
(n) GALEN. *de atra bile.* (o) IDEM, ibid.
(p) *Utilit. part.* IV. c. 13.
(q) De *nutritione* agit in L. II. sermonum.
(r) GALEN. *introduct.*
(s) *Facult. natur.* L. II. c. 3.
(t) HIPP. & GAL. *placit.* VI. c. 1. *Diffic. pulf.*
(u) GALEN. HIPP. PLAT. *placit.* V. c. 6.
(x) *Diffic. pulf.* IV. c. 1.
(y) *Diff. pulf.* IV. c. 2.
(z) *Util. respir.* c 1. *Diff. pulf.*
(a) *An sang. natur. in art.*
(b) *Admin. anat.* L. VIII. c. 5. (c) Ibid. L. VII. c. 2.
(d) GALEN. in *Timæum.*
(e) PLUTARCH. *placit.* V. c. 9.
(f) MACROB. *saturnal.* L. VII. Ægri hæc ERASISTRATI monita PLUTARCHUS fert, *Quæst. conv.* VII. c. 1.

humorem ex pharynge in asperam arteriam descendere dixerat. Famem esse a fibrarum vacuitate, & tolli ventre vinculis adstricto (*g*), causam bulimi fassus est se ignorare (*g**).

Vir cæterum modestus & moratus (*h*), qui aliter cum sentiret, tamen HIPPOCRATEM refutare detrectabat (*i*). Summa etiam apud posteros ejus auctoritas fuit, unde factum est, ut eo mitius eum GALENUS impugnaverit, & etiam eo ævo sectatores ERASISTRATI Præceptoris placita venerati sint.

Scripsit etiam duos libros *anatomicorum de singulis passionibus* (*k*).

§. XXX. *Herophilus.*

PRAXAGORÆ discipulus, in universum ERASISTRATO coævus (*l*), Chalcedonius potius quam Carthaginiensis (*l**). Antiquiorem ERASISTRATO facit CLERICUS. Verum si omnino ERASISTRATUS in SELEUCI NICANORIS aula vixit, PTOLEMÆI vero *Lagidæ* tempore in Ægypto (*m*) HEROPHILUS dissectionibus operam dedit, non potest fieri, ut alter altero memorabili intervallo superior fuerit.

Illustre omnino nomen est HEROPHILI, qui totam medicinam, herbas, praxin & anatomen sibi ornandas sumserit. Maxima tamen ejus in anatome laus fuit, tanta, ut FALLOPIUS nusquam HEROPHILUM errasse, incauta quidem phrasi usus, testem se dederit (*n*). Quare viventium reorum corpora, perinde ut ERASISTRATUS, dictus est incidisse, qua voce, puto, veteres raritatem humanæ (*o*) anatomes expresserunt, etsi posteritas serio eam calumniam accepit. Inter instauratores anatomes a GALENO (*p*) recensetur, & exquisitissimus dicitur incisor (*q*).

Quæ de Cl. viro supersunt, fere fragmenta sunt, a GALENO conservata. Multum in nervis laboravit; eos a ligamentis & a tendinibus distinxit, cum quibus ab ARISTOTELE, forte & ab HIPPOCRATE (*r*), confusi fuerant. Poros nervorum opticorum dixit (*s*): tum cerebri sinus & eorum concursum, quem vocavit torcular (*t*). Ventriculum in cerebello (παρεγκεφαλις) præcipuum (*u*) habet.

(g) GELL. *noct. attic.* L. XVI. c. 3. ex *lib. divisionum*. (g*) GELLIUS.
(h) GALEN. *de atra bile.*
(i) *Facult. natur.* I. c. 15.
(k) CÆLIUS *acut.* III. c. 4.
(l) *Diff. pulf.* L. IV. c. 3. Cum PLISTONICO *Aphorism. comm.* L. VI.
(l*) Ita GALEN. *us. part.* I. c. 8.
(m) Alexandriæ vixisse, ideo cum calamis Ægyptiorum crenam medullæ oblongatæ comparasse GALEN. *admin. anat.* IX. c. 5.
(n) CELSUS: TERTULLIANUS. Hunc unum laudavit L. *a* CAPOA.
(o) GALEN. *diss. vulv* c. 5.
(p) HIPP. PLAT. *decret.* L. VIII. c. 1.
(q) *Diss. vulv.* c. 5.
(r) RUFUS II.
(s) *Util part.* L. X. c. 12.
(t) *De util. part* L. X. c. 6.
(u) GALEN. *util. part.* L. VIII. c. 11.

habet. Calamum medullæ oblongatæ dixit (*x*), & quartum ventriculum (*y*). Nervos voluntati obedientes a cerebro & medulla ſpinali (*z*) naſci docuit. Retinam tunicam in oculo invenit & arachnoideam (*a*). Venæ arterioſæ & arteriæ venoſæ nomen impoſuit (*b*). In pulſu contractionem percipi (*c*). Auriculas (*d*) pro cordis partibus accepit, in cordis valvulis negligentior (*e*). De principio venarum ambigit (*f*). Ecphyſin duodecim digitorum recte deſcripſit (*g*). Hepatis in animalibus varietates dixit, potiſſimum in lepore (*h*). Venas (*i*) inteſtina adeuntes in glanduloſa quædam corpora dixit terminari, eas inteſtina nutrire. Eas venas per vaſa lactea interpretantur, obſcurius tamen HEROPHILUM ea vaſa, quam ERASISTRATUS deſignaſſe certum eſt. In partibus genitalibus utriusque ſexus diligenter verſatus eſt. Uterum gravidæ feminæ ante partum ne ſtilum quidem admittere (*k*). Paraſtatam adenoïden dixit, qui ſint in maribus (*l*), varicoſos vero paraſtatas qui poſſunt eſſe ſeminales (*m*) veſiculæ. Ex GALENI tamen verbis etiam cellulæ fuerint, in quas ductus deferens, etiam in cane, ad veſicæ exitum contrahitur: partem enim vaſis ſeminalis HEROPHILUS vocat, qui paraſtata ſit varicoſus. Epididymis inventum eſt HEROPHILI. Feminarum ab utero exeuntes in ilia proceſſus cum circuli revolutione (*n*) comparavit. Uterum in iis, quæ pepererunt, aſperæ arteriæ initio aut polypi capiti ſimilem fieri (*o*). Semen femininum (*p*) extrorſum docuit effundi. Teſtes arteriam habere ab utero. In nonnullis mulieribus (*q*) quatuor vaſa venoſa vidit, quæ a renalibus vaſis ad uterum venirent, vaſa nempe ſpermatica.

In fragmento (*r*) quod COCCHIUS edidit, ligamentum teres deſcribit, quod ex capite femoris exit in acetabulum, & luxationem ejus oſſis ſanum impedit, idemque ruptum nequit reſtaurari. Quo loco tamen HEROPHILUS verum ligamentum νεῦρον vocat.

De oculis locus eſt apud AETIUM II. 3. 46.

Nunc ad phyſiologica. In ſeminalia vaſa ſanguinem venire, & eundo albeſcere (*s*) docuit; neque teſtes multum ad generationem conferre (*t*). Cauſas motrices eſſe in nervis, muſculis, arteriis (*u*).

Pulſum

(x) *Adminiſtr.* L. IX. c. 5. *uſ. part.* VIII. c. 11. (y) Ibid.
(z) RUFUS III. fin. (a) IDEM, l. c. (b) IDEM.
(c) GALEN. *dignoſc. pulſ.* L. I. c. 3.
(d) GALEN. *adminiſt.* VI. c. 11.
(e) GALEN. *Placit.* L. VI. c. 6. Cordis diſcriminationes dixit HER. ib. I. c. 10.
(f) Ibid. c. 5. (g) Ibid. c. 9. *uter. diſſ.* I. (h) Ibid. c. 8.
(i) *Util. part.* IV. c. 19.
(k) GALEN. *fac. natur.* L. III. c. 3.
(l) *Util. part.* L. IX. c. 11.
(m) GALEN. *ſem.* I. c. 16.
(n) *Vulv. diſſ.* c. 3. (o) SORANUS.
(p) GALEN. *de diſſ. vulv.* (q) *Diſſ. vulv.* c. 5.
(r) In lib. *dell anat.* p. 83.
(s) PRISCIAN. L. IV. (t) GALEN. *de ſemin.*
(u) PLUTARCH. *placit.* L. IV. c. 22.

Pulſum a ſuperioribus medicis neglectum accurate contemplatus eſt, ut ob ſubtilitatem (*x*) tamen muſicarum rationum ab eo adhibitarum nuperi eum laborem deſeruerint. Ita definivit ut GALENUS, non ut HIPPOCRATES (*y*). Pulſum a corde eſſe (*z*): ex corde per tunicas vim in arterias manare, cujus ope dum diſtenduntur, undique adtrahant (*a*). Pulſuum varietatem proſecutus eſt. Palpitationem a pulſu ſeparavit (*b*). In pulſu diſtinxit magnitudinem, celeritatem, vehementiam & rhythmum (*c*). Dixit pulſum plenum, quo tamen nomine GALENUS putat potius crebrum intellexiſſe (*d*), plenum enim pulſum (*e*) HEROPHILUM negat habere. Vehementiam a robore vitalis facultatis deduxit (*f*). Tempus etiam in pulſu conſideravit. Caprizantem dixit (*g*).

Pulmonem naturali appetitu moveri, ut animam adducat & reddat: & quatuor in reſpiratione motus eſſe, dum aërem externum pulmo recipit: dum quod accipit ad pectus permanat: dum contractum a pectore rurſus accipit: dum receptum extrorſum propellit. Adparet, putaſſe aerem ex pulmone in pectoris cavum effundi (*h*).

Humoribus cæterum ſolis & ſanitatis phænomena tribuit, & morbi, uti præceptor ejus PRAXAGORAS (*i*).

Denique artem fere incertam eſſe ſcripſit, & obſcuram, pene ad Pyrrhoniorum morem (*k*).

§. XXXI. *Eudemus.*

EUDEMUS (*l*) cætera parum notus, a GALENO inter inſtauratores anatomes refertur.

Cirrhos dixit (*m*) proceſſus ab utero ad utraque ilia emiſſos. Quinque eſſe oſſa metacarpi & metatarſi, duo vero pollicis & hallucis, recte docuit, argumento oſſa humana accurate ipſi perſpecta fuiſſe (*n*). Eſſe oſſiculum perexiguum quod acromium dicitur (*o*), minus bene. In inteſtinis ſuccum ſalivæ ſimilem ex aliis glandulis venire GALENUS, de quibus inde ab HEROPHI-

(x) PLIN L. XI. p. 633. Contra tamen iſta, potius nimis ſubtiliter in pulſu verſatos fuiſſe, qui poſt HEROPHILUM ſcripſerunt, GALENUS *diff. pulſ.* III. c. 1.
(y) HIPP. & PLAT. *decret.* L. VI. c. 1.
(z) *Util. pulſ.* & *diff. pulſ.* L. IV. c. 2.
(a) GALEN. *diff. pulſ.* L. IV. c. 1.
(b) *Diff. pulſ.* L. IV. c. 2. (c) Ibid. L. II. c. 6. (d) Ibid. ad fin. (e) Ibid. L. III.
(f) *Diff. pulſ.* L. III. c. 2. (g) Ibid. L. I. c. 29.
(h) PLUTARCH. *placit.* L. IV. c. 22.
(i) GALEN. *introduct.*
(k) SEXTUS *in Mathem.*
(l) *Placit* HIPP. & PLAT. L. VIII. c. 1. Eodem tempore cum HEROPH. *Comm. aphor.* VI.
(m) *Vulv. diff.* c. 3.
(n) *Util. part.* L. III. c. 8.
(o) RUFUS.

LO & EUDEMO lites fuerint inter anatomicos (*p*). De nervis & cerebro utiliter ſcripſit (*q*). Proceſſus, qui nunc ſolent ſtyliformes vocari, cum gallorum calcaribus comparavit (*r*). Quid efflorefcentia ſit, quam EUDEMUS venam dixit, non dixerim (*s*).

EUDEMUS & LYCON platonici multa de genio animalium, & victu, & de eorum partibus reliquerant, APULEJO teſte (*t*).

§. XXXII. *Schola* HEROPHILI *&* ERASISTRATI.

Et ERASISTRATI ſchola & HEROPHILI (*u*) ab eorum virorum exceſſu floruit. Neque continuo Anatomen deſeruerunt. Sectatores enim HEROPHILI chorioideos (*x*) proceſſus primi dixerunt. Utraque tamen ſenſim ſchola anatomen negligentius tractaſſe videtur. Nam HEROPHILEI quidem in empiricos fere degeneraverunt, qui anatomen univerſam habebant pro inutili (*y*), aut certe a ſolo caſu aliquam in ea arte lucem exſpectabant; totaque anatomica ars languit, fere ad MARINI tempora, qui paulo ante GALENUM vixit. Eum enim virum GALENUS vocat anatomes diu intermiſſæ reſtauratorem.

Anatomes ſtudium Alexandriæ conſtanter excultum fuiſſe videtur, ut etiam GALENI tempore eo medici confluerent, qui corporis humani cognitioni ſtudebant, & ipſe etiam GALENUS. Neque potuiſſet Chirurgia Alexandriæ florere, niſi Anatome præluxiſſet.

Multum certe pro Anatomes incrementis præſtiterunt reges PTOLEMÆI, & in CLEOPATRÆ uſque tempora diſſectiones Alexandriæ frequentatæ fuerunt. Gravidam feminam inciſam, fetum perfectum in ejus utero repertum, regnante CLEOPATRA talmudici (*z*) ſcriptores.

ERASISTRATI ſchola (*a*) diutius ſuperfuit, multumque in ea convellenda laboris ipſe poſuit GALENUS. ERASISTRATEOS nomen impoſuerunt carotidi, quod ei ligatæ ſopor ſuperveniret. Ex ea etiam ſchola XENOPHON, ex primis ERASISTRATI diſcipulis, fuit, qui de *appellationibus partium corporis humani* ſcripſit (*b*); & alter APOLLONIUS Memphitanus, quem auctor libri GALENO adſcripti citat, qui in ſimilis fere tituli opere feminarum dentes dixerit eſſe triginta (*c*). An IDEM qui APOLLONIUS STRATONIS f. ERASISTRATEUS, qui pulſum

(p) *De ſemine* L. II. c. 6.
(q) GALEN. *loc adfect.* L III.
(r) RUFUS *appell.* I. p. 30.
(s) RUFUS p. 42.
(t) APOLOG. I.
(u) GALEN. *diff. pulſ.* IV. c. 2.
(x) GALEN. *admin.* L. IX. c. 3.
(y) CELS. *præf.*
(z) GUNZBURGER *Medic. talmud.* p. 11.
(a) Nominat eos GALENUS *de arte.*
(b) GALENUS *Introduct.*
(c) *De natur. & ord. cujusque corp.*

pulsum tribuit dilatationi arteriæ, quæ fit a spiritu, e corde misso (*d*). Ex eadem schola fuit MARTIALIS, non ignobilis incisor. Ea secta nervos deducebat a meningibus (*d**).

§. XXXIII. HEROPHILEI *Aliqui.*

In ea schola HEROPHILEA (*e*) multum de pulsu laboratum est. CHRYSERMUS pulsum dixit dilatationem a contractione arteriarum (*f*) exsurgente undique tunica, & rursus considente, ab animali facultate & vitali.

BACCHIUS (*g*) pulsum dixit contractionem & distentionem esse, quæ simul in omnibus arteriis fiat. Ante HERACLIDEM vixit (*h*).

HERACLIDES ERYTHRÆUS, CHRYSERMI clarissimus discipulus, distentionem & contractionem vocavit, arteriarum & cordis (*i*), a vitali & animale facultate plurimum valente factam. Septem libros scripsit de pulsu.

Cum eo sensit APOLLONIUS MUS (*k*) HEROPHILI discipulus. Ejus 29. fuerunt libri *de pulsu.*

ALEXANDER Philalethes STRABONIS ævo HEROPHILEÆ scholæ præses (*l*), non ubique cum HEROPHILO sensit (*m*), si idem est, quem ALEXANDRUM ASCLEPIADEUM PRISCIANUS dixit. Duas HEROPHILEUS ille dedit pulsus definitiones (*m**), ejusque discipulus DEMOSTHENES Philalethes perinde duobus etiam de pulsu modis scripsit, nimis fere tædiose, quam ut velim (*n*) exscribere, atque cum PRÆCEPTORE sensit. IDEM *de oculis* (*o*) aliqua reliquit. Semen sanguinis essentiam dixit (*o**).

Eum ARISTOXENUS, & omnes una priores sententias, refutavit, pulsumque dixit (*p*) esse functionem arteriarum & cordis peculiarem. ALEXANDRI Philalethæ discipulus (*q*) fuit.

ZENO, ex præcipuis HEROPHILI sectatoribus, pulsum (*r*) dixit esse partium arteriosarum mistam ex contractione & dilatatione functionem.

ANDREAS CARYSTIUS, non aliunde notus, callum docet a medulla ossium adfusa, & circa latus fracturæ coagulata nasci, non certe imperite (*s*).

Inter

(d) GALEN. *diff. pulʃ.* L. IV. c. 17. (d*) IDEM, *Comm. aphor.* VI.
(e) Eam nominat GALENUS *de arte.*
(f) *Diff. pulʃ.* L. IV. c. 9.
(g) In *auscult.* ap. GALEN. *diff. pulʃ.* L. IV. c. 1.
(h) GALEN. *Epidem.* IV. *comm.* 1.
(i) *Diff. pulʃ.* L. IV. c. 10. (k) Ibid.
(l) STRABO L. XII. Ei potius credas quam PRISCIANO L. IV., qui facit ASCLEPIADEUM.
(m) GALEN. *diff. pulʃ.* IV. c. 16.
(m*) apud GALENUM *diff. pulʃ.* L. IV. c. 9.
(n) GALEN. ibid. IV. c. 5. (o) Ibid. (o*) *De sem.* L. I.
(p) *Diff. pulʃ.* L. IV. c. 10. & c. 4.
(q) Ibid. L. IV. c. 7. (r) Ibid.
(s) CASSIUS *probl.* 58.

Inter Empiricos HERACLIDES TARENTINUS pulſus dedit definitionem, motum eſſe cordis & arteriarum (*t*).

GLAUCIAS (*u*) fieri ambidextros ſi in partem dextram uteri ſemen inciderit, neque enim in ea parte generari muliebre corpus, cum dextra in parte mares generentur (*x*).

GAJUS, HEROPHILEUS poſterioris ævi, in aquæ timore cerebrum ejusque membranam externam pati ſcripſit. Inde originem ſumere nervos voluntarios & ſtomachum adeuntes (*y*).

§. XXXIV. *Philoſophi aliqui.*

PHILOSOPHI, qui circa ea tempora floruerunt, parum ad anatomen contulerunt. STRATON equidem (*a*) THEOPHRASTI diſcipulus, qui unice ad rem naturalem ſe convertit, loci, quem ex DIOCLE citavimus (*b*) forte verior auctor fuerit. Scripſerat de *natura humana*, de *generatione animalium*, de *concubitu*, de *ſomno*, de *inſomniis*, de *viſu*, de *ſenſu*, de *fame*, de *cibo* & *incremento* (*c*).

STOICI ſubinde de rebus phyſiologicis cogitarunt. Sterilitatem ab eo vitio derivarunt, quo ſemen de pene non recta (*d*) projiciatur. Vocem a corde oriri. ZENO, DIOGENES BABYLONIUS & CHRYSIPPUS docuerunt, ſolo ex patre ſemen adminiſtrari (*e*). Una & ſimul fetum fingi a ſpiritu ſemen comitante (*f*); animam ali (*g*).

CHRYSIPPUS Stoicus Philoſophus de anima ſcripſit (*h*), eam in corde habitare docuit (*i*), venasque a corde oriri (*k*), longo ſermone ob hæc omnia a GALENO refutatus. CLEANTHES cor evulſum palpitare dixit (*l*).

A Stoicis Pneumaticos multa ſumſiſſe, GALENUS auctor eſt (*m*).

EPICURUS in univerſum finales cauſas removit (*n*), & negavit, oculos ad videndum (*o*), magnos muſculos ad magnos motus factos eſſe, maluitque, magnos

(t) GALEN. *diff. pulſ.* L. IV. c. 3.
(u) Apud EROTIANUM. (x) Ibid.
(y) Apud CÆLIUM.
(a) CICERO *Acad.* I. (b) p. 53.
(c) LAERTIUS L. V. c. 3.
(d) PLUTARCH *placit.* V. c. 9.
(e) CENSORIN. c. 5. (f) C. 6.
(g) CHRYSIPPUS, CLEANTHES, ZENO, apud GALEN. HIPP. PLAT. *decret.* L. II. fin.
(h) GALEN. HIPP. & PLAT. *decret.* L. III. c. 1. (i) Ibid.
(k) Ibid. L. II. c. 5.
(l) Apud CICERON. *nat. deor.*
(m) HIPPOC. & PLAT. *decret.* L. II. c. 5.
(n) LACTANT. c. 6.
(o) GALEN. *util. part.* L. I. c. 21. Add. LACTANT.

magnos fieri motus, quod musculi magni sint, quæ impia sententia nuper reviviscit. In eumdem sensum etiam animalia prima imperfecta nata fuisse & eorum species intercidisse (*p*). Ab utroque parente semen advenire (*q*). Scripsit de *visu*, de *tactu*, de *phantasia* (*r*).

HIPPARCHUS, sed uter non dixerim, visum explicavit, per radios ex objecto venientes, & alios qui ab oculo veniunt, qui utrique sibi occurrant (*s*), se amplectantur, & una ad oculum veniant, fere ut PLATO.

ARATUS Solensis, Medicus & Astronomus, scripsit *de medicina* (*t*), & in multis capitibus unam se futuram vidisse auctor est, multas in aliis. Ejus exstabat *Anatome* (*u*), & anthropogonia & εςολογια (*x*).

MNESITHEUS inter anatomicos (*y*) a GALENO recensetur. Exstat de eo locus, ubi Elephantum negat felleam vesiculam habere (*z*). A RUFO etiam citatur (*a*).

DIEUCHES est inter anatomicos GALENO dictos (*b*), & MEDIUS (*c*). CLEITARCHUS (*d*) ψωας dixit externos musculos, & neurometores, & vulpes, quem ob eam rem RUFUS carpit (*e*). De piscibus vocalibus scripsit (*f*), & περι σκελετων (*g*).

§. XXXV. ASCLEPIADES (*h*).

Bithynus, Prusias, Cianus (*i*), MITHRIDATICORUM temporum, non quidem anatomen adtigit, physiologiam autem abunde, vir audax, & qui videatur ingenio valuisse. EPICURUM secutus fines rerum rejicit (*k*), & salutarem in morbis Naturæ potestatem (*l*) negat, vanosque labores accusat (*m*). DEMOCRITUM secutus, nomina sola fere mutavit, & moles dixit singulas pro atomis

(p) LACTANT. l. c.
(q) CENSORIN. c. 5.
(r) LAERTIUS.
(s) PLUTARCH. περι των αςεων. IV.
(t) POLLUX HEMSTERH. p. 171.
(u) SUIDAS.
(x) Auctor vitæ.
(y) *Nat. hum. Comm.* II.
(z) *Admin.* VI. c. 8.
(a) *Appell.* I. p. 44.
(b) *Nat. human.* (c) Ibid. Conf. p. 30.
(d) POLLUCI & ATHENÆO CLEARCHUS.
(e) *Appell.* I. p. 40. Habet & ATHENÆUS L. IX.
(f) ATHEN. L. VIII. (g) IDEM, L. IX.
(h) Vide BLASII CARYOPHYLLI *de Asclep.* in *Giorn. de letter. d'Ital.* T. XI. p. 241.
(i) Ibid.
(k) GALEN. *util. part.* L. I. c. 21. conf. L. XI. c. 8.
(l) IDEM, *facult. natur.* I. c. 14.
(m) IDEM, *util. part.* L. V. c. 5.

atomis (*n*), pro vacuo meatus. Ipſam adtractionem rejecit (*o*), hinc etiam tractricem vim ventriculi, veſicæ urinariæ & felleæ: hic ERASISTRATUM ſecutus (*p*). Morbos ab impedita perſpiratione fieri (*q*).

Animam ex aëre compoſuit, cum reſpirationis utilitatem dixerit, animam generare (*r*). Nervos negat ſentire (*s*). Mechanicas ubique rerum cauſas quæſivit (*t*). Ita in ſolo pulmone idem arterias (vaſa micantia) tenuiores eſſe quum venæ ſint, opinatur quod perpetuo labore extenuentur (*u*), venas ibidem ob laborem ſuum craſſiores fieri. Reſpirationis mechanicam, ſed perobſcuram rationem dedit (*x*). Cor & arterias dixit diſtendi, dum implentur ſpiritu in eas influente per ſubtilem contextum, quo intus inſtruantur, & quando nunc nihil ultra influit, tunicam in priorem ſtatum (*y*) redire. Pulſum adeo eſſe diſtentionem & contractionem cordis & arteriarum (*z*). Vehementiam pulſus eſſe a copia & ſubtilitate ſpirituum (*a*). Cibi non coctam (*b*) ſed disjectam (*c*) materiem docuit per corpus animale decurrere, in lacteum humorem mutatam. Negavit ex vomitu ciborum, & ex vulneribus, eorum naturam diſpaleſcere (*d*). Ureteres vix notos habuit, ait enim id quod bibitur (*e*), in halitum reſolvi, in veſicam transmitti, iterumque in aquam cogi. Et ASCLEPIADEI præceptorem imitati negabant craſſum aliquem ductum veſicam ſubire, ſiquidem ea flatum impulſum retineat (*f*), abuſi populari experimento. In pueris articulationem membrorum incipere die 26. & perfici 50mo, in feminis vix quarto menſe abſolvi (*g*). Solas feminas Naxias octavo menſe parere, ex JUNONIS favore (*h*), qui locus, ſi de noſtro agitur ASCLEPIADE, COCCHII defenſionem everteret, quando ASCLEPIADEM a ſuperſtitionis accuſatione tuetur. Nervos non ſentire, de ligamentis, ut puto, locutus (*i*). In frigidis regionibus vitam produci, in calidis contrahi ante *Franciſcum* BACON docuit. Aethiopes trigeſimo anno mori, Britannos ad 120. annum vivere (*k*). Species corporum ad oculos venire (*l*). Omnem delectum humorum rejecit, quorum

(n) IDEM, *de theriac. ad Piſ.* c. 11. add. *introduct.*
(o) IDEM, *facult. natur.* l. c.
(p) IDEM, *facult. natur.* L III. c. 13.
(q) Apud CELSUM.
(r) GALEN. *utilit. reſpirat.* c. 1.
(s) IDEM, *loc. affect.* L. II.
(t) CÆLIUS *acut.* l. c. 14.
(u) GALEN. *Util. part.* L. VI. c. 13.
(x) PLUTARCH. IV. c. 22.
(y) GALEN. *differ. pulſ.* L. IV. c. 10.
(z) Ibid. c. 15. Addit in libro de *reſpiratione & pulſibus* paulum aliter ſcripſiſſe.
(a) GALEN. *diff. pulſ.* L. III. c. 2.
(b) CELS. *præfat.*
(c) PRISCIAN. L. IV.
(d) GALEN. *facult. nat.* L. III. c. 8.
(e) IDEM, ibid. L. I. c. 13.
(f) Ibid. L. III. c. 13.
(g) PLUTARCH. *placit.* L. V. n. 21.
(h) STEPHANUS *de urbib.*
(i) RUFUS, & GALEN. *facult. nat.* L. I. c. 3.
(k) Apud PLUTARCHUM in *placit. phil.* L. V. c. 30.
(l) GALEN. *facult. nat.* c. 1.

quorum unum medicamentum purgans habet (m). Morbos imputavit (n) corpusculis, quæ per invisibilia foramina subsistendo, iter claudunt.

Ut hæc se habeant, certe non exiguam reliquit sectatorum turbam, neque brevis ævi. Nam PHILONIDES, MOSCHION, CASSIUS, THEMISON & THESSALUS, atque tota adeo secta methodica, plurimum huic viro tribuit, erantque GALENI (o) ævo Asclepiadei medici, & maximi eum CELSUS fecit (p).

Methodica secta, & princeps THEMISON anatomen etiam magis sprevit (q).

§. XXXVI. LUCRETIUS CARUS.

Fere ejusdem, quæ ASCLEPIADI fuit, ætatis, ATTICO & CICERONI coævus, EPICURI sectam secutus poëmate ejus viri placita expressit, quod superest. Ejus duo libri ad physiologiam pertinent, quorum in primo (nempe III.) fusissime laboret, ut animam corpoream faciat, & mortalem, & per artus diffusam: hinc omnia sentire, etiam ossa & dentes.

Libro IV. fuse agit de oculo, tum de reliquis sensibus, de generatione & venere, deque somno breviter, de cibis & nutritione &c. Utrique sexui suum semen esse, & in fetu ejus parentis sexum redire; cujus semen vicerit. Ictericos flava videre.

Editione utor, quam J. NARDUS dedit, Florent. 1647. 4°.*

§. XXXVII. M. TULLIUS CICERO.

TIMÆUM libere vertisse diximus.

Deinde in Lib. II. *de Natura deorum*, dum loquentem STOICUM introducit, œconomiæ animalis quoddam quasi compendium tradit. Deglutitionem ciborum a lingua detrusorum, & descendentium; dum partes inferiores dilatantur, superiores vero contrahuntur. Inde longa alvus & tortuosa, quæ modo dilatatur, modo adstringitur. Respiratio: spiritus in alterum cordis ventriculum receptus, dum alter ab hepate sanguinem accipit. Venæ & arteriæ, a corde profectæ, per totum corpus diductæ, jam nunc manifesto distinctæ. Sensus, oculi etiam potissimum: flexuosum iter sonorum. Vox: nares cornuum similes, quæ ad nervos resonant. Hanc CICERONIS physiologiam nuper D. *Joh.* BRISBANE cum ALBINI tabulis edidit Lond. 1769, fol.

In *Tusculanarum* L. I. a sede animæ vias quasi perforari; ad oculos, aures, nares.

I 2 HIERO-

(m) *Facult. natur.* L. 1. c. 13.
(n) CELS. *præf.* L. 1.
(o) CELSUS *præf.*
(p) *Facult. nat.* I. c. 3.

HIERONYMUS de BONO de medica facultate in M. T. CICERONE omnino comperta libellum dedit in CALOIERI *nuova racolta* T. III.

§. XXXVIII. A CORNELIUS CELSUS.

Erit alias laudibus hujus viri ſuus locus. Anatomen, etſi non putes exercuiſſe, tamen paſſim adtigit. Anatomen ſuam fere ex HEROPHILO & ERASISTRATO habere, & modo de homine dicere, modo de animale perſpicaciſſimus MORGAGNUS (r). In *præfatione* libri, quæ fere compendium eſt hiſtoriæ medicæ, Anatomes utilitatem contra EMPIRICOS tuetur.

In L. III. Clyſteres nutriteos primus dixit. L. II. vias lotii peculiares.

In Libro IV. anatomes viſcerum compendium dedit. In eo neſcio num poſſis Cl. virum tueri, ne culpam ſubeat, quod animalium anatomen propoſuerit. Jecinori quatuor fibras tribuit, quod quidem poſſis hactenus excuſare. Lienem non ſepto ſed inteſtino innatum vult. Cæcum tamen inteſtinum potius ex homine deſcribere, & lienem non ex animale ſumere videtur, qui latum faciat. Ligamenta habet a ventriculo ad hepar & lienem euntia, & a rene ad colon. Vulvam dextra magis tenere: Veſicam in viro ſiniſtra.

In L. VII. dum *chirurgicas adminiſtrationes* tradit, varia habet anatomica. Teſtem eſſe glandulam, ſanguinem non emittere, non dolere niſi inflammatum. De ſepto ſcroti, ſed obſcure dixit, ima parte teſtem mediis tunicis contineri, leviter connexum, a ſuperiori tantum circumdatum eſſe. Oculi aliqua anatome. Lapillos vidit & pilos in ſteatomate: illos in ſtercore. In nervis, adnotante MORGAGNO (s) plus tribuit meningibus quam medullæ. Venæ & arteriæ nomine promiſcue uſus eſt.

In libri VIII. principio oſſium brevem pariter dat hiſtoriam. Reperiri capita absque ſutura, quatuor autem ſuturas deſcribit, neglecta, quantum video, frontali. Duæ ſuturæ palati. Collum rectum teneri a duobus validis nervis, quos Græci καρωτας dicunt, (ex qua voce carotidum arteriarum nomen putes manaſſe). Spinam dorſi non poſſe luxari, niſi duabus membranulis ruptis, quæ per duos a lateribus proceſſus feruntur, & nervis ruptis quibus continetur. Os pubis in feminis magis in exteriora recurvari. Voces aliquas ad canales ſemicirculares referas. Tota hæc hiſtoria elegans eſt, multoque melior, quam ea, quæ ante CELSUM dicta fuerunt.

In hæc oſteologica commentatus eſt *Petrus* PAU, *ſuccenturiati anatomici* titulo Leid. 1616. 4°.*

Anatomen CELSI nuper anglice edidit D. *Joh.* BRISBANE.

COLUMELLAM non repeto, etiamſi ejus viri aliqua, dum de animalium caſtratione agit, ad phyſiologiam pertinent, ut libro VIII. ubi patruum ſuum L. Co-

(r) Epiſt. IV. (s) Epiſt. V.

L. COLUMELLAM ait (*t*) arietes feros ovibus impofuiffe vulgaribus, & lolio gallinas ait faginari.

SCRIBONIUS LARGUS videtur puncta lacrumalia velle.

Memorabilis in eo locus eft „ fi quis fuper laqueum in brachio venam percufferit, perinde fanguinem incitari ex ea parte, quam ex inferiori loco cum percuffa eft vena. Multa de his ASCLEPIADEM habere, quæ medici non viderint. Vinculum fanguinem magis ex vulnere exprimere. Ita præjudicata opinio vim veri jam fe efferentis oppreffit (*u*).

§. XXXIX. JULIUS OBSEQUENS.

Hanc fcriptorem ævo ob fermonis puritatem Augufteo paffim adfcribunt, neque pofteriorum temporum eventa ulla habet. Prodigia collegit, ex LIVIO etiam potiffimum.

Fragmentum ALDUS edidit ab a. urbis 505. ad AUGUSTI ævum; prodiit etiam Florentiæ apud JUNTAS 1515. 8°. & Venetiis 1518. Argentor. 1514. 8°. Bafileæ 1521. 8°. 1532. Priorem partem libri fupplevit undiquaque *Conradus* LYCOSTHENES Bafileæ 1552. 8°.* Lyon 1553. 12°. ut tamen fua diftinxerit: recufam curante notasque addente J. SCHÆFFER Argentorati 1679. 8°. Denique emendatus & plenius a *Thoma* HIARNE Oxon. 1703. 8°. recufa eft. Ita FABRICIUS. Nuper vero cura Cl. OUDENDORP, cum iisdem SCHÆFFERI notis, & fupplemento LYCOSTHENIS; & cum figuris Leidæ 1720. 8°.

In iis quæ funt OBSEQUENTIS, puer dicitur quatuor manubus pedibusque præditus; aliasque tripes, unus & alter. Equus quinque pedibus. Puella capite unico, pedibus quatuor. Puer biceps, biceps; gallus quadrupes aliusque quinque pedibus. Androgynus puer aperta alvo, ut nudum inteftinum adpareret. Agnus biceps; puer capite unico, artubus duplicatis. Puellæ pectoribus connatæ. Exta duplicia. Hæc OBSEQUENTIS. Alia LYCOSTHENES adjecit.

EPIGENES Byzantinus horum temporum fuit; fcripfit etymologica, in quibus paffim aliqua noftri fcopi reperias. Ultimum fenium anno 112. dixit terminari (*x*), fetum a feptimo menfe ad decimum partu edi poffe (*y*).

VARRONIS *Tubero* egit de origine humana (*z*). Mulas in Africa fecundas effe.

PROCULUS THEMISONIS difcipulus de natura hominis fcripfit (*a*).

§. XL. ATHENÆUS.

Difficillima hic ubique eft chronologia, cum vix ulla alicujus medici ætas definiatur, nifi a SUIDA, multis feculis remoto, neque certo auctore. Siquidem

(t) C. 3. n. 21. (u) C. 21.
(x) CENSORIN. *dies nat.* c. 17.
(y) C. 7. (z) C. 9.
(a) GALEN. *diff. febr.* L. II. c. 6.

dem vero THEODORUS (*b*) medicus ATHENÆI discipulus fuit, eumque THEODORUM PLINIUS laudat, necesse est ATHENÆUM aliquo ante PLINIUM tempore vixisse.

ATHENÆUS iste, Attaleus (*c*) Cilix, sæpe GALENO dictus, auctor sectæ fuit pneumaticorum, nisi eam totam sectam malis ad ERASISTRATEOS referre, qui pariter spiritui fere omnia phænomena humani corporis imputabant (*d*). Nomen sectæ apud GALENUM reperitur, ubi tribuitur CHRYSIPPO Stoico (*e*); deinde nostro ATHENÆO (*f*). Noster de universa medicina scripsit (*g*).

Pulsum definivit vim (*h*) vitalis contentionis, & fusius alibi pulsum dixit, motum esse natum per dilatationem naturalem & involuntariam spiritus, qui in arteriis est, & in corde, & qui ex se ipso movetur, & una cor movet & arterias (*i*). Contractionem etiam in pulsu dixit (*k*).

Sed alia etiam anatomica scripsit. Testes (*l*) fecit inutiles (*m*), non longe hic a Peripateticis diffidens. Feminas negavit habere excrementum seminale, cum sanguineum habeant, iterum ex ARISTOTELE (*n*), & sicut papillas maribus, ita feminis seminalia membra fuisse constituta, similitudine paria, non officio (*o*). Fetum tamen plus habere a matre quam a patre dixit, ut animalia ex vulpe & ex cane nata matri sint similiora (*p*). Qualitates tamen vulgares retinuit (*q*), calidum, frigidum, siccum & humidum.

§. XLI. ARETÆUS.

Pneumaticum fuisse CLERICUS ex loco de Angina ostendit: mirum cæterum videri possit, eximium virum, omniumque medicorum Græcorum disertissimum, adeo latuisse, ut demum in *Euporistis* citetur. Anatomica collegit J. WIGGAN, quæ ARETÆUS cuique fere morbo præmisit, ego auxi.

Minute quidem vix quidquam descripsit, dudum vero a summo viro, BOERHAAVIO, est adnotatum, nusquam errorem admisisse. Pulmonem fecit insensilem,

(b) THEODORUS decimus septimus LAERTII L. II. c. 8. fin. Lichenes bulbis curavit PLIN. L. XX. n. 40.
(c) *De arte.*
(d) GALEN. *introduct.*
(e) *Diff. puls.* L. II. fin. Placere Pneumaticis Stoicorum principia ibid. L. III. c. 1.
(f) *Diff. puls.* L. IV. c. 14. (g) De *Elem.*
(h) *Diff. puls.* L. III. c. 2.
(i) Ibid. L. IV. c. 14.
(k) GALEN. *diff. puls.* L. IV. c. 10. 11.
(l) In libris de *semine*, quorum septimum citat GALEN. *form. fet.* L. II.
(m) GALEN. *de semin.* L. II. c. 1.
(n) IDEM, ibid. L. II. c. 4.
(o) GALEN. *de semin.* L. II. c. 1.
(p) *Format. fet.* L. II. ex libro *de semine* VI.
(q) GALEN. *introduct.*

ſenſilem, ut alii veterum. Arteriam craſſam, quæ nobis aorta eſt, & venam cavam inflammari, hancque graviſſimarum febrium cauſam eſſe. Venas a jecore oriri, quod ſit fons ſanguinis (*r*). Utrumque truncum venæ cavæ bene deſcribit. Icterum fieri a viis bilis obſtructis. Interiorem inteſtini tunicam in dyſenteria exire. Renes glanduloſos eſſe & ſinus habere, ex quibus ureteres. Inanem veſicam contrahi. Ligamenta uteri recenſet, & teretia, & lata, hæc cum velis recte comparat. Uteri tunicam intimam chorio adhærere. Senſum & motum eſſe a nervis. Decuſſationem nervorum pariter docet, ut CASSIUS, & viciſſim in eodem latere adparere; quæ mala ſint a nervis medullæ ſpinalis. Ad venam dextram cubiti facilem ab hepate fluxum eſſe (*s*) &c. In tetano auriculas moveri (*t*). Ductus ducentes ab hepate ad renes (*u*). Hæc WIGGANUS, locis additis. Satyriaſin etiam feminas non tangere docet, nihil enim habere quod erigatur, ut clitoridem ignoraverit (*x*). Linguam muſculum eſſe. Ligamenta ſenſu carere admirabundus reperit. Hepar, renes, mammas naturæ eſſe glanduloſæ (*y*). Hydatides habet (*z*).

§. XLII. AGATHINUS.

Pneumaticus (*a*), de pulſu commentatus eſt; eum ait cordis & arteriarum (*b*) eſſe contractionem (*c*). Eum librum dicavit HERODOTO MENONIS diſcipulo, qui apud Romanos praxin medicam exercuit (*d*). In pulſu contractionem negavit percipi (*e*). Pulſum plenum facit tenſum & contractum ſpiritu perpetuo repræſentante (*f*). Contra PHILONIDEM ſcripſit, pulſumque in ſola arteria oſtendit exſiſtere (*g*). Nimis loquacem fuiſſe GALENUS (*h*).

§. XLIII. SORANUS.

SORANUS Epheſius ante ARCHIGENEM (*i*) vixit, qui SORANI citaverit alopeciam, princeps cæterum Methodicorum, quem CÆLIUS AURELIANUS aut latine vertit, aut imitatus eſt. ANDROMACHI theriacam citat, ut eo viro non ſit antiquior (*k*); neque CÆLIUS, SORANI translator, ARCHIGENEM citat, ut juniorem. De noſtro dico SORANO, cujus liber περι μητρας και γυναικειου αιδοιου

(r) *Diut. cur.* L. I. c. 5. (s) Ibid.
(t) *Cauſ. ſign. acut* I. c. 6.
(u) *Cur. acut.* L II. c. 6.
(x) *Cauſ. & ſign. acut.* L. II. c. ult.
(y) *Cauſ. acut.* L. III. *diut.* L. II.
(z) *Diutur. cauſ.* L. II.
(a) GALEN. *diff. pulſ.* L. IV. c. 10. 11.
(b) *De pulſibus definitiones.*
(c) GALEN. *diff. pulſ.* L. III. (d) IDEM. (e) l. c. L. I. c. 3. (f) GALEN.
(g) IDEM, *diff. pulſ* L. IV. c. 10. (h) Ibid.
(i) MYREPSUS *alopec.* 84.
(k) ADRIANI ad tempora SUIDAS relegat & CLERICUS. Verum cum ARCHIGENE ATHENÆI diſcipulo antiquior ſit, & iſte ATHENÆUS diſcipulum habuerit PLINIO antiquiorem, non videtur SORANUS PLINIO poſterior eſſe.

αἰδοίου Parisiis prodiit 1554. 8°.* & 1556. 8°. ASTRUC; & repetitur in L. XXIV. ORIBASII. Gr. lat. *de vulva & muliebri pudendo interprete* J. B. RASARIO apud MORELLUM 1556. 8°. cum THEOPHILO B. B. Latine cum VESALIO Venetiis 1604. fol. Nam etsi juniori alicui SORANO aliqui tribuunt, interque eos Cl. FABRICIUS (*l*), noster tamen eo ævo vixit, quo anatome florebat, & etiam in homine exercebatur, quæ tempora brevia fuerunt, & ante GALENUM. Exiguus est libellus, ex humana anatome natus, uterum enim nusquam bicornem facit, & diserte negat, ut in animalibus convolutum esse, neque male cum cucurbitula medica conparat; ei etiam fundum tribuit, qui in animalibus nullus est, & humeros, & ostium, & cervicem duplicem, τράχηλον & αὐχένα, & demum κόλπον. Duas arterias uteri recenset, venas duas ex renalibus natas. Testes glandulosos, masculorum dissimiles, basi esse latiuscula. Porum spermaticum ex utero per utrumque testem, in cervicem vesicæ inseri, de arteria ut videtur vaginali locutus. Hæc omnia se ait in herniosa femina vidisse. DIOCLEM male utero cotyledones tribuere, quæ in solis sint animalibus, quo loco sua περὶ ζωογονίας ὑπομνήματα citat. In Galatia suibus uterum exstirpari. Inde hymenem transversum describit, qui in coitu rumpatur, & nonnunquam totam vaginam claudat. Pterygomata porro habet s. nymphas, & νύμφην s. Clitoridem, a qua nymphæ descendunt.

Alium librum SORANI CAGNATUS (*m*) imposturam vocat, qui MÆCENATI sit inscriptus, ut tamen ANDROMACHI theriacam habeat: addit, variis ex signis latine scriptum esse. Verum hæc nostrum SORANUM non feriunt, qui multo meliora quam GALENUS de utero doceat.

Apud AETIUM SORANI locus reperitur, ubi agitur de seminis fluxu, & de fecundæ feminæ dignotione.

SORANUS vero nuperior, cujus *Isagogen artis medendi* habemus, pauca aliqua de re physiologica admiscuit, ut de conceptu & de fetus formatione. Eam *Isagogen* Basileæ anno 1528. fol.* excusam, alias dicemus.

§. XLIV. MOSCHION.

MOSCHION a CLERICO refertur ad tempora NERONIS. Fuit certe ASCLEPIADEUS medicus ejus nominis, qui non ubique cum ASCLEPIADE consensit. *Correctorem* præterea GAL. vocat, & pulsum addit, secundum MOSCHIONEM esse etiam cerebri & ejus membranarum distentionem (*n*).

Verum an iste idem fuerit MOSCHION, cujus de *mulierum morbis* opus habemus, & græce & latine, ex antiqua versione, de ea quidem re quæri potest. Eum ad TRAJANI ævum refert LAMBECIUS, cum certe SORANUM citaverit

(l) L. XII. p. 684.
(m) *Voc. obscur.* L. IV. c. 9.
(n) GALENUS *diff. pulf.* L. IV. c. 16.

verit (o). Non poteſt MOSCHION eſſe, quem PLINIUS citavit, ſi PLINIUS SORANO antiquior eſt, ut vulgo ſolent recipere.

Methodicus equidem fuit, qui circulum metaſyncriticum (p) habeat, tum analepticum, & paſſim diatriton citet (q). SORANUM dixi ex eadem ſecta fuiſſe (r), tum MNASEAM. JULIÆ AGRIPPINÆ medicamentum Mo. ait ſe miſiſſe pro maribus generandis, quæ eo uſa DIOGENIANUM pepererit: quod nomen diſplicet.

Latine ſcripſit, qui voces latinas habeat, εντυβον (s), λαμνειαν pro lamina; inde in græcum converſus eſt. Et manifeſto ex latino ſe vertiſſe ipſe auctor eſt in codice Vindobonenſi (t).

Anatomen uteri cæterum omnino ex SORANO deſcribit, & iconem dat cum ſuis literis, quæ certis partibus reſpondent. Separat τραχηλον uteri ab αυχενι ſive parte ſuperiori (u). Ovaria ponit ad αυχενος latera, rotunda, baſi graciliori, & extendi juxta porum uriticum, per quem feminæ ſemen emittant, extrorſum porro verſus poni, & collo veſicæ jungi. Uterum ut SORANUS cum cucurbita comparat. A ſuperiori parte deſcendere in medium pterygomata, quæ latinis pinnacula, & aerem arcere. Signum vivi partus eſſe, ſi inſtar ovi chorion tangi poteſt, & multus humor levis efflit μδ.

Græce edidit H. WOLFIUS in collectionis ſuæ Tomo I. ad codicem AUGUSTANUM, emendatum a GESNERO Baſileæ 1566. 4°.*. Redit in collectione II. muliebrium anni 1586. 4°.* & in tertia SPACHIANA.

Plenior codex exſtat in Bibliotheca Vindobonenſi (x). Alius latinus capitum 182. in Medicea (y), & in Auguſtana Græcus, quo WOLFIUS uſus eſt in priori collectione, quæ Latini Baſileæ 1566. 4°.* prodiit, qui disjectum equidem & in harmoniam cum aliis muliebrium auctoribus diſpoſitum dedit. Ejus verſionis auctor de ſe (z) ipſo teſtatur, varia ſe vertiſſe, & ſcripſiſſe ophthalmica & chirurgumena, philjatria (a) & theorematica. Codex iſte aliqua & potiſſimum anatomica, pleniora habet.

§. XLV. CASSIUS FELIX.

CASSIUS a CELSO (b) citatur; alius ut videtur, a noſtro, cum CELSUS eum virum a methodicis alienum faciat, quod de noſtro non verum eſt, qui vulgo *jatroſophiſta* dicitur. In ejus opuſculo & ASCLEPIADEÆ (c) ſectæ veſtigia

(o) n. 151. (p) n. 135. (q) n. 151. (r) n. 160. (s) n. 136.
(t) LAMBEC. L. VI. p. 135. (u) n. 5.
(x) LAMBEC. L. VI. p. 134.
(y) *Plut.* 73. (z) *Præf.*
(a) Non judæorum, ut WOLFIUS v. LAMBEC. p. 136.
(b) L. I. *præfat.*
(c) *Probl.* I. ubi ASCLEPIADES HEROPHILUM refutat. De *conſenſu partium* n. 40. de *poris* n. 81.

gia reperio, & methodicæ (*d*). Ejus ἀπορίαι φυσικαὶ passim editæ sunt græce & latine Tigur. 1562. 8°.* Gesneri cura, qui subinde Hadriani Junii errores corrigit. Problemata sunt 84. Gesnerus etiam notulas adjecit. Prodiit etiam græce Francofurti 1585. 4°.* Parif. 1541. 8°. Mead. Leidæ 1596. 16°.* Græce & latine Lipsiæ 1653. 4°.* cura *Andreæ* Rivini. Latine Parif. 1541. 4°. cum notis *Hadriani* Junii, & cum *principibus medicis* apud H. Stephanum. Problematum non exigua pars ad anatomen, & ad physiologiam pertinet. In balneo humorem adtrahi. Oscitantes minus accurate audire. Cerumen morientibus dulce esse. Ad lucem conversos sternutare. Nervos ex basi cerebri dextri in sinistra ferri & vicissim (*e*). A situ gulæ fieri, ut a magna buccea strangulemur. Experimenta ad exhalationem cutis. *Andreas* Rivinus suæ editioni notas & varias lectiones adjecit.

Non differunt medicæ quæstiones ab iis, quæ de animalibus agunt & de quadrupedibus, ut possit ex Merklino videri, nam is titulus est editioni Paris 1541. 4°. B. B.

Codex exstat in B. R. P. n. 6114. latinus. Græci in B. D. Marci.

§. XLVI. Archigenes.

Pneumaticus (*f*) scriptor, Agathini discipulus, in arte medendi (*g*) minime spernendus, a spiritu solo omnia in corpore gubernari docuit (*h*). Juvenalis ævo celebritatem maximam nactus, non potest multo posteriori loco poni.

Physiologica ejus loca pluscula a Galeno conservata sunt, fere de pulsu. Eum definivit cordis & arteriarum distentionem & contractionem *naturalem* (*i*), quam vocem ad Agathini definitionem addidit. Deinde octo pulsuum fecit qualitates, magnitudinem, vehementiam, celeritatem, crebritatem, plenitudinem, ordinem, æqualitatem, & rhythmum (*k*).

Ex primo genere magnum pulsum parvo obposuit, sic porro vehementem (*l*) debili, plenum vacuo. Iterum pulsum longum, latum, altum & eorum contrarios dixit (*m*).

De *Vehementia* pulsus (*n*) peculiariter scripsit, & cum Magno in eo (*o*) consentit, in aliis contra eumdem disputat (*p*).

Carpit

(d) Circulum metansyncriticum citat n. 15. (e) n. 41.
(f) Idem, *diff. pulf.* L. III. & L. II. fin.
(g) Galen. *diff. pulf.* L. IV. c. 1. L. III. c. 1. & alias.
(h) *Introduct.*
(i) Galen. *diff. pulf.* L. II.
(k) Idem, ibid. L. II. c. 4.
(l) Ibid. c. 6. & 10.
(m) L. II. c. 7. 8.
(n) L. III. c. 1.
(o) Ibid. (p) Ibidem.

Carpit (*q*) eum in pulſu languido. A GALENO citatur, quod gravem dixerit, qui languidus, tardus & rarus (*r*).

Pulſum plenum definivit (*s*), non ut GALENUS probet (*t*). Habet & dicrotum (*u*). Fartum etiam pulſum definivit, ναστὸν, quem negat ſe GALENUS intelligere, nos, ex arundinis cognomine, pro pleno & duro haberemus. Infantum pulſum (*x*) parvum & celerem eſſe dixit. In ſomno pulſum pleniſſimum (*y*) eſſe. Cibum prementem facere pulſus languidiores, minores, celeriores (*z*). In lethargo pulſus locum calidiorem eſſe (*a*).

Ex ſectatore ARCHIGENIS (*b*) GALENUS repetit, aërem inſpiranti homini in corpus ſubire, neque exire exſpiranti, atque adeo in cor venire.

MAGNUS, pariter pneumaticus (*c*), coævus ARCHIGENI, aut potius paulo prior, ſcripſit ad DEMETRIUM libros de inventis poſt tempora THEMISONIS (*d*). In pulſus definitione addit inflationem & concitationem ſenſibilem cordis, ad ea quæ ARCHIGENES propoſuerat (*e*). Vehementiam pulſuum eſſe qualitatem (*f*) ſimplicem. Pulſum infantum negavit celerem eſſe (*g*). ASCLEPIADEM reprehendit, qui nervis negaverat ineſſe ſenſum (*h*).

APOLLONIUS neſcio (*i*) quis, quem GALENUS cum ARCHIGENE eo loco conjungit, pulſus in ſomno ſcripſit eſſe inaniſſimos.

HERODOTUS (*k*), celebris medicus Pneumaticus, Romæ artem exercuit, nulla autem ſcripta reliquit.

PHILUMENI, Methodici, de ſiti locus exſtat in ORIBASII ſynopſi (*l*). Eum medicum CÆLIUS cum SORANO conjungit. A MOSCHIONE citatur, quod cutem aliquando de pudendo prodire reliquerit.

K 2 §. XLVII.

(q) *Diff. pulſ.* L. III.
(r) Ibid.
(s) Ibid. L. I. c. 6.
(t) Ibid. L II. c. 4.
(u) Ibid. L. I. c. 17.
(x) GALEN *cauſ. pulſ.* c. 1.
(y) Ibid. L. III.
(z) Ibid. L. III.
(a) GALEN. *de pulſ. ad tiron.*
(b) *De nat human.*
(c) GALEN. *diff. pulſ.* L. III. c. 2.
(d) IDEM, ibid. L. III. c. 1.
(e) IDEM, ibid L. IV. c. 13.
(f) IDEM, ibid. L III. c. 1.
(g) *Cauſ. pulſ.* L. I
(h) GALEN. *loc. adfect.* L. II.
(i) *Cauſ. pulſ.* L. III.
(k) GALEN. *ſimpl. med. fac.* L. I. c. 27. *diff. pulſ.* L. IV.
(l) C. 38.

§. XLVII. Plinius. Dioscorides.

Dioscorides de humoribus animalium aliqua habet. Caprarum in montibus Justinis veratro & scammoneo pastarum lac alvum ducere.

Plinius etsi longe infra Romani, & consularis, viri dignitatem fuerit, anatomen suis exercere manubus, ex veterum tamen lectione, qua vir illustris excelluit, passim adnotationes anatomici & physiologici argumenti collegit. Libro VII. de homine agit, ejus nativitate, longævitate, morte, sepultura. Libro IIX. de quadrupedibus. Libro IX. de aquatilibus. Libro X. de avibus. Libro XI. de insectis & variis & animalium succis, visceribus, nervis, arteriis. Libris XXVIII. XXIX. XXX. XXXI. XXXII. de remediis ex animalibus sumtis.

Deinde peculiariter in libro XI. habet, post Aristotelem, de apibus, ex solo rege generari universas. Inde peculiariter capita animalium, & cornua, & de cerebro, fonte pulsatili homini proprio; auribus in nonnullis mortalibus mobilibus, oculis: de hominibus noctu videntibus: de dentibus, eorum duplice ordine, & in summo senio reparatione. De lingua; corde, ejus in victimis absentia, tum capitis jecinoris defectu. De felle, extis. Ventriculos elephanto esse quatuor, cætera viscera, quæ suis. De renibus, utero, adipe & sebo, medulla, de arteriis quæ sanguine & sensu careant. De partu animalium, & lacte. De manu, & sedigitis, de pedibus, testibus. De voce, de facie cum physiognomia ex Trogo. De fame, de coctione ciborum. Fatendum est fere omnia esse ex Aristotele. Evulso liene animalia vixisse.

In Libro VIII. (m) primam vertebram atlantem dici; & passim alia in hunc modum.

In Libro X. de exclusione pulli.

In errores Plinii anatomicos scriptus est *Nicolai* Leoniceni liber III.

Plinii libri 7. 8. 9. 10. 11. qui huc faciunt, ab *Henrico v.* Eppendorf germanice versi, prodierunt Argentorati 1543. & 1565. fol. cum iconibus Egenolphianis.

Liber VII. solus, qui de homine agit Parisiis 1553. 4°. Maitt.

In Librum IX. de naturali historia castigationes & de aquatilibus adnotationes *Franc.* Massarii Basil. 1542. 4°.

Gieronimo Huerta Alcalæ 1602. 4°. edidit *traducion de los libros de Plinio de los animales*, & l. 9. *de Plinio* 1603.

§. XLVIII. Plutarchus.

Ill. viri, Adriano coævi, varia utcunque ad physiologiam spectant, ut duæ *de esu carnium orationes*, in quibus earum usum dissuadet.

Inter

(m) n. 26.

Inter *Quæstiones naturales* libri IV. huc pertinent de sensibus, de voce, respiratione. In libro V. de monstris, de somno, vegetatione. Loci cæterum sunt veterum philosophorum.

Quæstiones convivales passim aliqua habent huc pertinentia, de presbyopia, de concubitus tempore, jejunio, fame & siti, bulimo.

Libri de *placitis* PHILOSOPHORUM multa habent physiologici argumenti, a veteribus conservata.

Seorsim prodierunt ex versione *Guilielmi* BUDÆI Argentor. 1516. 4°. &c.

Codex exstat in BODLEYANA Bibliotheca n. 131.

Duo loci de utriusque alimenti receptaculo seorsim prodierunt Basileæ 1544. 8°.

§. XLIX. A. GELLIUS. ALII.

Varias controversias & alia antiquæ Græciæ monumenta passim (*n*) collegit, ut de puerperiis mulierum, partusque tempore; cum HADRIANI pro undecimestri partu responso. Libro V. de videndi modo agit. Lib. VIII. de memoria. Lib. X. de numero fetuum, qui uno partu sint editi. L. XVI. de fame & bulimo, ex ERASISTRATO: tum de partu difficili & Aggrippino. Libro XVII. de potus in asperam arteriam descensu. Libro XIX. de ventris a timore motu, & de pudore. Suo ævo discrimen arteriarum a venis innotuisse, neque venarum nomen ad arterias designandas nunc adhibitum fuisse alibi monet.

Ineunte etiam secundo seculo ALCINOUS Platonicus vixisse putatur, in cujus libro de doctrina PLATONIS aliqua de visu, respiratione & membris hominis traduntur. Editus est Venetiis 1497. DOUGL. & 1535. 8°.* Paris. 1532. 8°. DOUGL. Gr. lat. cum LAMBINI Scholiis Paris 1567. 4°. MEAD.

§. L. CLAUDIUS ÆLIANUS.

In variis historiis inque libro I. varia ad naturam animalium & physiologiam spectantia reperias, equidem ad movendam admirationem ornata, etiam monstrosa. Sic passim aliqua de acutissimo visu.

In Libro XVII. de animalibus singularia quidem & auditu grata potissimum collegit, passim tamen de eorum victu, generatione, morbis & medicamentis aliqua refert, quæ ad nos faciunt, etsi omnia collectitia sunt. Ruminantium ventriculi, cum nominibus, libro V. c. 41.

(n) L. III. *noc. attic.*

§. LI. EROTIANUS.

Ερωτιανου των παρ' Ιπποκρατει λεξεων συναγωγη Parif. 1567. 8°.* edita, ad Archiatrum ANDROMACHUM fcripta, breviffima, inter voces HIPPOCRATICAS aliquas habet anatomicas, ut αρτεα arterias fignificare, aut bronchia, illas tamen rectius. De articulis. Κιων pro medulla fpinali. Γαργαρεων cujus morbus eft uva. Κοτυληδονες HIPPOCRATIS & DIOCLIS. Πιαρειον pro butyro. Τονοι. Brevia omnia, & pleraque practica.

Latine vertit *Bartholomæus* EUSTACHIUS, fummus anatomicus, & edidit Venetiis 1566. 4°. cum l. de multitudine HAENEL.

Prodiit etiam cum FOESII HIPPOCRATE Genev. 1657. fol.

§. LII. PHLEGON. ALII.

HADRIANI Libertus. *In mirabilibus* multa exempla gigantum, & androgynos, & partus multiplices, & fexus mutatos, & monftra refert.

In altero libello *de longævis* plurima exempla habet hominum, qui ab anno 100mo ad 170. vixerunt. Senem 136. annorum ipfe vidit.

Uterque libellus editus eft græce cum verfione latina *Guilielmi* XYLANDRI Bafileæ 1568. 8°. & in collectionis *Gronovianæ* T. 8. B. B. Notas in eum dedit J. MEURSIUS, in magna collectione confervatas.

ARTEMIDORUS Daldianus, ejusdem ævi vir, fcripfit *Oneirocriticorum* Libros V. qui græce prodierunt apud ALDUM 1518. 8°. B. B. cum tit. περι ονειροκριτικων βιβλιας. Latine vertente *Jano* CORNARIO Bafileæ 1537. 8°. 1544. 8°. GUNZ. Lyon. 1546. 8°. PL. Græce & latine Parif. 1603. 4°. B. B. cum *Nicolai* RIGAULT eruditis notis ex duobus codicibus. Epitomen dedit *Carolus* FONTAINE Genevæ 1555. 8°. Parifiis 1566. 16°. Germanice verfus eft cum MELANCHTHONI infomniorum judicio Argentorati 1597. 8°. Annaberg. 1600. Liber pleniffimus fed vanus, & abfque ulla probabili caufa: neque enim aliquam corporis conditionem præfagit, fed fortunæ dona, quorum nullus cum fomniis nexus eft. Pleniffime autem percurrit imagines quascunque, plantarum, animalium, actionum vitæ humanæ, quibus præfagia fuperftruit. Notas aliquas editor addit.

Non feparabo ASTRAMPSYCHI, ignoti hominis, una editum poëma *oneirocriticon* fiv. *verfus fomniorum interpretes.* Paffim prodierunt & potiffimum græce & latine cura *Friderici* MORELLI Parif. 1599. 8°. B. B. Edidit etiam J. MEURSIUS Haag. 1605. Hafniæ 1631. 4°. Codices græci funt in Bibl. D. MARCI in Colleg. *Caji* GONVIL. *Cantabr.* &c.

§. LIII. RUFUS EPHESIUS.

Illuftris medicus, hujus ut ex SUIDA videtur, ævi, in omnibus fere artis medicæ partibus eminuit. Botanica diximus. De atra bile ita fcripfit, ut GALENUS,

LENUS, parcus aliorum laudator, neget aliquid addi poſſe. Parum vero eſt, quod de Cl. viri laboribus ad nos pervenit.

Ad nos ſpectant περι ονομασιας των του ανθρωπου μοριων ad filium Lib. III. quorum magna pars eadem eſt in utroque libro. Dictio nitida & ſimplex. In libro I. externas primum partes recenſet. Clitoridem nympham dici diſerte docet, deinde pterygomata, quæ μυρτοχειλεα. Nervos per oſſis cribroſi foramina deſcendere. Ventriculum cordis dextrum ſiniſtro & capaciorem eſſe, & tenuiorem. Thymus glandula & Pancreas. Ex jejuno inteſtino bivium in cæcum, inque colon. Pancreas. Jecoris animalium celebres illas aruſpicum particulas in humano non reperiri. Vaſcula ſeminalia duo glanduloſa (proſtata), duo varicoſa. Tubas manifeſto ex ove deſcribit. Venæ lienis graciles. Arterias & venas a veteribus confuſas nunc ſeparari. Obeſam feminam impregnari non poſſe (o). Amnion & ejus liquorem ab urinaria membrana diſtinguit, duasque venas umbilicales facit, hic brutis animalibus uſus. Dentium claſſes conſtituit. Alter liber primus breviſſimus eſt.

In Libro II. Infundibulum primum reperias, juxta quod nervi optici diſcedant. In oculis epidermidem ante corneam deſcendentem vidit. Tirones juſſit in ſimiis diſſecandis ſe exercere. Tonſillas facit ſex, membranulis altius conſertis convolutas. In renis internis membranulæ ad modum cribri pertuſæ. Semen craſſum, grandinoſum eſſe: ſterilem humorem in proſtata varicoſa generari, dum teſtibus connectuntur, nempe in veſiculis. Teſtes quaſi ex pulte conſtare. Bilem perpetuo per ductum choledochum in inteſtinum venire. Spiritum per pulmones in pectus elabi, & inde in pulmonem redire. Uterum pariter, ut SORANUS, cum cucurbitula comparat. Arterias ſpiritum & ſanguinem continere. Per foramen cæcum nervum prodire. Ventriculi pleni ſitum deſcribit, & partes genitales capræ.

Libro III. oſteologiam continet. Acromion exiguum eſſe oſſiculum.

Editiones Græce cum SORANO Pariſ. 1554. 8°.* 1556. 8°. ASTRUC. Latine etiam 1554. 8°. Pariſ. cum ARETÆO G. MORELLO interprete, tum cura *J. Pauli* CRASSI Baſileæ 1581. 4°.*. Latine porro cum VESALIO Venet. 1604. fol. & nuper gr. & lat. ex editione *Guilielmi* CLINCH Londin. 1726. 4°.* cum diſſertatione de RUFI anatome.

Editio, quam *Martinus* BOGDAN paraverat, nunquam prodiit (*p*).

M.S. codices ſunt in Bibl. Card. OTTOBONI, in B. R. Par. n. 2151. duo codices; n. 2261. 2262. 2263. 2264. 2220. in AMBROSIANA bis, in B. PELISSERII, in collectione NICETÆ.

Arabice tribuunt ei *Ketab al thebb*, ſive de medicina librum HERBELOT.

Paulo

(o) Apud RAPAZE Cent. IX. c. 3.
(p) BARTHOLIN. *epiſt. cent.* IV. *epiſt.* XI.

Paulo ante RUFUM in Ægypto medici fuerunt, græcæ linguæ minus periti, qu futuris nomina imposuerunt (*q*).

§. LIV. LUCIANUS.

Celebris religionis & philosophiæ illusor, passim aliqua obiter adspergit ad medicorum historiam pertinentia. Possis etiam huc referre totum librum *de longævis*, quos inter plusculi sunt veterum philosophorum. Chaldæos hordeo viventes longævos esse.

Iste libellus seorsim ex interpretatione & cum notis *J. Henrici* MAJI prodiit 4. sine anno.

Cygni cantum in libro de electro & cygnis ad propria experimenta rejicit. Prodiit etiam Norimbergæ 1537. 4°.

§. LV. MARINUS.

MARINUS, Præceptor QUINTI, anatomes interlapsæ (*r*) dicitur a GALENO instaurator, qui dissectionis speculationem multum auxerit (*s*), ei tamen nimium indulserit (*t*). Veteres legit & citavit (*u*).

Primus equidem administrationes anatomicas scripsit, sed imperfectas (*x*).

In musculis curiosior fuit (*y*). Masseteres habuit pro parte musculorum temporalium (*z*), hic non subtilis. Nervorum septem paria facit, ut opticus primus sit. Par septimum nervorum unicum numerat, etsi GALENO duo videntur (*a*); durumque ejus ramum habet, & ejus foramen cæcum, & cum Quinto anastomosin, apud ORIBASIUM. Par sextum nervorum nomine insignivit (*b*), & ad palatum duxit. Duo genera fecit glandularum, quorum alterum vasis firmandis destinetur, alterum humorem gignat, aliqua membra irrorantem, quibus vocibus putes conglobatas glandulas & conglomeratas distingui. Addidit densas & siccas mesenterii glandulas, aliasque (*c*) raras humidasque, quibus internæ intestinorum tunicæ illiniuntur.

Eos viginti MARINI libros in trium librorum compendium GALENUS contraxit (*d*).

§. LVI.

(q) *Appell.* I.
(r) *Placit.* HIPP. & PLATON. L. VIII. c. 1.
(s) GALEN. ad l. *de nat. hum.*
(t) IDEM, *admin.* L. VII. c. 10. Eum etiam L. IV. c. 7. carpit, dum in explicatione *aphorism.* 24. & 54. L. VI.
(u) *Admin.* IX. c. 2.
(x) GALEN. *admin.* II. c. 1.
(y) *Muscul. diss. proœm.*
(z) *Musc. diss.* c. 6.
(a) Apud ORIBASIUM.
(b) *Util. part.* L. XVI. c. 6. *Nerv. diss.*
(c) GALEN. *sem.* L. II. c. 6.
(d) *Propr. libr.*

§. LVI. Quintus. Alii.

Quintus (*e*) Lyci præceptor, aliquanto Galeno ætate ſuperior (*f*). Is quidem vir nihil ipſe ſcripſit (*g*). Roma ob infelicem curationem ejectus fuit (*h*).

Lycus Macedo, Quinti diſcipulus (*i*), in Hippocratem de calido innato ſcripſit, eo libro Galeni odia meritus. Fuſiſſime (*k*) de muſculis egit: etiam logica, ſed vitioſe (*l*) & negligenter (*m*) tradidit. Non ſupra quinque oculi muſculos fecit; & ejus libri a morte demum auctoris celebritatem adſecuti ſunt (*n*). Scapulam a ſubclavio adigi (*o*). Toti claviculæ muſculum a capite natum inſeri docuit (*p*), (nempe cleidomaſtoideum). Muſculos a capite in ſcapulas deſcendentes caput detrahere putavit, cum ſcapulas potius ex Galeni mente elevent (*q*). Maſſeteres ignoravit (*r*), quod pene incredibile videtur, cum jam Hippocrati noti fuerint. Urinam eſſe excrementum (*s*) nutritionis renum. A morte viri opera prodierunt. In eum Galenus ſcripſit.

De menſura vaginæ muliebris locus exſtat apud Oribasium (*t*).

Idem Galenus in Martialem Erasistrateum juvenis acriter (*u*) ſcripſerat. Is libros de *anatome* duos, ſuo ævo celebres (*x*), ediderat.

§. LVII. Præceptores Galeni.

Pelops, Galeni præceptor (*y*) in anatome verſatus eſt (*z*), & *tres libros inſtitutionum* Hippocraticarum ſcripſit; univerſum corpus diſſecuit & muſculos, & ea ſola dixit, quæ oculis adparent (*a*). Maſſeterem a temporali ſeparavit (*b*). Cerebrum pro principio venarum non bene habuit (*c*). De coſtis: de ſpina dorſi.

In

(e) *Admin. anat.* IV. c. 10.
(f) Galen. ad l *nat. hum.*
(g) *De natur. human.*
(h) Galen. *præcognit.* ad Posth.
(i) *Aminiſt.* L. IV. c. 10.
(k) Galen. *muſc. diſſ.*
(l) *Admin. anat.* L. I. c. 3.
(m) L. IV. c. 7. ibid.
(n) Ibid. L. IV. c. 7.
(o) *De muſc. diſſ.*
(p) Galen. *muſc. diſſ.* (q) Ibid.
(r) *Muſcul. diſſ.* c. 6.
(s) Galen. *fac. natur.* L. I. fin. *Util. part.* L. V. c. 5.
(t) L. 24. fin.
(u) *De anatome* Erasistrati Galen. *lib. propr.* (x) Ibid.
(y) *Admin. anat.* L. I.
(z) *Placit.* Hipp. & Plat. VI. c. 3.
(a) *Muſcul. diſſ. proœm.* (b) Ibid. c. 6.
(c) In 2. Hippocrat. *introduct.* apud Hipp. & Plat. *decret.* L. VI. c. 3. & 5.

In libro 3. de diſſectione (*d*) venarum egit.

Smyrnæ putes vixiſſe (*e*).

ÆLIANUS MECCIUS compendium voluminum anatomicorum a patre ſuo conſcriptorum edidit, in eo de totius corporis anatome & de muſculis ſcripſit, & ea ſola & ipſe dixit (*f*), quæ adparent, eſtque in pretio habitus. Maſſeteres muſculos ſeparavit a temporalibus (*g*). Radii tamen motum recte deſcripſiſſe GALENUS negat (*h*).

NUMESIANUS, & ipſe PELOPIS diſcipulus, & GALENI præceptor (*i*) fuit, quem iſte Corinthi audivit. De muſculis recte ſcripſit (*k*).

Sic SATYRUS, cujus aliqui (*l*) libri exſtabant.

ANTIGENES QUINTI diſcipulus, inter anatomicos a GALENO recenſetur.

STRATONICUS SABINI diſcipulus, & ipſe GALENI præceptor fuit (*m*). Ex matris ſemine feminam, ex patris ſemine marem generari docuit (*n*).

§. LVIII. GALENI TEMPORA.

HERACLIANUS (*o*) ALEXANDRIÆ GALENI in ſtudio anatomico ſodalis fuit. Eum recenſet inter anatomicos, qui ſpurias illas venas HIPPOCRATICI auctoris non viderint.

Anatome adeo hactenus exercebatur, non tamen ut floruiſſe dicas. Raros fuiſſe GALENUS fatetur, qui in vivis animalibus experimenta capere noſſent, & qui cordis vaſa ſe ligaturos (*p*) receperant, non ſtetiſſe promiſſis: cumque juvenes mille denarios depoſuiſſent, quo pretio experimentum ERASISTRATEUM inſtitueretur, medicos conditionem non recepiſſe (*q*).

Supererant & tunc, cum plerique a veterum generoſitate degenerent, aliqui tamen, qui pueros (*r*) expoſitos diſſecarent. RUFI tempore ſimias incidebant (*s*).

§. LIX. GALENUS.

GALENUS equidem practica potiſſimum laude inclaruit.

Sollicite

(d) C. 5. (e) *Aphor.* L. VI. c. 18.
(f) *Muſc. diſſ. procem.* (g) Ibid. c. 6.
(h) *De muſc. diſſ.*
(i) Ad *lib. de nat. hum. & adminiſt.* L. I.
(k) GALEN. *de muſc. diſſ.*
(l) Ibid. Eum GALENUS audivit, *Adminiſtrat. anat.* L. I.
(m) *De atra bile.*
(n) GALEN. *de ſemin.* L. II. c. 5.
(o) *De natur. human.* L. II.
(p) *Adminiſtrat. anat.* L. VII. c. 14.
(q) Ibid. L. I. c. 16. (r) Ibid. L. III. (s) Ibid. *init.*

Sollicite legi, & recte VESALIUM ſenſiſſe reperio, qui variis ex cauſis, etiam ob vaſa umbilicalia in animalibus evaneſcentia, in homine ſecundum veſicam ſuperſtitia, negavit homines (*t*) ab eo viro inciſos fuiſſe.

Sed innumeris locis GALENUM adparet de animalibus dicere (*u*), quorum pluſcula recenſui. Et quando locus eſt, ubi oportebat de ſuis inciſionibus loqui, nunquam cadavera humana ſuis manibus inciſa memorat (*x*), etſi ſceletos humanas citat (*y*), quas viderit.

Exercitationem equidem requirit, qua cum deſtituerentur nihil egerint medici, qui in bello adverſus Germanos geſto aliqua barbarorum corpora inciderunt (*z*). Negat etiam anatomen ex libris diſci, cujus nulla abſque exercitatione (*a*) poſſit eſſe notitia.

Sed in ſimiis potiſſimum GALENUS anatomen adminiſtrabat, aliquando in aliis animalibus (*b*). Suas Romæ factas inciſiones (*c*) paſſim citat; & teſtes EUDEMUM Peripateticum, ALEXANDRUM (*d*) Damaſcenum, conſulem BOETHUM, alios. In brutorum diſſectionibus non modice verſatus fuit, & potiſſimum difficillima experimenta in vivis animalibus ſuſcepit, quæ ne noſtro quidem ævo facilia forent, ut nervorum ſubtiles ſectiones, qui muſculos intercoſtales adeunt.

Multa etiam invenit (*e*) rectiusque dixit, etſi paſſim, quoties plurima luce erat opus, utique prolixo ſermone, quaſi aliqua nebula ſe involvit, & veterum monumenta cum ſuis ita miſcet, ut quæ hominis ſint monumenta, quæ beſtiæ, non diſtinguas: inconſtans etiam, ut eamdem partem corporis aliter & aliter deſcribat (*f*). Multa cum ſcripſerit, ſubinde in aliis & aliis libris eadem aliter tradit. Ita in lib. *de motu muſculorum* intercoſtalibus muſculis omnibus exſpirationem tribuit: in libro 2. *de cauſis reſpirationis* ſolis internis, cum externi coſtas elevent. Aliqua etiam, non difficillima, ſuis in ſimiis non potuit reperire, ut venas ſpermaticas, quæ ex renalibus truncis in uterum veniunt, olim HEROPHILO viſæ (*g*).

Cum GALENO cæterum anatome undique intercidit: eum ſolum ignavi illi nuperi exſcripſerunt, neque certa, vel unici corporis diſſecti, memoria eſt ad FRIDERICI II. tempora, totis decem ſeculis, & ultra.

Introductio ſ. Medicus, liber inter GALENICOS receptus, præter aliquam medicinæ hiſtoriam continet, & externarum corporis partium appellationes, & inte-

(t) *Rad. Chin.* p. 117.
(u) *Adminiſt. anat* L I. c. 2.
(x) *Compoſ. ſec. gen.* (y) Ibid. (z) Ibid. (a) Ibid.
(b) *Muſculor. diſſect.* Simias & alia animalia *de nervor. diſſect.*
(c) *Adminiſt anat.* L I. (d) Ibid.
(e) RIOLANUS in *anthropog le* CLERC P. III. L. 3. c. 6.
(f) Conf. C. HOFMANN *præfat. apolog.* & c. 120.
(g) *Diſſ. vulv.* c. 5.

interiorum aliquam anatomen & phyſiologiam; oſſa etiam tangit, & humores, & peculiares aliquas fabricas in vivis adnotatas. Hic putes majorem ſanguinis circulationem exponi, cum venæ cerebri dicantur ab arteriis ſanguinem accipere, & ad torcular convehere. Cum tamen eodem loco etiam eas venas a corde ſuum ſanguinem habere dicat, non videtur auctor circuitum ſanguinis recte habuiſſe perſpectum.

Græce & latine prodiit Pariſ. 1536. 8°. & Baſileæ 1537. 8°. cura *Seb.* SINCKELER.

Latine cum nonnullis aliis Baſil. 1529. fol. Vertit J. GÜNTHER. GUNZ.

Codices græci ſunt in Bibl. R. Pariſ. n. 2113. 2280. 2282. 2304. 2306. latine n. 6863. 7030.

Ars Medicinalis GALENI. Fere tota eſt in ſignis bonæ malæve temperiei cujusque partis humani corporis. Ad anatomen vix facit, niſi quatenus de pulſu, urina, aliisque ſignis agit. Hic ergo diverſæ figuræ capitis humani, & utique cordis nimis calidi, frigidi, hepatis pariter aliqua in qualitate excedentis ſigna reperias, quæ utcunque huc revoces. Interſperſæ ſunt rariores aliquæ adnotationes, ut de homine crebro vomente, ob bilarium meatum in pylorum inmiſſum: de ventriculo parvo, rotundo; veſica contracta viſa, renibus peranguſtis. Peculiares animæ facultatibus ſedes tribuit, quas poſteri retinuerunt, fere ad noſtra uſque tempora, aut alias certe nihilo firmiores hypotheſes ſubſtituerunt. Non eſſe perpetuum pulſum inter & reſpirationem concentum.

Codices M.S. numeroſi exſtant. In B. R. P. n. 1883. 2175. 2278. 2304. 2306. hi græci, tum in B. D. MARCI. Latine in B. Reg. Pariſ. n. 6868. 6871. 7029. 7030. Hebraice in Bibl. Vindobon. T. I. Latine, ut puto, in BODLEYANA n. 1252. in VOSSIANA n. 2202. in *Colleg. Norvic. Oxonienſi* n. 1130. in B. CAJ. GONVIL. n. 962.

Prodiit cum nonnullis aliis in *articella* Lyon 1527. 4°.* & alias, cum quatuor verſionibus, inter quas eſt LAURENTII & N. LEONICENI. Exſtat etiam in RUSTICI PLACENTINI collectione Venetiis 1507. 8°. & cum nonnullis aliis Baſileæ 1549. fol. tum Pariſ. 1548. 4°. OSB. græce, tum Antwerp. 1549. 8°. Venet. 1606. 24°.* lat. ex verſione *Nicolai* LEONICENI. Demum Helmſtätt. 1587. 8°.

Frequentiſſima eſt in hanc artem JOHANNITII introductio; tum Commentarii HALI RODOHAM (REDHOAM) quorum codices M.S. ſunt in B. R. Pariſ. lat. n. 6868. 6869. 6870. 6871. 7029. 7030. in *Bibl. Eſcurialenſi* n. 799. 878. arabice; in *Coll. nov.* n. 1134. in *Mertonenſi* n. 687. 688. in *Coll.* D. PETRI *Cantabr.* n. 1866. in *Coll. Omnium anim.* n. 1430. in BODLEYANA n. 2753.

Prodiit JOHANNITII *introductio* Venetiis 1501. fol. 1507. 8°. GUNZ. 1519. folio, & alias Lyon 1516. 8°. &c.

Exſtat

Exſtat etiam in Bibl. *Pembrokiana* (*Eclog. Cant.*) commentarius in J. *Tegni* & in B. *Norvic. Oxon.* n. 1130. & in BODLEYANA n. 2753. & imperfectus in *Medicea:* tum Quæſtiones *Simonis de* GRAVENER in B. CAJ. GONV. n. 960. & ſecundum M. BENEDICTUM in B. CAJ. GONVIL. *Cantabr.* n. 960.

JOHANNIS XX. *Pontif. Rom. Comm.* in *B. Pat. Can. Later.*

TRUSIANI, qui *plusquam commentator* dicitur, comm. prodiit Bonon. 1489. fol. Eum vixiſſe circa annum 1300. CHAMPIER *clar. ſcript.*

THADDÆI FLORENTINI Comm. quem edidit THOMAS DIONYSIUS POLIUS Neapol. 1522. fol. B. B. ad ſcholarum ſaporem ex Arabibus deſcriptus.

Exſtat porro commentarius in *Microtechni* HUGONIS BENTII Senenſis Papiæ 1518. fol. exc. B. B. & Venetiis 1498. fol. TREW. 1491. fol. TREW. 1508. folio.

Baptiſtæ FIERÆ Mantuæ 1515. fol. Venet. 1548. fol.

J. SERMONETÆ Venetiis 1498. fol.

Nicolai LEONICENI Lyon 1525. fol. Venet. 1606. 12°. Helmſt. 1587. 8°.

Introductorium in artem parvam Conradi STÖKLIN Lyon 1516. 8°. Hagenau 1533. folio.

Comm. Jacobi FOROLIVIENSIS Papiæ 1519. fol. Venet. 1520. fol. B. Bern. 1547. fol. quem vide ſuo loco.

Antonii CITADINI *auſcultationes in parvam artem Galeni* Favent. 1523. fol. B. B. quem vide.

Johannis MANARDI Baſileæ 1529. 8°. 1536. 4°. Bibl. Bern.

Symphoriani CAMPEGII Lyon 1516. 8°. Vocat *Paradoxa.*

R. J. *Agricolæ* Baſil. 1543. 4°.

Hieronymi THRIVERII Lyon 1547. 12°.

Martini AKAKIA Lyon 1548. 16°. Venet. 1549. 8°. 1587. 8°.

J. Bapt. MONTANI Venet. 1554. 8°. & *tabulæ* 1558. fol.

Julii DELPHINI Venetiis 1557. 4°.

Theodori ZWINGER *tabulæ & commentarii* Baſil. 1561. fol.*

Nicolai VIESII *comm.* Antwerp. 1560. 8°.*

J. ARGENTERII Montereali 1568.*

Oddi de ODDIS *exactiſſima & lucidiſſima expoſitio* Venet. 1574. 4°. 1608. 4°. LIND. Brixiæ 1607. 4°. GUNZ.

Jacobi SCHEGK Francofurt. 1583. 8°.

Vincentii MONDINII Bonon. 1586. 4°. ORL.

Francisci VALLESII Complut. 1567. 8°. Venet. 1591. 8°. Colon. 1594. fol.

Andreæ LAURENTII Francofurti 1628. fol.

Sanctorii SANCTORII Venet. 1612. fol. 1630. 4°.* Lyon 1631. 4°. LIND. 1632.

Simonis a CAMPIS Neapol. 1642. 4°. 1647. LIND.

De utilitate artis parvæ Andreas PLANER Tubing. 1579. 4°.

Commentarios *Philippi de* SOLDECILLA Catalauni citat S. CHAMPIER, quos putes ineditos esse (*h*).

De constitutione artis medicæ L., quem non oportet confundere cum *arte medica*. Tabulas & commentarios dedit *Theodorus* ZWINGER Basil. 1561. fol.* In ipso opusculo compendium de elementis corporis humani continetur, quo generalia quædam traduntur. Ossa ibi legas, & cartilagines, & adipem, sensu carere.

Inter libros *de elementis secundus* agit de humoribus quatuor principibus animalium: in eo medicamenta proprium humorem evacuare, contra ASCLEPIADEM docetur, & contra ATHENÆUM disputatur, qui quatuor facultates pro elementis habebat. Hoc suum opusculum GALENUS citat in *ord. legendor. libr.* & in *arte*.

Prodiit cum aliis Parisiis 1546. fol. græce, & cum libro de *optima constitutione* Paris. 1530. 8°. GUNZ. Cum variis vertente J. GUINTHERO Basileæ 1529. 4°. GUNZ. Cum libris de *naturalibus facultatibus* Lugd. 1548. 12°. Solus vertente J. *Guinther* Paris. 1541. MAITT. Solus vertente *Victore* TRINCAVELLIO Lyon 1550. 16°. cum commentario *Jacobi* SYLVII. Paris. 1558. 8°. OSB.

Commentarius in hunc librum exstat J. B. MONTANI Hanau 1595.

Codex M. PARIS. gr. est in B. R. n. 1097. tum in *Taurinensi*, in B. CAJ. GONV. & in B. Montis S. *Michaëlis*. In *Mertonensi* n. 685. In *Vindobonensi* LAMBEC. L. I. p. 181. hebraice, & latine n. 705. cum commentario *Nicolai de Anglia*. Dicitur etiam versum a HONAIN BEN ISCHAR exstare in B. *Reg.* HERBELOT. p. 181. cum titulo *Ketab al Mezage*. Est in B. *Escur.* n. 869. 876. arabice.

In libro *de temperamentis* (*i*) primo GALENUS temperamenta exponit, & hominem temperatissimum: in *secundo* signa cujusque temperamenti, ubi peculiaris est ille locus de EUDEMO philosopho bilioso, & de duplici in aliis, in aliis simplici meatu bilis, quorum illis alter ramus supra pylorum in ventriculum inmittitur, alter in ecphysin, his si prior ille major fuerit, familiaris & bilis vomi-

(h) De *clar. Gall. Hisp.*

(i) Prius scripserat GALENUS de *elementis*, *methodo medendi*, de *facultatibus simplicium*, de *semine*.

vomitus: si simplex ductus est, tunc omnis bilis per jejunum descendit, ut in EUDEMO. Citat ipse GALENUS hoc opus in suo *ordine legendorum librorum*, & in *arte*.

M.S. codex exstat latinus n. 7015. & in *Mertoniensi Oxon.* n. 685. & græcus in *B. R. Paris.* n. 2267. & Arabicus cum *Greg.* ABULPHARAGII commentariis n. 1097. Exstat etiam in B. MEDICEA & in *Vindobonensi* I. p. 181. hic hebraice.

Prodiit seorsim T. LINACRO interprete Cantabrigiæ 1521. 4°. AMES. Paris. 1523. fol. Lugdun. 1588. 8°. OSB. & prius Venetiis 1498. 8°.

In eos de *temperamentis* libros habetur *Gaspar* LOPEZ CANARIO Complut. 1565. fol. commentarius CAP. de VIL.: & *Felicis* AEORAMBONI, tum *Jacobi* SEGARTA Valent. 1596. 1598. fol. Bibl. BODL. F. VALLESII Venet. 1591. 8°. Colon. 1594. fol. & *Periochæ* C. GESNERI Sangall. 1584. 8°. Porro Comm. M.S. *Joh.* ROCHON B. R. P. n. 7025. LIND. Arabice vertit HONAIN, cum titulo *Ast hakfat*, qui codex exstat in Bibl. *Escurialensi* n. 874. & liber 2. & 3. n. 845. & n. 876. cum notis anonymi.

In librum HIPPOCRATIS *de natura humana Comm.* I. Legitimum esse HIPP. opus firmissime demonstrat, potissimum ex PLATONE. HIPPOCRATEM & hic, & in aliis scriptis quatuor humores docere ostendit. Cæterum in generalibus versatur, ut vincat, hominem non esse unum. Citat librum suum de *Elementis* HIPPOCR.

Prodiit cum aliis GALENI libris Paris 1534. fol. nempe l. *de atra bile*, *bona habitudine*, *& pulsibus*, cum *libris* vero *de inæquali temperie*, & de *facultatibus naturalibus* Paris. 1540. fol. & cum libris *de victus ratione salubri* cura *Hermanni* CRUSERII etiam Paris. 1534. 12°. MAITT. Solus vertente J. GUINTHER cum scholiis J. SYLVII Lyon 1549. 16°.* 1553. 16°. Commentatus est etiam J. B. MONTANUS. Codex græcus est in B. D. MARCI.

Commentarius secundus *Nicolao* MACCHELIO interprete refutat imaginaria quatuor venarum paria, & veriorem sententiam HIPPOCRATIS docet inveniri in Lib. II. *Epidemicorum*.

GALENUS duos in HIPPOCRATEM *de natura humana* libros scripserat, *de propr. libr.* I. c. 6.

EJ. de *atra bile* alia ex sanguine assato, alia deteriori ex bile flava assata. Non concrescere, acidam, & acerbam esse, cum terra fervere, quam partem corporis tetigerit eam exedere, mortem inferre si deorsum prodierit, in eo diversam ab aliis nigris inferne decedentibus. Nigra salubriter cum urina defluere iis, quibus menses restiterunt.

Prodiit Paris. 1530. 8°. & ibidem cum aliis 1534. fol. Basil. 1529. 4°. vertente GUINTHERO & græce 1546. fol. Vertit etiam *Julius* MARTIANUS. In eum l. paraphrasis habetur *Prosperi* ALCACANI Lugd. 1538. 8°. Commentatus

tus eſt J. B. MONTANUS Hanau 1595. & *Caſp.* HOFMANN Francof. 1630. fol.* Codices græci exſtant in B. Reg. Pariſ. n. 2269. & 2271. Alii tres in B. D. MARCI Veneta.

Ej. de *optima corporis conſtitutione* parvus libellus; Heduæ a J. LALEMANTIO editus 1578. 8°.

Et de *bona habitudine.* Citat hos duos parvos libellos GAL. in l. de *arte.*

Prodiit cum prioribus Pariſ. 1534. fol. 1546. folio, & cum lib. de *elementis* ibidem 1530. 8°. Græce. Cum aliis nonnullis Heduæ 1578. 8°. GUNZ. Cum aliis verſus a J. GUINTHER Baſil. 1529. 4°. GUNZ.

Ej. de *bona corporis habitudine* (*k*), Venetiis 1498. BODL. & cum priori vertente GÜNTHERO Baſil. 1529. 4°. GUNZ. Græce cum priori Paris 1530. 8°. GUNZ. Codices ſuperſunt, ut latinus in B. Reg. Pariſ. n. 6865.

Ej. de *oſſibus ad tirones* ab *Auguſtino* GADALDINO ad fidem codicum græcorum recognitus. De articulationibus. De ſuturis. Oſſa capitis, eorum ſuturæ, inter eos ſutura literæ H ſimilis, oſſa ipſa valde obiter, tantum ſeptem. In oſſe ſacro & coccyge prodit, ſe ſimiæ anatomen tradere; nam tres tantum oſſis ſacri vertebras, tres coccygis facit, cui ſint ſuæ conjugationes nerveæ. Adgnoſcit pro ſuo GALENUS *lib. propr.* c. 1. 3. & *de ord. leg. libr.* & in l. de *arte.*

Codex exſtat græcus in B. R. P. & in NICETÆ collectione. Sæpe ſeorſim prodiit, græce primum Pariſ. 1535. & cum libro *de ſeptimeſtri partu* aliisque pariter græce per J. CAJUM Baſileæ 1557. 8°. GUNZ. Græce & latine cum notis VESALII, SYLVII, EUSTACHII, HENERI & aliorum Leid. 1665. 12°.* ex Bibl. *J. v.* HORNE. Latine vertente F. BALAMIO Lugd. 1549. 12°. Pariſiis etiam 1548. 4°. Porro Hafniæ 1579. 8°.* cum præfatione J. FRANCISCI Ripenſis & ſceleto Veſaliana. Cum notis marginalibus *Joh.* SIGFRIED Helmſtätt. 1599. 8°. PLATN. & 1579. vertente *Salomone* ALBERTI 8°. MERKL. Prodiit etiam Roſtoch. 1636. Cum libro *de nervorum, venarum & arteriarum diſſectione vocalium inſtrumentorum & vulvæ diſſectione*, & *de muſculorum motu* Lyon 1551. 16°.* cum iconibus nonnullis oſſium rudibus: iterum latine Leid. 1627. 8°. Gallice vertente *Johanne* CANAPE Lyon. 1541. 12°.* & 1583. 4°. & iterum vertente *Joh.* LOYNE cum SYLVII commentariis Orleans 1571. DRAUD B. *Exot.* Commentarius in eum l. anonymi eſt in Bibl. Reg. Pariſ. n. 6816. Commentarios SYLVII, G. FALLOPII, INGRASSIÆ, *Ludovici* COLLADO, J. RIOLANI & aliorum alias dicemus.

EJUSD. *de muſculorum diſſectione ad tirones* l. A. GADALDINO interprete, latine ſolum exſtat, neque perfectus eſt, ſenile opus, cum & poſt libros *de uſu partium*, & poſt eos ſcriptus ſit, quibus GALENUS egit *de anatomicis adminiſtrationibus.* Scopus autem fuit addere ſi quæ LYCUS prætermiſiſſet. Fatetur ſe

(k) Scripſerat de *reſpirationis utilitate*, de *anatome.*

ſe ſimiis in adminiſtrationibus uſum eſſe, paſſim tamen de hominis anatome ſeorſim dicit, & muſculum ſimiis proprium a ſpina ſcapulæ in cubitum ire. Sex muſculos oculi facit. Lumbricales ſibi tribuit inventos, & interoſſeos. Platyſmatis myodis nomen invenit. Rectum internum capitis, rectum lateralem, & intertransverſalem deſcripſit (l). Duos levatores ſcapulæ a capite derivat, quorum alterum LYCUS ignoraverit. Duos ſcapulæ rhomboideos facit. Biventrem oſſi hyoidi tribuit, & a proceſſu ſtyliformi non bene derivat. Et cutaneum habet ani ſphincterem, & profundum.

Adgnoſcit hoc opuſculum GALENUS *de ſuis libris* c. 3. & in *arte*.

Codex eſt in B. R. P. n. 2219. Cum libro *de adminiſtrationibus* cura J. CAJI prodiit Baſileæ 1544. cum aliis Lugd. 1551. 16°.* 1556. 8°. GUNZ, interprete GADALDINO. Gallice vertit *Jacobus* DALECHAMP, & edidit Lyon 1564. VERDIER.

EJUSD. (m) de *nervorum diſſectione ad Tirones Auguſtino* GADALDINO interprete. Iterum patet, GALENUM animalia bruta diſſecuiſſe, cum primum nervum non habeat, & lobos cerebri anteriores ajat ad naſi principium pervenire. Aquæductum tamen FALLOPII non ignoravit, & canalem per quem par durum exit. Nervum recurrentem ſibi tribuit. Iterum increpat ſcriptores, qui confuderint, quæ in ſimiis & quæ in aliis animalibus reperiuntur. Ipſe in primo nervo cervicis fabricam diſtinguit, quæ in ſimiis eſt, & quæ in aliis animalibus: ſic in nervo tertio dorſi; nusquam hominis memor. Tres in foramine jugulari octavi nervi ramos facit: inter eos gloſſopharyngæum. Habet acceſſorium nervum, & intercoſtalem, ſed ab octavo pari natum. Citat GALENUS & inter antiquiores ſuos repetit l. c. c. 3. tum in *arte*.

Prodiit cum ſequente *Antonio* FORTOLO interprete Pariſiis 1526. 4°. GUNZ. tum Baſileæ 1529. 8°.* cumque aliis *Aug.* GADALDINO interprete Lyon 1555. 16°.* 1556. 8°. GUNZ. Gallice verterat DALECHAMPIUS. Codex M.S. exſtat in *Bibl. Reg. Pariſ.* n. 2164. & 2219. in Vindobonenſi L. I. p. 181. iſte hebraicus.

EJUSD. *de venarum arteriarumque diſſectione* liber, ab *Antonio* FORTOLO verſus, deinde a VESALIO caſtigatus, & ex vetuſto codice græco emendatus. Hic arteriarum hiſtoriæ venarum præmittitur fabrica, quem ordinem etiam VESALIUS ſecutus eſt, & qui multorum errorum auctor fuit. Iterum, dum GALENUS de venis jugularibus agit, manifeſto oſtendit, nunquam ſe in eam venam in homine inquiſiviſſe: manifeſtam enim ait ejus eſſe fabricam, quando ulcus pinguedinem ſit depaſtum, qua ambitur. Iterum aortæ ramum tribuit adſcendentem, & deſcendentem alterum, quem errorem ne VESALIUS quidem correxit. Primus cæterum angiologiæ auctor, quæ alicujus momenti ſit. Habet anaſtomoſes venarum mammariarum cum intercoſtalibus, & epigaſtricis; ſiniſtram venam

(l) Apud ORIBASIUM p. 200.
(m) Citat *adminiſtrationes anatomicas*.

venam spermaticam a renali deducit. Citat hunc l. GALENUS l. c. inter antiquiores c. 1. & repetit c. 3. tum in l. de *arte*.

Prodiit seorsim *Anton.* FORTOLO interprete Paris. 1526. 4°. Basil. 1529. 8°.* & cum iis *quæ medice dicta a* TIMÆO Lyon 1550. 8°. cum aliis libellis ibidem 1551. 16°.*. Codex græcus exstat in B. R. P. n. 2164. hebraicus in *Vindobonensi* L. I. p. 181.

An sanguis in arteriis natura contineatur. Ex melioribus GALENI opusculis, ab ipso citatum de *lib. propr.* c. 9. & in l. de *arte*, in quo multum dedit experimentorum. Cum enim ERASISTRATUS spiritum per arterias ferri docuisset; GALENUS autem de arteria incisa omnem etiam venarum sanguinem per vulnus prosilire ostendisset; ERASISTRATI demum sectatores effugium in eo quæsivissent, spiritum arteria pertusa erumpere invisibilem, in arteriam vero de proximis venis sanguinem confluere, multis experimentis hunc errorem GALENUS refutavit. In arteria utrinque ligata, tamen sanguinem reperiri: aërem non venire ad cor, nisi forte paucissimum. Alteri quidem experimento erroneam opinionem superstruit: vim nempe motricem a corde in arterias diffundi, ut se pandant & spiritum adtrahant (*n*). Nuperior est libro de *placitis*.

Prodiit cum nonnullis aliis libellis Paris. 1536. fol. vertente J. GUINTHER, & seorsim interprete *Victore* TRINCAVELLIO Lugduni 1550. 12°. Vertit etiam *Julius* MARTIANUS ROTA.

De anatomicis administrationibus libri.

GALENUS dudum aliud opus *de anatomicis administrationibus* scripserat libris duobus, ad MARINI ordinem concinnatum, sub initia principatus M. ANTONINI. Nunc petente Consule FL. BOETHO, cui multas ostenderat administrationes, majus opus elaboravit. Citat idem in l. *de ord. leg. libr.* Inde his etiam libris per incendium amissis meliores reddidit, studiosis viris flagitantibus (*o*). Citat in l. de *arte*.

Verum statim in principio ostendit, quem arcta fuerit veteribus anatomes discendæ occasio. Ossium enim fabricam Alexandriæ jubet condiscere, ubi Medici auditoribus ossa ostendant: se vel ex sepulchris ossa habuisse: vel casu favente, quo fluvius sepulchrum eluisset, ut sola nuda ossa superessent, iterum cum latronis cadaver in via vulturibus esset expositum. Deinde ad musculos uti jubet simia brevioris capitis, dentibus caninis non exsertis, etsi sit etiam his aliqua in musculis tibiæ, inque cervicis, & femoris commissura ab homine diversitas. In principio se simias aliis dissecandas permisisse, quod viliorem putaverit esse laborem, deinde ipsum incidisse: ut nihil quidquam de hominis cadavere ad speculandos musculos inciso meminerit. Se octo musculos invenisse,

(n) Repetit in VII. *administr.* sub fin.
(o) BOETHO Romæ vivente lib. scripsi de HIPPOCR. *anatome*, & ERASISTRATI, & de *vivis secandis* & de *mortuis*; de *respirationis causis*, de *voce*.

nisse, duos ad buccarum motum factos; duos ad brachia. Porro palmaris tendinis carnem detexit. Inde musculos brachii exponit & ligamenta. Hæc l. I.

Lib. II. musculos & ligamenta pedis dicit. Laudat hanc rudiorem anatomen, & ERASISTRATUM non quidem nominatum pungit, qui valvulis cordis esset immoratus. De Iliaco, de Psoa. Ruptum cursori bicipitem, ut intelligo, nihil nocuisse vidit. Musculum in poplite ab aliis intermissum reperit. Ungues non habere vasa, neque nervos, contra ERASISTRATUM.

Lib. III. de nervis vasisque manus (*p*). Se Sophistam insensilitate partis manus & digitorum laborantem sanasse, cum audiisset a lapsu id malum provenisse, & medicamenta spinæ dorsi admovisset. Nervorum sex etiam in brachio truncos habet. Musculum, ut puto, pectoralem minorem a se detectum citat c. 3. Venas cubiti perinde in homine vivo se habere, ut in simiis. Iterum ostendit se homines non dissecuisse: simias enim jubet incidere, ut medici periti ad laborem accedant, quando hominis dissecandi occurrit occasio. Cum non essent exercitati, medicos germanorum corpora in bellis a D. MARCO gestis nactos nihil præter viscera vidisse. Posse vero etiam latrones aut homines feris expositos medicis permitti: & infantes expositos a medicis incidi solere, qui testentur, esse simiarum persimiles. Nullo vero verbo indicat, se aliquam harum incisionum ipsum tentasse.

Lib. IV. Musculi faciei, colli, scapularum. Platysma myodes sibi inventum tribuit c. 1. sed ait a ligamento ex prima vertebra orto nasci. Simias homini proximas esse: sic ubique. Musculos oculorum omittit.

Lib. V. Musculi thoracis, abdominis, spinæ. Hic recti abdominis musculi tendinem in omnibus animalibus ad summam costam ait produci.

Lib. VI. de visceribus ad digerendum cibum spectantibus. Hic sex suos ordines animalium constituit. Omni animali superioribus dentibus destituto plures esse ventriculos. Male adfirmat, Elephanto suam esse fellis vesiculam. Duplicem ramum vasis choledochi iterum statuit. Mesenterium ex bruto describit, Fasciculos a sphinctere ani ad cutem, & ad acceleratorem habet, quorum iste dilatet.

Lib. VII. potissimum de corde (*q*) agit. In omnibus quadrupedibus se perinde habere. Non esse musculum ob saporem, & quod non ex arbitrio moveatur. Magnis animalibus in corde os inesse: id se prædixisse, cum elephantum Romæ inciderent, & id os repertum esse a coquis Cæsaris. Insignis curatio pueri, cui cor denudatum erat, cum abscessu sub sterno ab ictu laboraret. GALENUS sternum perforavit (*r*). Iterum sanguinem in arteriis reperiri demonstravit.

M 2 Lib.

(p) Scripsi commentarios de singulorum animalium sectionibus c. 9.
(q) Citat lib. de HIPP. & PLATON. *decretis*.
(r) Citat suum librum de *dissect. anatom.* c. 12.

Lib. VIII. (*s*). De organis refpirationis. Animalibus quæ inciderit, effe omnibus 12. coftas, non bene. Pulmonem a pleura diftare. Bona experimenta: perforato thorace ab uno latere dimidium vocis perire, omnem fi utrinque, etiam tantum mufculis intercoftalibus incifis; etiam nervis tantum ligatis aut diffectis, demum deftructa medulla fpinali (ut tamen motus fepti transverfi fuperfit). Sed & coftas excidit, miro experimento, & in mufculis fcapularum incifis nervis motum fuppreffit. Ut omnino magnam folertiam in his experimentis demonftraverit. Sub finem libri contra ERASISTRATUM meliora docentem, oftendere vult, effe in pectore aërem, eumque adparere, fi per has vel illas adminiftrationes acceffum tibi ad eas partes aperueris. Ipfe tamen fatetur, in exiguis refpirationibus vix adparere, pulmonem a transverfo fepto recedere.

Lib. IX. De cerebro. Partem aliquam hujus anatomes defcribit. Spatium effe inter duram & piam membranam; feptem lucidum dicit, fornicem, aquæductum, qui non bene vocatur SYLVII, conarium, flexus chorioideos, ventriculum tertium etiam & quartum, calamum fcriptorium; Multum hic ufus HEROPHILO. Ventriculos primus dixit. Tuba aurificum ad inflandum utebatur (*t*).

Periit reliqua hujus libri IX. pars, & medullæ fpinalis anatome. Tum Lib. X. de oculo, lingua, pharynge. Lib. XI. de larynge, offe hyoide. L. XII. de arteriarum venarumque hiftoria. L. XIII. de nervis cerebri Lib. XIV. de nervis medullæ fpinalis. Lib. XV. de partibus genitalibus. Ita enim GALENUS hos libros in fua propriorum operum hiftoria recenfet (*u*).

Seorfim prodierunt libri de adminiftratione anatomica Parifiis 1531. fol. ut lego, vertente J. GUINTHERO Andernacenfi, tum Lyon 1551. 16°.*. Græce Parifiis 1531. fol. Bafil. 1531. fol. Cum ll. *de mufculorum motu* II. Bafileæ 1544. 4°. CAJO edente, & adnotationes adjiciente. Vertit etiam Gallice DALECHAMPIUS, & prius Gallice prodierant Lyon 1512. 8°. WACHEND.

Codex exftat in Bibl. D. MARCI, & in Parifienfi græcus n. 1819. tum in Leidenfi & in Medicea aliqua excerpta.

Vocalium inftrumentorum diffectio interprete *Auguftino* GADALDINO. Cartilagines laryngis tres recenfet, ut arytænoidea unica numeretur: mufculi plerique hic dicuntur, etiam aryarytænoideus, ventriculi laryngis, glottis.

Græce non exftat. Prodiit Lyon 1551. 16°.* 1556. 8°. A. GADALDINO interprete cum aliis GUNZ. Num hic liber fit de voce, cujus codex exftat inter MEDICEOS?

Lib. *de diffectione vulvæ* (nempe uteri). Manifefto iterum adgnofcas, GALENUM humana cadavera non incidiffe. Uterum enim in cellulas non dividi rationibus variis demonftrare fatagit, cum unica muliebris uteri infpectio fuffe-

(s) Citat lib. de *pulmonum & thoracis motu*; & de *refpirationis caufis*.
(t) C. 2. (u) C. 3.

ſuffeciſſet. Sed etiam urinaculum in umbilico, & in utero acetabula recipit. Vaſa ſpermatica ab HEROPHILO in nonnullis mulieribus inventa, ſolis in ſimiis quæſivit. Quæ pro tubis habentur, mihi male deſcripta videntur, & propiora brutorum animalium fabricæ. Qui enim dicas, verſus uterum lateſcere, niſi auctor ipſa cornua pro tubis haberet. Cervicem veſicæ duram & cartilagineam dicit, in vetulis etiam magis. Uterum in graviditate tenuiorem reddi. Citat GALENUS.

Seorſim prodiit, vertente J. GUINTHERO Pariſ. 1536. fol. Lyon 1551. 16°.* *J. Bernardo* FELICIANO interprete Francofurti 1604. 12°. Vertit etiam J. CORNARIUS.

Codex græcus exſtat in Bibl. Reg. Pariſ. n. 2269. & alius n. 2271.

Lib. de *inſtrumento odoratus Ludovico* BELLISARIO interprete. Tunicam quidem pituitariam minime ignoravit late patere: neque tamen in ea olfactus ſedem eſſe docet, ſed in ventriculis cerebri anterioribus, quo aër per foramina oſſis cribroſi veniat: exili experimento adductus, juvenis qui a nigella alte adtracta gravem ſenſum in capitis intimis perceperit. Mucum etiam in nares per eas vias deſcendere.

Exſtat cum aliis nonnullis Pariſ. 1536. fol. Codex græcus in B. Reg. Pariſ. n. 2164.

Libri (x) *de uſu partium* XVII. Eos ſcripſit GALENUS, dum M. ANTONINUM in bello Germanico occupatum Romæ exſpectabat, valetudini COMMODI præfectus, poſt conſulis BOETHI diſceſſum. Integrum vaſtum opus ad nos pervenit, quod eſt ex optimis, quæ GALENUS reliquerit. Primo libro de manus pulcherrima fabrica. Cur digiti facti ſint, cur quinque, cur inæquales, cur in tres phalanges diviſi. Uſus unguium, ad ſubtiliorem apprehenſionem. Tendinum flexoriorum diviſio. Bene refutat EPICURUM, & ASCLEPIADEM, qui ex magnitudine motus muſculos magnos fieri ſcripſerant, ut fines prævifos everterent. Nam cur gemini muſculi facti ad magnos motus. Cur homini pollex magnus, ſimiæ parvus & imbecillis. Nihil certe hic invenit, quod carpat auctor nuperus, qui GALENO inſultat, quod de inventis his partium corporis animalis uſibus docendo hymnos DEO gratiſſimos ſe canere gloriatur (y).

Lib. II. (z). Muſculi & motus manus, carpi, cubiti, brachii. Cur aliter in manu pollex poſitus, aliter in pede: de aptitudine fabricæ cubiti. Humeri oſſa ſeſamoidea habet.

Lib. III. Ingenioſe oſtendit, hominem ad artes a natura factum, manu eguiſſe; nullos hinc Centauros potuiſſe exſtare, ad officia humana futuros inutiles.

(x) Citat ſuum l. de *arte;* citat etiam ſe ipſum de HIPP. & PLAT. *dogmat.* de *muſculorum motu.*

(y) *Interpret. de la natur.* p. 175.

(z) Citat *anatomicas ſuas adminiſtrationes*, nempe *priores.*

utiles. Tunc de aptitudine fabricæ pedis humani. Malam contra EUDEMUM sententiam defendit, in numero ossium metacarpi & metatarsi. In homine tendines extensores in principium tibiæ se inmittere, in simiis ultra produci.

Lib. IV. (*a*) de visceribus abdominis. Omenti exscissi jacturam alimentorum coctioni nocere. Intestina convaluisse, quorum interior tunica abscesserat. Venas utique dari intestina nutrientes, quæ hepar non adeant: ipsissimas lacteas, ut adparet ex citato HEROPHILI loco. Ab isto libro profectus est error epidemicus, quo mesocolon pro lamina posteriori omenti ad nostra tempora descriptum est. Colorem cibos coquere. Sacci nomine intestinum crassum intelligit.

Lib. V. (*b*). Porro de intestinis. Subito curatus homo, copiose moto vomitu. Diaphragma deorsum ad sedem massæ cibariæ motum determinare. Bilem excrementum esse, in ventriculum venire. Potissimum, & verbose, de renibus.

Lib. VI. (*c*). De corde. Mireris adfirmare GALENUM, se de solo homine dicere, cum tamen cor ubique in medio thorace ponat, ad animalium fabricam. Gulam equidem satis recte ait a quarta vertebra dextrorsum redire, inde ubi in ventriculum nunc veniat, sinistra petere. Habet fibras in corde alias longas, alias transversas: illas cor brevius reddere, has illis contrarias, angustius. Pulmonem sponte non moveri, sed a thorace. ASCLEPIADEM refutat, nimis mechanicum. Valvulas cordis aperire ostia, a corde introrsum tractas, ut subeant ventriculos, quæ præsto sunt; valvulam ex triglochinibus arteriæ pulmonalis ostium claudere. Vena coronaria cordis, vena anterior. Succum alibilem per arteriam pulmonalem ad cor ferri, per venam spiritum in sinistrum ventriculum. In dextro ventriculo plus sanguinis est, in sinistro plus spiritus. Nullum nervum in cor distribui, ut neque in hepar, renes & lienem. Ventriculorum cordis apicem verti sinistrorsum. In magnis animalibus os in corde esse, in parvis aliquid subcartilagineum. Ventriculos semper esse duos aut unum: dextrum ventriculum factum esse ob pulmonem. In fetu arteriæ magnæ propaginem, & cavæ venæ orificium ad pulmonem pertinere. Experimentum, arterias umbilicales ligatas facere, ut omnes arteriæ secundarum quiescant; facere & venas: sed in fetu ab illo vinculo pulsum non tolli, ab isto utique. Iter per foramen ovale, perque ductum arteriosum recte exponit.

Lib. VII. (*d*). De pulmone. Iterum animalia describere vincitur, cum quintum lobum venæ cavæ subjectum describat. Aërem ad cor venire, & in sinistro ventriculo cum sanguine mistum esse, qui in dextro purus sit. Aërem in

(a) Citat se ipsum de *plac.* HIPPOC. & PLATONIS.
(b) Citat lib. de *facultatibus.*
(c) Alias se dicturum de animalibus si vixerit c. 3. Citat suum librum de *dissecandi ratione*, & de *motu pulm.*
(d) Citat lib. de *voce* HIPPOCR. & PLAT. *decret.*

in asperam arteriam inflatum non penetrare in vasa sanguinea. Spiritum in cor trahi eo dilatato. Larynx & ejus musculi, ut in *administrationibus*. Multum sibi placet in nervis ab octavo pare recurrentibus, quos videtur invenisse: eorum metam etiam definit, unde redeunt, & teleologiam, hanc inanem. Aliquantum de potu in asperam arteriam venire. Pulmonem sanguinem refrigerare, fuligines exhalare. Bronchos in pulmone imperfectos esse.

Lib. VIII. de cerebro. Collum non habere animalia, nisi quæ pulmonem habent, (cete ignorat). Contra ARISTOTELEM, cerebrum non esse factum propter cordis refrigerium. Nervum auditorium linguali duriorem facit. Tenues membranas de meninge dura per suturas exire, & pericranium facere. Iterum inspiratio & exspiratio aëris, quæ fit in cerebri ventriculis. Conarium esse de genere glandularum, quæ sunt in divisionibus vasorum, nempe conglobatam. Thalamos opticos dixit. Vena GALENI. Magnæ valvulæ indicium (e). Funiculi in nervo pia membrana involuti.

Lib. IX. Porro de cerebro. Duæ viæ pituitæ a cerebro ad nares, duæ aliæ in palatum ducentes. Rete mirabile accurate satis describit, ut se habet in animalibus ruminantibus. Sinus vocat venas in membranam duram receptas. Nervorum paria, non connumerato primo, ut qui ramos non edat. Iterum non cæcum esse canalem nervi auditorii, sed obliquum. Nervos ex medulla spinali duros provenire, ex cerebro molles, illos ad motum valere, hos ad sensum: sed tamen etiam nervos molles, si longe processerint, denique motorios fieri: ut eorum aliqui longe satis naturam sensilem retineant, ut octavus (sextus), cujus ramos GALENUS facit, quos intercostales vocamus.

Lib. X. (f), de oculis, in quibus, & in opticis, noster fusior est. Iterum adgnoscas oculos ovillos incidisse. Nam ligamenta dicit, quæ eant a chorioidea tunica ad retinam, quæ in ovibus sunt permanifesta. Spiritum esse inter uveam & lentem. Cataractam in humore aqueo colligi; opacam lentem crystallinam glaucoma facere. Oculorum musculos dicit, sex, non dicta trochlea, & septimum quem putes bulbosum esse. Duos etiam musculos obliquos palpebræ tribuit. Nullum se reperire musculum, qui dicatur ad magnum angulum poni. Lentem crystallinam tantum anterius tunicam habere. Puncta & ductus lacrumales habet. Retinam impressionem lucis sentire. Humorem aqueum dixit, quod spatium CELSUS inane fecerat. Nervos opticos non ire in decussim ad latus alterum, secundum priorum sententiam. Chorioideam tunicam esse a pia cerebri membrana. Arteriæ retinæ.

Lib. XI. Partes externæ faciei & capitis. Musculi temporales quibus in animalibus maximi sint, nempe rapacibus, homini & simiæ minimi. Dentes & eorum aptitudo contra EPICURUM & ASCLEPIADEM. Mira in MOSEN calumnia, quæ eo redit, ut DEO potestatem tribuerit, etiam ex materia inepta aliqua fabricandi: id negat GALENUS DEUM posse, sed materia uti ad ea, ad quæ

(e) C. 14.
(f) Citat lib. *de visu*.

quæ ſit aptiſſima. Muſculi faciei: alarum naſi. De oſſium medulla: eſſe in leone aliquam in oſſibus majoribus. Oſſium catalogus: iterum ut prius hic os inciſivum repetit. Ductus WHARTONI.

Lib. XII. de muſculis & de articulatione & motu capitis, quæ capita ad multam inter VESALIUM & EUSTACHIUM litem occaſionem præbuerunt.

Lib. XIII. De medulla ſpinali ejusque nervis & ordine. Ligamentum longum vertebras connectens deſcribit, & mucum in eo ſpatio repertum.

Lib. XIV. de genitalibus virorum & mulierum partibus. Uterum a conceptu ad unguem claudi. Duo uteri ſinus, obſcure tacti, tot in quoque animale, inquit GALENUS, quot ſunt mammæ. Intus habere feminas eas genitales particulas, quas mares extus habent. Caprillum uterum deſcribere videtur. Ob manus homo animalium perfectiſſimum. Teſticulus maſculus & femineus, ob venam ſiniſtri teſticuli a renali venientem. Vaſorum mammæ & uteri ſocietas. Membranæ fetus, inter eas allantoides. Semen muliebre effundi in pudendam. Urinam non fluere ſi urethra ſicca fuerit. Epididymides in feminis eſſe, ſed parum conſpicuas.

Lib. XV. (*g*) porro de pudendis. Hic ductus arterioſus, foramen ovale, & ejus valvula, uſus & conglutinatio. Cutis epiphyſes feminarum ad ornatum factas eſſe: nymphas tegere naturæ orificium. Inde muſculi coxendicis, & femoris. Chorion cum placenta eodem nomine comprehendit.

Lib. XVI. (*h*). Nervorum, arteriarum, venarum per univerſum corpus diſtributio. Nervorum opticorum a thalamis originem videtur ſibi tribuere. Iterum arteriæ aortæ ramus adſcendens & deſcendens. Hic ganglia deſcribit nervis abdominis miſta, ex nervo octavo & ſpinalibus natis. Nervum intercoſtalem manifeſto pari octavo tribuit. Iterum ſibi vindicat inventum platyſma myodes, & ejus nervos ab inferioribus reflexos. Ex animalibus docet, renem dextrum eſſe altiorem. Arteriæ teſtis plexuoſæ. Arteriæ abdominis aliquæ. Arteriæ capitis, & vertebrales. Recte opticas derivat a carotide interna. Subtiles arteriolarum & venularum a cerebro cum pericranii vaſis anaſtomaſes. Arterias & venas ſenſu carere.

Lib. XVII. brevis eſt, & in generalibus verſatur. Nihil eſſe in corpore animalis inutile.

Seorſim egregium opus paſſim excuſum eſt. . Latine *Nicolao* CALABRO interprete Pariſiis 1528. 4°. MAITT. 1531. fol. MAITT. 1538. fol. min. DOUGL. cura J. SYLVII; 1543. fol. ID. Lyon 1550. 8°. TELLIER. Baſil. 1531. fol. per J. GUINTHERUM. Græce Baſileæ 1544. 4°. curante CAJO. Liber IV. ſolus per VITUM ORTELIUM Wittebergæ 1549. 8°. HAENEL. Pars libri III. primum Baſileæ 1544. fol. græce curante CAJO.

Codex

(g) Citat lib. de *plac.* HIPPOCR. & PLATONIS.
(h) Citat de *uſu reſpirationis* & *pulſuum*, & lib. de *voce*.

Gallice excusi sunt Lyon 1565. 8°. PL. 1566. VERD. Paris. 1608. 8°. 1659. 4°. DOUGL. 1664. 4°. Vertente J. DALECHAMP.

Codex ex legato anno 1009. ad *facultatem* medicam Parisinam pervenit (*i*).

Codex M.S. exstat in Bibl. D. MARCI, & in *Medicea* duo, & græci in *Bibl. Reg. Paris.* n. 2148. 2281. & alius, in quo tres libri desunt postremi n. 2154. Pars libri XIV. & XV. in B. R. P. n. 2253. græce. Erat in Bibliotheca *Mich.* CANTACUZENI VERDIER. Imperfectus codex n. 946. in Coll. C. GONVIL. *Cantabrigiæ.* Arabice titulo GALINUS *fe menafé al aadha*, vertente & commentante HONAIN FILIO ISAACI cognomine AL EBADI exstat in *Bibliotheca Reg. Parisina* I. n. 988. inque Bibl. NARCISSI Archiepiscopi Armaghiensis n. 1709. & alius codex in B. R. Paris. n. 1044. vertente ABDALRAHMAN BEN ALI BEN ABU SADIR, qui & scholia adjecit. De eo codice HERBELOTUS. Novem libri, a decimo ad 17. in *Bibl. Escurialensi* n. 845.

Commentarios C. HOFMANNI 1625. editos alias dicemus. Compendium *Erotematum* nomine dedit J. LONICER Francofurti 1548. & 1550. 8°.* de quo & ipso alias.

Lib. *de utilitate respirationis* (*k*) vertente J. CORNARIO. Refutat priores medicos, potissimum ERASISTRATUM. Spiritum ad cerebrum non valde per arterias venire, cum vinculum carotidibus injectum animali vix noceat, per experimentum. Respirationem voluntariam esse. Utilitates esse fuliginis exhalationem, refrigerium caloris naturalis, animalis spiritus nutritionem. A GALENO citatur de suis ll. c. 7. & in l. de *arte.* Codex exstat in Bibl. MEDICEA, & in *Parisina* n. 6865. (latinus) & in B. D. MARCI.

Seorsim prodiit Parisiis 1533. fol. MAITT. 1553. fol. Cum sequente J. CORNARIO interprete Basil. 1556. fol. GUNZ.

Brevis libellus *de causis respirationis*, eodem CORNARIO interprete Basileæ 1536. fol. GUNZ. Fere ut priori l. distinguit respirationem naturalem, cujus instrumentum sit diaphragma, & violentam. Aliqui ante GALENUM diaphragma scripserant princeps esse respirationis organum. Musculos summi humeri in contenta respiratione laborare. Citat hunc librum GALENUS inter antiquiora sua scripta, & in l. de *ord. leg. libr.* & in *arte.* Juniorem se edidisse dolet, tum sequentem (*l*).

In *Parisina Bibl. Regia* exstat codex M.S. latinus n. 7015. Prodiit etiam cum l. *de difficultate respirationis* Paris. 1553. fol. interprete J. VASSÆO.

De pulsuum usu (*m*) T. LINACRO interprete. Brevis libellus. Arterias dilatari, ita spiritum adtrahere; non ideo dilatari, quia cor spiritum impellat, ut

(i) GUI. PATIN. *Letres* I. p. 52.
(k) Citat suos libros *de pulsuum causis*, *de placitis* HIPP. & PLATONIS. Promittit eum l. in lib. de *diffic. spirandi.*
(l) *Administr. anat.* L. 2.
(m) Citat librum de *respirationis usu.*

ut ERASISTRATUS. Citat hoc opus in libro ſuo de *arte*. Communicationem ex arteriis in venas defendit & viciſſim.

Græce prodiit Pariſiis 1543. fol. MAITT. Latine T. LINACRO interprete Pariſ. 1528. 8°. Lugdun. 1549. 12°. Codex latinus exſtat in B. R. P. n. 7011. & in Coll. CAJO GONVIL. *Cantabrigiæ* n. 948.

De ſubſtantia facultatum naturalium, breve fragmentum, interprete *Bartholomæo* SYLVANIO Salonienſi. Num plantæ animatæ ſint (*n*), & ſenſum habeant? Habere tantum ſenſum alimenti, quod ipſis conveniat aut noceat.

J. GUNTHERO interprete Pariſ. 1528. 8°. tum Lugduni 1551. & 1552. 12°.

Codex eſt in B. D. MARCI.

Denotatio dogmatum HIPPOCRATIS ex STOBÆO. HIPPOCRATI quatuor illos humores tribuit. Vertit C. GESNERUS. Lugduni 1556. 8°. GUNZ. Emendatus per J. CAJUM græce prodiit Baſil. 1557. 8°. GUNZ.

Fragmentum *de iis quæ medice dicta ſunt in* TIMÆO. Seorſim prodiit Lyon 1550. 8°. & cum priori A. GADALDINO interprete Lyon 1556. GUNZ.

De HIPPOCRATIS & PLATONIS *decretis* libri IX. *J. Bernardo* FELICIANO interprete. Fuſiſſimum hoc & dialecticum opus, CHRYSIPPO oppoſitum. L. I. Contra eum CHRYSIPPUM & ERASISTRATEOS oſtendit, ſinus cordis ſanguine plenos eſſe, non ſpiritu. Iis ſinubus læſis ſanguinem prorumpere, non perinde, ſi ventriculi cerebri aperiantur. Cor non valde ſentire, neque eo læſo aut preſſo vocem deficere. ARISTOTELEM etiam refutat, qui a corde nervos dixit oriri. Arterias a corde oriri, non nervos. Ligamenta ut a nervo & tendine differant: ſenſu eadem carere (*o*). Principium libri deficit.

Lib. II. (*p*). Animam non in corde habitare, nec ex corde vocem prodire, neque arteriis interceptis animal obmuteſcere, ſed utique nervis obſtrictis, quos veteres cum arteriis ligaverint, indeque in errorem ſint abducti. Cerebrum eſſe organum motus voluntarii, cor involuntarii. Iterum in animalibus baſin cordis in medio pectore collocat. Experimenta adducit ut vox ſupprimatur aſpera arteria aperta, aut ligatis nervis.

Lib. III. utique non eſſe in corde rationis ſedem, ſed in cerebro. Quæ ſequuntur in Lib. III. IV. & V. fere ad animæ naturam pertinent, in qua CHRYSIPPUS unicam facultatem admittebat, GALENUS plures. Hæc autem ex Poëtarum auctoritate, & ex ratiocinio potius, quam ex anatome a GALENO definiuntur.

In

(n) Liber iſte ſcriptus eſt exhortante BOETHO, poſt illos de *diſſectione arteriarum & nervorum* libellos. Citat eumdem GALENUS in *introduct.* & *arte*.

(o) Citat ſuum de *adminiſtrationibus* & de *uſu partium* opus, ut id quod dicimus ſit ex noviſſimis auctoris laboribus.

(p) Citat librum de *thoracis & pulmonum motu*, *de muſculis*, *de voce*.

In Libro VI. (*q*), jecur esse principium venarum contra ERASISTRATUM & PELOPEM. Ex fetus potissimum exemplo sententiam suam tuetur, tum ex valvularum ductu, quae ex hepate in cor sanguinem admittant, non contra. Meatum, quem vena cava ad cor dat, pulsare. Venam cavam a jecore adscendere, dare cordi ramum, inde sursum pergere.

Lib. VII. (*r*), a cerebro nervos oriri. Aliqua de oculo & visu. Non prius sensum & motum perire, quam apertis ventriculis cerebri. Nervum totum vagina a dura matre obvolvi. In universa medulla sedem esse animæ.

Lib. VIII. De quatuor elementis HIPPOCRATI dictis & PLATONI (*s*); de quatuor humoribus primis, pariter HIPPOCRATI dictis.

Libro IX. varia theoretica continentur, de methodo inveniendi, nisi quod exempla ex medicina sumit.

Codex græcus exstat in B. S. MARCI, præter librum I. & græcus in Parisina n. 2278. Libri IV. in *Coll. Caj.* GONVIL. *Cantabrigiæ*.

Vertente *J. Bern.* FELICIANO prodiit Basileæ 1550. 16°. Lugduni 1550. 16°. Vertente J. GUNTHERO Parisiis 1534. fol. Liber I. solus J. CAJO interprete Lovan. 1556. 8°. GUNZ. Græce Basil. 1544. curante J. CAJO cum l. de administrationibus & musculorum motu.

De facultatibus naturalibus libri III. (*t*), *Thoma* LINACRO interprete, emendati ad græcorum exemplarium fidem ab *Hieronymo* DONZELLINO. Aspere hic contra ERASISTRATUM scribit, ut ipse fatetur c. 7. cui alioquin parcere solet, tum contra ASCLEPIADEM, quorum illum accusat, quod silentio HIPPOCRATICA placita opprimere voluerit. Inde peculiariter de adtractione alimenti, etiam excrementi, in renibus: in eos nihil venire ASCLEPIADES dixerat, neque ureteres adgnoscebat. GALENUS contra accuratis & subtilibus experimentis, & vinculo ureteri primum uni injecto, tum alteri, ostendit, utique ligatos ureteres intumescere renes inter & vinculum, una vesicam inaniri, solutos ureteres lotium in vesicam reddere, præcisos inter peritonæum & intestina lotium effundere, tunc iterum vesicam inanem esse. Defendit humorum adtractionem specificam, ut certum medicamentum bilem ducat, non aquam. Omnem bilem primum in vesiculam venire. Pro quatuor qualitatibus, a quibus omnia gignantur & perimantur. Eas HIPPOCRATEM docuisse, inde ARISTOTELEM.

Libro II. agit de facultate coctrice contra ERASISTRATUM: de alimenti distributione, secretione bilis, urinæ. Ut succi fiant, a colore innato alimentum

(q) Citat lib. de *naturalibus facultatibus*.
(r) Citat librum de *dissectionibus*.
(s) Citat librum de *elementis secundum* HIPPOCR. *Commentar. in septem.* II. *Aphorismorum*.
(t) Citat etiam de *ord. leg. libr.* & in *arte*.

tum alterante. Bilem atram esse partem ciborum, quæ in lienem recipiatur, naturalem tamen: morbosam quæ acida sit (*u*).

Lib. III. de retentrice facultate. Uterum claudi quo fetum vivum retineat, eo mortuo aperiri. Omnia receptacula semper plena esse, ut ventriculum, vesicam, contrahere enim se ad modum contentorum. Cibos jam in ore præparari & cum saliva conteri. Experimentum, non certe facile, neque a quoquam repetitum adducit, quo constat, deglutitionem superesse etiam, si prius stratum fibrarum gulæ dissecueris, denique si utrumque. Per minimos meatus sanguinem inter arterias & venas communicare. Habet motum ventriculi peristalticum. Pro tractrice adeo facultate gulæ, ventriculi, vesicæ utriusque. Nutrimentum utique adtrahi. Motum peristalticum describit.

Codex exstat M.S. in Bibl. Reg. Paris. n. 2267. græcus iste, tum in B. D. MARCI, & in *Medicea*, & *Leidensi*, & in *Vindobonensi* P. I. p. 181. latine in B. Coll. CAJI & GONVILE n. 947.

Seorsim latine prodiit Paris. 1528. 8°. vertente T. LINACRO, tum Lugduni 1540. fol. 1548. 12°. 1550. 12°. Vertisse etiam J. GUNTHERUM Parisiis 1528. 8°. 1534. fol. 1547. 12°. in elogio adfirmat Cl. HERISSANT, quæ vix concilies. Græce Antwerp. 1547. 8°. HEINS.

In eos libros commentarius exstat *Jacobi* SEGARTA Valent. 1596. B. BODL. & M.S. commentarii *Nicolai de* ANGLIA in *Bibl. Reg. Paris.* n. 7015. tum *Johannis* ROCHON ib. n. 7025. Arabice exstat vertente HONAINO in *Bibl. Escurialensi* n. 841. 842. 844. 876.

De motu musculorum Libri II. a N. LEONICENO conversi, utique minime inutiles, etsi GALENUS non bene tendinem ex ligamento & nervo componit, neque bene caput musculi, sive punctum, ad quod contrahitur, in nervi ponit ingressu. Recte vero de antagonistis musculis scribit, quorum uterque alterne laxetur & tendatur. Altero antagonista destructo, alterum agere, & in actione manere.

Lib. II. Musculos voluntarios etiam in somno operari, argumento maxillæ inferioris, quæ dormienti non delabatur. Etiam in somno animam suos musculos in motum ciere: ab ea esse respirationem, non vero motum intestinorum, aut cordis.

Citat hunc l. de *ord. leg. libr.* & in *arte.*

Prodiit cum administrationibus, & placitis hipp. atque nonnullis aliis Græce, curante J. CAJO, Basil. 1544. 4°. Latine ibidem 1528. 8°. & cum duodecim libris anatomicis sæpe citatis Lyon 1551. 16°.*. Gallice vertente J. CANAPE Paris. 1541. 4°. Lyon 1552. bis. Codex græcus exstat in *Bibliotheca Reg. Parisina* n. 2278. & alius n. 1849. & in B. D. MARCI.

Libellus

(u) Lib. de *succis* citas. Libros de *usu partium* demum promittit.

Libellus breviſſimus de *motu thoracis & pulmonis*. Pulmonem a thorace motum habere, nullum a ſe ipſo, ut in vulneribus adpareat.

M.S. exſtat latine in *B. R. Pariſ.* n. 6865. Prodiit cum nonnullis aliis Pariſ. 1536.

Quod animi mores corporis temperamenta ſequantur, interprete *Bartholomæo* SYLVANIO. De anima: non nimis liquet GALENO, ſupereſſe eam, quando corpus deſtruitur. A corporis vitiis animam valde pati: & a cibis mutari.

Prodiit Pariſiis 1528. 8°. & cum aliis 1617. 12°. GUINTHERO interprete. Commentarius in eum eſt J. B. PERSONÆ, Bergomi 1602. B. BODL.

De fetuum formatione interprete *J. Bernardo* FELICIANO; JANUS etiam CORNARIUS vertit. Ex noviſſimis, & optimis GALENI operibus. Animalibus iterum indulſiſſe ex funiculo umbilicali agnoſcas, cui duas venas tribuit, & urinæ ductum (*x*). Pro epigeneſi. Animalium formationem comparat cum formatione plantarum: ex ſemine in iſtis ſurſum caulem, deorſum radiculas protendi: ſic venam umbilicalem hinc venas omnes jecinoris gignere, quæ colligantur in venam cavam, tunc cordi inſertam; inde venas partium inferiorum edere. Venam umbilicalem hepar efficere. Fuſe contra CHRYSIPPUM, cor non primum oriri, neque ex eo reliqua. Nam nervorum & cerebri, diverſum eſſe a vaſis & a corde principium. Fabricationem corporis fetus fatetur ſe ignorare, cum anima ne quidem in adulto homine ſuos muſculos notos habeat, quibus utitur, neque ullam ſapientiam poſſideat tanto parem operi. Sed neque de anima ſe certi quid noſſe.

Prodiit cum nonnullis aliis vertente J. GUNTHERO Pariſiis 1536. fol. Gallice *de la formation des enfans au ventre de la mere* Pariſ. 1559. 8°.

An omnes particulæ fetus una formentur Nic. RHEGINO interprete, brevis libellus: negat autem una formari.

Prodiit cum aliis Pariſ. 1536. fol. vertente GUNTHERO, & Baſileæ eodem anno.

Codex græcus exſtat in Bibl. Reg. Pariſ. n. 2164.

De ſemine Lib. II. (*y*), *J. Bernardo* FELICIANO interprete. L. I. Semen in uterum venire. Fetum fieri ex ſemine, id non in vapores diſſipari, ut doceat ARISTOTELES, neque ex menſtruo ſanguine fetum formari. Nam ſemen accurate clauſo utero retineri, quoties femina concipit. Ex ſemine nervos fieri, & membranas, & vaſa. Deinde fetus de utero ſanguinem trahit & ſpiritum, ita

(x) Citat ſuos libros de *arter. & pulſ. util.* de *uſu reſpirationis*, de *placitis* HIPPOCR. & PLATONIS, de *uſu partium; librum quo refutat, quæ* CHRYSIPPUS *de anima ſcripſit*, & l. de *animæ ſpeciebus*.

(y) Citatus in l. de *arte*. Citat V. lib. de HIPPOCRATIS *diſſectione*.

ita ex illis vaſa arterioſa & venoſa, nervi & membranæ ex ſolo ſemine generantur. Iterum cum plantis animalia comparat. Deinde ex nervis membranas, ex ſanguine carnem & viſcera formari; vaſa ex fiſtulata ſeminis ſubſtantia, cerebrum ex puro ſemine. Cor arterias generare, hepar venas. Semen ipſum & in teſtibus formari & in vaſis. Teſtes non eſſe inutiles, neque merum pondus avium, argumento. Semen robur dare viro; ſemine non generato viros effeminari, ipſas etiam feminas teſtibus exemptis pingueſcere. Videtur auctor veſiculas ſeminales quidem non ſatis adgnoviſſe, ſed meatus utique ſeminales, in quibus ſemen colligatur. Vaſa (z) ſeroſa ab epididymide in teſtem euntia dicere videretur, niſi id inventum præſidia ſuperaret, quæ veteribus in anatome ſuppetebant. Glandulas fauces irrigantes hic deſcribit.

In libro II. Semen non extrorſum effundi, ſed per meatus ſeminales in vulvam ejici, contra HEROPHILUM, exemplo in vidua quadam adducto. Inde ſubtiliter quærit, quare fetus modo patri ſimilis ſit, modo matri? utrique putat parenti filios ſimiles eſſe, quia uterque ſemen ad eos formandos dedit. Poſſe vero alterum ſemen altero in quibusdam partibus prævalere (a). Redit ad ſemen dextri teſtis maſculum, & ſiniſtri debilius femininum. Feminas eſſe maribus organis genitalibus ſimiles, tantum eas partes, cum vis in femina minor ſit, non fuiſſe extrorſum propulſas. Etiam talpæ oculos intus latere, neque emergere. Deinde glanduloſos paraſtatas in viris deſcribit, a ſeminalibus diverſos, & quatuor eſſe in meatu urinario ſibi proxima oſcula: glandulas vero eas non ſemen generare, ſed humorem urethram irrigantem. Liquorem proſtaticum infecundum eſſe. Hic etiam evidens locus eſt de ductibus ſalivæ ſublingualibus, ut de re vulgo nota.

Prodiit Græce Paris 1533. 8°. GUNZ. Latine cum aliis libellis GALENI Baſileæ 1536. fol. 1593. fol. vertente J. GUNTHERO; & apud ELZEVIRIOS Leidæ 1634. 16°.*.

Exſtat codex latinus in Bibl. Reg. Par. n. 6865.

De ſeptimeſtri partu J. Bernardo FELICIANO interprete. Brevis libellus, in quo 182½. dierum fetubus privilegium dat fetus ſeptimeſtris, ut vitales ſint.

Prodiit græce cum libro *de oſſibus &c.* Baſil. 1557. 8°. curante CAJO; & græce etiam ib. 1549. 8°. prodiit etiam Pariſ. 1536. fol.

Etſi in claſſes alias rejecti ſunt, faciunt tamen huc etiam ad phænomena in homine ſano perpetua, atque adeo ad phyſiologiam, quæcunque GALENUS de pulſibus ſcripſit.

Et primum liber de *pulſibus ad Tirones*, quem GALENUS inter ſua antiquiſſima opera citat, ab *Auguſtino* GADALDINO converſus. Brevis & ſimplex. Pulſum melius in carpo percipi. Principia ex quibus pulſuum diſcrimina derivantur. Cauſæ quare mutentur. De ſomno recte, pulſum in eo retardari, inde

(z) C. 15. (a) De *uſu partium*.

inde corpore percalefacto augeri, in longo somno iterum lentiorem esse. Recte de pulsus mutatione a balneo, cibo, animi adfectu. Inde de mutatione a morbis.

A GALENO citatur in libro de *ord. leg. libr.* & in l. de *arte.*

Prodiit seorsim Græce Parisiis 1529. 8°. GUNZ. An IDEM, an plures libelli Colon. 1529. 8°. & græce Paris. 1543. fol. Codex græcus est in Bibl. BODLEYANA n. 707. In eum est *Martini* GREGORII commentarius Lyon 1550. 12. alius *Leone* ROGANI Neapoli 1556. 8°. Rom. 1560. 8°. LIND. Venet. 1571. 8°. iterum alius *Ferdinandi* MENA, *cum multis castigationibus* Complut. 1550. 4°. alius *J. Baptistæ* NAVARRO Valent. 1628. 8°. auctus a *Luca* FUSTER, ibid. 1651. 8°. 1693. 4°. CAP. de VIL. denique F. SANCHEZ Tolos. 1636. 4°.

Omnia de pulsibus opera *Hermannus* CRUSER Campensis conjuncta edidit Paris. 1532. fol. in compendium contracta Venet. 1575. 8°.*.

Codex GALENI *de pulsibus* exstat in B. MEDICEA, ut intelligo, & in B. *Cassinensi*, & duo codices in B. D. MARCI græci; tum in B. Reg. Paris. n. 2157. 2229. 2276. tum in BODLEYANA; in *Vindobonensi* L. VI. p. 94. & ibid. hebraicus codex I. p. 181. Latinus in B. R. Par. n. 7015. Ab HONAINO conversus arabice reperitur in Bibl. Reg. Paris. n. 1043.

Aliud est opus GALENI *de pulsu libellus ex* GALENO *passim collectus, & velut in formulas redactus* Paris. 1538. 4°. aut *de pulsibus libellus ex* GALENO *collectus* e GESNERO *editus*, Tigur. 1555. 8°.

De pulsuum differentiis GALENI libri III. subtile opus & eristicum, ARCHIGENI potissimum oppositum. In libro I. & II. scribit contra nominum dignitatem, quæ CHRYSIPPUS plurimi faciebat, & contra definitiones. Historia pulsus; primum dictum esse HIPPOCRATI. Ex natura arteriæ, & præcipuis discriminibus longi, lati, alti, moderati, & contrariorum pulsuum facit obscuros pulsus 27. quorum tantum duos fatetur vulgo nomen invenisse, magnum & parvum. Deinde alia discrimina recenset pulsus pleni, duri, æqualis & contrariorum (*b*). De subtilibus medicis, qui arteriæ contractionem & quietem se ajant percipere. Porro subtilissime & ipse in alia infinita pulsuum discrimina se dimittit, ex compositis discriminibus simplicibus nata. Dicrotus pulsus, undulans, formicans, caprizans.

Lib. II. totus est contra ARCHIGENEM & Pneumaticos: ARCHIGENEM male pulsus distinxisse, & denominasse, pro sua subtilitate demonstrat.

Sic. Libro III. iterum contra ARCHIGENEM & *Pneumaticos* de pulsu vehemente, languido, gravo, pleno, duro, molli.

Lib. IV. Utique denudatæ arteriæ pulsum posse percipi. Enarrat fuse & una refutat definitiones pulsus, quas discipuli HEROPHILI & ERASISTRATI proposuerant; ut hic liber imprimis ad historiam medicinæ pertineat.

Totum

(b) Promittit lib. *de pulsibus dignoscendis & præsagiendis.*

Totum opus de pulfibus, eorum differentiis, dignitione, caufis & præfagiis citat in l. de *arte*.

Codex exftat, cum priori, in MEDICEA Bibliotheca, & bini in B. Reg. Parif. n. 2161. & 2157. & in B. D. MARCI. Latinus folus in Bibl. R. Par. n. 6865. Cum priori CRUSERUS edidit.

GALENI *de dignofcendis pulfibus* Lib. IV. (c) intolerabili laxitate fermonis & abundantia fcripti, ut fua tamen hic experimenta GALENUS narret. L. I. utique contractionem in pulfu percipi, & ut percipiatur. Arteriæ pulfum mutari, ut manus prona fuerit, aut fupina. Quietem fubinde fe percepiffe.

Lib. II. de diftentione. Differre pulfum celerem a frequenti. Formicantem crebrum effe, & tamen tardum. De magno & parvo pulfu.

Lib. III. de pulfu celeri & tardo: de quantitate diftentionis, & rhythmo.

Lib. IV. Iterum contra Pneumaticos, de pulfu pleno, & vacuo. Ipfe fed afiatice de plenitudine fententiam dicit.

Codex M.S. eft in B. MEDICEA, & in B. D. MARCI græcus, & pariter græcus in B. R. Parif. n. 2157. 2158. 2161.

Cum priori libro CRUSERUS edidit.

GALENI *de caufis pulfuum* Libri IV. Lib. I. Bene declarat quid fit facultas, caufa nempe incognita. Pulfuum difcrimina a facultate. Caufæ remotiores. A calore pulfus major & crebrior. Difcrimina ab inftrumentis.

Libro II. (*d*) agit de caufis pulfus inæqualis, ex vitio inftrumentorum, facultatis &c. Peculiariter inde de caufa pulfus difcreti, vermiculantis, undofi, aliorum.

Lib. III. Inde utiliter de pulfuum differentia, nata ab ætate, fexu, calore, fomno, vigilia, balneo calido, frigido, a cibo, potu &c. Addit caufas & mechanifmos harum mutationum. Et plenos & vacuos pulfus rejicit. Pulfus in fomno rarus & parvus.

Lib. IV. pulfus adfectuum animi, morborum. In phrenitide pulfum parvum effe, & cum convulfione aliqua quafi abrumpi, neque fenfim evanefcere. Multa citat ex *Ifagoge*.

Cum priori CRUSERUS edidit.

Cum priori codex exftat in Bibliotheca MEDICEA, & in Parifina græce n. 2137. 2161. & in Bibl. D. MARCI. Loca GALENI de pulfu citata habet CARDANUS *Contradict.* L. II. *tr.* 2.

Libros *de præfagitione* poffumus omittere.

In

(c) Citat Lib. I. de *pulf. different.*
(D) Citat Lib 2. de *differ. pulf.*

In Lib. XI. & X. *de simplicibus medicamentis*, aliqua exstant de lacte, de sanguine, de adipe, aliisque animalium humoribus.

In obsoletarum vocum HIPPOCRATIS *expositione*, quam J. CORNARUS interpretatus est, tangit passim etiam nomina partium corporis humani.

Græce prodiit apud H. STEPHANUM 1564. 8°.*.

Codex græcus exstat in *Bibliotheca Reg. Paris.* n. 2177.

In definitionibus Medicis aliqua etiam ad anatomen spectant, ad generationem, conceptionem, humores.

Codices exstant græci M.S. in B. R. Par. n. 2151. 2175. & 2252. & in AUGUSTANA inque Vindobonensi L. VI. p. 196. & 145. In *Bibl. Regia Londinensi* CASHLEY p. 216. in CAJI & GONVIL. Bibl. n. 948.

Prodierunt J. PHILOLOGO interprete Parisiis 1528. 8°. MAITT. & Coloniæ 1529. 8°. Græce & latine cura *Sebastiani* SINCKELER Basil. 1537. 8°.

Aliqua passim alibi anatomici argumenti GALENUS habet, ut de humoribus animalium, lacte, sanguine in Lib. de *alim. facult.* L. III. tum alia in Lib. de *diffic. respir.* in commentariis HIPPOCRATICIS de *aëre aquis & loc.* & in VI. *Epidem.* de venis illis mirificis; in L. III. *de compos. medicam secund. gener.* de tendinibus, & de modo quo discatur anatome. In L. de *sympt. caus.* I. c. 2. humoris aquei post ulcus reparationem reperias.

In libris VI. de *locis adfectis* multa anatomica aut habet, aut repetit. Eo refero, ex vitio medullæ spinali illato vocis defectum, & crurum resolutionem nasci. Vocales nervos, (recurrentes) a se ipso inventos esse, quorum læsione vox deleatur, ut ipse viderit cum aliquis strumas ungue revelleret: Sic etiam a nervis refrigeratis. Nervorum plexus cervicalis. A lapsu ex vitio medullæ spinalis, sensus perierat, motu superstite: id malum sustulit GALENUS medicamentis ad medullam spinalem admotis. Tres tantum digiti resoluti. Aquam plurimam esse in pericardio, urinæ similem. Experimenta per quæ constat, dissecta medulla spinali, alios & alios pectoris motus destrui. De vasis a vena cava ad pulmonem euntibus, quæ GALENUS negat reperiri. Arteriam bronchialem adgnoscit. De resorbtione puris & aquæ de pectore; etiam mulsum in pectus infusum per os redire. Pulmonem proprio motu destitui. Musculorum abdominis descriptio. Dari anastomoses venæ cavæ & portarum in hepate. Ex morsu viperarum icterus. Lapis ex ano prodeuns nonnullis dictus, GALENO non visus. Vomica per urinas egesta. Uterus tactus videtur sursum aut in latus retrahi. Arterias penis insignes esse, quas adeo neque VESALIUS invenit, neque COLUMBUS. Capra, quam GALENUS de utero materno exciderat, sponte ambulavit, se linxit, lac selegit de multis liquoribus, ruminavit, ex plantis variis olfactu selegit sibi idoneas. Miratur auctor, ut animalia apte utantur instrumentis adeo nuper sibi cognitis. Pudenda per desuetudinem Ve-

O neris

neris rugosa fieri & flaccida. Bilem de hepate in vesiculam per proprios ductus ferri.

In libro VI. de *methodo medendi* de duplici aponeurosi musculorum rectorum abdominis dicit, quarum altera sit a transverso M. alia a peritonæo.

In *Commentario* ad *libros* HIPPOCRATIS *de articulis* multa huc faciunt. De musculi antagonistæ actione, si alter resolutus fuerit, ut sana pars a continente & proximo adtrahatur. Promittit se alio libro dicturum de arteriarum & venarum communicationibus.

In L. II. os jugale peculiare defendit.

In L. *de fract. comm.* I. de brachii articulatione agit, inque editionibus nostris figuræ additæ sunt sceletorum. De numero ossium carpi & tarsi. Pollicem manus tribus constare ossiculis, pedis halluci duo esse, & quinque ossa tarsi.

In libello *de philosoph.* varia sunt de objectis sensuum, oculo, respiratione, somno, generatione animalium, partu gemellorum, septimestribus, tempore formationis fetus, incremento.

In *comm. ad hipp. vict. acut.* III. motum habet antiperistalticum.

§. LX. GALENI *Deperdita.*

Amissi sunt junioris GALENI Comm. in TIMÆUM libri IV. præter superstes fragmentum. L. in MARTIALEM, LL. *de matricis dissectione*, *de cognoscendis oculorum morbis*, hi videntur reliquis antiquiores esse, & prius scripti quam GALENUS PELOPEM audivit. Tum Smyrnæ scripsit de *pulmonis & thoracis motu* libros III. quorum pleraque PELOPIS, finis esset GALENI. Inde cum secundo Romam venisset, *de caussis respirationis* libros II. (*e*), *de voce* libros IV. BOETHO dicatos (*f*). *De anatomia* HIPPOCRATIS (*g*). *De sectione secundum* HIPPOCRATEM. *De anatomia* ERASISTRATI, quos libros GALENUS propter MARTIALEM sibi invisum se scripsisse ait. De usu partium L. I. in gratiam BOETHI scriptum. Inde post libros de usu partium egit de LYCO *in anatomia ignoratis* (*h*), & L. II. *de anatomia* LYCI. De MARINI *anatomicis epitome librorum* IV. *In* ASCLEPIADEM L. VIII. *De anima contra* ASCLEPIADEM. *De procreandis liberis* (*i*). Porro *de anatomia mortuorum* (*k*). *De sectione vivorum* Lib. II. (*l*). *De sectionis controversia* (*m*). *De thorace & pulmone* L. III. (*n*). *Commentariorum* HIPPOCR. *de humoribus fragmenta* exstant in

(e) *Introduct. Aph.* VI. *de nervorum origine.* (f) Ibid. (g) Ibid.
(h) Eum scripsit, ut calumniam dilueret, alia eum inventa sibi tribuere *de libr. propr.*
(i) In *Comm.* ad lib. *de natur. human.*
(k) De *ord. leg. libr.* & *introduct.*
(l) In *introduct.* & erat in B. M. CANTACUZENI.
(m) *Introduct.* & L. *de ord. leg. libr.* (n) Ibid.

in *B. R. Parif.* n. 2117. quos ipfe GALENUS citat *de libris propr.* *De temperaturis animalium* (o). *De partibus humanis* (p). *In* HIPPOCR. *de nutritione* Lib. IV. (q).

Quis eft liber *de corporis humani fabrica*, cujus codex græcus eft inter Parifinos II. n. 2097. In B. CANTACUZENI MICH. citantur codices *de membris hominis & equi* (r).

Quid eft *anatomia* GALENI in M.S. *Caroli* THEYER n. 6603. De abortivo fetu B. CAJI GONVIL. *Cantabrigiæ* n. 946. & ibid. n. 6605. & in Bibl. VOSSIANA. Epiftola *de humano corpore* ibid. n. 956.

Multa apud ORIBASIUM reperiuntur, quæ merito GALENO tribuas. Olfacere nos inter infpirandum. Peritonæum undique de corpore folvi poffe. Glottidem præcipuum effe vocis organum, & viam aëris contrahere & dilatare &c.

§. LXI. *Spuria* GALENI.

Inter fpurios GALENI libros primum dicemus *An animal fit quod in utero eft*, *Horatio* LIMANO interprete editum. Utique animal effe. Fetum per os etiam nutriri, cum continuo fugere norit. Oratorie contra ASCLEPIADEM. Seorfim prodiit *Matthia Theod.* MELANELLO Antwerpienfi iuterprete Antwerpiæ 1540. 4°.*.

Liber *de oculis* a DEMETRIO latine verfus, continet anatomen, pathologiam, & therapiam oculi. Anatome in mufculis vitiofa eft, quos facit duodecim, alibi vero rectos quatuor, bulbofum, obliquos duos, quos tribuit conjunctivæ, tres palpebræ, inferioris duos. In magnis animalibus nervos opticos cavos adparere. Hic habes theoriam memoriæ, quæ fiat in parte poftrema cerebri, intellectus, cujus fedes fit in medio, fenfus communis & phantafiæ in anterioribus. Duos nervos opticos uniri, ut unicum videamus objectum. Auctor GALENUM nominat & citat. Prodiit Parif. 1536. & *de oculis* l. & *anatome oculorum.* Vertit etiam & edidit *Matthæus Theodorus* MELANELLUS Antwerp. 1540. 4°.

In libro fpurio *de Renum adfectorum dignotione*, aliqua eft anatome renum.

Liber *de fpermate* docet epigenefin, & ut artus alii ex aliis in fetu prodeant, venæ & arteriæ autem omnium noviffimæ. Non peffime in laxiori utero fetum reddi ampliorem & viciffim. Defcribit feminalia organa. Deinde adgnofcas tempora Arabum: nam fecundum quatuor humores diem dividit, inque tribus horis, quibus bilis dominetur, fetum ait cholericum generari, in tribus horis phlegmatis phlegmaticum, & porro. Sanguini etiam hepar pro fede dat, phlegmati pulmonem, bili flavæ fuam veficulam, nigræ lienem.

(o) *In introd.* (p) Ibid.
(q) *De libr. propr.*
(r) VERDIER p. 62.

Animam facit alterius a corpore naturæ. Inde de Planetarum in formando temperamento poteſtatibus. Multum citat PORPHYRIUM, AMMONIUM, DEMOCRITUM, THEODORUM PLATONICUM, ANDRONICUM PERIPATETICUM, EMPERNOMUM Philoſophum.

De natura & ordine cujusque corporis. Auctor multa Hippocratica ait latine ſe reddidiſſe. Ridicule, veteribus placuiſſe corpora mortuorum ſecare, ejus nihil eſſe opus, & humanitatem vetare. Sæpe citat APOLLONIUM. Porro formationem fetus tradit.

Anatomia parva. Citat GALENUM. Aliqua ex anatome porci. Matricis ſeptem cellulæ, & cerebri deſcriptio.

Anatomia vivorum. Non reſpondet titulo, ſed eſt compendium anatomicum, ne elementis quidem partium fibrisve neglectis. Citat frequenter GALENUM & YSAAC. Inter cordis partes cartilaginem recipit. Una cor ſalire & arterias omnes. Piſcibus duplex eſſe hepar. Pulmonem ſenſu carere. Sex non plures muſculos oculi habet, rectos quatuor & duos obliquos. Hepatis multos facit lobos. Fetus ſitum conglobatum recte deſcribit. Pulmonis lobi quinque. Lienem habere meatum, per quem atram bilem ad ventriculum det. Cor primum creari. Cordis tres ventriculos numerat. Nervus phrenicus, ſatis bene. Manifeſto arabis opus eſt, vel ex titulis, quibus DEUM CREATOREM citat.

Codex erat in Bibl. *Mich.* CANTACUZENI. VERDIER p. 62.

Liber *de compagine membrorum*, *ſive de natura humana.* De quinque ſenſuum organis aliqua, & de præcipuis viſceribus, deque coitu & formatione fetus.

Erat inter libros *Mich.* CANTACUZENI.

Lib. *de virtutibus corpus noſtrum diſpenſantibus*, parvus libellus; de corde, hepate, fetus formatione.

Codex exſtat in B. R. *Pariſ.* n. 6865. latinus, & n. 7015.

De voce & anhelitu, ſubſtitutus, ut videtur, vero & antiquo GALENI *de voce* libro. Epiglottis hic dicitur, qui eſt larynx, & ejus anatome proponitur. Ductus ſalivales linguæ manifeſto deſcribuntur.

De utilitate reſpirationis (s). Non ſentire oſſa, medullam, adipem, cartilagines, ligamenta, cerebrum, pulmonem, hepar, ſplenem, glandulas. Senſus inſtrumentum eſſe in membranis. Motum diaphragmatis eſſe voluntarium. Chylum non omnem ad hepar venire, ſed perinde ad aortam. ARISTOTELEM fere ſequitur. Negat tamen, contra ARISTOTELEM, poros in pulmone conſpicuos eſſe, aut tres cordis ventriculos.

Compendium pulſuum potius ſemejoticum eſt.

De

(s) Citat HIPPOCRATEM *de generat. anim.*

De motibus manifestis & obscuris. Dicitur a JOHANNITIO ex græco factum esse arabicum, inde a M. TOLETANO latinum. Liber prioribus multo melior. GALENUS ipse loquens introducitur, & sua opera citat, suaque experimenta. Scopus est ostendere, in motibus qui a voluntate cientur, tamen etiam aliquid naturale se admiscere: vel in motu linguæ, quæ appetat & se ipsam moveat; sic in motu palpebrarum, sternutatione, tussi &c. Vomitum fieri a vi expulsiva, licet ruminatio sit voluntatis opus. Memorabile est, quod errorem subrepsisse ajat ex anatome simiarum, quam oporteat corrigere, non ex hominis, sed ex equorum, & ungulas habentium animalium fabrica. Deglutitionem præter voluntatem sæpe fieri. Non inficetus liber ex GALENICIS a CHRISTIANO aliquo compilatus est, neque enim alius hominem pro TITIO PETRI nomine citaverit. Neque GALENUM adgnoscas, quando scribit auctor, suo ævo esse demonstratum, inferiorem tantum pectoris partem a diaphragmate moveri, superiorem a musculo, qui de collo descendat.

Lib. *de urinis* in quem exstat Comm. *J. Baptistæ* NAVARRO Valent. 1628. 8. &c.

§. LXII. L. APULEJUS.

L. APULEJUS, Madaurensis, medicus, historiam piscium molitus est, & aliquam partem ejus operis absolvit, de generatione eorum ex limo, de viviparis, de oviparis. Anatomen etiam ARISTOTELIS imitatus est, & de particulis animalium inquisivit. In lepore marino duodecim ossa in ventre concatenata reperit, talorum suillorum similia *(t)*.

§. LXIII. ALEXANDER APHRODISÆUS.

In Caria natus, GALENO coævus, ex secta fuit Peripatetica.

Ejus varios in ARISTOTELEM Commentarios citavimus, qui etiam arabice exstant *(u)*. Scripsit etiam *de nutritione & augmento*, & codex M.S. exstat in *B. R. Paris.* n. 2028. tum *de sensu & sensibili* Græce Venet. 1524. fol. MEAD.

Sed potissimum ejus exstant *ιατρικα αποϱηματα και φυσικα προβληματα* L. II. Græce, Francofurti 1585. 4°. cura F. SYLBURGII: Venet. 1497. fol. Græce & latine Paris 1550. Latine interprete *Georgio* VALLA Venet. 1488. fol. TREW. 1501. fol. TREW. 1519. fol. FABR. Plures editiones non cito, ne cum aliis ejusdem auctoris Quæstionibus non visos libros confundam. Eorum librorum passim codices exstant græci, ut in *Bibl. Reg. Paris.* n. 1893. & n. 2048. Libri V. in B. R. P. n. 1883. 1884. Exstat etiam in B. Oxon. BODLEYANA, græce. Tres pariter codices græci in B. S. MARCI. Sectiones VII. in MEDICEA a G. VALLA latine versæ.

Multa sunt argumenti medici, & physiologici, plurima quidem ex ARISTOTELE descripta. Num genuina sint dubitatur. Ita etiam hic myopes habes

(t) *Apolog.* I.
(u) HERBELOT.

bes & presbyopes. De cohæsione canum in venere copulatorum. Quatuor esse humores, ex iis tamen putrescentibus tantum tria febris genera oriri. Bubonem oriri ex adiiso halluce, quod providæ animæ auxiliaris potestas partibus vim patientibus subveniat, venire autem eam in humore blandissimo, sanguine, venasque replere, ita tumorem oriri. Mulas steriles esse, ob seminum utriusque parentis diversitatem. Ad maxillam paralyticam alteri lateri cur remedia admoveantur: ob duos musculos antagonistas, quorum altero resoluto, alter debilitatum sodalem ad se trahit. Cremasteres acutissimo sensu prædictos esse. Cur septimestres fetus vitales, non octimestres? Quod DEUS mundum septem sideribus subjecerit, &c.

§. LXIV. Dionysius Ægeus.

Apud Photium n. 185. & 211. Dionysii Ægei *dictyaca* recensentur, plenius equidem n. 185. Centum ibi quæstiones sunt, de quibus Dionysius in utramque partem disputavit. Earum bene multæ sunt physiologicæ: reliquæ medicæ. Nihil de ætate viri reperio, putem tamen Galeno nuperiorem esse: cum de venis quærat, num ex hepate oriantur, an ex corde potius, quam quæstionem Galenus agitaverat. Quærit etiam de calore naturali num ad ciborum coctionem faciat. Num cor spiritum emittat, num ab arteriis adtrahatur, quod videtur pneumaticæ sectæ vestigium. Num nervi ex corde nascantur, num ex meninge potius, quem utrumque errorem Galenus refutavit. Cibos potissimum a putredine digeri.

§. LXV. Athenæus. Marcellus.

Athenæi dipnosophistas diximus in *botanicis*. Habet, etsi rarius, locos aliquos veterum ad physiologiam spectantes, ut in L. IX. de piscibus voracibus, vocalibus & robustis. Aristotelis opus de animalium historia exagitat L. VIII. Vim torpedinis per lignum penetrare ibid. Lib. XII. de Dionysio præpingui Heracleæ tyranno.

Marcellus Sidetes M. Antonini Philosophi tempore de pulsibus poëma scripsit, ab Hieronymo laudatum, & ab Aetio. Lambec. L. VI. p. 147. seqq.

§. LXVI. Julius Pollux.

In hujus viri *Lexico* pluscula continentur medici argumenti, & in libro II. potissimum de nominibus partium humani corporis, quorum abundantiam admireris. Habet *κλιτοριδα*. Inde internas corporis partes enumerat. Cordis ventriculus sinister crassior, qui aërem continet, dexter qui sanguinem tenuior & amplior. Uteri partes ex Sorano. Pulmonum rami dicuntur aortæ. Costas recte habet duodecim. Tenue intestinum hinc in colon, inde in cæcum intestinum

ſtinum terminatur, ut in RUFO. Pharyngem & laryngem recte diſtinguit. Nervum coxam femori colligantem iſchium dici, eodemque nomine articulum venire. In libro IV. de morbis & partu aliqua; in Lib. V. de animalibus & tempore agit, quo utero gerunt.

Utor editione *Tib.* HEMSTERHUSII, quæ Amſtelodami prodiit 1706. fol.* cum ſuis, & *Wolfgangi* SEBER, *Godofredi* JUNGERMANN, *Joachimi* CUHN & *Henrici* LEDERLINI notis.

Ex Libro II. quæ ad nomina partium corporis humani pertinent, collecta exſtant cum EROTIANO apud H. STEPHANUM 1564. 8°.*.

§. LXVII. HESYCHIUS.

EJUS Lexicon coram habeo apud ALDUM excuſum Venetiis 1514. fol. Grammaticum equidem opus, unice deſtinatum interpretationi vocum aliquanto obſcuriorum. Intercurrunt etiam appellationes partium corporis humani, parce tamen & breviſſime.

In PTOLOMÆI HEPHÆSTIONIS libris de *varia eruditione*, quorum fragmenta apud PHOTIUM conſervantur, aliqua huc ſpectant, ut cor canis hirſutum.

§. LXVIII. ANONYMI ΕΙΣΑΓΩΓΗ.

Εισαγωγη ανατομικη, quam primus *Petrus* LAUREMBERG edidit Lugduni 1613. 4°.* græce & latine, nuper cum TRILLERI & ſuis commentariis recudi fecit *J. Stephanus* BERNARD Leidæ 1744. 8°.*

Boni ordinis libellus eſt, manifeſto vero nuperioris ævi. Venam & arteriam habet, eo ſenſu, quo nos ſolemus accipere. Multa manifeſto ſunt ex ARISTOTELE, etiam tres cordis ventriculi & pulſus ab ebulliente humore factus. Proſtatas duas numerat, quas ſibi GALENUS vindicat; habet & nymphas & Clitoridem, & araneam oculi tunicam, & reticularem, inventa HEROPHILI. Στρομβῳ comparat quod in aure eſt. In notis Cl. editor loca ſcriptorum parallela confert, & ſubinde veriorem lectionem indagatur.

§. LXIX. GEOPONICI.

In ultimis libris hujus collectionis animalium hiſtoria continetur, & aliqua paſſim ad ſcopum noſtrum ſpectant. In libro XIV. 48. ex DEMOCRITO artificium deſcribitur, ut fimi ope ova excludantur. Ut magna hepata anſerum obtineantur, perpetua animalis quiete. In L. XVI. ut deterſa equæ natura, & perſtrictis eo odoramento naribus admiſſarius ad coitum incitetur. Antiqua ex APSYRTO fabula, ligato teſte dextro feminas generari, ſiniſtro mares. Et alia id generis.

§. LXX.

§. LXX. Cælius Aurelianus.

Quinti feculi alii faciunt: neque tamen eo ævo methodicam fectam fuperfuiffe opinor, neque quemquam citat juniorum, ne Galenum quidem. In clinicis fuis adnotationibus, hinc inde aliqua anatomici argumenti intercurrunt. Effe qui vafcula reperiffe velint, per quæ abfceffus expurgentur (*x*). Pfoæ mufculi clunium, qui interius & exterius adhærent (*y*). Ifchia coxarum initia (*z*). Cordis motum fimilem effe arteriarum (*a*). Typhloteron inter tenuia inteftina numerat, ut putes appendiculam velle (*b*).

§. LXXI. Censorinus.

Censorinus *de die natali* fcripfit, circa medium feculum tertium, alio quidem fine. De feminis tamen origine loca veterum collegit. De formatione fetus, de partus tempore, quæ etiam ex Chaldæorum funt fententia, & alibi non exftant. Chaldæi caufam, cur homo 7. 9. aut 10. tantum menfe nafcatur, non alio, ab aftris funt interpretati.

Editiones funt Venet. 4°. absque anno Maitt. Paris 1514. cum aliis. Venet. 1531. 8°. Heist. Lugdun. 1595. Bodl. Maitt. E. Puteano edente Lovan. 1628. 4°. Cum *Henr.* Lindenbrogii notis Hamburg. 1611. 4°. Maitt. 1614. 4°. in catal. Cum ejusdem Lindenbrogii, *Eliæ* Veneti, & aliorum notis, cura *Sigebert.* Havercamp Leidæ 1743. 8°.* 1767. 8°. & ex recenfione *Andreæ* Goez Altdorf. 1744. 8°. Trew.

§. LXXII. Lactantius.

Lucius Cæcilius Firmianus Lactantius de opificio DEI parvum libellum fcripfit, cui finis fere fuit oftendere, apte & concinne corpus humanum a DEO conftructum effe: fcopus etiam fuit Lucretium refutare & Epicurum, qui negaverant ad prævifos fines corpora animalium fabricata fuiffe. Lotium putavit ex recto inteftino in veficam urinariam percolari. Sexum a dextro aut finiftro uteri latere definiri cum prifcis docuit.

Editiones duas coram habeo, & nitidam eam, quam *Nicolaus* Lenglet Dufrenoi Parifiis edidit 1748. 4°. 2.Vol. Prodiit primum Romæ 1465. deinde 1468. Venet. 1509. fol. & curante *Joh* D. Willich cum commentariolo 1542. 8°.*. Inter Lactantii opera Bafil. 1563. fol. B. B.

Codex exftat in B. Medicea, & in Barberina Montf. Scripfit poft perfecutionem Diocletiani.

§. LXXIII.

(x) *Chron.* V. c. 10.
(y) Ibid. c. 1. (z) Ibid.
(a) *Acut.* 55. c. 34.
(b) *Chron.* IV. c. 6.

§. LXXIII. ORIBASIUS.

ORIBASIUS Sardianus, JULIANI Imperatoris amicus, vir ill. & splendidus, in compendio ex scriptis priscorum medicorum collecto, libro 24. & 25. de anatome egit: commodamque pene absque ratiocinatione epitomen dedit eorum, quæ per vasta opera GALENI dispersa habentur (c); additis quibusdam ex RUFO de ossibus potissimum, & loco ex LYCO. Etsi codices procul dubio nostris uberiores habuit, multosque scriptores, quibus caremus, non tamen memini, me multa in ORIBASIO reperisse, quæ non alibi legamus. Neque pro exemplo sit ductus salivaris maxillaris, quem etiam GALENUS habet, etsi apud ORIBASIUM locus ad utrumque latus frenuli paulo accuratius (d) definitur, in quo ejus fontis est ostium. Totum ambitum anatomes persequitur, viscera, ossa, musculos, nervos, vasa, hæc brevius. De oculo satis bene. Continuam nares & fauces membranam vestire. Pulmo uterque aperto utrinque pectore concidit. Vena Portarum continuo in quatuor ramos dividitur. Pars geniogIossi musculi ossi hyoidi inserta. Venæ retinæ.

Duobus ex codicibus editiones hujus operis perfectæ sunt. Alterum a *Nicolao* SAMMICHELIO habuit *J. Baptista* RASARIUS, quem latine vertit, alterum G. MORELLUS, videtur autem præferre priorem. Græce prodiit Paris. 1556. 8°. HEIST. cum titulo *Collectaneorum artis medicæ liber quo totius corporis humani sectio explicatur ex* GALENI *commentariis*.

Latine Basil. 1557. 8°.* pulchre, neque tamen cum figuris, nisi laqueorum & machinarum, in secundo operum tomo.

Græce & latine curante *Guilielmo* DUNDASS, qui & notas adjecit Leidæ 1735. 4°.* satis vitiose, cum RASARII interpretatione.

Solus libellus de musculis cum variis GALENI Lyon 1548. 4°. ut lego & 1551. 16°.*

Non diversum puto ORIBASII l. ad CONSTANTINUM Porphyrogenetam de sectione animalium (e).

§. LXXIV. NEMESIUS.

NEMESIUS Episcopus Emesenus, quarti seculi fuit, cum neque nuperiores scriptores citet, neque multo posterius ævum admittat auctoris a paganismo ad religionem christianam transitus. Ejus opus περι φυσεως ανθρωπου prodiit latine vertente *Georgio* VALLA Lyon 1538. 4°. B. BERN. & melius ex versione N. ELLEBODII in Bibliotheca Patrum FABR.

Græce

(c) Aliqua ex amisso de voce libro reperiri p. 53. *edit.* DUNDASS, conjectura est.
(d) p. 55.
(e) VERDIER p. 62. in *Bibl. Mich.* CANTACUZENI.

Græce & latine vertente *Nicasio* ELLEBODIO Antwerp. apud PLANTIN 1565. 8°. nitide* Paris 1644. fol. (Bibl. Tigur.) & Oxonii 1676. 8°.* quæ ed. cum duobus codicibus comparata eſt, adjectis nonnullis notis.

Anglice *the Nature of men*, vertente *Georgio* WITHER Lond. 1636. 12°.*

Codices exſtant græci in B. R. P. n. 225. 2077. 2299. in AMBROSIANA, ESCURIALENSI, B. D. MARCI. Eſt & in BODLEYANA codex n. 2524.

Phyſiologiæ Galenicæ eſt epitome, quæ nihil habet proprii. Novi ab editore OXONIENSI locum c. 20. trahi ad circulationem ſanguinis, quod tenuem ſanguinem ex vicinis venis adtrahat, is vero elementum fiat vitalis ſpiritus. Verum ea ipſa GALENI theoria eſt. Sic quæ dicit de acerbo nigroque ex liene ſucco, inteſtina ad contractionem excitente: ſic quæ de flava bile calorem addente corpori nihil habent SYLVIANÆ hypotheſeos ſimile.

Ex eo auctore plurima ADAMANTIUM ſumſiſſe FABRICIUS.

Gregorii NYSSENI, vergentis etiam ſeculi quarti ſcriptoris, liber περι κατασκευης ανθρωπου vertente *Dionyſio* PARVO Baſileæ prodiit græce & latine 1567. folio SCHULZ, tum alias & emendatius cura *Johannis* MABILLON in *analectis* Pariſiis 1677. 8°. Græce Venetiis 1536. 8°. Græco-latine J. LEUNCLAVII cura Baſileæ 1561. 8°.

Codices ſeptem exſtant in Bibl. *Cæſarea* (*f*), alii in Regia *Pariſina*. Græci in BODLEYANA n. 95. 144. tum 1900.

BASILII M., fratris hujus GREGORII, homilia *de opificio hominis* plenior prodiit cura *Franciſci* COMBEFISII in editione operum Pariſ. 1679. 8°. 2.Vol. FABR. Fabrica corporis humani hic ſimili fere ſtudio deſcribitur.

EJ. *de generatione hominis* L. III. in B. R. P. n. 2299.

In HELIODORI *æthiopicis* legitur de medico ACESTINO, qui amorem CHARICLEÆ manu injecta ex pulſu adgnoverit.

MAGNUS (*g*) iatroſophiſta, medicus in theoria magis quam in praxi verſatus, *de urinis* ſcripſit ORIBASII fere tempore.

Codex exſtat in libris PELISSERII, & in B. *Mich.* CANTACUZENI liber erat cum titulo MAGNI EMESENI Medici, in animalia HIPP. explicatio cum figuris, VERDIER. Citatur etiam in B. R. *Pariſ.* n. 2260. in BODLEY. n. 261.

JAMBLICHUS *de myſteriis* apud ALDUM 1516. fol.* habet aliqua de ſomniis a Diis inmiſſis, ubi PORPHYRIUM refutat.

§. LXXV.

(f) LAMBEC. I. p. 97. III. p. 119.
(g) THEOPHILUS, *init.*

§. LXXV. Vegetius.

Fl. Vegetii *de mulomedicina* L. IV. pleni ſunt anatomicarum adnotationum, & ſi quemquam poſt Galenum anatomen coluiſſe dici poteſt, Vegetius erit. In L. II. „in ſuffuſione eſſe, qui jubeant in naribus quærere in ipſa calloſitate foramina ſubtiliſſima, in ea tenuem inſerere fiſtulam per quam vinum inſufflетur. In libri quarti initio (*h*) oſſa equi deſcribit, omnino 176. barbaris nominibus, ſed ad naturam: tum dentes diverſarum claſſium, quorum 24. molares numerat, caninos quatuor, rapaces (ſ. inciſores) duodecim. Inde eorum dentium mutationes, uti trigeſimo menſe medii ſuperiores delabantur, anno quarto incipiente canini, quos alii ſuppleant: ſexto anno equum molares exæquare, quos primos mutavit, ſeptimo omnes æqualiter explere, & nunc dentes excavari incipere &c. Sed & menſuras dat (*i*) & partium externarum, & nervorum, quos muſculos interpretor, & venas enumerat.

In *Veterinariorum collectione* Paris 1530. fol. a Ruellio edita, aliqua huc referas de equis admiſſariis, equarum fecundatione, graviditate, partu &c. Absyrtus de malide articulari, nullum eſſe bilis in equo receptaculum. Hierocles de tempore quo animalia ventre gerunt.

§. LXXVI. Priscianus.

Theodorus Priscianus, cui editor nomen dedit Octavii Horatiani, qui diſcipulus fuit Prisciani, libro IV. opiniones veterum de ſemine colligit, deque ejus materia diſputat, tum de nutritione, partu, ejusque tempore. Citat etiam abortum maſculum, quem ipſe prope Gazam viderit, trigeſimo die undique dearticulatum, corde grani papaveris magnitudine. Porro quoddam quaſi phyſiologiæ compendium exhibet. Fermentationem in homine, etiam ſuo nomine expreſſam, admittit.

Liber, quem IV. diximus, prodiit cum reliquis cura *Hermanni* comitis *v.* Neuenaar Argentorat. 1532. fol.* neque reperitur in editione *Th.* Prisciani Baſileenſi 1532. 4°.*. Alia editio eſt Argentorati 1544. fol. & 4°.

Uterum in inguen illapſum, indeque fluentem cum dolore urinam, habet in *Gynæciis*, quæ cæterum non ſunt anatomica.

Marcellus, excæcatam lacertam ſana recipere lumina.

§. LXXVII. Macrobius.

Aurelii Theodoſii Macrobii *Saturnalia* paſſim loca habent medici argumenti, potiſſimum verſus operis finem. Quærit num feminæ viris frigidiores ſint. Cerebrum ſenſus expers ſenſum in reliquis membris gubernare. Adeps ſenſu deſti-

(h) C. 1. (i) Ibid.

destituitur, & ossa, & medulla. De voce, de rubore pudentium. De nervo a corde ad digitum minimum sinistrum tendente. Ut visio fiat. Num recte ERASISTRATUS PLATONEM refutaverit, qui aliquam de potu particulam in asperam arteriam venire reliquerit.

In *Somnio* SCIPIONIS locum DIOCLIS s. STRATONIS conservari diximus: tum HIPPOCRATICUM ovum.

Utor editione Leidensi 1670. 8°.* cum notis J. PONTANI, J. MEURSII, *Jacobi* GRONOVII.

§. LXXVIII. ADAMANTIUS.

Sophista. Ejus PHYSIOGNOMICORUM L. II. græce prodierunt Parisiis 1540. 8°. Romæ 1545. 4°. Francofurti 1587. 4°.*. Græce & latine vertente J. CORNARIO Basileæ 1544. 8°. Gallice 1556. 8°. & 1656. 8°. per *Jean le* BON, FABRIC. Vixit imperante HONORIO, ante AETIUM, a quo citatur, qui CONSTANTIO librum inscripserit. Vana pleraque habet, aliqua tamen de diversa diversarum gentium statura & corporis figura. Eunuchos a nativitate dicit.

POLEMONEM citat, noster vero POLEMON non potest antiquus ille esse, cum & Christianus fuerit, & dictione usus sit impura (*k*). Ejus interpretatio *signorum naturæ* Romæ 1545. 8°. prodiit, & Francofurti 1587. 4°.*. Latine edente *Nicolao* PETREJO Corcyreo Venetiis 1552. 4°.*. Italice per *Carolum* & *Franciscum* MONTECUCCOLI Padua 1622. 4°. D'ETR. 1626. 4°. TREW, 1652. 4°. cum ADAMANTIO. Edidit etiam cum CARDANO *Martinus de* LAURENDIERE Paris. 1658. fol. græce & latine. Plurima certe vana & nimia. Ejus definitiones humanarum effigierum s. ὅροι ἀνθρωπίνων ἰδεῶν cum priori opere prodierunt ejusdem ingenii.

MELAMPI de palpitationibus ad PTOLEMÆUM opusculum, quod fere prioribus conjungitur, potius ad semejoticen referas. Codex libellorum PTOLEMÆI & MELAMPI græcus elegans est in B. R. Par. n. 2118. tum alius n. 2037. in quo & ADAMANTIUS.

§. LXXIX. AETIUS.

AETIUM anatomici argumenti nihil habere PHOTIUS n. 221. & FREINDIUS. Habet tamen, sed parce. In *Tetrabiblii* IV. *sermone* I. s. libro 16. caput 1. est de anatome uteri, fere ex GALENO. Inde de fetus incrementis, de secunda, ejusque generatione, de menstruis. Cotyledones in muliere minores esse, quam in animalibus. Jubet capram aut cervam incidere, quo rectius hæc innotescant. Signa conceptionis, fetusque masculi vel feminæ. Antiades libro VIII. a tonsillis distinguit. Gurgulionem vocat ipsam particulam, uvam morbum. Myopem definit, qui pusilla prope conspiciat. Utor editione quæ est inter *principes* H. STEPHANI 1567. fol.*

Synopsis AETII de urinis dicitur exstare in *Bibl. Medicea Plut.* 25.

§. LXXX.

(k) FABRIC. III. p. 130.

§. LXXX. PAULUS.

PAULUS ÆGINETA in suo medicinæ compendio nullum dissectioni partium corporis locum tribuit. Breviter tamen, ut mala potissimum describit, quibus manu medentur, particulas etiam tangit, in quibus morbus est, ut tonsillas, uvam, venæ arteriæ nervique in cubiti flexione situm, dentium ortum, testem, scrotum, androgynos varios, clitoridem ampliorem, menses muliebres, claviculam. PAULI de *urinæ significatione* l. seorsim prodiit Argentorati 1529. 8°. Bibl. THOMAS.

§. LXXXI. ISIDORUS.

Etymologicorum L. XI. est de homine, ejus partibus, ad quas ubique physiologiam addit, uberior quam HESYCHIUS. Inde de portentis, gigantibus, monstris fabulosis & deformibus hominibus. In Lib. XII. etiam de animalibus aliqua huc spectant. Coram est editio apud *Gunterum* ZAINER 1472. fol.

§. LXXXII. THEOPHILUS.

THEOPHILUS, a dignitate dictus *protospatharius*, medicus, HERACLII temporibus vixit. Ejus pluscula huc faciunt.

Primum ejus quinque libri περι της του ανθρωπου κατασκευης prodierunt græce quidem Parisiis 1540. 16°. 1555. 8°.*. Græce & latine J. P. CRASSO interprete Paris. 1555. 8°. Ita PLATNER ut duas in uno anno apud G. MOREL editiones prodiisse necesse sit; sed utique ejusmodi editio prodiit anno 1576. 8°. ASTRUC. Curante J. ALB. FABRICIO in ejus *Bibl. Græca*, recusus est gr. & lat. T. XII.

Latine J. P. CRASSO interprete Venetiis 1537. 8°. PL. Basil. 1539. 4°. cum GUINTHERO, & 1581. 4°.*.

Codex græcus exstat in B. R. Paris. n. 2155. 2297. Est inter Codices ASHMOLIANOS n. 7711. Libri VI. non expressa lingua dicuntur in Bibliotheca *Guil.* PELISSIER fuisse, MONTFAUCON.

Multa in universum habet NEMESII similia, & passim pene ad verbum. Manum pedemque primum, inde ex ordine viscera describit. In nervo olfactorio aliquantum a GALENO recedit, eum enim pro primo nervorum pare habet, contendit autem communem cum primo originem habere. Contra GALENUM etiam quinque ossa metatarsi numerat. — In venis mesenterii utique veram ad jecur sanguinis viam locum habere docet, sed ita & veteres docuerant. Diaphragma ventriculum claudere. Reliqua, quæ huic viro tribui video, non sunt nova. Finis operis intercidit. Mire a *Jacobo* SYLVIO spernebatur (*l*).

EJ. Περι της των ουρων διαφορας πραγματεια. Latine prodiit in *Articella* Venet. 1483. 1493. 1507. 8°. 1523. 4°. BOEHM. Lyon 1527. 4°.* Argentorati 1533.

(l) *Ord. leg. libr.*

1533. 8°.*. Inter H. STEPHANI *principes* cum tit. de Excrementis. Inde *Albano* TORINO interprete l. *de recrementis vesicæ* Basil. 1535. 8°.*. Est etiam inter Principes cum titulo l. *de retrimentorum vesicæ cognitione*, apud H. STEPHANUM 1567. fol.*. Græce ιατροσοφιστης περι ουρων apud MORELLUM Parisiis 1608. 12°. & in CHARTERIANO GALENO. Græce & latine cura *Thomæ* GUIDOT Leid. 1703. 8°.* cum plurimis commentariis.

Codices M.S. perfrequentes sunt, in *Leidensi* Bibliotheca, in BODLEYANA, in MEDICEA *plut.* 73. 74. in R. *Londinensi* CASHLEY. p. 206. in *Metensi cathedrali*, in PELISSERIANA, in AMBROSIANA cum nomine PHILOTHEI: in Bibliotheca porro SANCTI EBRULPHI, VATICANA CHRISTINEA duo, & unus in PETAVIANA. In *B. R. Paris.* n. 2220. 2229. 2257. 2306. 2307. 2316. Latine, aut Græce in Coll. *omn. animar.* n. 1430. in CAJO GONVIL. n. 958. in BODLEYANA n. 2753. in libris R. BURSCOUGH. n. 7671. in *Coll. nov. Oxon.* n. 1134. in *Cathedrali Wigorniensi* n. 760. in *Coll. Mertonensi Oxon.* n. 687. 688. 722. in BODLEYANA n. 1355. in SLOANEA n. 8851. in C. THEYERI libris, n. 6565. Latine in *B. R. Par.* n. 7030. 6868. 6869. 6870. 6871. A. 7102.

In eum Glossæ sunt in C. CAJ. GONV. n. 960. P. HISPANI commentarius est in B. R. P. n. 6956. & fragmentum commentarii ib. n. 7030. b. & commentarius in eundem THEOPHILI librum aliquoties in B. VATICANA PETAVII; & in B. D. PETRI *Cantabr.*

Thomas GUIDOT præter physiologicam, satis longam, præfationem notas adjecit historicas, & chronologicas, & criticas.

Ipse auctor noster librum ab anatome partium urinæ secernendæ inservientium, & aliqua physiologia orditur. Reliqua melius inter semejotica dicentur.

Synopsis hujus parvi libelli reperitur M.S. in B. CÆSAREA, & in PARISINA.

THEOPHILI compendium ORIBASII est in B. *Vindobonensi*, LAMBEC. III. p. 157.

Lib. de *excrementis alvi* a GUIDOTO editus potissimum ad semijotica pertinet. Exstant codices græci in B. *Vindobonensi* LAMBEC. L. VI. p. 104. 158. in BODLEYANA n. 261. *Parisina* n. 2307.

Lib. *de pulsibus* a *Pontio* VIRUNIO versus latine in *Articella* editus est Venet. 1502. 1527. &c. Cum PHILARETI corrupto nomine jam Venet. 1483. excusum, a. 1507. 8°. edidit *Albanus* TORINUS Basil. 1533. 8°.*.

Codices M.S. sunt in B. VATICANA *Suecica* & PETAVIANA, in MEDICEA, in B. *Franci* BERNARDI, in BODLEYANA n. 1252. in MERTONENSI Oxonii, n. 687. 688. 960. B. R. BURSCOUGH n. 7671. in CATHEDRALI METENSI, B. S. EBRULPHI, *B. R. Paris.* n. 6809. 6870. 6871. 6871. A. 6868. 7102. 7029. 7030. cum nomine PHILARETI, græce vero cum nomine THEOPHILI n. 2219. 2210. & 2257. In *Vindobonensi* græce VI. p. 121. in *cathedrali Wigorniensi* n. 760.

n. 760. in *Coll. nov. Oxon.* n. 1130. 1134. in *Coll. Oxon. anim.* n. 1430. inter libros *Caroli* THEYER n. 6565. in B. CAJI GONVIL. n. 958.

In eum libellum commentarius etiam eſt *Petri* HISPANI, B. R. P. n. 6956. & commentarius in B. D. PETRI *Cantabr.* n. 1872. atque gloſſulæ n. 7759.

Brevis eſt phyſiologia, deinde pulſuum differentia pro ſexu, ætate, regione &c. Separat pulſum celerem a frequente, magnum a pleno.

§. LXXXIII. STEPHANUS ATHENIENSIS. MELETIUS.

STEPHANUS ante MELETIUM vixit, a quo laudetur, diſcipulus THEOPHILI. In MAGNI tractatum de urinis ſcholia addidit. B. R. P. n. 2220. 2229. 2260.

MELETIUS.

Monachus: ejus eſt *de natura ſtructuraque hominis* opus. Edidit latine *Nicolaus* PETREJUS CORCYRÆUS Venet. 1552. 4°.*

Numeroſiſſimi codices exſtant. Græci in B. R. Pariſ. n. 2223. 2224. 2222. 2226. 2227. 2299. 2225. 2242. 2257. 2300. In Vindobonenſi *(m)*, in OTTOBONIANA, in TAURINENSI, in B. D. MARCI Veneta, in B. Ducis Bavariæ, in BODLEYANA n. 260. 261. & iterum n. 131. eratque in Bibl. *Mich.* CANTACUZENI. Sunt etiam, ut minus certe mihi de lingua conſtet, in ESCURIALENSI, VATICANA, MEDICEA, PELISSERIANA. B. R. P. de MESME.

Mireris MELETIUM in ipſo opere citari, quod cum MELETII nomine exſtat *(n)*. Opus ipſum ad NEMESIANI fere ſimilitudinem fictum eſt, magis tamen & philoſophicis & theologicis ratiociniis miſtum. Vide miram theoriam muſicam febrium intermittentium *(o)*. STEPHANUM citat *(p)*, BASILIUM *(q)*, GREGORIUM NYSSENUM *(r)*, & GREGORIUM theologum.

Epitome MELETII citatur, quæ eſt in *Bibl.* VINDOBON. *(s)*.

EJUS liber *de vita hominis*, aliusque l. de *Natura hominis* exſtat M.S. in BODLEYANA. L. de *anima* in B. R. P. n. 2299. & verſus politici *de urina* in B. R. P. n. 2240. deque *quatuor elementis* medicum opuſculum ibidem.

Anonymus *de ſtructura hominis* ex GALENO, HIPPOCRATE & MELETIO, græco barbarus exſtat in B. *Vindobonenſi* *(t)*.

§. LXXXIV.

(m) LAMBEC. L. VI. p. 103. 108. NESSEL iſte plenior impreſſis.
(n) p. 46. (o) p. 143.
(p) Ibid. (q) p. 77.
(r) p. 114. (s) p. 122.
(t) LAMBECIUS, Lib. VI. p. 101.

§. LXXXIV. Theophilactus Simocatta.

Sophista, hujus etiam ævi fuit, & seculi septimi incipientis. Ejus exstat dialogus περι διαφορᾶς φυσικων αποραματων και επιλυσεω αυτων. Edente Bonaventura Vulcanio prodiit Leid. 1596. 16°.* & Gr. lat. Lipsiæ edente *Andrea* Rivino 1653. 4°.* quæ utraque editio cum Cassio conjungitur, cum notis. De torpedinis vi per retia & instrumenta penetrante. Vultures triennio utero ferre. Cur lepores superfetent. Cur locustæ feminæ non canant. De basiliscis. A Rhetore omnia.

§. LXXXV. Photius.

Loca veterum in bibliotheca sua conservasse alias diximus. Hic etiam historia reperitur Dionysii tyranni Heracleæ, adeo obesi, ut infixis acubus necesse fuerit eum excitare. Insignis Dionysii Aegei locus hic conservatur (u).

Carmen ineditum de sanguine exstat in B. R. P. n. 2224.

§. LXXXVI. Rabanus Maurus.

Rabani Mauri glossæ theotiscæ de corporis humani partibus ex auctoris ore a Walafrido Strabo exceptæ, a Goldasto in T. II. *scriptorum alemannicorum* editæ. Liber primus, quo de rebus ad medicum spectantibus agitur, in nupera aliqua lingua traditis. Voces latinas ex germanicis deformavit, *Chela* pro *Kehle*.

§. LXXXVII. Suidas.

Grammaticus seculi XI. in lexico suo vocabula medica habet & functiones earum partium, quibus græci partes corporis humani insigniebant. Ad historiam etiam medicam pertinet, ut tamen cum cura legas, non ubique fidum ducem futurum. Hermogenis cor villosum habet.

Duæ editiones coram sunt, latina Basileæ 1581. fol. interprete *Hieronymo* Wolf,* & Græco-latina Kusteri Cantabrig. 1705. fol. 3 Vol. B. B.

Michaelis Pselli *quomodo partus concipiatur* liber: Ejus codex est in B. R. P. n. 2299. Et de *divinatione ex omoplatis ovium & agnorum* Lambec. L. VII. p. 224.

§. LXXXVIII. Manuel Phile.

Του σοφωτατου Phile στιχοι ιαμβικοι περι ζωων ιδιοτητος. Græce Venetiis 1533. 8°.* B. B. curante Arsenio; deinde multo plenius exemplar Fabricius habuit, & in B. libro V. c. 16. specimina ejus edidit.

Cum auctariis *Joachimi* Camerarii, versibus latine redditis a *Georgio* Bergmanno, editi sunt Lipsiæ 1574. 4°. & 1596. 8°. tum cura J. *Cornelii de* Paauw Utrecht.

(u) p. 710, 711.

Utrecht 1730. 4°.* qui multum conqueritur de audacia CAMERARII. Demum nuper ope Cl. WERNSDORFII Lipsiæ 1768. 8°. aucta ex codicibus Oxoniensibus & Augustino.

Codex græcus exstat in Bibliotheca *Taurinensi* MONTF. & in BODLEYANA seculi XIV. & in B. D. *Bavariæ*.

ÆLIANUM secutus mores & aliquam physiologiam animalium tradit, ut de incremento cornuum, de renascentibus hirundinum oculis, de concisis echinis convalescentibus.

§. LXXXIX. NICEPHORUS BLEMMYDA. ALII.

Seculi VIII. Ejus carmen *de urinis ægrotorum*, aliud *de judicando ex sanguine*, exstant in B. *Augustana* (x). Porro NICEPHORI in B. *Regia* PARISINA poëma *de urinis* (a), quod alii MAXIMO PLANUDÆ tribuunt (b). Excerpta ex ejus MAXIMI de urinis conjectura sunt in B. R. P. (c).

NICEPHORI CHUMNI, qui eodem seculo exeunte vixit, tract. *de animæ sensitiva & vegetativa est* in B. R. P. (d).

NICEPHORUS GREGORAS, *utrum bruta ratione sint prædita.* Visionem non fieri emittendo M.S. In B. BODLEYANA n. 48. græce.

NICEPHORI, Patriarchæ Constantinopolitani, *Oneiro criticum secundum alphabetum* prodiit cum ARTEMIDORO, RIGALTI cura Paris 1603. 4°.* Gr. lat. Meræ fabulæ. Codex est in B. CÆS. LAMB. L. VI. p. 117.

JOHANNIS, Prisdrianorum episcopi, ætatem ignoro, qui *de urinis* librum ex antiquis collegit (e), & *de intestinis* (f) ex ARCHELAO, STEPHANO, PALLADIO, aliis, & *de excrementis* (g).

J. TZETZES græcus l. de urinis dicitur esse in B. BODLEYANA n. 88.

§. XC. JOHANNES ZACHARIÆ F. *vulgo* ACTUARIUS.

Circa sec. XIII. vixisse videtur, ex alterius libri dedicatione ad *Johannem* APOCAUCHUM. Ejus exstat *de actionibus & adfectibus spiritus animalis*

(x) LAMBEC. L. VI.
(a) N. 2303.
(b) Ibid. n. 2220. Etiam Bononiæ KNIPHOF.
(c) N. 2286.
(d) N. 2105.
(e) Ibid. n. 2286. etiam Vindobonæ LAMBEC. L. VI. p. 107.
(f) Ibid.
(g) Ibidem.

malis liber ad JOSEPHUM RAZENDYTAM datus, quem *Johannes* ALEXANDRINUS latine vertit. De anima. Coctionem ciborum indeque natos spiritus describit, ubi venam cavam λαβδοειδῆ vocat: tum cerebrum dicit, cerebellum, nervos, nervos motorios, qui posterius a cerebro propagentur, sensorios qui anterius. Aliqua de sensubus internis, externis. De iis, quæ ante oculum versantur.

De *nutritione* ejusdem *spiritus animalis* pariter ad *Johannem* RAZENDYTAM scripsit.

Utriusque libri codices M.S. exstant in *B. R. Paris.* n. 2304. 2305. 2306. 2307. 2098. 2232. & græcus pariter in BODLEY. n. 261. Tum in *Vindobonensi* (*h*), in MEDICEA plut. 75. inque *Bavarica*.

Græce prodierunt Parisiis 1557. 8°. FABR. Latine Venet. 1547. 8°. 1554. 4°. FABR. Lyon 1556. 8°.* & inter Principes.

EJUSDEM VII. l. *de urinis*. Vertit *Ambrosius* LEO *Nolanus* Venet. 1579. 4°. FABR. Basileæ a. 1520. 8°. duæ editiones prodierunt, quarum altera emendata est GUNZ. Porro Paris. 1522. 4°. tum a *Jac.* GOUPYLO recensus Paris. 1548. 4°. 1556. 8°. FABR. & inter *principes* H. STEPHANI; tum cum aliis de urinis scriptoribus Traject. ad Rhen. 1670. 8°.*

Codices græci exstant in B. R. Paris. n. 2158. 2232. 2260. 2304. 2305. 2306. 2307. in BODLEYANA n. 261. tum in B. D. MARCI, & in AUGUSTANA; in MEDICEA *Plut.* 74. & 75. in REMIGIANA Rhemensi; in AMBROSIANA græci, & in VINDOBONENSI. In B. CAJI & GONVILLA n. 949. nempe lib. de *Differentiis urinarum*; de *causis*, de *cognitione*: de *prognosticatione urinarum*.

MAGNUM, & ALEXANDRUM, citat & THEOPHILUM, se primum tamen putat de urina plene egisse. Præmittit physiologiam aliquam partium corporis humani, quæ urinæ generandæ inserviunt: cordis, hepatis, cerebri: agit de sanguine, de excrementis, magis equidem semejoticus. Lotii colores definit, tum nubes, suspensa, & sedimenta. Reliqua fere ad semejoticen spectant. Rariores etiam urinas habet, ut cæruleam quam JANUS PLANCUS vidit, viridem, quam ego.

In *methodo medendi* L. III. describit venas, quæ vulgo secantur, in brachio &c. In L. I. agit de temperamentis functionibus, vitali, sentiente, nutritia. De pulsibus etiam, urinis, nutritione, vena cava.

§. XCI. GEORGIUS SANGUINATITIUS.

Vulgo HYPATUS vocatur, quod consulari dignitate functus sit, seculi XV. auctor.

EJUS librum *de partibus corporis humani Stephanus le* MOINE edidit, in *Varior. Sacror.* L. I.

Reddidit

(h) LAMBECIUS L. VI. p. 111.

Reddidit gr. & latine J. *Stephanus* BERNARD Leid. 1744. 8°.* cum *Isagoge Anatomica.*

Nomina sunt partium externarum corporis humani.

Ejus libri codex est in B. MEDICEA PLUT. 74. Versus politici de partibus corporis ad NICOLAUM V. Pontificem in B. R. Par. n. 2276. græce.

Citatur etiam ejusdem GEORGII Lib. *de pulsibus* FABRIC. Bibl. gr.

Guilielmi ANEPONYMI Philosophi seculi XIV. *de calore vitali* Argentorati 1567. 8°. GUNZ.

§. XCII. VARII IGNOTÆ ÆTATIS.

Ignotæ, certe mihi, ætatis sunt, quos nunc recenseo. ALEXANDER medicus, nescio quis, cujus opusculum de *dignoscendis in ægroto pulsibus*, & *aphorismi* de *urinis* sunt in B. R. P. n. 2316. An TRALLIANUS?

MARCILIUS MONACHUS, cujus libellus de *pulsibus* in eadem Bibliotheca reperitur, idem, puto, qui in *Bibl. Cæsarea* MARCELLUS dicitur (*i*).

CALLISTUS, qui perinde de *pulsibus* scripsit.

MATHUSALAH, Monachus M. Sinai, cujus manu plusculi codices descripti sunt, l. *cur septimestres & novimestres partus vitales sint, octimestres minime* (*k*).

Κυρου Μερκουριου *de pulsibus* l. In B. VOSSIANA n. 2129.

ATHENÆUS *de urinis*, in BODLEYANA n. 88. græce.

ÆNEAS *de urinis & pulsibus* (*l*).

CHRISTODULI *Synopsis de urinis* B. BODL. n. 261.

PARTHENII *de humani corporis sectione* L. cum G. VALLÆ operibus prodiit Argentorati 8°.* apud SYBOLDUM.

SYNESIUS *de insomniis*. Græce 1518. 8°. B. B. cum ARTEMIDORO περι ενυπνιων ὁ τινες Συνεσιου ειναι φασιν. & cum N. GREGORÆ interpretationibus Paris. 1553. fol. Græce & lat. interprete *Ant.* PICHON, cum ejus viri notis & *Nicephori* GREGORÆ commentariis Paris. 1586. 8°. PL. 1612. fol. L. cura D. PETAV. Venet. anno 1516. fol. B. B. Latine M. FICINO interprete Lyon 1549. 16°. cum aliis de insomniis libellis. Latinam puto esse editionem Venetiis 1497. fol. adjunctis libellis MARSILII & PRISCIANI B. *Com. Wassenaar.* Codex græcus exstat in B. AUGUSTANA. Opus auctoris ingenio non destituti, stylo

(i) LAMBEC. L. VI. p. 99.
(k) IDEM, ibid. L. VII. p. 82.
(l) FABRIC. L. XIII. p. 39.

ſtylo ſcriptum tumidiori, multisque ornatum veterum locis. Pertinet tamen fere ad vaticinia, omnino enim putat a ſomniis aliqua præſagiri. De quædam ſpiritu phantaſtico, qui animæ vehiculum ſit. De interpretandis ſomniis.

§. XCIII. ANONYMI GRÆCI.

Fragmentum de colore ſanguinis Leidæ 1745. 8°. cura Cl. BERNARDI editum.

Anonymus de ſenſu & ſenſibili BODLEY. n. 131.

Anonymus de quatuor humoribus, BODLEY. n. 131. græce.

Anonymus de pulſibus, qui ſua ex *Gregorii* NYSSENI ore habere vult, ibid. n. 2316.

De pulſibus compendium BODLEY. n. 88. & 131. græce.

Alius Anonymus de urinis n. 2260. & alius n. 2257. & n. 2207.

An & alius B. Vindobon. L. VI, p. 122. & VII. p. 153.

Alius Græcus BODLEY. n. 260. 261.

Anonymi opuſcula quinque, inter quæ eſt lib. de urinis n. 2224.

Anonymi tractatus de urinis, ex GALENO, MAGNO, & THEOPHILO collectus, cum ſcholiis & malis iconibus, ibid. L. II. p. 478.

De urinis in collectione B. MED. *Plut.* 75.

Anonymus de urinis in B. D. MARCI.

Anonymus de urinis & pulſibus B. R. P. n. 2287.

Anonymus de excrementis in Bibl. *Vindob.* LAMBEC. L. VI. p. 104.

Anonymus de atra bile ex libris GALENI, RUFI, POSSIDONII & AETII in B. D. MARCI græce.

Anonymi de corporis humani generatione, in B. R. Par. n. 1766.

Anonymus de formatione hominis in *Eclog. Oxon. Cantabr.*

Ibid. Caput de partubus ſeptimeſtribus *Plut.* 74.

Anonymus de partu ſeptimeſtri BODLEY. n. 131.

Anonymus de infante in utero B. R. P. n. 2276.

Anonymi ſynopſis de natura hominis. In B. *Guil.* PELISSIER.

Anonymus græcus de ſemine humano BODL. n. 131.

Collectio

Collectio rerum variarum medicarum Anonymi, in qua & botanica & nomina partium corporis humani reperiuntur, in Bibl. *Vindobon.* LAMBEC. L. VI. p. 124. & aliæ eclogæ ex HIPPOCRATE & GALENO, ibid. L. VI. p. 153.

Anonymi variarum partium corporis humani descriptio. B. R. Paris. II. n. 2224.

Anonymi physiologia hominis B. MED. *Plut.* 74.

Anonymi tabulæ aliquæ partium externarum corporis humani, cum græca interpretatione, quas J. *St.* BERNARD sculpi curavit, & cum *Isagoge anatomica* edidit Leidæ 1744. 8°.* Pro antiquissimis habet iconum anatomicarum: sed MOSCHIONIS figura antiquior fuit.

Anonymi opus anatomicum græcum, cujus fragmentum *Joseph Cohen Ben* JOCHANAN conversum dedit. Comparatur vesica humana cum vesica quadrupedum, & negatur ovipara vesicam ejusmodi habere (*m*).

Anonymi de venarum numero, B. R. P. n. 2303.

(m) ORTESCHI, *Diar. Venet.* L. VI. p. 291.

LIB.

LIBER II.

ARABES.

§. XCIV. TALMUD.

Orientales gentes conjunctas reliqui, quæ lingua moribusque in plerisque consentiant. JUDÆI equidem misti cum Arabibus, medicinam frequenter fecerunt, & Arabum opera in suam linguam verterunt. Incidendi artem non putes exercuisse, sunt tamen apud eos vestigia veræ anatomes.

Et Talmudici quidem auctores ante Arabum tempora vixerunt. Ii, cum in minutissimas passim quæstiones se dimitterent, multa subtiliter discusserunt, quæ ad physiologiam & ad anatomen pertinent. In partu ossa pubis diduci docuerunt (*n*), neque post unum alterumve diem superfetare feminam (*o*). Quæ animalia diversorum generum fecundam venerem inter se exerceant, quæ minime, non imperite definiverunt (*p*), sed neque situm fetus male expresserunt (*q*). Caudam equinam dixerunt, quæ finis est (*r*) medullæ spinalis. Tres renes, duo intestina (*s*) recta inventa narrant. Ipso utero & liene exsecto (*t*) animal supervivere monent. Incisam feminam (*u*) gravidam, & fetum vivum repertum, imperante CLEOPATRA: scortum membratim dissectum, in eo (*x*) musculum clitoridis visum. Hæc obiter, ex perito quidem talmudicæ eruditionis viro, olim meo discipulo, ut plura in iis collectionibus latere non dubitem.

§. XCV. JOSEPHUS *Medicus*. *Alii*.

JOSEPHI constitutiones f. ritus mactationis & inspectionis victimarum huc spectant, quarum codex est in Bibliotheca Regia Londinensi (*y*).

ABRAHAM ben R. JEHUDAH de urinis LAMBEC. L. I. p. 180.

ISAAC, qui SALOMONIS Arabiæ regis filius dicitur, plura descripsit, quæ sunt inter CONSTANTINI AFRICANI opera, & libellum *de oculis* Lugdun. 1515. fol. Porro

(n) PINÆUS, p. 189.
(o) SALOM. LEVIC. *de femina*.
(p) GINZBURGER, *medic. Talmud.* p. 8.
(q) GINZBURGER *medic. Talmud.* p. 9. (r) Ibid. p. 10. (s) p. 12.
(t) Ibid. (u) Ibid. (x) Ibid.
(y) CASHLEY, p. 245.

Porro librum *de stomacho* Lugduni cum priori. EJUS CONSTANTINO tubuli l. de *stomacho* BODL. n. 2753.

Compendium libri GALENI, quem vocant *Megatechni* Lugduni cum priori.

Lib. *de urinis* Leid. 1515. a CONSTANTINO ÁFRICANO versus, in B. R. Lond. p. 206. Bibl. ORIEL. Oxon. B. R. Par. n. 391. 424. 426. 6871. A. & in GUNZIANA, atque WOLFIANA. In *Coll. nov.* B. n. 1130. In B. R. BURSCOUGH. n. 7671. MERTON. n. 730. BODL. n. 2753. B. CLARENDON n. 138. Hebraice LAMBEC. L. I. p. 182. In eum l. commentarius exstabat apud GUNZIUM. In eumdem l. expositiones & quæstiones M.S. in B. CAJI GONVIL. n. 960.

De *somno & visione*. In Orielensi Oxon. A RAZEO, SERAPIONE & MESVE citatur.

ABU JACUB ISCHAK *ben* SOLIMAN *al* ISRAELI scripsit *Ketab alnabh*, s. *de pulsu* (z).

MOSES MAIMONIDES, magnus ille suæ gentis præceptor, anatomica aliqua & physiologica dedit in APHORISMIS Venet. 1497. fol. editis de pulsu & urinis &c.

§. XCVI. ARABES. HONAIN BEN ISAAC.

Inter antiquissimos est HONAIN, qui idem videtur esse JOHANNITIUS. Vixit seculo nono, & multa scripsit, a RAZEO passim laudata.

Introductio ad artem parvam GALENI & sæpe edita. De quatuor humoribus, facultatibus, spiritibus, oculis, coitu, brevissime & obiter.

Ecce aliquas editiones. In *articella* 1483. fol. Lugdun. 1505. 8°. Venet. 1507. 8°. 1522. fol. cum collectione J. de KETHAM. Argentorati 1534. 8°.

Codex exstat in MEDICEA *Plut.* 73. in B. *Escurialensi* arabice n. 848. Arabice etiam in Bibl. NORFOLK. Latine in B. R. Par. n. 6869. 6870. 6871. 6871. A. 7038. 7039. 7502. In B. S. EBRULPHI Uticensi, MERTONIENSI n. 687. 688. 689. 735. 739. BODLEYANA n. 1252. *Trinit. Dublin.* n. 502. In *Wigorniensi* n. 760. *Coll. nov. Oxon.* n. 1134. In VATICANA, SUECICA, WOLFIANA, ut puto. Hebraice in B. BODL. n 6172. Anglice in libris H. SLOANE n. 8767. In eum l. commentarii sunt P. HISPANI B. R. P. n. 6956. 7030. b. Glossæ anonymi C. THEYER n. 6565. Cum glossis *Stephani de* CHAVETE in B. CAJI & GONV. n. 958. Glossulæ M. BENEDICTI ibid. n. 960. Glossulæ *Henrici de* WYNTON n. 1135. B. *Coll. nov. Oxon.* & notulæ in Bibl. Brit. n. 1789.

Lib. *stomachi* editus Lugduni 1515. fol. cum CONSTANTINO, & inter opera CONSTANTINI Basileæ 1536. cujus in principio aliqua anatome & physiologia ventriculi traditur. Cum titulo CONSTANTINI in *Coll. Merton.* n. 722. Diximus cum ISAACO.

L. *de*

(z) HERBELOT, p. 980.

L. *de oculis* pariter cum CONSTANTINO editus. Conf. p. 127.

L. *de somno & visione* COLL. ORIEL. n. 859. Conf. p. 127.

L. *urinarum* a CONSTANTINO versus. In *Cathedr. Wigorniensi* n. 760. in B. *S. Mar. Magdalen.* n. 2316. C.

Lib. *de memoria*, RAZEO dictus.

Lib. *de oblivione* Lugd. 1515. fol.

Opusculum medicum, cujus codex est in B. *Escurialensi* n. 879. idem fuerit tum Medicina JOHANNITII Bibl. NORFOLK. n. 3101. latine in ll. F. BERNARD n. 3665. & *Roberti* BURSCOUGH n. 7679. & in B. BODLEYANA n. 2444.

HONAINUM adeo perite anatomen exposuisse, ut cum magno studio eum audiverit GABRIEL f. BAKTISCHUA, jam in summa auctoritate constitutus, lego apud ABULPHARAJUM p. 172.

ISA BEN MASSAH de coitu cum multis responsis & problematibus. In Bibl. *Escurialensi* n. 883.

§. XCVII. VARII PHYSIOGNOMI & ONEIROCRITICI.

OMAR BEN SEID KHALIL BEN SEID ALI SALCAHI, MAHOMETO adfinis, scripsit *Oneirocriticon* HERBELOT.

JONAM SCHAFEI natus anno 120. Hegiræ scripsit *Tanki fi elm alcajafat*, s. physiognomiam HERBELOT.

Celeberrimus auctor SARACHSI, qui ad finem seculi X. vixit, reliquit *Ketab al Num v Alrujah* HERBELOT.

Deinde *Abu Abdallah Mohammed ben Seirim*, tempore Mamuni, filii Aronis, somniis interpretandis in aula Califfæ præfectus, mira ea in arte præstitisse dicitur. Scripsit *Eschkharat fi elm al alabanat*, quem librum HERBELOTUS suspicatur opus ipsum esse ARTEMIDORI: atque in idem commentarium exstare NASSER EDINI AL THUSSI, cum titulo *Schareh al Escharah*, scriptum circa annum Hegiræ 650.

APOMASARIS *apotelesmata s. de significatis & inventis somniorum ex Indorum Persarum Ægyptiorumque disciplina* ex B. J. SAMBUCI, interprete *Joh.* LEUNCLAVIO Francofurti prodierunt 1577. 8°. B.B. Gallice versa Paris 1581. 8°. DU VERDIER. Græce scriptus liber interpretationum somniorum, auctore Christiano homine, quod est manifestissimum. Plurimum autem citat eumdem AMET f. Seirim, ejusque miraculosas somniorum interpretationes tradit. Sed ipse liber omni vero aut probabili fundamento caret: ex somniis enim non de hominis tem-

temperamento & valetudine aliqua divinantur, ſed omnino mera fortunæ dona, aut mala.

Verum vivebat eo fere tempore jocoſus homo, *Alkendi* inimicus, GIAFAR BEN MOHAMMED BEN OMAR ABU MAASCHAR vulgo ALBUMASAR, Balkenſis, qui anno 279. Hegiræ obiit (*a*), Mathematicus, cujus & alia ſcripta exſtant aſtrologica. Hunc vulgo cum noſtro APOMASAR confundi, LEUNCLAVIUS queritur, qui tamen Saracenicæ religionis fuerit, noſter autem Chriſtianus. Suſpiceris LEONEM GRÆCUM, qui noſtra *apoteleſmata* circa n. 1160. in ſuam linguam convertit, nomen ABU MASARIS præfixiſſe, ut ſuæ conpilationi auctoritatem conciliaret.

Sub oculis nunc ſunt ACHMETIS filii SEIRIM *oneirocritica* edita e *Bibliotheca Regia* a *Nicolao* RIGAULT Paris 1603. 4°. B. B. cum ARTEMIDORO. Multo plenius opus eſt quam ABU MAZARIS, quem non vero cum nomine LEUNCLAVIUS ediderat. Neque tamen ACHMEDIS eſt, qui in aula KHALIFÆ MAMUNIS vixit; nam is ipſe ACHMET multis locis ſuo cum nomine ob peculiares ſomniorum interpretationes a noſtro citatur. Opuſculum ipſum, quod Græce hic & latine adjacet, inutile eſt & fabuloſum.

Duo codices exſtant in B. VINDOBONENSI.

Adjungam ZEINEDDIN OMAR BEN MODHAFFER BEN ALWARDI librum *Oneirocriticum Mocad Demat al Wardiat*, HERBELOT, cui alii titulum faciunt *alſiat v wardiat fil tabir* ad n. 850. Heg. Et SCHAFEDDIN AL TEFLISSI, & BEN ALADUJAH *ketab almenamat*, HERBELOT.

Et AHMET *ben* KHALAF AL SEGESTANI l. cum titulo *Tohfat almeluk fi Tadbir*, HERBEL. & NASRI fil. JACOBI Dinurenſis, l. arabicum, qui ſomniorum interpretationem continet ex ARTEMIDORO. In B. BODLEY. n. 2945. & 5668. & 6290.

Denique duos Anonymos, alterum *Dhekirat u kaſchf ma deabal altabſir*, & *Kenz Alruja al mamun*.

§. XCVIII. RAZEUS.

Princeps fere medicorum Arabum ABUBECKER MOHAMMED EBN ZACHARIA EL RASI.

In anatomicis vix quidquam habet proprii, ex ipſa enim lege ſua a cadaverum, etiam animalium, Medici Mohammedani arcentur. Quare græca unice repetierunt, & parum omnino conſervarunt; quod non ſit in ſuperſtitibus ejus linguæ codicibus. Inter opera ſelecta RAZEI ad ALMANZOREM pertinet huc liber, in quo anatome GALENICA continetur. Hic etiam orificia reperias, ex quibus ſaliva prodit. Nonne idem eſt ABU BOCAR fil. ZACHARIÆ de *anatomia* ad R. MANSUR cujus codex eſt in B. *Lipſ.*

R Lib.

(a) ABULFARAI *hiſt. dynaſt.* p. 178.

Lib. I. agit de anatome.

Lib. II. de signis temperamentorum & physiognomia medica hactenus fere facit,

Tum in Lib. VII. venarum numerosarum historia, quæ a medicis secari solent. Salvatellam habet, angularem oculi, alias venas. De humoribus animalium, lacte, butyro L. III.

In *Continente*, cujus coram habeo editionem Venetam 1542. folio mag. libro XVIII. aliqua de digestione, de urinis, de pulsu habet, de restituendis amissis corporis partibus, de mamillis & lactis copia, practica potissimum. Citat filium MESVE, JOHANNEM GRAMMATICUM in commento pulsuum, plurimum tamen GALENUM.

§. XCIX. VARII.

GARIBAI BENSAID Cordubensis vixit circa annum Hegiræ 353. scripsit tractatum de fetus generatione, de puerperarum & infantum regimine, cujus codex arabicus est in *Bibl. Escurialensi* n. 828. Agit in eo de semine ejusque qualitate, ut cognoscatur, num fetus in utero latens mas sit an femina, cur fetus membra crescant aut decrescant, quanto tempore fetus in alvo sit gestandus: de partus nunc proximi indiciis, de puerorum dentibus, eorumque mutationibus.

Ætatem ignoro EBN HEMAN celebris apud Arabes Anatomes auctoris (*b*).

§. C. HALI EBNÔL ABBAS.

AL MAGIOUSCHI a religione dictus. Aliquanto junior RAZEO, quem tanquam nuperum & celebrem virum suspensa manu castigat. Scripsit *regalis dispositionis* libros 20., theoriæ 10. libros & totidem praxeos. Arabice *Kamel alsannat al thabbiat*, qui apud Arabes classicus liber fuit, quoad ab AVICENNÆ fama est superatus. In illis libris tres priores anatomici sunt & physiologici argumenti, & osteologiam, myologiam, vasa, nervosque ex GALENO recensent. Etiam HALY, ut omnes Arabes, habet ostia ductuum salivalium, quæ sub lingua sunt. Liber septimus est de pulsu, urinis, excrementis. Mea editio est Lugdun. 1523. 8°. maj. TISS.

§. CI. AVICENNA.

ABU ALI HOUSSAIN BEN ABDALLAH BEN SINA, celeberrimus Arabum, vir cæterum ingenio potens, perinde ut RAZEUS ad anatomen nihil adtulit proprii laboris.

Canonis L. I. *Fen.* I. totum ad physiologiam & ad anatomen spectat, quam a capite ad calcem persequitur, ossa nempe, musculos, arterias venasque, humores.

(b) HERBELOT.

mores. Agit de elementis, temperamentis, membrorum divisione, viribus, facultatibus naturalibus. Meræ confabulationes. Seorsim prodiit *Francisco* LENIO curante Vicentiæ 1611. 16°.*

In *Fen.* III. accedunt descriptiones viscerum cum eorum morbis conjunctæ. Cum GALENICIS passim. ARISTOTELIS placita miscet, ut tertium cordis ventriculum.

Multa dogmata AVICENNÆ ad posteros manarunt, ut quatuor humores nutritii (c).

Passim errores addit priorum placitis. Venam sine pare habet pro ramo venæ pulmonalis (d). Diaphragmaticum nervum a recurrente derivat (e).

Habet tamen constrictionem pupillæ, quæ visum prohibet (f). Hymenem ex arteriis & venis contextum nescio an non primus (g). *Seilem*, peculiarem venam, inter medium digitum vel anularem deducit ex ramo (h) venæ nigræ (ulnaris) ad dorsum manus eunte. Ductum ab oculo ad nares habet (i). Ossa pubis in partu discedere. Duo aryepiglottidei musculi.

Solus L. I. prodiit ex versione GERARDI CARMONENSIS Patav. 1479. fol. *Fen.* I. solum etiam Venet. 1647. 12°. TREW, & cum scholiis A. GRATIOLI Venet. 1580. fol. HEINS. Codex ejus arabicus est in *B. Escurialensi* n. 818.

In Lib. I. exstat commentarius ALAEDDIN ALI EBN ALNAPHISI vulgo ALKARSCHI, cujus codex arabicus est in libris *Escurialensibus* n. 880. tum 814. De utilitate partium. Codex etiam est inter libros NARCISSI Archiepiscopi Dublinensis n. 1712.

In I. etiam *Canonis librum expositio cum quæstionibus Jacobi de* FORO LIVII prodiit Venet. 1500. fol. TREW; tum UGONIS SENENSIS Venet. 1498. fol. TREW, Papiæ 1518. fol. TREW.

In eumdem librum I. habetur PLEMPII commentarius Lovan. 1658. fol.* Scholia ejus viri parum habent frugis anatomicæ.

In L. I. *Fen* primi *Antonii* PONCE SANTA CRUZ *commentaria* prodierunt Madrit. 1622. fol. & BERNARDINI PATERNI Venet. 1496. 4°. LIND. Cum JOHANNITIO Venet. 1507. 8°.

In *Fen.* IV. Primi Libri *expositio* UGONIS SENENSIS Venet. 1503. fol. 2.

R 2 Ejusdem

(c) *Canon.* L. I. *Fen.* 1. *doctr.* 4.
(d) p. 24. b.
(e) p. 17. b.
(f) L. 3. *Fen.* 3. c. 1.
(g) L. III. *fen.* 21. c. 1. *tr.* 1.
(h) p. 29.
(i) L. III. *fen.* 5. *tr.* 1. c. 2.

Ejusdem auctoris *anatome matricis prægnantis & de generatione. Cum Anatomia embryonis* latine seorsim prodiit Venet. 1502. BODL. & super eum libellum expositio *Jacobi de* FOROLIVII Bonon. 1485. fol. MAITT. Venet. 1518. fol. cum DINO in idem opusc. B. GESN. app.

M.S. ejusdem libelli, & FOROLIVIENSIS Commentarii codex exstat in B. *fratrum minorum* Cesenæ MONTFAUC.

In *Cantica* brevissima physiologia præmittitur. Edidit A. DEUSING Groningæ 1649. 16°.*. In ea Commentarius *J. Jacobi* LOPEZ. Bilbilitani exstat Tolos. 1527. fol.

Anatomia Membrorum simplicium & iis similium fuerit forte L. I. Canonis. Exstat in B. BODL.

L. *de corde* seorsim editus Venet. 1495. fol. 1507. 8°. Lyon 1557. 8°. parcissime ad anatomen spectat, & fere de spiritibus agit, deque remediis eos excitantibus. Redit in operibus omnibus. Vertit J. BRUYERINUS. Commentatus est in eum DIDACUS LOPEZ.

Inter philosophica opera sunt libri de *animalibus*, qui & ipsi anatomica continent, latine excusi per M. *Michaëlem* SCOTUM GRONOV.

AVICENNA *de urinis* exstat in B. *Taurinensi*, & græce in B. R. P. n. 2260. & 2307. & alius codex, ubi lib. de urinis dicitur ex scriptis AVICENNÆ concinniatus n. 2219. Ad codicem 2307. additur a J. ACTUARIO conversum esse.

De *somno* libellus EJUSD. in B. R. Par. II. n. 2260. græce.

De *pulsibus* codex inter VOSSIANOS n. 2129.

Canonis editio mea est Venet. 1555. fol.* operum omnium & 1568. fol. 2.Vol.*.

ALADDIN ABU HASSAN ALI EBN AL KIRCARSEI prolegomena commentario in Canonem præmisit, in quibus de anatome & de usu partium deque instrumentis anatomicis agitur. Codex est in B. R. Par. I. n. 1002. arabicus.

In totum AVICENNAM dicemus *Julii* PALAMEDIS commentarios Venet. 1584. fol. & J. MONGII, ibid. 1594. fol.

§. CII. ALHAZEN.

Hic recenseo, cum ad ævum AVICENNÆ ab editore referatur. In HERBELOTO nihil de hoc viro lego, cujus Optices libros VII. *Federicus* RISNER edidit Basileæ 1572. fol.*. Prodiisse etiam lego Ulyssipone 1542. 4°. & Conimbricæ a. 1573. apud CLEMENT. Oculi dat anatomen, non bonam, rectam enim lineam per medium pupillæ, in medium nervum opticum ducit: enormem etiam facit cameram posteriorem humoris aquei, vitreum corpus perexiguum.

gnum. Visionis organum ponit in lente crystallina. Pyramidem visoriam habet, ut vulgo solemus. Usum dicit vitrorum convexorum.

Codex exstat in B. JACOBEA Londinensi n. 8510.

§. CIII. AVENZOAR.

Ejus *Theisir* equidem morborum curationem a capite ad calcem continet, habet tamen admistas partium corporis humani descriptiones, ut oculi, ubi fuse agit de pupillæ dilatatione & constrictione. Sic de utero aliqua & de menstruis. Prodiit Venetiis 1553. fol. & alias, ejusque laudes in practica parte hujus bibliothecæ locum invenient.

RABBI MOSES vulgo *Maimonides* Venet. 1497. fol. & alias, etiam anatomica aliqua continet.

§. CIV. AVERRHOES.

EBN EL VVELID EBN RUSCHIT f. AVERRHOES commentatus est in ARISTOTELEM; & in Canticum AVICENNÆ. Paraphrasis de partibus & generatione animalium ex hebraico conversa est Romæ, 1521. fol.

In GALENI librum III. de facultatibus naturalibus in B. *Escurialensi* n. 879.

Deinde *Colliget* f. Medicinæ compendium scripsit, sæpe recusum & Venet. 1542. fol.* cujus liber primus est Anatome, fere illi similis quam AVICENNA dedit. Valde barbare conversa est; inde a BRUYERINO melius redditus, ad physiologicam varia habet, de instrumentis sensuum, de respiratione, de nutritione, de generatione. Subtiliter ARISTOTELEM adversus GALENUM tuetur.

Anatomica AVERRHOIS M.S. seorsim in B. *Orielensi Oxonii* reperiuntur n. 859.

De semine humano tractatus latine ab HELIO Cretensi versus erat in Bibl. THOMASIANA.

§. CV. VARII.

FACREDDIN MOHAMMED BEN OMAR ELRAZI circa annum 600. scripsit *Ketab al Ferassat*, f. de *physiognomia*.

ABU BECKER YESDY sub finem seculi XIII. scripsit *de rerum naturalium proprietatibus*. Ejus operis pars I. est de homine & quadrupedibus, de avibus altera. In B. R. Par. I. n. 140.

§. CVI. ALSAHARAVIUS.

ABULCASEM EL CALAF EBN ABBAS EL ZAHARAVI, qui modo ALBUCASIS dicitur, modo ALSAHARAVIUS, cum nomine, quod modo dixi, edidit excusum August. Vindel. 1519. fol. (*k*) librum *theoreticæ nec non practicæ medicinæ*, in

 cujus

(k) FREIND ex codice M.S.

cujus principio, ut reliqui ARABES, agit de physiologia, de humoribus & de anatome corporis humani. Citat librum *introductorium* HANIN (HONAIN f. JOHANNITII) & alium cum eodem titulo RAZEI; alium EBN ALGEZAR, alium ASAHAL BEN AMRAM (ISAACI), qui dicitur KETHAB ALWATZA, quos omnes dicit plenos esse, ipse brevis & barbarus.

Chirurgia solet nomen præferre ALBU CASIS. In ea passim aliqua sunt anatomici & physiologici argumenti. Non vitales esse fetus quinos: abortu vero etiam quindenos una prodiisse. Chirurgum vult anatomes peritum esse. Sed laudes viri dicemus in Chirurgicis. Coram est editio Argentor. 1532. fol.*

Icones citat DOUGLASSIUS, quæ non sunt in vetere editione, & si essent, non videntur antiquæ esse: nostrarum certe figurarum homines vestes gerunt germanicas. Quare neque figuram anatomicam trium ventrum ad ABU CASEM refero, & reliquas in Argentoratensi editio 1532. fol.* reperiundas, quæ non sunt in editione Veneta 1520. fol.*

§. CVII. *Nuperiores Arabes.*

ALI BEN MOHAMMED ABILPHATH BEN ALDERAIHEM Mosulensis. Animalium utilitates, historiam etiam insectorum, dedit cum eorum proprietatibus &c. In B. *Escurialensi* n. 893.

MOHAMMED ALGAPHEKI, Cordubensis, scripsit, intra sextum Hegiræ seculum, Directorem, de corporis humani anatomia CASIRI n. 830.

Anonymi tr. anatomicus, de totius corporis humani fabrica, temporibus *Philippi* VALESII scriptus Parisiis B. R. P. n. 394.

ABDALLA ABIL PHARAGIUS vulgo EBNO'L THAJEBET. Scripsit de octimestri partu ad HIPPOCRATIS & GALENI mentem, de capillis & calvitie: de siti ejusque causis, de urinis & pulsibus. Codex exstat in Bibl. *Escurialensi*, n. 883.

ABULCASIM AHMET IBN ALERAKZI tract. de humano corpore in B. BODL. n. 2408. arabice.

HAMDALLA ABUBEKER fil. ELCASWINI, circa 750. annum hegiræ f. seculo 14. scripsit *Nuschet-ul-culub* f. delicias cordium. In P. II. agit de homine, ejus variis partibus, facultatibus & anima (*l*).

ABU JUDAS ABU ISAI ASTELAGI Judæus Toletanus de anatomia &c. Ejus codex scriptus est a. 789. *B. Escurial.* n. 868.

ABDALRAHMEN NASSIR BEN ABDALLA, paulo nuperior, scripsit *bah fi asrar al nekah*, f. arcana concubitus & de remediis ad venerem incitantibus, B. R. Paris. I. n. 1091.

HAMED

(l) *B. R. Par.* I. n. 1275.

HAMED MANSUR fil. MOHAMMED ſcripſit *kitab techrih*, ſiv. librum anatomiæ, cum figuris ſatis malis, eumque dicavit MIRZAE PIR filio GEHANGIR nepoti TAMERLANI ſub initia ſeculi VIII. Hegiræ *(m)*.

KEMALEDDIN ABU'L BAKRI MOHAMMED. EBN MUSA EBN ISA AL DAMIRI obiit n. 808. Heg. Scripſit hiſtoriam animalium.

HALY RODOHAM Comm. in lib. *Techni* Papiæ 1501. fol. & alias excuſ.

MOHAMMED BEN IBRAHIM BEN SAAD AL ANSARI ſeculo Hegiræ XI. ſcripſit *aſſai al Riaſſat fi elm al Feraſſat* ſ. phyſiognomiam (*n*).

In ultimo codice (*o*) auctor vocatur MOHAMMED BEN ABU THALEB AL ANSARI ALSOFI, titulus fere idem eſt *Reſſabat fi elm al feraſſat.*

JESU HALI, fil. vel potius ISSA BEN ALI AL CAHHAL ſcripſit *Tadhkerat alcahhalia* de morbis & anatome oculorum, hæc in tractatu I. Fere ut alii Arabes.

CANA MUSALI de BALDACH, corruptum nomen, de iisdem oculorum mulis ſcripſit. Magis medici & chirurgici quam anatomici argumenti. Uterque Venetiis 1499. fol.* una editus eſt, & alias.

§. CVIII. *Aetatis ignotæ.*

MAHUMEDIS filii ALASI Hiſpani *de cognoſcendis venarum pulſibus* codex exſtat in B. R. P. II. n. 1046.

ABUL CASSEM ALI de hominibus proceris *eſmaihu v ſefaten* HERBELOT.

ABU MASSA de memoria & oblivione ſcripſit *ketab heſd u noſſina*; & eodem titulo ABU THAHER HAMMED.

OBEIDALLAH IBN MOHAMMED AL SAMARCANI eſt tract. de *agiaib alcolub* ſ. de corde, arabice in B. BODLEY. n. 3294.

PYRATUS de pulſibus, niſi eſt PHILARETUS, hebraice in B. R. Par. I. n. 903.

KANKAH ſcripſit *ketab almaira* ſive de puerperio HERBELOT.

KOTOB OL ACTAB cognomine MURBASCHAH tr. phyſiognomicus B. BODL. n. 94.

MIR ALISCHIR AL CHANGII tract. phyſiognomicus. Si eſt AL CHANZI Meſves, prioris erit ævi. In B. BODLEY. n. 63. 94.

ABILCASSEM OMAR BEN ALI Muſelenſis de morbis oculorum, cum eorum deſcriptione, compoſitione & anatome. In B. *Eſcurialenſi* n. 889.

ALMAGERITHI ſ. Madritenſis codex, in quo hiſtoria animalium, & generatio &c. In B. *Eſcurial.* n. 895.

§. CIX.

(m) *B. R. Par.* I. n. 151.
(n) HERBELOT. *B. R. Par.* I. n. 962.
(o) n. 963.

§. CIX. *Auctores Anonymi.*

Anonymus in *ſir* (vel *ſebr*) *alojun* anatomen & morbos oculi habet. HERBELOT.

Anonymus cum oculorum morbis eorum anatomen dedit CASIRI n. 871.

Africani auctoris *Ketab Agiaib u Garaib* ſ. de rebus admirandis. Lib. VIII. de animalibus agit & de anatome (*p*).

Lexicon rerum Saracenicarum & Græcarum anatomica etiam continet. Reperitur in Bibl. AMBROSIANA MONTF.

VANSLEBIUS Anonymi fragmentum ad anatomen ſpectans Aleppo adtulit, B. R. P. I. n. 597.

Alia eſt in eadem Bibliotheca diſputatio de corporis humani natura, fabrica & figura n. 318.

In TUFHIT UL MUBARIZI pars prior agit de corpore & anima, elementis & membris &c. Ibid. n. 171.

MIFTAH UL NUR in eadem Bibliotheca, de hominis generatione, & de oculo agit, n. 132.

Nomina partium corporis humani arabica ex AVICENNA collecta Bibl. BODLEY. n. 3931.

Anonymi lib. de medicina, tum *de pulſibus*, *urinis*, *oſſibus*, *muſculis*, *nervis*, *venis*, *arteriis*, *anatomia totius corporis humani deque rebus phyſiologicis* B. *Eſcurial.* n. 867.

Sic *Tohfat albahiat* l. de phyſiognomie.

Liber AL BAHAGIAT AL ENSIAT FIL FERASSAT AL ENSANIAT, de phyſiognomia agit, & opus *Tohfat al Bahiat* illuſtrat B. R. Par. n. 961.

HERMETI tribuunt *Kenz alaſvar v dhekhair alabrar.* In eum librum multi exſtant commentarii SCHEK SUSIHA AL BABELI: THABIT BEN CONAH AL HANANI: & HOSSAIN BEN ISCHAR AL TABANI. HERBELOT.

DHV *fi marefat ma jedell alaiini alſauth v alain* ſ. de bonis & malis vocis viſus qualitatibus. HERBELOT.

De vita animalium arabice Vol. I. Inter libros NARCISSI Archiepiſcopi Dublinenſis n. 1716.

De ſomno quiete motu aliis CASIRI n. 890.

Fragmen-

(p) HERBELOT, p. 813.

Fragmentum *de codice sanguinis* ex doctrina medica Persarum edidit ex codice B. Leidensis STEPHANUS Leid. 1745. 8°.

Persæ habent libros anatomicos cum malis figuris CHARDIN.

§. CX. CHINENSES.

Hos tamquam orientales populos huc repono, etsi neque a nobis Europæis, neque ab Arabibus quidquam videntur didicisse. Ova anatum in furnulo proprio dudum norunt excludere (*q*). Anatomen Sinicam ex *Nuy King* antiquissimo libro, sumtam citavi. Subtilitatem non desideres, quam in sanguinis circulatione, & viis, inque pulsibus horumque figura adhibuerunt. Ea reperias in *Andreæ* CLEYER medicina Sinica, indigesto opere, cujus primus *de pulsibus tractatus ab erudito Europæo* ex eo libro *Nuy King* collectus est.

Succedit de iisdem pulsibus fragmentum, pariter ab erudito Europæo concinnatum, in quo pulsus per loca, morbos aliasque conditiones, ex Sinensium medicina descriptus datur.

Iterum excerpta ex literis eruditi Europæi in China continent encheireses tangendi pulsus, circuitus expressionem, pulsus per morbos, & præsagia inde sumta, iterum ex *Nuy King*; figuras demum pulsuum, causasque.

Denique VANG SCHO HO (*r*) medici, qui sub familia CYN scripsit, ante CHRISTUM natum l. de pulsibus diversarum viarum cordis, hepatis & porro: deinde figuræ pulsuum. De locis pulsuum & ad quemque remediis.

Operi titulus est *medicinæ Sinicæ specimen* Francof. 1682. 4°.

Deinde in E. N. C. Dec. II. ann. IV. app. *Clavis sinica* cum vero nomine *Michaëlis* BOYMII cura COUPLETI redit, quam ad CLEYERUM Siamo Bataviam miserat. Meliori ordine redit hic excerptum quatuor librorum VANG SCHO HO Adparet ibi, Chinenses absque anatome super solas hypotheses humidi radicalis & innati caloris suam artem struxisse: & ne viscerum quidem numerum recte tenere, aut vesicam a renibus rite distinguere; vias imaginarias humorum sibi fingere: numerum pulsuum, in quibus sibi placent, male definire, cum in hora Europæa non supra 562½. respirationes, pulsusque a 2250. ad 2812. numerent, sibique a pulsu rariori præter rem male metuant. Locos cæterum accurate definiunt, & iconibus exprimunt, in quibus in sinistra manu, & in dextra, duobus locis pulsum tangunt. Species etiam hic & præsagia pulsuum reperias, omissis, quæ alia CLEYERUS ediderat.

Exstant etiam in B. R. Par. libri *Nuy King* (*s*) f. Anatomiæ. Eorum 1. impe-

(q) EKBBERG *wetensk. havdl.* 1738. trim 2.
(r) *Du* HALDE T. 3. ubi aliqua ex eo decerpta sunt.
(s) I. n. 30.

imperantibus TAMING (ante præſentem Dynaſtiam). 2. Imperante TIEN KI ex eadem familia. 3. *Chang Kiai pia* iterum imperantibus TAMING ſcriptus.

In T. III. operis J. B. *du* HALDE etiam compendium habet anatomes Chinenſium, viarum ſanguinis, circuitus, qualem, ſed per eadem vaſa, ſibi fingunt, pulſuum, cum eorum indiciis. Auctores non citat.

In B. BODLEY. cod. 2804. 2805. eſt lib. 1. & ejus pars I. mutila, tum 2. 3. libri *Mekue* de pulſuum ſcientia.

Deinde de corporis humani partibus interioribus p. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 19. 20. 21. 22. 23. 24. hi poſteriores libri plus ſemel in B. BODLEY. n. 2795. 2796. 2797. 2798. 2799. 2800. 2801. 2802. & 2803.

In B. R. Par. (*t*) exſtat etiam liber *Me kive* ſ. determinatio pulſûs mutilus equidem; & alter (*u*) TAI SO SU ME KIVE, auctore TAI SU, in quem PE-CI-ANG commentatus eſt, imperante VAN LIE ſub familia TAMING & ſeculo XVI.

Ad HILDANUM etiam liber Chinenſi lingua ſcriptus miſſus fuerat, cum figuris anatomicis (*x*).

CHIN *kieu ce yao* M.S. continet tabulas anatomicas variarum regionum in manu & pede, quæ acu poſſunt conpungi. B. R. Par. n. 58.

TUM *Gin tu king* vel *Tum gin chin kieu tu kim* ejusdem eſt generis, & perinde eas corporis partes iconibus exprimit, ſcriptus ſeculo XI. imperante familia *Sum* (*tſong*). Sic *K. Gin-Cum* B. R. Par. n. 31.

In Japonia QUOTIEY ſcripſit codicem *Micos dakio*, in quo arteriæ & venæ delineatæ ſunt TEN RHYNE *arthrit.* p. 160. 160.

(t) I. n. 60.
(u) n. 32.
(x) *Epiſt. inedit.*

LIBER

LIBER III.

ARABISTÆ.

§. CXI.

CONSTANTINUS AFRICANUS, qui decimo feculo in Caffinenfi Cœnobio obiit, primus Europæorum, qui Arabum doctrinam in Occidentem retulit: inter fua recenfet libellum *de ftomacho*, cum ejus vifceris aliqua defcriptione; Porro brevem *de urinis* libellum, quem codices M.S. ajunt ex ISAACI l. arabico verfum effe, B. R. Parif. n. 6884. Ejus funt codices in B. *Mertonienfi* n. 686. ASHMOL. n. 7745. CAJ. GONVIL. n. 962. 976. BODL. n. 1252.

Lib. *de coitu*, quem alibi *de fpermate* video vocari. Solos Græcos citat & GALENUM defcribit.

M.S. codex eft in B. R. Par. n. 6884. & 6988. & in ASHMOLIENSI n. 7529. CAJ. GONVIL. n. 976.

EJUSD. *de animæ & fpiritus difcrimine*. Aliqua hic cerebri & ejus ventriculorum & nervorum defcriptio. Græcos iterum folos citat, fed intercedunt voces arabicæ non converfæ. Hypothefes cæterum hic habet, ex veterum more.

Sic *de oculo* B. *S. Mar. Magd.* n. 2314.

EJUSD. Lib. *de humana natura & principalibus membris corporis humani* reperitur in editione operum Bafil. 1541. fol. non in mea 1536. fol. 1539. fol. f. *oper. Med. hact. defid.* B. B.

Aliqua in CONSTANTINO laudat PORTALIUS; villofam inteftinorum tunicam: Uvulam alimenta ad œfophagum dirigere. Afperæ arteriæ anulos poftice truncatos effe. Sed ea & veteres habent.

Gloffa in GALENI anatomen eft in B. R. Lond. p. 203.

§. CXII. *Crepufcula Medicinæ.*

Huic tamen viro Medicina multum debet, vel *ob fcholam Salernitanam* (y), in

(y) A. 1010. rudimenta Salerni exftant. Circa a. 1060. fchola publicata eft MAZZA *hiftoria falernitana.*

in quam plurima ejus merita ſunt, quæ etiam ipſa antiquiſſimos auctores hebræos & græcos habuit (z).

Hæc conamina renaſcentis artis hactenus FRIDERICUS II. imperator, magnus bonarum artium patronus, ita adjuvit, ut lege ſanciret, ne quis ad medendum manu admitteretur, niſi anatomen didiciſſet. Sanxit præterea, MARTIANO puto medico ſuadente, ut certe in Sicilia omni quinquennio corpus humanum diſſecaretur, utque ad eam ſolennem anatomen ex univerſo regno medici & chirurgi convocarentur. Ita occurſum eſt hactenus barbare legi PONTIFICIS BONIFACII, qua anatome proſcripta fuit, cum ſoli clerici medicinam exercerent, quibus putabatur anatome dedecori fore (a). Ex ea tamen lege etiam anno 1571. poſt EUSTACHIUM *Nicolao* BUCCELLO anatome fuit interdictum. Sed etiam ALEXANDRI BENEDICTI ævo anatomes ſtudioſus torturæ periculum ſubiit, cum oſſa aliqua humana in ejus ſcriniis reperta pro ſanctorum reliquiis haberentur (b).

In Academia Bononienſi, quæ ejus principis favore coaluit, OTTUS AGERIUS LUSTRULANUS, & ARMUNDUS GUASCO Medicinam docuerunt, & is quem noviſſimum diximus, anatomen primus aperuit (c).

Rex Siciliarum ROBERTUS, de Normannica ſtirpe, NICOLAUM RUBERTUM *de Regio* juſſit ARISTOTELEM & GALENUM latine reddere, quo factum eſt, ut medicis Italis antiqui artis fontes recluderentur (d).

§. CXIII. FRIDERICUS II. IMPERATOR.

Ejus reliqua *de arte venandi cum avibus* cum MANFREDI R. adnotationibus Auguſtæ Vindelicorum 1596. 8°.* cura *Joachimi* CAMERARII prodierunt. Omitto quæ ad accipitrinam artem pertinent; ſed multa admiſta ſunt anatomica. Glandulæ duæ, quæ linimentum ſecernunt. Viſcera. Gruum aſpera arteria bis inflexa. Ventriculi nonnullarum avium carnoſi, in rapacibus nervoſi. Vitæ longitudo, reliqua.

Michaëlis SCOTI FRIDERICI II. coævi *liber phyſionomiæ*. Perantiquam ſeculi XV. editionem coram habeo. Pleraque pertinent ad generationem, conceptum, graviditatem. Deinde temperamenta: denique ſigna phyſiognomica ex quaque corporis parte deſumta. Plena omnia ſubtilitatis & ſuperſtitionis. Prodiit etiam Pariſiis 1526. 8°. An noſtra editio fuerit Biſuntina 1487. 4°. MAITT. Italice prodiit Venegia 1537. 8°. D'ETR.

EJUSD. *de ſecretis naturæ opuſculum* paſſim cum Alberti M. lib. *de ſecretis mulierum*

(z) R. ELINUM & ATALA ſaracenum MAZZA.
(a) P. CASTELL. *de peſte* p. 23. ROLFINK *diſſ. anat.* p. 187.
(b) *Anat.* V. c. 23.
(c) *Joſ.* GUILIELMIN. *in orat. hab.* a. 1735.
(d) G. de CAULIAC. *præf.* GIANNONE *hiſtoir.* L. XXII. p. 267.

mulierum prodiit Amstelodami 1669. 12°. 1740. 12°. Argentorati 1615. &c. & Gallice vertente *Nicolao* VOLLAYR Paris. 1590. 16°. B. EXOT.

Vertit l. ARISTOTELEM de animalibus in B. *Oxon. Cantabr.*

Inter *versiculos Salernitanos* plusculi sunt anatomici & physiologici argumenti, ut de numero dentium.

In THOMÆ *de* AQUINO numerosis operibus sunt etiam ll. *de occultorum naturæ effectuum, & propriis cordi causas declarantes, studentibus physice maxime necessarii* Lipzik 1495. & 1499. 4°. MAZUCHELLI, cujus codex exstat in Bibl. *Medicea* Plut. 84.

§. CXIV. ÆGIDIUS.

Petrus ÆGIDIUS aut ÆGIDIUS *Corboliensis*, monachus & PHILIPPI AUGUSTI medicus (*e*), Salernitanæ scholæ discipulus, sub seculi XII. finem *de urinis & de pulsibus* carmina scripsit, passim excusa Venet. 1499. Lugd. 1505. 12°. GUNZ. 1515. 8°. 1526. 8°. Basileæ 1529.

Codices *de urinis* exstant in B. R. *Lond.* (*f*); in *Coll. Novi Oxon. Biblioth.* n. 1134. (cum GILBERTI ANGL. commentario): in BODLEYANA n. 1013. 1043. 1252. 2072. in LAUDIANA n. 1043. b. in Regia CASHLEY p. 207. in B. *Hans* SLOANE n. 8991. *Mertonensi* n. 687. 688. 755. B. *Norfolkiensi* n. 3088. B. *Cathedr. Wigorniensi* n. 760. B. *Caroli* THEYER n. 6565. & ut puto in Bibl. NORFOLK. n. 3107. In B. R. BURSCOUGH n. 7671. B. E. TYSON. n. 4159. cum comm. anonymi, in LL. FRANC. BERNARD. n. 9633. In *Catal. Coll. Oxon.* & S. *Trinit. Cantabr.* n. 396. in B. R. Par. (*g*); in B. *Corp. Christi Oxonii.* Pleniorem codicem possidebat DAUMIUS. Anglicus commentarius est in B. H. SLOANE n. 8941.

Sic carmen de pulsibus exstat M.S. in B. R. *Londin.* (*h*), BODLEYANA, n. 1043. 1252. *Mertonensi* n. 688. B. *Norfolk.* n. 3088. Bibl. D. *Petri* n. 1872. B. *Cathedr. Wigorn.* n. 760. B. C. *Car.* THEYER n. 6565. B. R. *Par.* n. 6882. A. & in *Paulina Lipsiensi*, & pulchrum exemplum inter codd. ASHMOLIANOS n. 7745. Non illepidi cæterum sunt versiculi, ut ea ætas ferebat.

In libellum de urinis commentatus est GENTILIS *de* FULGINO, & AVENANTIUS *de* CAMERINO, cujus codex in *Coll.* D. PETRI *Cantabr.* n. 1874.

Semejotici potissimum argumenti esse opinor, neque enim vidi. Reliquos libros ei viro tributos Cl. WITHOF ut spurios repudiat.

(e) ASTRUC *hist. de Montpel.* NAUDE' *panegyr.*
(f) CASHLEY p. 206. 207. cum commentario.
(g) N. 8160. cum glossis n. 6988.
(h) CASHLEY.

§. CXV. Trotula.

Trotula in ipſo libello dicitur femina medica fuiſſe, quæ recte adgnito morbo puellam flatubus uterinis laborantem (*i*) ſanaverit. Erotis nomen Juliæ L. audaces & mendaces editores præfixerunt. Manifeſto enim feminarum Salernitanarum mores citantur, & Magister (*k*) Geraldus, qui ſpecillis uſus ſit, duodecimo ſeculo inventis, & Theodoricus, qui, ſi fuerit non incelebris ille chirurgus, noſtrum opuſculum etiam ſerioris ævi fuerit. Feminam etiam medicam ſaracenam citat (*l*). Cum Trotulæ nomine prodiit *Experimentarius Medicinæ continens* Trotulæ *curandarum ægritudinum muliebrum ante inde poſt partum* Argentorati 1544. fol. 1543. Zocha. Venetiis 1555. 8°.*. Cum Erotis nomine in Gynæciorum collectione Baſil. 1566. 4°.* & in ſecunda 1586. 4°.* tum in tertia. Codex M.S. in Bibl. Bodl. n. 3541. & l. de paſſionibus mulierum in Ashmoliana eſt n. 7769. & in Bibl. Roberti Burscough n. 7684. & *Colleg. nov.* n. 1135. & *Mertonienſi Oxon.* n. 697.

Pauca anatomici ſunt argumenti, de ſignis impraegnationis, ſitu fetus in utero.

Exſtat cum Cleopatræ nomine in *Gynæciorum collectionibus* de morbis mulierum l. cujus & M.S. codices ſunt in Bibl. R. *Par.* n. 6988. 7106. 7066. & 7656. & in B. *Medic. Plut.* 73. ubi quatuor libri citantur.

Tum Theodotæ l. *geneſiæ* ad ſorores, in eadem *Bibliotheca*. Nihil quidquam habent anatomici argumenti.

Trotulæ minoris codex eſt in B. Caji Gonvil. n. 963. & in B. Bodleyana.

§. CXVI. Rogerius Baco. Varii.

Inter Rogerii libellos eſt l. *de arte memorativa*, qui hactenus huc pertinet. Tanner.

De viſu & ſpeculis in B. R. *Lond.* p. 136. *de ſomno & vigilia* in B. Bodl. n. 1791.

Rolandus, hujus 13. ævi fere medii auctor, chirurgiam ſcripſit, barbaro ut eo ſeculo fieri ſolebat ſtilo. Cujusque corporis hum. partis morbis anatomicam deſcriptionem præmittit, ſed breviſſimam.

Thaddæus Florentinus vergente eo ſeculo vixit. Ejus exſtant in Galeni *microtechnen* commentarii Neapoli 1522. fol. B. B. a *Thoma Dionyſio* Polio editi. Anatome eſt ex Arabibus. Ejusdem in Johannitii *iſagogen* Venet. 1527. fol.

Guilielmi de Saliceto, Placentini, Veronenſis Profeſſoris, liber IV. anatomes compendium continet, cum phyſiologia, qualem ea ætas ferebat.

Exſtat

(i) p. 490. (k) p. 525. (l) p. 515.

Exſtat in collectione chirurgica Venet. 1490. fol. 1546. fol.* & alias. Obiit anno 1277.

RICHARDI ANGLICI tract. *de anatomia* eſt in B. R. *Pariſ.* n. 6988. 7656. *Compendium medicinæ* in B. BODLEYAN. Ejus *de urinis* lib. eſt in CAJ. GONV. n. 959. & *Coll. nov. Oxon.* & l. *de pulſibus* ibid.

RICHARDI SALERNITANI *de anatomia* fragm. in B. BODL. n. 3541.

GUALTHER BIBELESWORTH monachus ſcripſit gallice tr. *de infantium generatione, partu & nutritione.* Vixit imperante EDUARDO I. TANNER.

LANFRANCUS GUILIELMI *de* SALICETO diſcipulus, de quo alias dicemus, medicus Mediolanenſis, ſub finem ſeculi XIII. Lutetiam venit. Cujusque partis corporis humani, ut de ejus malis agit, addit anatomen. Videtur habuiſſe ſuas icones calvariæ p. 217. b. quæ vero in mea ſunt editione, eæ quidem ſunt VESALII. De corruptione etiam, & formatione embryonis agit &c. In parotide ſemen generari. Dari & viros, qui poſt teſticulos habent additamenta quædam lateralia, & inter ea quaſi vulvam, per quam urina exeat. Cum G. *de* SALICETO prodiit Venet. 1546. fol.*.

Tribuitur ei tr. *de impregnatione mulierum* (*m*).

COPHON anatomen porci ſcripſit eo, ut putatur, ævo. Vixit certe ante GILBERTUM ANGLICUM, a quo citatur: & videtur tamen in eo animale ſe exercuiſſe, de quo agit. M.S. codex eſt anglicus B. E. TYSON. n. 4161. De prelo prodiit Venet. 1502. fol.* & cum DRYANDRI anatome Marburg. 1537. 4°.*. Abdominis & pectoris viſcera breviſſime tradit. Pulmones per arundinem inflare jubet.

§. CXVII. ALBERTUS. ALII.

ALBERTUS MAGNUS, Polygraphus, paſſim anatomen & phyſiologiam adtigit, ex libris doctus.

Lib. *de ſecretis mulierum* pars prior tota pertinet ad generationis negotium, cujus hominem cœlibem oportebat eſſe quam ignariſſimum. Multum aſtrologiæ admiſcuit. Coram eſt antiquiſſima editio cum commentario 4. forma, anno non expreſſo, ſed omnino ſeculi XV. forte Aug. Vindelic. 1489. 4°. Alterius eſſe auctoris ſecundum nonnullos diximus (*n*). Germanice vertit *Hier.* BRAND. Noviter elaboratus l. recuſus eſt Nürnberg 1768. 8°.

In *libris de animalibus* XXVI. tres libri multa anatomica continent. Monſtra etiam (*o*) collegit, ut puellam absque mamma. Prodierunt Romæ 1478. fol. BURC. MAITT. Mantuæ 1479. fol. ID. & BURC. TREW. Venet. 1495. fol. HAENEL. & ibid. 1497. fol. 1519. fol. HAENEL. Paſſim video aliqua minime contemnenda continere. In Germanicam etiam linguam converſi ſunt a G. H. RYFF,

(m) In *B. Reg. Par.* n. 6957.
(n) In *Bibl. Botan.* T. I. p.
(o) GESNER *Biblioth.*

H. Ryff, Francofurti 1545. fol. libri 16. Codex exſtat cum titulo „L. XX. ſunt Aristotelis, ſex alios addidit Albertus„ in B. Medic. Plut.73. tum alius codex in *Coll. Merton.* n. 753. *Coll.* Caj. Gonv. n. 951. absque numero librorum, & in D. S. Petri *Cantabrig.* n. 1867. Libri 26. in *Coll.* Sidney Sussex *Cantabrig.*

Ejus *de nutrimento & nutribili* l. prodiit Venet. 1517. 4°. & una *de Memoria & intellectu*; tum *de ſenſu & ſenſato*, & *de motu animalium* commentarius in B. D. Petri *Cantabrig.* n. 1877.

Ejus *de homine* l. Venet. 1498. fol. Trew.

Ejus *de monſtroſis hominibus* Caj. Gonv. n. 951.

Ejus *de anatomia humani corporis* ibid.

Ejus *de augenda memoria omnibus ingeniis* Bonon. 1491. fol.

Exſtant ejus libelli *de nutrimento*, *de ſenſu & ſenſato*, *de memoria & reminiſcentia*: *de intellectu & intelligibili*, *de ſomno & vigilia*, *de ſpiritu & reſpiratione*, *de motibus animalium*, *de juventute & ſenectute*, *morte & vita*, qui in Aristotelem videntur commentarii. Codd. ſunt in Bodley. n. 1320. *Coll.* Cajo Gonv. *Cantabrig.* n. 985. in D. S. Petri *Cantabrigienſi*, in B. R. *Pariſ.* n. 6527. in Ambrosiana & Medicea Plut. 83. & in B. *Hans* Sloane n. 8954. anglice, in Bodleyana n. 1911. ubi etiam Cod. eſt *de portentis*. *De ſenſu*, *ſenſato*, *memoria & reminiſcentia* Codd. in *Coll. nov. Oxon.* n. 1193. Opera in 19. libris in Caji B. & Gonv. n. 952.

Joh. XX. Pontificis maximi *de hominis formatione* tr. in B. Caji Gonv. *Cantabrigiæ.*

Ejus *gloſſæ de puerorum natura in B. Pat. Canon. Later.* Ej. l. *de oculis* Caji Gonv. n. 966.

Bernardi Sylvestris l. *de macrocoſmo & microcoſmo* verſibus elegiacis reperitur apud Bernardi *anonymum* p. 73. Conf. p. 111.

Vincentius *de Beauvais* ſ. *Bellovacenſis* in *ſpeculo doctrinali.* Græcos compilat & Arabes. Editionem cito Venet. 1595. fol.* L. 16. eſt de avibus, L. 17. de piſcibus, L. 18. de animalibus, L. 19. de beſtiis, L. 20. de reptilibus, L. 21. de natura animalium, L. 22. de ſuccis animalium, ut lacte, L. 28. de homine & corporis humani partibus, L. 31. de generatione hominis agit.

§. CXVIII. P. de Apono.

Petrus *de* Apono, Profeſſor Medicinæ, Patavii deinde Tarviſii, ubi per medicam praxin divitias nactus conſenuit.

Ejus *conciliator controverſiarum, quæ inter philoſophos & medicos verſantur* prodiit Venet. 1496. fol. Riv. 1548. fol.* & alias. Legerat antiquos, & Galenum dili-

diligenter, potissimum tamen Arabes. Magna pars operis pertinet ad physiologica. Solet doctorem aliquem, & sæpe quidem ARISTOTELEM, receptæ sententiæ opponere, tunc producere utriusque rationes, suasque, & de lite definire. Verum auctoritatibus hic potius quam experimentis ex ipsa natura petitis pugnat. De futuris tamen, quarum mirificas figuras producit, suam sententiam ex inspectis craniis fert, & exemplum adducit, in quo viderit, ex uno puncto tres futuras discedere. In editionibus antiquis lego ad *differentiam* 199. reperiri figuras musculorum abdominis, quæ in mea desunt.

§. CXIX. Alii Scriptores Sec. XIV.

VITELLIO, qui se dicit Thuringa Polonum, & librum suum dicat fratri *Guilhermo de* MORBEKA pœnitentiario, vixit seculo XIV. cum ea fuerit PETRI *de* MORBECA ætas: non adeo seculo nono vixit, ut in dedicatione scribit *Georgius* TANNSTELLER, cum in ALHAZENII theoremata commentatus sit, qui circa annum vixit 1274. Liber tertius *perspectivorum* huc facit, in quo oculum describit & rationem videndi. Lentem crystallinam habet pro organo visus, & conum visorium admittit. Omnino legi meretur. Prodiit Noribergæ 1535. fol. B. B. Basil. 1572. fol.* & alias.

BERNARDUS GORDON, Scotus, scripsit anno 1312. *Lilium medicinæ*, cum Monspelii degeret, editum Lugduni 1474. 8°. Ferrar. 1486. fol. Venet. 1496. 4°. MAITT. Lugduni 1550. 8°.* Francofurti 1617. 8°.*.

Gallice etiam prodiit *fleur de Lys en Médecine*, versum anno 1377. Lyon 1495. fol. MAITT. Codex M.S. exstabat apud GUNZIUM. De fabrica partium brevissime agit, quarum morbos describit.

Scripsit porro *de urinis & pulsibus* libellum, seorsim editum, absque loco & anno 8. & Ferrariæ 1486. fol. MAITT. inque editione Lugdunensi Lilii 1550. 8°.*. In isto libello mechanismum pulsus cordisque motum ex scholarum sententia describit. Codex exstat *de urinis & pulsibus & anatomia* in Coll. J. BAPT. *Oxon.* n. 1747. *De urinis* in B. *Hans* SLOANE n. 8859. & F. BERNARDI n. 3682.

HENRICUS *ab* HERMONDAVILLA medicus, cujus scripta passim in bibliothecis M.S. latent, ut in B. CAJ. GONV. n. 972. in *Bibl. Reg. Paris.* & anglice in B. E. TYSON. n. 4161. Anatomen demonstrabat in tredecim figuris.

TRUSIANUS plusquam commentator claruit circa 1300. CHAMPER.

EJUS est, TURRISANI *de* TURRISANIS, veriori nomine dicti, *plusquam commentum* in GALENI *artem parvam*, & *quæstiones de hypostasi*, quod prodiit Bonon. 1489. TREW. Venet. 1514. fol. 1517. fol. B. B. Fusum volumen, ex Arabibus compilatum, Monachi Carthusiani.

J. de PARIS, Monachus, hujus est seculi. Ejus l. *complexionum s. temperamentorum* est in B. R. Paris. n. 7125.

In VITALIS *de* FURNO opere Argentorati 1531. folio* excuso, quod verum est lexicon, etiam partes humani corporis recensentur.

DINUS *de* GARBO super IV. fen. L. I. AVICENNÆ commentarios dedit Venet. 1514. fol. Ejus *reflectiones* in HIPPOCRATIS lib. *de natura fetus* prodierunt Venetiis 1502. fol.*

In *summa* a *Thoma* GARBO DINI filio edita exstat *Francisci de* ZANELLIS Bononiensis tractatus *de animatione seminis*. Ea summa prodiit Venet. 1521. fol. Lyon 1529. fol. & alias: & in eam FRANCISCUM *Johannis de* PENNA *reprobationes* dedit LIND.

§. CXX. MUNDINUS.

Ex gente DEI LUZZI, idem qui de LENTIIS dictus est inter botanicos (p) primam anatomen humanam Bononiæ administravit (q). Tres feminas incidit, duas anno 1315. unam anno 1306. Obiit anno 1318. ORL. Librum idem scripsit, quo aliqua pars anatomes continetur. Cum ex cadaverum humanorum sectione natus fuisset, tanta ei libro fuit auctoritas, ut passim in Italia legibus sanctum sit (r), ne in alium librum Medici de anatome prælegerent. Quare numerosæ fuerunt Anatomiæ MUNDINI editiones. Coram est Lugd. 1551. 12°.*. Habeo & minuta forma editam 1527. 24°.*. Alias editiones habet *Jacobus* DOUGLASS Papiæ 1478. fol. ORL. Bonon. 1482. fol. *Andrea* MORSIANO emendante, cui video addi aliam ibid. 1484. 4°. cura *Hieronymi de* MAFFEIS excussam HEISTER. Aliam porro Venetam 1494. fol. MEAD. 1498. fol. MOEHS. hæc cum malis figuris, 1500. fol. 1507. fol. ORL. Argentor. 1509. ORL. 1513. GUNZ. Papiæ 1512. 4°. Lugduni 1525. 8°. Venetiis 1638. 12°. GUNZ. Rostock. 1514. in catal. Venet. 1538. 12°. THOM. Lugdun. 1528. 8°. 1529. ORL.

Italice Venet. 1508. 8°. MUNDINUM etiam *Martinus* POLLICH *de* MELLERSTATT Lipsiæ absque anni expressione edidit, satis ruditer. Editionem, quam J. DRYANDER dedit Marburg. 1541. 4°.* suo tempore dicemus; tum quas J. BERENGARIUS, & M. CURTIUS curaverunt.

Codex exstat in B. R. Paris. n. 6967.

Describit musculos abdominis, & hactenus viscera imi ventris, & medii & supremi, breviter neque tamen absque physiologia. Intestini coli cellulas habet, neque male describit cæcum intestinum. Hepar, etsi lobos quinque ex scholarum sententia facit, satis sensit, in homine non ita manifesto dividi. In testibus muliebribus carnosas glandulas vidit. Diversitatem vasorum epigastricorum inter uterum & mammas communium, quæ sunt in muliere, ab iisdem in animalibus vasis, ex porca definivit, septem tamen uteri cellulas retinet.

Exstat

(p) Conf. ORLAND. *script. Bologn.* & lege *B. Botan.* T. I. p. 229.
(q) COCCHI *disc. Tosc.* p. 57.
(r) Patavii 1595.

Exstat etiam ejus M.S. cod. *de pulsibus*, & dicitur in *artem Medicinalem* GALENI scripsisse.

Bononiæ anatome hactenus floruit, ut quotannis aliqui canes dissecarentur (*s*).

§. CXXI. *J. de* GADDESDEN. ALII.

In *Rosa* illa *Anglica*, quam CAULIACUS fatuam vocat, aliqua capita argumenti sunt anatomici, ut de anatomia oculorum, aurium, narium Venetiis 1506. fol.*. Compendium operis exstat inter libros H. SLOANE n. 8966.

GENTILIS *de* FULGINEO *reprobationem* dedit *aliquorum dictorum* MUNDINI. Ex Arabibus monet, nervos ventriculi, & recurrentes, nasci ex pare octavo. Nervos cervicales inter duas quasque vertebras de columna spinali prodire, non per vertebræ foramen &c. Cum MUNDINO MELLERSTADII prodierunt.

In *collectione operum*, quæ Venetiis apud OCTAVIANUM SCOTUM absque anni indicio excusa est, multa sunt argumenti anatomici aut physiologici, ut quæstio 56. de calore in juvene puero. Q. 61. num sperma femininum habeat vim activam. Tractatus de fame & siti. Tract. de temporibus partus. Tractatus de corde & ejus motu, ventriculis. Ex genio seculi omnia.

Codex expositionis in ÆGIDIUM *de pulsibus* dicitur in Eclogis Oxonio Cantabr.

MAGISTER ALDOBRANDINUS circa anno 1310. scripsit de quatuor partibus corporis humani. *Biblioth.* MEDIC. Plut. 73. MAURUS Salernitanus *de urinis* in B. *Cath. Wigorn.* n. 896. B. FRANC. BERN. n. 3654. *Coll. S. Trinit. Cant.* n. 396. B. R. P. n. 6964.

§. CXXII. ARNALDUS *de* VILLANOVA.

His barbaris temporibus etiam hoc fuit vitium, ut quisque medicus de omnibus artis partibus scriberet, iis etiam, quarum nulla ei poterat esse peritia. Ita noster chemicus, astrologus, theologus & medicus in *speculo* medicinæ anatomes compendium dedit. Libellum etiam de *humido radicali* habet, cujus codex est in B. R. Par. n. 6949. Alium *de coitu*. Hæc in editione Lugduni 1532. fol.* prodierunt.

Codex *de pulsibus*, *de urinis*, *de chiromantia* est in *Colleg. nov. Oxon.* n. 1126. *De pulsu* in *Paulina Lipsiensi*. *De pulsu*, *de urinis*, *de temperamentis simplicibus* in B. ASHMOL. n. 7775.

Philippi VALESII ævo anonymus tractatum Parisiis scripsit anatomicum & chirurgicum, cujus codex est in B. R. Parif. I. n. 394.

(*s*) ALDROVAND. *Ornithol.* II. p. 490.

§. CXXIII. *Guilielmus de* CAULIACO.

Pontificis chirurgus & capellanus, celeberrimi operis chirurgici auctor, quod diu classici auctoris locum in Gallia tenuit. Tractatu primo anatomen tradit. Aliqua certe in ossibus vidit, ut etiam *Guilielmum de* SALICETO, LANFRANCUM & *Henricum de* HERMONDAVILLA corripiat, qui acromion pro osse peculiari habuerant &c. Sic in malleolo eos corrigit, & alias. MUNDINUM citat. Scripsit anno 1363. ipso teste AUCTORE.

Fr. Henrici DANIEL tract. *de urinis* scriptus anno 1404. inter ASHMOLIANOS codices est n. 7763. & anglice, vertente ex latino auctore, in Bibl. BODL. n. 3605.

§. CXXIV. *Bartholomæus de* GLANVILLE.

Ex comitibus de *Suffolk*. In opere de *proprietatibus rerum* sæpissime excuso, & cujus plurimos codices alibi citavimus, libri IV. pars occupatur in humoribus. Liber V. totus est anatomici argumenti, neque breve compendium. Conpilat Arabes & Græcos, & plurimum utitur CONSTANTINO & Arabibus. Unicam editionem cito, quæ coram est Norimberg. 1483. folio *.

Alius est liber *de natura rerum* XIX. in libros divisus, seculi XIII. quem nunc video a BARTHOLOMÆO diversum esse, & cujus liber I. de anatome, L. III. de hominibus monstrosis agit. Exstat in B. Reg. *Londin.* n. 209.

The knowing of Urines script. anno 1393. Inter codices ASHMOLIANOS n. 7688.

§. CXXV. NICOLUS.

Nicolaus NICCOLUS exeunte etiam seculo XIV. vixit, non contemnendus auctor, sed prolixissimus. EJUS *sermones medicinales septem* prodierunt Venetiis 1491. fol.* 1500. fol. 4. Vol. MAITT. 1507. fol. 1515. 1533. fol. MAITT. ut quisque sermo fere suum volumen impleat.

Sermo III. agit de dispositionibus oculorum, nervorum & organorum sensoriorum, de anatomia capitis.

Sermo IV. de gutture, corde, pulmone &c.

Sermo V. de dispositionibus hepatis, fellis, splenis & vesicæ, œsophagi & stomachi, de appetitu.

Sermo VI. de membris generationis, testibus & utero.

Sermo VII. de chirurgia & anatomia membrorum exteriorum, ossium, musculorum, oculorum, nasi, aurium, epiglottidis &c.

Arabes compilavit, neque suum experimentum interposuit.

Codex M.S. sermonis III. n. 6984. sermonis IV. & V. n. 6985. V. VI. exstat in B. R. *Par.* n. 6986. Sermonis VII. n. 6987. *De generatione* F. BERNARD. n. 3655.

IDEM *expositionem & Quæstiones* ad l. *Tegni* GALENI dedit Venet. 1519. fol. BOEHMER & alias excusas.

Bernardus CHAUSSADE Regum Galliæ medicus tractatum scripsit *de generatione & conceptione præcipue filiorum*, cujus codex est in Bibl. Reg. Parisina n. 7064.

§. CXXVI. VARII.

Antonii GUAGNIER opera Papiæ 1497. fol. B. B. Venet. 1497. fol. Aliqua habet de generatione, de graviditate. Intercedunt ridiculæ fabellæ.

Clemens CLEMENTINUS in L. I. Basil. 1535. fol. habet aliqua anatomica s. physiologica.

Circa hæc tempora *Petrus* RANZANUS anno 1442. in M S. annalibus mundi scripsit de Bojanis nasi reparatoribus.

ROLANDUS Medicus J. DUCIS BEDFORDIÆ, qui Galliam pro HENRICO VI. rexit, reductorium physiologiæ 5. libris scripsit, cujus codex est in B. R. Lond. p. 215.

MASUR *of the influence of the Planets on human bodies* anno 1414. script. Codex ASHMOLIANUS n. 7701. Annon ABU MASAR.

De generatione, nativitate, arte domandi, custodia, pulchritudine, morbis & medicinis equorum codex est anni 1427. In ASHMOL. n. 7522.

Jacobus de FORLIVIO *Expositionem* dedit in AVICENNÆ *aureum de generatione Embrii capitulum* Venet. 1502. fol. 1512. fol. 1518. fol. *

EJUSDEM est *expositio* in AVICENNÆ canonem cum quæstionibus, & *Jacobi de* PARTIBUS regimine, Papiæ 1500. fol. TREW. 1512. fol. Venetiis 1541. fol.

EJUSDEM *est Commentarius in l. artis* GALENI *cum quæstionibus* 91. Venet. 1491. fol. TREW. in I. 3. Papiæ 1501. fol. TREW. 1514. fol. Venet. 1508. fol. 1547. fol. LIND. In edit. Veneta est antiqua translatio cum commentariis HALY RODOAM, tum nova versio cum expositione *Jacobi* FOROLIVIENSIS. EJUSD. positio supra 3. *microtechni.* Quæstiones super l. Microtechni: Additæ novissimæ LAURENTIANI & LEONICENI conversiones Venet. 1520. fol. B. B. Hujus JACOBI plurimæ sunt quæstiones physiologici argumenti.

Hugo BENTIUS s. *de* BENZIIS in tres libros *microtechni* GALENI *luculentissimam expositionem* dedit Venet. 1496. fol. HORST. 1498. fol. TREW. 1516. fol. 1523. fol. B. MAZ. Papiæ 1518. TREW. & in I. fen L. I. AVICENNÆ *expositio-*

 nem

nem una excufam, & in IV. Fen. L. I. cum adnotationibus JACOBI *de* PARTIBUS Canonici, CAROLI VII. medici, Venet. 1517. folio, TREW. 1523. fol.

Joh. MARLIANI quæftio de caliditate corporis humani tempore hiemis & ætatis, Norimberg. 1501. fol. LIND.

L. *de homine & confervatione fanitatis Italice* Bonon. 1474. fol. de BURC.

J. Matthæus de GRADIBUS in *Practica prima & fecunda* f. *commentario in IX. Almanzoris* Papiæ 1497. fol. & alias. Anatomen organorum fenfus & vifcerum tradit DOUGLASS.

Leonardus BERTAPALIA in l. *de apoftomatibus vulneribus, ulceribus &c.* Venet. 1546. fol.* aliqua admifcet anatomica. Anno 1439. & 1440. factas duas cadaverum humanorum diffectiones citat.

Bapt. FIERÆ *in artem medicinalem* GALENI comment. & *de virtute movente pulfum* Mantuæ 1515. fol.

Petri de MONTAGNANA *de urinæ judiciis* Paduæ 1487. 4°. GUNZ.

J. de CONCOREGIO *de difpofitionibus capitis, cordis, pectoris, hepatis, fplenis agit in Practica nova medic.* Anatomen a capite ad calcem ex Arabibus collegit. Prodiit Papiæ 1509. fol. B. B. Venetiis 1478. 1515. 1521. fol. 1587. 8°.

Petri de ALVERNIA commentarius in ARISTOTELIS lib. *de motibus animalium, longitudine & brevitate vitæ, juventute & fenectute, refpiratione, vita & morte* Venet. 1507. fol. Conf. p. 44.

Bartholomæi de MONTAGNANA *de urinis* Cod. CAJ. GONV. *Cantab.* n. 973. Bibl. NORFOLK. n. 3184.

Michaelis SAVANAROLÆ *de pulfibus, urinis & egeftionibus* Venet. 1552. fol. 1562. fol. Lyon 1560. 8°. Scripfiffe etiam lego *de phyfiognomia*, quem libellum *Theodorus* GAZA græce reddiderit. SCARDEONIUS.

Guidonis de CAVALCANTIBUS *de natura & motu amoris venerei*, cum enarratione *Dini de* GARBO Venet. 1498. fol. LIND. Refer ad DINUM p. 146.

MATTHEOLI Perufini (PARISANI MAITT.) *artis memoriæ de præceptis artificialibus & regulis medicinalibus ad augendam memoriam tractatus* 1470. Bibl. DRESD. Argentor. 1498. 4°. Codex eft in B. JACOBEA *Londin.* n. 8515. Multa etiam alia fcripfit B. DRESD. *Matthæus de* VERMIS *de arte memorandi* dicitur in B. BODLEY. n. 6564. idem ut puto.

Petri de MONTIS opus *de dignofcendis hominibus* f. libri fex *de hominum natura & cognitione interprete ex Hifpanico* G. AYORA Cordubenfi Mediolani 1492. fol. BURC.

Le compoft & calendrier des Bergers. — Avec la phyfiognomie Paris 1497. fol. BURC.

Artifella

Articella collectio est variorum librorum, quæ Venetiis 1493. fol. 1500. fol. TREW. & alias prodiit. In ea continetur JOHANNITIUS & alia.

Angelus THYPHERNAS *de generatione hominis* Bononiæ 1488. 4°. PORTAL. Absurdum lego opus esse.

Ægidius ROMANUS Cardinalis *de corporis humani formatione* Venet. 1523. Rimini 1626. 4°. PORTAL. Pro epigenesi. Posse absque viro concipi.

Antiochus TIBERTUS Cesenas, *Chiromantiæ* L. III. scripsit Bononiæ 1494. quos DRYANDER edidit Mogunt. 1538. 8°. B. B. 1541. 8°.* cum iconibus plicarum, quæ sunt in manubus, & ex quibus signa desumuntur. Liber scriptus est anno 1494. Demonstrare vult dari chiromantiam. Lineæ planetis subjectæ, & earum vanissimæ icunculæ. Ad finem acc. icones majores manuum cum collibus planetariis & lineis. Præsagia non ad medicinam solam, sed ad fortunæ dona spectant.

Antonius ZENON, Venetus, *de natura humana & de embryone* librum scripsit Venet. 1491. 4°. DOUGLASS.

BENEVENUTUS GRASSUS *de oculis eorumque ægritudinibus & vitiis* Venet. 1500. 4°. M.S. Codex F. BERN. n. 3650.

§. CXXVII. MARSILIUS FICINUS.

Vir magni suo tempore nominis, philosophus Platonicus. Ejus exstant lib. III. *de vita sana* Florent. 1489. Venet. 1498. fol. Bononiæ 1501. 4°. B. B. Argentorati 1511. 4°. & alias editi. Cum diæteticis multa hic exstant physiologica de calido naturali, & humore radicali, sanguine, alimento, vitæ & longævitatis caussis. Primus & secundus l. gallice versus a *Johanne* BEAUFILS, prodiit Paris 1541. 8°. VERDIER. Omnes vertente *Guy le* FEVRE *de la* BODERIE Paris 1581. 8°. B. EXOT.

§. CXXVIII. VARII *Sec.* XV,

CONRADUS MENGENBERGER *im Puch der Natur* circa annum 1478. edito, compendium dat librorum ARISTOTELIS de animalibus: & de homine etiam & ejus anatome & partibus agit, & de animalium discriminibus. In mea editione additæ sunt icunculæ.

Rob. de RICCO L. *de formatione hominis* Nürnberg 1470.

Das Buch vom Estand Blaburen 1475. 8°. MAITT.

Hieronymi MANFREDI *de homine* l. II. Primus agit de conservatione sanitatis,

nitatis, fecundus de caufis in homine. Prodiit Venet. 1497. fol.* MAITT. 1474. fol. alii.

Petri RAVENNATIS *Phœnix* f. *de artificiofa Memoria* Venet. 1491. 4°. MAITT. Vicentiæ 1541. 4°. B. Bern. 1600. 4°.*. Mirifica hiftoria certis teftibus confirmata memoriæ artificialis *Petri de* TOMASIIS quem vulgo PETRUM *de* MEMORIA vocabant. Tota res nititur adfociatione idearum. Sumebat fibi ædem aliquam facram, in qua multæ feneftræ effent & columnæ; ita paulatim ad centum millia *locorum* collegit, quos peregrinando per Italiam fibi familiares fecerat. In quemque eorum locorum difponebat imaginem aliquam, quæ ipfa vinculo aliquo ad eam rem retineretur, cujus volebat recordari. Alphabeti loco utebatur formofis puellis, eas ordine naturali difponebat, ut præcedentes literæ locum darent. Ita fequentes perfonam, fyllabam BRA vel TRA exprimebat BENEDICTO vel THOMA cum rapis, BAR per RAYMUNDUM cum baculo. Cafus ita definiebat, ut caput perfonæ effet nominativus, manus dextra genitivus. Verba exponebat per hominem id agentem, quod verbum vult. Ita auxiliis, quæ ridicula videri poffunt, facultatem fibi adquirebat revocandæ imaginis, quamcunque vellet. Artem fuam etiam difcipulos docuit. Totum codicem juris civilis, fermones concionatorum & profefforum exprimebat, carmina innumera, locos ex jure fumtos 20000. memoria retinebat. Hæc omnia fimpliciter narrat.

§. CXXIX. *Johannes de* KETHAM. ALIT.

Germanus fub finem feculi XV. vixit: ejus exftat *Fafciculus medicinæ* revifus per GEORGIUM *de M. Ferrato* Venetiis 1491. folio, MAITT, TREW, 1495. fol. PLATN. 1500. fol. 1513. fol.* 1522. fol.

In eo fafciculo primus libellus agit *de anathomia & diverfis infirmitatibus corporis humani*: Additas habet in mea editione icones: primam venarum cutanearum, quæ fecantur, vel potius locorum in corporis humani fuperficie, in quos fcalpellum oportet adigere.

Sequitur libellus *de conceptione*, cum figura corporis muliebris, in qua uterus minime male exprimitur: deinde tractatus de feculi more conpilatus de generatione. Si hæ figuræ in prima editione reperiuntur, fuerint utique inter fculptas anatomicas icones antiquiffimæ.

Johannes a KETAM dicitur icones pulcherrimæ partium corporis humani præparaffe, apud PASCHALEM GALL.

Codex *de matrice mulieris, & imprægnatione* eft inter libros F. BERNARDI n. 3669.

Hieronymi BRUNSCHWYGK *Chirurgia* Argentorati 1497. fol. & alias edita continet etiam aliquam anatomen.

J. SERMONETA *Comm. in techni* GALENI Venet. 1498. fol.

§. CXXX.

§. CXXX. *Gabriel de* ZERBIS.

Veronensis, monachus, infelix homo (*t*) & dedecorosus (*u*), Patavii ad annum usque 1505. Professor (*x*), librum *anathomiæ corporis humani* edidit Venetiis 1502. fol.*. Vastum opus, adeo Gothice impressum, siglis adeo incommodis, & dictione ita barbara, ut laborem legendi nunquam potuerim sustinere, cum præterea ea capita, quorum legendorum tædium exhausi, meræ fuerint compilationes, non quidem hominis ignari, aut judicio destituti. Utilia aliqua passim apud hunc virum MORGAGNUS detexit. Historiam habet cadaveris incorrupti TULLIÆ. Nervum olfactorium inter nervos recepit. Is liber recusus est cum titulo *Opus Anathomiæ totius corporis humani & singulorum membrorum*, Venetiis, absque anno TREW.

EJUSDEM *anatomia matricis — & de anatomia & generatione embryonis*. Una prodiit & a DRYANDRO recusa est Marburg. 1537. 4°.* Unam habet venam umbilicalem, ex hominis anatome, non ut GALENUS duas.

RUSTICUS PLACENTINUS edidit Venet. 1507. 8°. collectionem, in qua sunt *Isagoge* JOHANNITII. L. PHILARETI *de pulsibus*. THEOPHILUS *de urinis*. Ars parva GALENI cum duplici versione. Porro I. Fen. AVICENNÆ & *Cantica*. *Jacobi de* PARTIBUS collecta pro anatomia.

Udalrici BINDER *epiphaniæ medicorum*. *Speculum videndi urinas hominum*. *Clavis aperiendi portas pulsuum* 1506. 4°.

§. CXXXI. M. HUNDT.

Magnus HUNDT, Parthenopolitanus, Poliater Joachimsthaliæ, *Anthropologium de hominis dignitate, natura & proprietatibus, de elementis, partibus & membris humani corporis, de juvamentis, nocumentis, accidentibus, vitiis, remediis & physiognomia eorum, de excrementis & exeuntibus, de spiritu humano ejusque natura, partibus & operibus &c.* edidit Lipsiæ 1501. 4°.*. Ex seculi genio virum æstimare oportet, neque nimis deridere etymologias, ut hepatis a jacente *pir* (igne) derivati. Sed etiam icones excusasse decet, quas aut primus suo operi addidit, ut olim Eruditissimo PLATNERO (*y*) visum est, aut certe inter primas: rudissimæ enim sunt, & ad descriptionem fictæ, non ad anatomen, ne animalis quidem. Hic literas etiam in iconibus sculptas reperias. Cellulas uteri septem depingit. Non mala tamen icon est, qua suturas expressit.

§. CXXXII.

(t) A famulitio satrapæ Turcici frustatim concisus, cum in eo curando infelix fuisset.
(u) Ob furtum in exilium abiit CARP. in MUNDINUM p. XVII. b.
(x) TOMASIN *Gymn.* p. 291.
(y) De M. HUNDT Lips. 1734. 4.* cum vita AUCTORIS.

§. CXXXII. *Jacobus* PEILIGK.

Jacobi PEILIGK ut putatur, neque enim nomen additum eſt, *compendioſa capitis phyſici declaratio principalium corporis humani partium figuras liquido oſtendens* Lipſ. 1499. fol. PL. 1516. PL. 1518. fol. parvo*. Integra eſt anatome ex ARABIBUS ſumta & ex CONSTANTINO, ſed breviſſima. Icones videntur ad deſcriptiones auctorum Arabum depictæ, eædem rudiſſimæ, & ex ingenio & ad auctorum placita factæ, & majores quam HUNDTII & pauciores, antiquiores etiam, ſi quidem liber anno 1499. prodiit. Ad naturam non eſſe depictas, manifeſtum eſt.

§. CXXXIII. VARII.

Von dem wunderbaren Kind, ſo im Lande Heſſen gebohren worden 1503. SCHEUCHZER.

Opuſculum de arte memorativa longe utiliſſimum in quo artificioſis praeceptis &c. Cracau 1504. 4°. CLEMENT.

Alexandri ACHILLINI *de ſubjecto phyſionomiæ & chyromantiæ* l. Bonon. 1503. fol. Papiæ 1515. fol. MAZUCH.

EJUSD. *de chyromantiæ principiis & phyſionomiæ* fol. absque loco & anno. MAZUCH.

IDEM Philoſophus Peripateticus, & Philoſophiæ anno 1506. Profeſſor ordinarius, edidit Bononiæ 1520. 4°.* *Annotationes anatomicas*, brevem libellum, potiſſimum collectaneum ex MUNDINO, anatome vivorum, & arabibus. Corpora tamen humana inciſa vidit, & rariora aliqua adnotavit. Oſſa numeravit, in eo labore non felix, cum tarſi oſſa anno 1503. ſeptena numeraverit, anno 1502. tantum quina. Nervos olfactorios alias demonſtravit, alias non potuit reperire. Medullam ſpinalem in lumbis finem facere monuit. Venas varias deſcribit, ſaphenam, ſalvatellam. Ligamentum penis ſuſpenſorium habet. Duos ureteres longe diſtinctos vidit. Habet, ut reliqui Arabes & barbari, ſublinguales ſalivæ fontes. Rete mirabile ſe vidiſſe adfirmat. Nervum quarti paris invenit & ſibi tribuit.

Alios duos libros citat DOUGLASSIUS, *de humani corporis anatomia* Venet. 1521. 4°. editos & *adnotationes in* MUNDINI *anatomiam* in *Johannis de* KETAM collectione Veneta 1522. fol.

Georgi SEBUTI DARIPINI *ars memorativa concionatoribus & J. C. utilis & fructuoſa* Colon. 1506. 8°. CLEMENT.

Pomponii GAURICI, aſtrologi, *de phyſiognomia* &c. Florent. 1504. 8°. Piſauri 1504. 8°. Antwerp. 1528. 8°. & cum J. de INDAGINE Urſell. 1603. 8°.

Baptiſta FULGOSUS *de memorabilibus* Medulæ 1508. fol. Monſtra habet.

§. CXXXIV.

§. CXXXIV. *Eucharius* RHODION. ALII.

Eucharius ROESLIN, qui latino nomine se RHODIONEM dixit, Germanice anno 1513. Worms 4°. (HIRSCH) edidit *Der schwangern Frauen und Hebammen Rosengarten*, porro August. Vind. 1528. 8°. 1530. 1532. 4°. 8°. 1551. 8°. 1565. 1582. 1603. 8°. B. EXOT. 1608. 8°. B. EXOT. Erfurt 8°. & alias: latine versum, & editum Francofurti 1532. 8°. 1537. DOUGL. 1544. 8°.* Paris. 1535. 8°. Venet. 1536. 8°. Paris. 1538. 12°. Francof. 1551. 1563. 8°.*. cum titulo de partu hominis & quæ circa ipsum accidunt. Gallice Paris. 1536. 1540. 12°. ibid. 1577. 16°. VERDIER. 1586. *des travaux & enfantemens des femmes, & le moyen de survenir aux accidens, qui peuvent echoir devant & apres iceux travaux.* Vertit *Paul* BIENASSIS. Belgice (z) *het kleyn vrœdwyfs boek* Amsterd. 1667. 8°. &c. Capita tria priora anatomici sunt argumenti. Situm fetus in utero describit & membranas, & partum naturalem atque vitiosum, etiam monstri. Reliqua chirurgici & practici argumenti sunt.

Petrus LEO Spoletanus *de urinis* Venet. 1514. fol. cum aliis libris ejus argumenti.

J. B. RUBEI *monstrum apud urbem natum* Rom. 1513. 4°. CINELLI.

§. CXXXV. *Symphorianus* CHAMPIER. ALII.

Medicus Lugdunensis, inde archiater Lotharingicus. Collectorem sæpe citavimus. Praxin potissimum sibi tradendam sumsit. Exstat tamen ejus libellus in duos libros divisus, quo *Medicinale bellum inter* GALENUM *&* ARISTOTELEM *gestum* describitur, quorum hic cordi, ille autem cerebro favebat. Primus l. cerebri & cordis de principalitate humani corporis contendentium continet certamen Lugduni 1516. 8°.

EJUS L. I. *de medicinæ claris scriptoribus* potest legi ob aliqua historica; intercedunt enim notitiæ auctorum parum notorum.

In *artem parvam* GALENI paraphrasin scripsit Lyon 1516. 8°.

EJUSDEM *speculum s. epitome* GALENI *de elementis, generatione animalium* &c. Lyon 1516. 8°. 1527. 8°. LIND.

In collectione absque loco & anno habet *collectiones medicinales* etiam physiologicas, tum HIPP. *de natura hominis*. B. B. In *Cribrationibus* Lyon 1534. 8°.* ad finem brevis est physiologia.

Conradi STÖKLIN liber *introductorius in artem parvam* GALENI *de principiis universalibus medicinæ tam theoricæ quam practicæ ex doctrina* AVICENNÆ Lyon 1516. 8°.

CAJETANUS *de anima sensu & sensibilibus* Venet. 1514. fol.

Philosophis, medicis & theologiis pernecessarium opusc. de tribus virtutibus animæ Lugd. 1519. 8°.

(z) An non etiam *Rosengaart der vrouven* 1559. 12. B. LIND.

§. CXXXVI. J. Gersdorf.

J. Gersdorf, dictus Schielhans, Chirurgus, edidit *Feld- und Stadtbuch der Wundarzney* Strasburg 1517. fol.*. In ejus libro tertio continetur *Vocabularius der Anatomei*, nomina nempe partium corporis humani latina, cum germanica interpretatione. In L. I. ab anatome incipit & iconem habet sceleti atque systematis viscerum. Recus. Francf. 1526. fol. 1540. fol. Sussm. 1542. fol. 1551. 4°. Thomas. 8°. Lind. 1598. 4°. 1606. 4°. Ger. Belgice *het velt boek* &c. Amsterdam 1622. 4°. B. Lind.

In alio libro practico anonymo, Argentorati 1519. fol. edito, etiam anatome continetur.

§. CXXXVII. J. de Vigo &c.

Membrorum principalium corporis figuræ Lips. 1515. fol. Maitt. an forte Peyligk.

J. de Vigo, Chirurgus primarius Pontificis, suæ chirurgiæ de more seculi præposuit compendium anatomicum, compilatitium, ex Arabibus & Mundino. In L. IX. habet cadaverum condituram. Sæpissime prodiit, ut Lugdun. 1561. 8°.*

Johannis Glogoviensis *Physionomia ex illustribus scriptoribus collecta* Cracoviæ 1518. 4°.* D'Etrees.

Nicolai Peranzoni *de memoriæ naturalis reparatione* Ancona 1518.

Caroli Bovilli Samarobrini *liber cordis* Paris. 1519. 4°. B. Bern. In rarissimo libello de corde & universo corpore auctor aliqua ex genio seculi philosophatur, iconem etiam nescio quam trium ventrium dat, quos vocat tres orbes.

Martini Pollich de Mellerstad, Lipsiæ Professor, *De complexione quid est & quot sint*, absque anno 4°. Theoriæ inutiles. Ej. editionem Mundini dixi p. 146.

Joh. Diurii *scrinium Medicinæ* Bourdellis 1519. 4°. Thomas. cum titulo *Medicinæ theoricæ & practicæ Enchiridium* recusum a G. H. Ryff Argentorati 1542. 12°.

Alexandri ab Alexandro Diss. 4. *de rebus admirandis, quæ in Italia nuper contigere, de somniis, quæ a viris spectatæ fidei prolata sunt, de laudibus* Juniani Maji *Maximi somniorum conjectoris* Rom. 4°. absque anno circa hæc tempora prodiit Clement.

§. CXXXVIII. *Ludovicus* Bonaciolus.

Primam editionem opusculi ignoro, quod Lucretiæ, Alexandri VI. filiæ circa initia seculi XVI. Auctor dicavit. Titulus est *Enneas muliebris*. Editionem primam citat Douglas Argentin. 1537. 4°. Antiquior, sed absque anno & loco fol. excusa est, Maittairio dicta & C. Gesnero.

Cum

Cum tit. *Muliebrium* L. II. eſt inter Gynæcia Baſil. 1566. 4°.* &c. Germanice cum aliis Erfort. 8°. RIV.

Non omnino eſt absque bona fruge, ut auctor inter inſtauratores locum fere mereatur. In L. I. de conceptu, graviditate, partubus etiam monſtroſis agit. In II. libro habet anatomen partium muliebrium. Nymphas a Clitoride diſtinguit. Hymenem aliquanto rectius deſcribit, ſeptem tamen ſinus retinet uteri. Inde tranſit ad fetum, ejusque integram anatomen & formationem. In editione Leidenſi 1641. 16°.* ſolus reperitur II. liber. Hiſtoriolas etiam narrat, parum habentes fidei, ut puellæ in balneo imprægnatæ. Oſſa pubis in partu ait laxari.

Contra eum ſcripſit PONTICUS VERUNNIUS. Notatum eſt, MUNDINUM a BONACIOLO exſcribi. TOMASINUS *in gymnaſ.*

§. CXXXIX. *Joh. ab* INDAGINE.

EJ. *introductiones apoteleſmaticæ in Chiromantiam phyſiognomiam complexiones hominis Canones de ægritudinibus* Francofurti 8°. absque anno *, tum 1546. 8°. 1556. 8°. 1662. 8°. Argentor. 1622. 8°. 1630. 8°. Mediolan. 1601. Valde ſerio in opere ſuo verſatur, & ſingulas lineas manus depingit: atque interpretatur. Inde ad phyſiognomiam tranſit, ad morum indicia ex facie ſumenda, & ex cujusque faciei particula, cum multis figuris. Porro de temperamentis.

Alias titulum habet *Chiromantia Phyſiognomia ex aſpectum manuum hominis* cum iconibus manuum. Deinde *Periaxiomata de faciebus ſignorum* cum figuris faciei ex quibus temperamenta divinantur. Canones aſtrologici de judiciis ægritudinum: ex aſtrorum ſtatu. Complexionum (nempe temperamentorum) prophetica ſecundum dominium planetarum Colon. 1549. 8°. B. B. *Kunſt der Chyromanthie phyſiognomes &c.* fol. Argent. 1523. fol. 1540. fol. In editione Urſell. 1603. & Argentinenſi 1630. acceſſerunt POMPEJI GAURICI & GRATAROLI ejusdem argumenti opuſcula. Liber datus eſt anno 1522.

Barptolomæi COCLITIS, chyrurgici & diſtillatoris, *Chyromantiæ & Phyſionomiæ anaphraſis*, cum *approbatione Al.* ACHILLINI Bonon. 1523. fol. 1536. & 1586. D'ETR. Argentor. 1534. B. B. 1536. B. B. Gallice *la phyſionomie naturelle & la chiromance* Paris 1560. 8°. D'ETR. Rouen 1598. RUFFORTH. Liber per ſingula diffuſus, de temperamentorum ex facie dignitione, de omnibus partibus, ex quibus aliqua poſſunt ad animum divinandum ſumi: hinc de figura capitis varia, de capillorum colore & oculorum, & omnibus fere conſpicuis hominis partibus.

Accedunt ANDREÆ CORVI Mirandolani numeroſiſſimæ figuræ manuum ſuis cum plicis & earum explicationes. ID. *Compendium phyſionomiæ* Leidæ prodiit 1597. 8°. GUNZ. Gallice *compendium & brief enſeignement de phyſiognomie & de Chiromance* Paris 1550. 8°. TREW. Lyon 1578. 16°. B. *Exot.* Citat bellum anno 1498. geſtum.

Antonii CITTADINI *auſcultationes in artem parvam* GALENI 1523. fol. B. B.

ARISTOTELIS sectator, vir acris, in N. potissimum LEONICENUM, tum in TRUSIANUM, UGONEM SENENSEM & J. de FOROLIVIO pugnat, qui eumdem librum priores erant interpretati: ipsum etiam in GALENUM, quoties ab ARISTOTELE dissentit. Habet inter ratiocinia innumerabilia aliquas res gestas, ut subitam mortem ex opinione.

§. CXL. VICTORIUS. D. LOPEZ. ALII.

Benedictus VICTORIUS Faventinus in practica magna posthuma, & imperfecta, Venetiis 1562. fol. edita cum morbis partium corporis humani earum anatomen conjungit.

The seying of urine of all the colours there it may been of Lond. 1525. 4°. AMES.

DIDACUS LOPEZ commentarium in l. AVICENNÆ *de cordis viribus* edidit Tolet. 1527. fol. quem DOUGLASSIUS ad anatomen refert, qui tamen forte practici argumenti fuerit.

Francisci MARTINEZ *de la complexion de las mugeres* Madrit. 1529. 8°.

THEOPHRASTI PARACELSI l. *de natura hominis* Basil. 1568. 1573. 8°. Capite 17. de anatomia agit, non equidem Arabista.

EJUSD. *de generatione hominis, massa corporis humani, secretis creationis* Basil. 1576. 8°. B. *Exot.*

EJUSDEM *vom Harn und Puls - Urtheil, und der Physionomie* Cölln 1568. 4°. Argent. 1608. 8°. *de urinarum & pulsuum judiciis* Argent. 1568. 8°.

In editione operum Argentor. 1605. fol. continetur l. *de generatione hominis nunc primum editus*, deinde l. *de viribus membrorum: fragmentum de matrice, de anatome oculorum: de urina & pulsibus, physiologia medica, de generatione.*

In P. II. fragmenta *de sanguine, post mortem fluente: de homunculis & monstris: de animalibus ex sodomia natis*, absurda omnia.

Antonius GAZIUS *de somno ejusque necessitate* Basil. 1539. fol. L. GUNZ. Antiquior equidem.

Guilielmus HORMAN Salisburiensis dicitur anno 1535. obiisse, & anatomen C. H. scripsisse DOUGLASS.

Sebastiani MONTUI *Annotatiunculæ in errata recentiorum medicorum per* L. FUCHS collecta Lugduni 1533. 8°. 1548. 8°. Contra Fuchsii errores nuperorum: an vero etiam anatomica tangat, non novi.

Laurentii PHRISII *Spiegel der Arzney, gebessert und übersehen durch* OTT. BRUNFELS Strasburg 1529. fol. RIV. *Vom Auctor selbst wieder gebessert* Strasburg 1532. fol. RIV. EJ. *ars-memorativa artificialis & naturalis* 1523. 4°.

Christoph

Christoph CLAUSER, *daß die Betrachtung des Menschen-Harns ohne andern Bericht zu empfahen unnützlich* Zürich 1531. 4°. cum excerptis ACTUARII.

GALEACII CAPELLI *anthropologia* apud ALDUM 1533. 8°. B.B. Laudes feminarum, neque huc faciunt.

Christophori HEYL *artificialis medicatio sive* GALENI l. *de artis medicæ constitutione, de auxiliorum legitimo usu &c.* Mogunt. 1534. 4°.

F. Joh. Romberti de KYRSPE *artificiosæ memoriæ congestorium* Venet. 1533. 8°.* Habet ut P. RAVENNAS methodum imprimendi sibi in memoriam desideratas voces, per imagines in sua loca dispositas, earumque imaginum partes. Hieroglypha etiam pro ideis dedit exprimendis. Artem suam vere exercuit.

Ludovicus LOBERA circa annum 1540. lib. *de anatomia* hispanicum cum paraphrasi latina edidit MANGET.

J. MONHEIM *elementorum physiologiæ* s. *philosophiæ naturalis* T. II. P. I. Colon. 1542. 8°.* Natura animæ, partis ejus, & facultates, sensus & alia physiologica. P. III. Animalia.

§. CXLI. *M.S. Codices.*

Codices aliquos M.S. hic repeto, qui in bibliothecis exstant.

BERNARDI Precanensis, *de pulsibus* B. R. Paris. n. 6957.

Pauli VENETI *de* COMITIBUS, *de pulsibus & urinis* B. R. P. n. 6995.

M. Petri de NAUDILLIS *de impregnatione mulierum.* B. R. Par. n. 7066.

M. Johannis PATARANI *regimen de conceptione* ibid.

M. Jordani de TURRI *de mulierum impragnatione* ibid.

J. Baptista BORRIUS *de Chiromantia* B. NORFOLK. n. 2986.

Walther BURLÆUS *in parva naturalia* ARISTOTELIS *Coll. Mar. Magdal. Oxon.* n. 2287. & *Coll. nov. Oxon.* n. 864.

Simon BREDON trifolium medicum L. I. *de urinarum judiciis.* L. III. *de pulsibus* DIGBY. apud BODLEY. n. 1761.

JACOBUS *de arte memorativa* B. JACOB. Londin. n. 8496.

Gualtherus AGILONUS *de pulsibus* R. BURSCOUGH n. 8496.

WALTHER *summa de urinis* B. BODL. n. 1300.

FORMAN *of the proportion of man* B. ASHMOL. n. 7796.

Petrus de S. ÆGIDIO *de splene & hepate & eorum passionibus* cod. angl. n. 2462.

Waltheri

Walsheri de AVIGNON *de urinis & contentis* B. *Hans* SLOANE n. 8981.

Mag. ALEXANDER *de coitu* B. BODLEY. n. 3541.

Tract. *de urinis* secundum *Mag.* ALEXANDRUM ibid.

Henrici de WYNTON *quæstiones medicinales super* JOHANNITII *Isagogen Coll. Nov. Oxon.* n. 1135. BECKET. B. R. S.

J. de GALLICANTU *notulæ super* JOHANNITIUM n. 7789. B. Angl.

Guil. SCOTI, medici Wattingtoniensis, *de differentiis urinarum* Codd. E. BROWNE n. 4202. BECKET B. R. S.

GALFREDI *de* MONMOUTH l. *somniorum* B. *Cathedr. Westmunst.* n. 1239.

WILHELMUS ANGLICUS *de urina non visa* B. *Mar. Magd. Oxon.* n. 2515.

H. W. *ord. præd. de urinis vel uricrisium* L. III. anglice. In B. *Coll.* CAJI GONV. n. 968.

HENRICUS *de urinis* ibid. n. 969.

G. J. JERYCH *de urinis* B. *Hans* SLOANE n. 8986.

§. CXLII. CODICES ANONYMI.

Anonymi *anatomia corporis humani* B. R. P. n. 6976. 6891. 6992. & 7030. A. & 7036. seculi XIV. & in MEDICEA Plut. 73. inque *Cantab.* CAJI & GONV.

Liber *anatomiæ Coll. nov. Oxon.* n. 1130.

Anatomia humani corporis F. BERNARD. n. 3652. & DIGB.

Anatomia incerti auctoris DIGB. apud BODLEY. n. 1798.

De anatomia membrorum BODL. ex DIGB. n. 1761.

Tract. *anatomiæ* CAJI GONV. n. 959.

Anonymi *descriptio corporis humani* B. *Cathedr. Met.*

Anonymi *de homine & corporis humani partibus & accidentiis* in Bibl. *Vindobonens.* apud LAMBEC. VII. p. 239.

Corporis humani partium appellatio & explicatio B. R. Par. n. 7097. & 6810.

Anonymi *physiologiæ* L. VII. forte nuperioris.

Fragmentum *anatomicum gallicum* B. R. P. n. 7072.

Varia nomina quibus ossium partes & sedes indicantur. Ibid.

A treatise of the parts of human body and their uses in P. R. *Lond.* CASHLEY p. 267.

Tractatus

Tractatus *anatomicus* in B. BODLEY. n. 3541.

Tractatus *de natura animalium* B. BODLEY. n. 1302.

L. *de anatomia corporis humani* B. NORFOLK. n. 3060. & cum eodem titulo n. 2057.

Anatome medicorum.

Anatome necessaria Car. THEYER n. 6565.

An anatomical figure of the parts of the body; & a printed anatomical figure to shew the parts of man, in libris *Eduardi* BROWN n. 4161.

De partium animalium B. BODLEY. n. 6232.

De humani corporis artificiosa dissectione B. *Hans* SLOANE n. 8940.

De corpore humano Fr. BERNARD n. 3651.

De homine, anima, facultatibus, de membris & eorum officiis B. BODLEY. n. 3907.

De anatome Coll. S. *Mar. Magd.* Oxon. n. 2349.

Idea med. & anatom. B. BODL. n. 8955.

Glossarium in quo membrorum corporis humani nomina ibid. n. 2562.

Tractatus *physiognomicus* ibid. n. 2058.

De arte Chiromantica ibid. n. 2072.

De temperamentis & physiognomia corporis humani B. *Hans* SLOANE n. 8997.

De physiognomia ibid. n. 8739.

Physiognomia versificata B. BODL. n. 2159.

De quatuor complexionibus B. *Cathedr. Wigorn.* n. 760.

The five senses and seven virtues belonging to man. In BODLEYANA ex LAUDIANIS n. 1049.

Anonymus *de saporibus* B. R. P. n. 6891.

De oculis B. C. MAR. MAGD. n. 2314.

De artificiali memoria Coll. BALLIOL. n. 251.

De somniis C. J. B. OXON. n. 1747.

Anonymus *de pulsibus* B. R. Par. n. 8160.

Anonymus *de discrepantia pulsuum* cum singulorum iconibus in VOSSIANA n. 2168.

De pulsu forte ARNALDI ASHMOLE n. 7775.

Of the four humours 1444. ASHMOLIAN. n. 7712. 7720.

Anonymus *de pulsibus* B. BODLEY. n. 3541.

For to know blood of man or woman B. *Hans* SLOANE n. 8941.

Sanguinis inspectio in flebothomica secundum judicium ARISTOTELIS & AVICENNÆ B. C. *Hans* SLOANE n. 8967. 391.

Voces propriæ avium & quadrupedum B. R. P. n. 6810.

Anonymi opusculum *de secretis mulierum* B. R. Parif. n. 7106. & alius 8161. A. Poëma.

Anonymus *de partu* B. R. P. n. 6992.

A physical tract. of the conception and birth BODLEY. n. 2062.

L. *de congressu ex dictis multorum collectus* CAJ. GONV. n. 966.

The secret diseases of women BODLEY. n. 273.

L. *de coitu & de delectatione animalium in coitu* CAJI GONV. n. 976. apud BODL. n. 1748.

De signis conceptionis F. BERNARD n. 7650.

De prægnantibus B. CAJI GONVIL. *Cantab.* n. 958.

De generatione & formatione partium & de constitutione hominis & morbis ejus B. Coll. CAJ. GONV. n. 949.

De urinis B. *Hans* SLOANE n. 8775. & 8740.

De urina & pulsu B. CAJI GONVIL. n. 956.

De urinis Bibl. *Coll. nov.* n. 1135. *Coll. S. Mar. Magd. Oxon.* n. 2314. Alius tr. *de urinis* ibid. BODL. n. 2626. 2060.

Anglice *de urinis* ASHMOLE n. 7713. F. BERN. n. 3652. & duo alii CAJI GONVIL. n. 978. alter cum figuris.

Carmen de urinis ASHMOLE n. 7775.

The treatise of urines anglice partim, partim latine 1438. ASHMOL. n. 7705.

Declaratio omnium urinarum M.S. In B. ASHMOL. n. 7791. 7722.

De urinæ coloribus & consistentia, in B. ASHMOL. n. 7790.

De urinarum differentia B. BODL. n. 1013.

Declarationes & significationes urinarum anglice B. ASHMOL. n. 7706.

De

De urinis & pulsibus Bibl. BODLEY. n. 2184.

A book of urines verse and prose H. SLOANE n. 3929.

The doom of urin being a comment on ÆGIDIUS, ibid.

Urinarum varii colores in membrana depicti B. ASHMOL. n. 7765.

De monstris & belluis L. II. in B. VOSSIANA.

De monstris & belluis ibid. n. 2536.

Monstrorum figuræ elegantes: & hominum monstrosorum descriptio. BODLEY. n. 2144.

De sex rebus non naturalibus BODLEY. n. 2118.

Practica equorum, avium & aliorum animalium ibid.

Anonymi *medicina practica cum figuris* apud GUNZIUM.

Onomasticon medicum B. BODLEY. n. 6222.

§. CXLIII. AUCTORES SUSPECTI.

Suspectos nonnullos libros apud J. *Franciscum de* LEEMPOEL reperio, ex SANDERO aliisque citatos, quos nusquam in ullo catalogo unquam reperi, &, ut verum fatear, non puto exstare.

ASTANIUS, græcus auctor, ALCINOO coævus, de *veris anatomes fundamentis* Paris. 1532. 12°. improbabilis eo ævo titulus.

Johannes COSTANS-Afer, de *musculis & tendinibus*, Antwerp. 1557. 12°.

Ornandus ALBISSUS *de corde, liene & vesica* Venet. 1552.

Hermannus ASTHNAR, *regiomontanus, indefessus anatomicus, de corde & ejus annexis* Genevæ 1529.

Hermanni FOCHSTEIN *observata ex dissectis* Genev. 1536.

J. Joseph. Philipp. Hyacinthus BADO *de musculis oculi, ossibus nasi, nervisque opticis.*

Philippus HESTOR *de hepate, ventriculo, intestinis & eorum functionibus.*

Hermannus KRISTCH STRICHTS, *de sensibus ex ordine.* Barbarum nomen.

LIBER IV.

RESTAURATORES ANATOMES.

§. CXLIV.

Causæ instauratæ Anatomes.

Paulatim duobus remediis anatomes malis obventum est: restitutis primum bonis literis, GALENO & aliis veteribus meliori sermone redditis, aut græce editis, ut aliquanto certe propior ad naturam accessus daretur, quam quidem per Arabes, & ipsos Græcorum exscriptores, hactenus patuerat. Adjuvit etiam artem & typographia inventa, & figurarum lignearum sculpendarum artificium, quod sub finem seculi XV. ad corporis humani partes exprimendas primum adhibitum, inde intra quinquagesimum annum ad suum fastigium pervenit.

Porro ad florentem eo tempore picturam anatome in subsidium vocata est, potissimum etiam a *Michaële Angelo* BUONAROTA, qui & homines & animalia incidit (*a*), & cutem detraxit, ut subjectos videret musculos. Accurata anatomes peritia in ejus figuris percipitur, ut tamen justo rigidius musculos expresserit. Citantur ejus 22. tabulæ anatomicæ, quas ipse sculpserit: Inter eas sceletos est quam Cl. MOEHSEN possidet, negat tamen satis esse emendatas figuras.

Sed etiam RAPHAEL SANCTIUS tunc demum ad summum in arte fastigium pertigit, quando ad nudates musculos cepit delineare MOEHSEN Bildn.

Verum etiam M. ANTONIUS TURRIANUS, Anatomes Professor Patavinus, usus est LEONARDO *da* VINCI, qui musculos & ossa in ejus usus delineavit, quare hujus viri icones peritiam anatomes sapiunt, teste VASARI. Integram corporis humani anatomen ex propriis experimentis conscripsisse, & MUNDINUM atque GABRIELEM a ZERBIS correxisse DOUGLAS: cujus libri nullam memoriam reperio LEONARDI ipsius exstant *tetes de caracteres* 60. recusæ anno 1730.

Bartholomæus TORRE, pictor, perpetim corpora dissecabat, ut ex cadaverum pædore vitiata valetudine anno 1554. perierit. Sic L. *Carli* CIVOLO natus anno 1559. MOEHSEN.

Deinde

(a) In vita ab *Ascanio* CONDIVI scripta Florent. 1746. 8.

Deinde & ipſa natura nuperis medicis innotuit. Itali quidem primi corpora humana diſſecuerunt. Senſim tamen ad alias gentes utilis audacia pervenit. Anno 1376. Monſpelii venia diſſecandorum corporum humanorum data eſt *(b)*. Ita porro Pariſiis anatomicum ſtudium apertum eſt, ut tamen in utraque ſchola chirurgi cruento opere defungerentur, quod clericis illis, ſtolatiſque, magiſtris videretur eſſe dedecori.

§. CXLV. LITERATORES.

Georgius VALLA Placentinus *de expetendis & fugiendisque rebus* Noriberg. 1501. fol. 2.Vol. B. B. multa habet huc facientia. In L. XXI. ſenſus, generationem animalium, ſomnum, incrementum. L. XXV. de lacte, caſeo, butyro, ſtercore, animalibus. L. XXVII. de pulſu. L. XXVIII. aliqua eſt partium anatome. L. XLVII. de corpore, pulſu, ſputis excrementis, teleologia. L. XLVIII. de urina, temperamentis, pulſu, ſomno. Primus puriori ſtylo ſcripſit, & græcorum nomina pro arabicis reſtituit, POLLUCE multum uſus. EJUSD. *de corporis commodis & incommodis* l. Argentorati 8°. absque anno. Aliam editionem video citari apud EUCHARIUM datam, curante J. CÆSARIO cum *Al.* BENEDICTO. Exſtat etiam Veneta anno 1538. Partes fere tantum externas adtigit.

Video citatum ejus *opuſculum de natura oculorum* Argentorat. 1529. & *de natura partium animalium* ibid. 8°. THOMAS. Ad Problemata ALEXANDRI de re medica adnotationes dedit Argentorati 1529. 8°.* & *de pulſuum differentia.*

GALEOTTUS MARTIUS Narnienſis *de homine* L. II. MEAD. B. DRESD. circa annum 1470. absque anno & loco, & Bonon. 1476. 4°. Mediolan. 1490. fol. cum G. MERULÆ *obſervationibus*, & GALEOTTI *refutatione objectorum* THOMAS. & iterum Mediolani 1399. fol. MAITT. Baſileæ 1517. 4°. B. Bern. *(c)*; Oppenheim 1610. 8°. in catal. Libro primo partes exteriores corporis humani, ſecundo internas tradit. Ex antiquis græcis philologis & medicis earum partium adfectiones colligit, non ingratus lectu, ſed ut longe a vera eruditione diſtet.

Georgii ALEXANDRINI (MERULÆ) in GALEOTTUM *adnotationes* ſeorſim prodierunt Mediolani 1477. MAITT. Antiqua etiam editio eſt absque anno 4°. B. DRESD. & alia Baſil. 1517. 4°.* Aſpera cenſura, ſed quam plerumque GALEOTTUS meritus ſit. Certone tamen veteres ſcortum pro ſcroto dixerint?

IDEM *in* G. VALLÆ, *in* ALEX. *problemata adnotationes* edidit Pariſ. 1520. fol.

Raphael MAFFEJUS VOLATERRANUS in *commentatorum urbanorum* L. XXIV. XXV. de homine agit, & de animalibus. Collectio.

Ludovicus CÆLIUS RHODIGINUS *in lectionum antiquarum* libro III, & IV. partes corporis humani internas & externas percurrit, adque eas locos poëtarum,

(b) ASTRUC *morb. mulier.* IV. p. 173.
(c) In hac editione apologia GALEOTTI deſideratur.

rum, aliorumque præter medicos ſcriptorum collegit. L. V. eſt de ſudore. De animalibus paſſim. Apud Wachel 1599. fol. B. B.

Rud. AGRICOLA *de inventoribus* L. IX. agit de iis qui per oculos audiunt &c.

§. CXLVI. *Nic.* LEONICENUS. ALII.

Nicolaus LEONICENUS, medicus equidem ſed literator magis & philoſophus, inter opera Baſil. 1532. fol. B. B. habet librum de virtute formatrice, in quo potiſſimum GALENI, ARISTOTELIS, SIMPLICII, AVICENNÆ ſententiam exponit; tum aliqua de dipſade & aliis ſerpentibus.

Sed potiſſimum in libro de PLINII *& aliorum medicorum erroribus tertio*, anatomicos errores PLINII, AVICENNÆ, & hujus commentatorum exagitat. Quam male in gutturis & pharyngis ſignificatione Arabes ſe geſſerint, fuſe exponit. De meſenterio & lactibus. De ductu bilario, in ventriculum inſerto, quem ultra GALENI placita MUNDINUS ornaverit. De pyloro. De loco ubi primum fæces generentur. Etiam CELSI errores retegit. Hæc Ferrariæ prodierunt 1509. 4°.*

PANDULFI COLLENUTII defenſio nihil ad has cenſuras habet.

LEONICENUS etiam *artem medicinalem* GALENI interpretatus eſt, libello Venet. 1606. fol. 12°. & alias excuſo.

Polydorus VERGILIUS *de rerum inventoribus* ſcripſit libros VIII. ſæpe recuſos. Coram eſt editio Lugdunenſis 1546. 8°. B. B. Liber emendatus anno 1499. aliqua habet, quæ huc referas: de arte memoriæ SIMONIDIS ex PLINIO & QUINTILIANO in L. II.

EJUSD. *de prodigiis* L. III. Baſil. 1531. 8°. B. B. 1552. 8°.* Leid. 1644. 8°. Monſtroſi aliqui partus hic inter alia mirifica recenſentur.

§. CXLVII. *Alexander* BENEDICTUS (BENEDETTI).

Accedimus ad eos, qui manu ſua anatomen adjuverunt, medicos, aut inciſores. *Alexander* BENEDICTUS, in pago *Legnago* agri VERONENSIS natus, celebris Medicus caſtrenſis, edidit *Anatomicen*, *ſive hiſtoriam corporis humani*, cujus coram habeo editionem Pariſinam 1514. 4°.* & Argentoratenſem 1528. 8°.*. Aliæ ſunt editiones Venetiis 1493. 8°. 1498. 8°. MAZZUCH. 1502. 4°. MAITT Paris 1519. 4°. Baſil. 1517. 8°. MAZ. Colon. 1527. 8°. GUNZ. edente CÆSARIO apud EUCHARIUM. Dedicatio eſt anni 1497.

Parum habet præter ea, quæ ex GALENO hauſit. Dictione utitur multo puriori, quam priores ſcriptores. Ipſe tamen manu ſua ſecuit, & frequentes habuit auditores (*d*), etiam ſenatorios, ut de nimia turba conqueratur (*e*). Rariores

(d) L. III. c. 1. p. 23.
(e) L. V. p. 22.

Rariores tamen adnotationes addit vir multa expertus. In Creta ex vulnere genu cornu prodiisse vidit, rupicapræ cornu simile. Calculum circa acum crinalem natum, quam pro sua humanitate adgnoscit, fuisse deglutitam. Calculum bilarium describit, primus ni fallor medicorum. Nervum penis ab imperito chirurgo funesto eventu extractum fuisse. Virginem lac dedisse. Felix puris in pleuriticis per urinam & anum effusio. Sagittæ ferrum vigesimo post acceptum vulnus anno de naribus ejectum. *Hermolaus* BARBARUS, ALEXANDRI amicus, in minima luce legebat, impatiens majoris. Opisthotonus castoreo sublatus. In gravida cerva fetum bene formatum vidit.

Prodierunt inde *opera* ejus *medica omnia* Venet. 1533. fol. s. *de singulis corporis humani morbis a capite ad pedes* B. THOMAS. cui in editione mea (*f*) Basiliensi etiam *anatomes* L. V. subjuncti sunt, & reliqua viri opera. Ea prodiit 1549. fol.* & 1539. fol. & 1572. fol. BOERNER. Etsi minime a superstitione liber est, veterumque fabulis, habet tamen passim aliqua, non ingrata lectu, etiam anatomici argumenti. Gallinis castratis tamen vitellos in lumbis generari, sponte vero sua consumi, neque in ova perfici (*g*). Partus monstrosi polypi, in quo fetus mas, palmæ magnitudine (*h*). Et ejusmodi exempla plura citare facile foret, sufficiat monuisse hunc virum, magis quam plerosque priores, mereri legi. Aliquam etiam descriptionem partium corporis dat, quarum morbos exponit.

Exempla prodigiosæ inediæ duo Bernæ anno 1604. 8°. prodiisse, BOERNER.

§. CXLVIII. *Antonius* BENIVENIUS.

De abditis & admirandis morborum & sanationum caussis Florent. 1507. 4°. ASTR. Basil. 1529. 8°.*. Memorabile & lectu dignum opus, in quo aliqua ad physiologiam pertinentia inter pathologicas adnotationes recensentur. Atreta, anus & vulva: bulimos: cor pilosum, alia.

Henrici STRÖMER *de morte hominis* Lips. 4°. absque anno inter 1516. & 1542.

§. CXLIX. *Jacobus* BERENGARIUS.

Carpensis, Professor Bononiensis, hinc vulgo dictus CARPUS, clinicus & anatomicus celeberrimus, primus humanæ anatomes instaurator, *Bartholomæi* EUSTACHII etiam & CARTESII testimonio (*i*). CELLINUS, idoneus judex, laudat ejus in delineando peritiam, & bonum, ut vulgo vocant, *gustum*, quam elegantiam non exspectasses ipsi tribui.

Centum corpora humana sua manu dissecuit, unde fama nata est, in ægrorum

(f) Etiam in Veneta BOERNER de *Al.* BENEDICTO.
(g) L. XXIV. c. 4.
(h) L. XXV. c. 29.
(i) *Miscell.* II.

rum moribundorum corporibus artem exercuisse (*k*), quam criminationem *Johannes* ASTRUC diluit (*l*). Poterat eam calumniam adjuvisse nescio quæ in docto viro turpitudo morum, qui ob *honestiam* aliquos pæderastiam ajat sequi, eamque excuset (*m*), anatomen autem hominum nocentium vivorum laudet (*n*). Dictio barbara est, qualem non exspectes ab ALDI MANUTII discipulo. GALENUM tamen & CELSUM diligenter legerat, hunc Arabistis fere ignotum.

EJUS duo sunt opera. Prius, *Commentaria cum amplissimis additionibus supra anatomiam* MUNDINI *cum textu ejus in pristinum nitorem redacto*, Bonon. 1521. 4°.*. Tres potissimum ventres, eorumque viscera tradit, multa cum refutatione priorum, etiam potissimum *Gabrielis a* ZERBIS, tum aliorum, qui eo tempore in omnium manubus erant, arabistarum: quare si quis ejus seculi vitia & errores perspicere cupiat, inveniet, quo sibi satisfaciat, in hoc ipso opere. Multa tamen ex sua corporis humani peritia addidit, etiam difficiliora. Medullam spinalem cum ACHILLINO, sed accuratius, vidit circa duodecimam vertebram (*o*) dorsi desinere, neque unquam ultra secundam descendere, eamdem in nervos abire, fissura etiam dividi. Nervum olfactorium sensit satis nervorum esse similem, etsi molliorem esse adnotavit. Rete mirabile, cum maxime cuperet, fassus est se non posse reperire, cum centies in humano capite inquireret (*p*); ita neque porum nervi optici (*q*), & septem uteri (*r*) cellulas eo ævo ab omnibus receptas, ut ægre (*s*) duos in utero sinus se reperire fassus sit. Fetum humanum undique perfectum vidit (*t*), ut tamen pedibus careret. Ruptum ex abscessu uterum & fetum in ventrem effusum (*u*) describit, & tres aliquando testes (*x*) visos. Cum aquam in venam renalem injecisset, vidit eam effluere circa caruneulas (*y*) papillis muliebribus similes. Venas cutaneas absque sodalibus esse arteriis adnotavit (*z*). Ultimum saccum coli pro cæco accepit intestino (*a*), & appendiculam pro vitiata fabrica naturali cæci. Cartilagines arytænoideas duas esse adgnovit. Fetum facie semper versus rectum intestinum conversa edi (*b*). Puncta lacrumalia habet, & pinguedinem, quæ tarsum humectet. Unicam esse venam umbilicalem monuit. Mensuram intestinorum (*c*) tredecim ulnis Bononiensibus definivit (*d*). Sinus frontales dixit: negavit aliquid a cerebro ad nares venire: sphincterem vaginæ habet & pinguetudinem epiglottidi insidentem, & carnem glandulosam super glottidem. Aquam pericardii in vivis animalibus vidit. Unicam valvulam venosam cordis depinxit. Musculi valvu-

(k) L. a CAPOA *raggionam.* II. p. 60.
(l) *De morb. vener.* p. 618.
(m) p. XII. b. (n) p. V.
(o) p. CCCCXCVI. b.
(p) p. CCCCLIX. a. b.
(q) p. CCCCLII. b.
(r) p. CCXVI. b.
(s) p. CCXVIII.
(t) p. CCXXII. (u) p. CCXII.
(x) p. CXIV. b. (y) p. CCXXIX.
(z) p. CCXXV. (a) p. CXV.
(b) p. CCLXV. (c) p. CX. b. (d) Ibid.

valvularum cordis. M. Thyreoepiglottideus, Venæ parietales: aquæductus FALLOPII hic reperiuntur.

Fetum ſuperne duriorem, inferne gelatinoſum eſſe veriſſime vidit. Septi cordis poros vix ſe videre faſſus eſt. Obliquum abdominis muſculum cum ſodali alterius lateris intricari. Oeſophagum a ſepto transverſo ſtringi. Piam matrem in cerebri ventriculos venire. Duram membranam cerebri cranio adhærere. Olfactorium nervum clavæ comparat. A latiſſimo colli muſculo fibras in auriculam venire. Levator palpebræ (etiam AVICENNÆ dictus) & transverſus urethræ ei innotuerunt. Venam renalem in ureterem non dilatari monet. Septum ſcroti. Anaſtomoſes arteriarum ſpermaticarum cum venis. Urachum ſolidum eſſe. Ab uretere in cervicem veſicæ fibras deſcendere. Cellulæ ductus deferentis. Clitoris, Hymen. Unica vena umbilicalis. Arteriæ cordis. Additamentum inteſtini cæci. Porro, ne nimis longus ſim: laryngem in deglutiendo adſcendere docuit. Deinde ſinum ſphenoideum, frontales, pelvim femininam ampliorem, pectus virile latius; cor homini ſoli obliquum, arterias ſeminales utrinque duplices: homines urinam per umbilicum reddentes, vetulas menſtruatas, ſuperfetationem. Hæc ultima PORTALIUS.

Sed ea enarrare infinitum foret, quæ recte vidit. Non debent ideo ipſi duo oſſicula (*e*) auditus tribui, quæ manifeſto indicet, ab aliis eſſe inventa; neque ductus ſalivales WHARTONI, qui a GALENO ad Arabes, etiam ad Arabiſtas, in omnibus operibus anatomicis non interrupta ſerie ad eum deſcenderint. Invenio apud hunc virum teſtimonium irrefragabile (*f*) pro antiquo more, quo Cardinales teſtes Pontificis nuper electi contrectarunt, fruſtra ob certos fines ad fabulas rejecto.

Icones habet pluſculas, muſculorum abdominis, cum duabus recti muſculi tendineis lineis. Deinde muſculorum qui cuti detractæ ſubſunt, in pictorum uſum, etiam crucifixi hominis. Sceletos duas, manum & pedem oſſeum, & venas, quæ in brachio ſecantur.

Alterius Cl. viri operis titulus eſt *Iſagogæ breves perlucidæ & uberrimæ in anatomiam humani corporis ad ſuorum ſcholaſticorum preces in lucem editæ* Bonon. 1522. 4°.* & 1523. 4°.* & Venet. 1535. 4°.*, quæ editio minus nitida eſt. Habet etiam editionem Bonon. 1514. 4°. cum figuris SCHULZ. Alia eſt Argentor. 1533. 8°.* alia Colonienſis 1529. 8°. DOUGL. Anglice cum titulo *a deſcription of the body of man beeing a practical anatomy* Londo 1664. 12°. DOUGL.

Anatomen ſolam, perinde trium ventrium, & dorſi collique tradit. Figuras priores repetit, addit alias in editione 1523. feminæ cum utero, uteri, ubi ſatis adparet, ſimplicem vidiſſe, & rudes cerebri figuras, cordisque ventriculos,

(e) p. CCCCXXXVII. Tempore ACHILLINI inventa eſſe MASSA *Ep.* V. p. 556.
(f) p. CXCV. b.

culos, & ſpinam dorſi. In editione 1522. aliæ uteri figuræ ſunt, & pauciores. In Veneta duæ aliæ accedunt figuræ feminæ cum ſuis genitalibus partibus. Rariores morbos adnotat, ut amputatum aliquoties uterum. Venas depingit, quæ ſecari ſolent.

§. CL. Varii.

Gabrielis de TORRAGA *compendium eorum, quæ ſuper techni* GALENI *& aphoriſmos* HIPPOCRATIS *ſcripta ſunt. Figuræ ampliſſimæ rerum naturalium, præternaturalium & contra naturam.* Burdigal. 1524. fol.

Jacobus MARTINUS paraphraſin AVERRHOES *de partibus & generatione animalium* ex hebraico latinam reddidit Rom. 1521. fol.

Wenceslai BAYER *de Ellebogen de virtute motiva & ſuis inſtrumentis* d. Lipſiæ 1526. 4°. TREW. Et *de principatu cordis* Lipſiæ 1533. 4°. TREW.

§. CLI. *Matthæus* CURTIUS.

Papienſis. Non ſeparo collegam BERENGARII, qui eloquio tantum valuit, quantum ſcalpello CARPENSIS. Græcos & legit, & docuit Scholaſticos ſuis arabibus præferre, GALENUMque in ſcholas revocavit. In MUNDINI ANATOMEN *Explicationem* CAMILLUS BONUS a morte demum Cl. viri edidit Papiæ 1550. 8°.* tunc mutato paulum titulo *Commentarium elegantem & doctum* Lugduni 1551. 12°. Recuſus eſt Venet. 1580. 8°. PLATN. Etſi minus in diſſecando quam CARPENSIS ſe exercuit, non tamen nullum in ea arte laborem poſuit. Voces quibus monet, vermem non eſſe, quæ pro ea habeatur pellicula, videntur ad valvulam magnam cerebri ſpectare (*g*). In ventriculos cerebri ſe ſæpe accurate inquiſiviſſe (*h*), & tertium ventriculum pro via ab anteriori ad poſteriorem male haberi. Rariores etiam aliquos eventus narrat, ut calculi per anum editi (*i*), & in nominibus CARPENSEM caſtigat, qui utique male epiglottidis nomine laryngem intelligebat (*k*). Codex M.S. exſtat in B. R. Par. n. 6968.

EJUSDEM *de muſculis eorumque partibus, motibus & diſſectione compendium* paucarum paginarum exſtat in editione Lugdunenſi.

EJUS *de fetu ſeptimeſtri lib.* cum libris de doſibus prodiit Venet. 1562. 8°.*

§. CLII. *Jaſon a* PRATIS.

Zirikſeæ Seelandicæ medicus, edidit Antwerpiæ 1564. 4°. (puto 1524.) DOUGLAS Libros II. *de uteris*, recuſos Amſtelodami 1657. 12°.*. Generationem utique deſcribit, ſed collatitia opera, & literaria atque mythologica.

EJUSD. lib. *de pariente & partu* Antwerp. 1527. 8°. DOUGL. Amſtelod. 1657. 12°.*. Simile opuſculum, cujus minima pars ad anatomen pertinet, major ad medicinam.

EJUS

(g) p. 337. (h) p. 339. (i) p. 135. (k) p. 286.

Ejus *de arcenda sterilitate & progignendis liberis* Antwerp. 1531. 4°.* Vix quidquam ad rem ipsam facit libellus hominis seniliter facundi, in aliena & ethica discurrentis, mulierosi & turpiculi. Vampyrorum Cretensium historiam habet, qui revivifcant, suasque uxores ineant, ut necesse sit palo per cor adacto seriam demum mortem reis inferre.

§. CLIII. *Petrus* BRISSOT. ALII.

Quanta sibi odia hoc opere vir doctus sibi conciliaverit, alias dixero. Scripsit autem *de Vena secanda tum in pleuritide tum in aliis viscerum inflammationibus libellum apologeticum* Venet. 1539. 8°.* & curante *Renato* MOREAU Paris. 1622. 8°.*. Venæ cavæ, venarumque brachii, historiam breviter adtigit.

Ein Monstrum, wie es zu Freiburg in Meissen gefunden worden. am fordern Theil ein Kind, am untern ein Kalb, mit beschornem Kopf einem schwarzen Münchshaupt gleichförmig 1522. SCHEUCHZER.

Petrus CRINITUS *de honesta disciplina* l. 25. Paris. 1525. fol. & ap. CHOUET 1598. 12°. In Lib. VII. agit de spatio humano vitæ, & de pondere humani cordis, quod crescat & decrescat. L. VIII. est de anatomica disciplina; ibi de ARISTOMENE Messenio dicit, qui hirsuto corde fuit, & veterum de humano corde effata L. XXIII. Habet etiam aliqua de monstris, de fetu gemello THEODOSII ævo nato, de chamæleonte.

J. Walterius VIRINGUS Atrebas *tabulam isagogicam ossium corporis humani olim Lovanii editam, nunc recognitam & auctam* dedit Duaci 1527. fol. cum figura ænea. Ita DOUGLAS. Sed ostendam ad annum 1597. potius pertinere.

§. CLIV. *Albertus* DURER.

Albrecht DURER, celebris pictoris germani *vier Bücher von menschlicher Proportion* Nürnberg 1525. fol. DRAUD. B. *Exot.* 1527. fol. HEIST. 1528. fol. PLATN. Arnheim 1604. fol. GUNZ. Post mortem auctoris latine *de symmetria partium in rectis formis humanorum corporum* Norибergæ 1532. fol. PLATN. 1533. fol. FREYT. & *de varietate figurarum & flexuris partium & gestibus imaginum* ibid. 1534. fol. Porro Paris. 1557. fol. ubi adjecta est tabula partium corporis humani externarum variis linguis expressarum. Redit in operibus omnibus Arnheim 1604. fol. Gallice sunt *quatre livres des parties & pourtraits du corps humain*, vertente *Ludovico* MEYGRET Paris 1559. fol. Arnheim 1603. fol.* 1614. fol.*. Italice *symmetria dei corpi humani* Venet 1591. fol. Bibl. *Exot.*

Magno labore dimensus est partes corporis humani, virilis & feminini, gracilis & torosi, earumque proportiones tum numeris expressit, tum tabulis: deinde faciei magnam varietatem, & gestuum. In pictorum potissimum usus scripsit, ad summam tamen divini operis curiositatem intelligendam utile est opus.

§. CLV. Varii.

Joachimi FORTII RINGELBERGII Antwerpienfis *de homine* lib. Antwerpiæ 1529. 8°. Lugdun. 1531. 8°. Bafil. 1538. 8°. DOUGLAS.

Antonius FORTOLUS edidit GALENI lib. *de diffectione venarum arteriarum & nervorum* Bafil. 1529. 8°.* Stylum laudat C. GESNER.

Jodoci de MANCETIS *de dignitate & excellentia hominis* L. IV. Bafil. 1532. 8°.

H. Cornelius AGRIPPA egit de pharmaeia, coquinaria, anatome in libro *de vanitate fcientiarum & incertitudine* cujus multæ funt editiones, inter eas Lyon 1530. 4°. 1544. 12°. Opera omnia prodierunt 1605. 8°.

ALEXANDRI *ab* ALEXANDRO *noct. genial.* L. V. Paris 1532. fol. Fere ad jura pertinet. L. II. c. 19. agit de partibus corporis humani honoratis & religiofis. C. 21. de Cola pifce celebri urinatore. L. V. c. 25. de extis infpiciendis, & inde fumtis rerum futurarum indiciis. L. III. c. 2. fe teftem dat incorrupti corporis puellæ ad viam Appiam in fepulchro repertæ, quam pro Tullia MARCI F. habebant. Superftitiofus homo, qui L. V. c. 23. umbras defcribat, quas viderit. Refer ad p. 156.

Joachimus CAMERARIUS, fenior, *de oftentis* libros II. edidit Wittebergæ 1532. 8°. B.B. & Bafileæ 1552. 8°. cum J. OBSEQUENTE. Moneo ne putes ad monftra pertinere. Fere de cometis agit.

EJUS *exquifitio nominum quibus partes humani corporis appellari folent* Bafil. 1551. fol. B. An.

Lucas GAURICUS, forte celebris ille aftrologus, *de conceptu natorum & feptimeftri partu* Venet. 1533. 4°. DOUGL.

Janus CORNARIUS celebris operum Græcorum interpres, non quidem anatomicus. In Ejus *univerfæ rei medicæ epigraphe f. communicatione recognita & aucta* Bafil. 1534. 4°. B.B. aliqua etiam partium corporis humani recenfio, & nonnulla phyfiologica funt, quam breviffima.

Marianus SANCTUS BAROLITANUS, celebris chirurgus & inventor apparatus magni, edidit Venetiis 1535. 8°.* l. *de lapide vefica excidendo*, in quo anatomen veficæ dat breviffimam.

Andreas LACUNA, Segobienfis, non quidem incifor, *Anatomicam* tamen *methodum* f. *de fectione corporis compendium* fcripfit Paris 1535. 8°. (*l*). GALENI opera in epitomen contraxit Bafil. 1551. fol. 1571. fol.

Joh. PICI, ex Mirandolæ principibus, *de phantafia* lib. *in quo de imaginationis facultate & natura agitur* Bafil. 1536. 8°. 1568. 8°. LIND.

Euricii

(l) In eo lego apud Cl. PORTALIUM reperiri valvulam inteftini cæci, & fluxum atque refluxum fanguinis ex corde, & in cor.

Euricii CORDI *de urinis* lib. revisus est editus a *Joh.* DRYANDRO Francof. 1543. 8°. TREW. a morte auctoris. *De abusu uroscopiæ conclusiones* ib. 1546. 8°.

§. CLVI. *Nicolaus* MASSA.

Venetus, & ipse barbara dictione usus, minime tamen inanis auctor, qui corpora humana frequenter dissecuerit. Ejus liber *introductorius anatomiæ s. dissectionis corporis humani* Venet. 1536. 4°. editus, anno 1559. 4°.* recusus est & 1594. 4°. CATAL. lib. germ. ab anno 1500. ad 1600. Tres fere ventres describit, ad morem MUNDINI, in reliqua anatome brevior: cæterum administrationem descriptioni addit. Panniculum carnosum universi corporis se vult ostendisse (*m*), etiam testibus productis. Appendiculam vermiformem plenius descripsit (*n*). Papillas renales habet (*o*), & earum ductus uriniferos. Gemellos in utero vidit placentasque duas (*p*). Capita rotunda vasorum menses fundentium in utero se vidisse putat (*q*). Uteri unicam facit cavitatem (*r*). Tertium cordis ventriculum se vidisse (*s*) opinatur, forte eam partem ventriculi dextri, quæ arteriæ pulmonali subjicitur. Fetus epigastriis conjunctos incidit (*t*). Pulmonem pene semper pleuræ adhærere monuit. Nervos olfactorios veros nervos esse confirmat (*u*). Ossicula auditus malleolos vocari dicit (*x*). Musculosam linguam natura sibi tribuit. Epigastricam venam peculiari cura describit (*y*), & venas intercostales inferiores a vena cava ad 9. & 10. vertebram natas (*z*). Coctione ossa pubis separari (*a*). Musculum habet frontalem. Ligamentum suspensorium penis. Pulmones pectus accurate replere. Ligamenta non sentire. Tres etiam recti musculi abdominis incisiones, & crassitiem versus collum vesicæ habere PORTALIUS monet.

EJUSDEM *epistolæ medicinales* Venet. 1542. 4°. 1550. 4°.* & 1558. 4°.*. Mihi tomus I. est anni 1550. alter anni 1558. Aliqua continent anatomica, ut L. I. ep. V. duram matrem nunquam non toti intus cranio adhærere (*b*): incudem & malleolum neque se neque BERENGARIUM invenisse, qui circa tempora ACHILLINI innotuerint (*c*). Epistola VI. confirmat nervum olfactorium. VESALII, nam non alio refero, figuras musculorum linguæ negat sibi placere. Nervos in linguam macerando deduxit. Alio loco negat se foramina in extrema vulva reperiisse, quæ DRYANDER velit invenisse. Epistola de superfetatione fere inanis est.

In L. II. epistola 25. de generatione hominis huc facit. Feminam sexagenariam mense decimo quinto monstrosam puellam peperisse. Obiit anno 1564.

(m) p. 10. (n) p. 31. (o) p. 30.
(p) p. 43. b. (q) p. 44. (r) p. 45.
(s) p. 56. (t) p. 57. b. (u) p. 87. b. 88.
(x) p. 93. (y) p. 126. (z) p. 71.
(a) p. 36. (b) p. 55. (c) p. 55. b.

§. CLVII. Guntherus (*d*).

J. Gunther vulgo Guinter, Andernacensis, Professor Parisinus, cum laude docuit, dimidia parte sumtuum, cum gradum mereretur, ob eruditionem donatus. Negat unquam corpora humana incidisse Vesalius, Guinteri discipulus (*e*). Scripsit tamen *Institutionum anatomicarum* libros IV. Paris 1536. 8°. Maitt. Basileæ 1536. 8°. & iterum 1539. 4°.* cum Theophilo excusas, & Venetiis 1538. 16°.* 1556. 16°. emendante *Andrea* Wesalio. Porro Lyon 1541. 8°. Mead. Paris 1558. 8°. Gunz. Witteberg. 1617. 8°. Gunz. cum figg. 1616. 8°. Heriss. & Patav. 1585. 8°. Gunz. cum alia dedicatione Vesaliana. Galeni compendium est. Administrationes anatomicas etiam in artubus addit. Musculos interosseos dicit (*f*), quos Galeno ignotos fuisse putat. In duobus cadaveribus (*g*) venam humerariam ex axillari trunco provenisse, & ei comitem progressam esse. Unicum ductum seminalem facit. Corpora humana utique dissecuisse vult D. Herissant, & jocum Vesalii vocat, quod nobis testimonium est. Verum & ipse in præfatione fatetur, se Vesalio & Serveto in administrationibus usum esse, eorumque ope partes corporis humani a se ostensas; & vasa spermatica inventa iterum Vesalio tribuit (*h*).

In magno opere *de veteri & nova medicina* Basil. 1571. fol. 2.Vol. excuso B. *Bern.* dialogus IV. V. & VI. est de re anatomica. Vix excuses senem, qui Vesaliana & Fallopiana & Eustachiana aliqua inventa potuerat legisse, neque ea in suos usus verterit. Hic etiam suum errorem repetit, pancreas dici glandulosa quædam in mesenterio corpora (*i*), ad descriptionem ex animalibus carnivoris sumtam. Hic etiam mutuam anastomosin venarum & arteriarum seminalium manifesto adfirmat (*k*).

Multos libros veterum latine vertit, Galeni l.l. *de facultatibus naturalibus: de semine: de atra bile: de administrationibus anatomicis: de placitis* Hippocratis *&* Platonis: *introductorium: de vulva consectione; de formatione fetus*, *de elementis*, *comm. in* Hippocratem *de natura humana.* Ipse commentatus est in Hippocratem *de natura humana.*

Inter Medicos redibit: interim moneo, scriptum esse ejus elogium, *éloge historique de J. Gonthier d'Andernach* a D. L. A. *Prospero* Herissant Paris 1765. 12°.*.

§. CLVIII. J. Dryander.

Vero nomine Eichmann, in Gallia medicinam didicit, Marburgi docuit, Astrologiæ deditus, neque laudatus a collega *Euricio* Cordo. *Anatomen humani*

(d) Putem potius Guntherum dictum esse: civis enim ejus *Hubertus* Damius in elogio Γουνθηριον vocat, aliter græca scripturus, si Winterus verum nomen esset.
(e) *Rad. Chin.* p. 177.
(f) p. 105. (g) p. 109. (h) p. 30.
(i) p. 151. (k) p. 160.

humani capitis Marburgi 1536. 4°. edidisse lego in catalogo THOMASIANO (*l*), neque vidi. Mea editio est *Anatomiæ pars prior, in qua membra ad caput spectantia recensentur & delineantur* Marburg. 1537. 4°.*. Anno 1535. & 1536. duo corpora humana inciderat.

Numerosæ sunt figuræ, neque ad BERENGARIANAS fictæ: in iis pluscula primus expressit, corticis & medullæ in cerebro diversitatem (*m*), & in cerebello, hic satis bene (*n*): nervos olfactorios, etsi opticos vocat (*o*): uvulam & sulcos palmatos palati (*p*): suturas: pulmonem cum asperæ arteriæ ramis, thoracis conpagem.

Inde edidit Marburgi 1541. 4°.*. Anatomiam MUNDINI *ad vetustissimorum aliquot manuscriptorum codicum fidem collatam, justoque ordini restitutam.* Addidit notulas, in quibus MUNDINUM corrigit, tum icones CARPI suasque (*r*), & quas diximus, & alias nonnullas, ut intestinorum, ubi adpendicula cæci intestini primum delineari adparet, renem cum vasis, hepar, hoc ruditer, vasa spermatica & genitalia mascula: eadem in feminis. Habet ossiculum sesamoideum inter os cuboides & minimum digitum; epididymidem satis bene; sinus in extrema vulva mucosos dixit. Renem dextrum facit humiliorem.

EJUSD. *der ganzen Arzney gemeiner Inhalt* Frankfurt 1542. fol.* & correctius, in titulo 1547. fol.*. Initium operis est anatome aliqua, in qua icones priores redeunt, & propriæ & BERENGARIANÆ, accedit figura venarum cutanearum omnium, & alia venarum internarum & externarum, in qua arteriæ duæ umbilicales, vena unica, & azyga non male exprimuntur.

IDEM *Antiochi* TIBERTI *de Chiromantia* L. III. recognovit & edidit, Mogunt. 1538. 8°. B. B.

Apud MASSAM (*s*) dicitur in vivis feminis & in extrema vulva foramina quædam invenisse, sinus, ut videtur, mucosos.

§. CLIX. *Jacobus* SYLVIUS.

Verius *du* BOIS, Ambianus, nondum eo tempore quidquam ediderat; neque tamen potest ejus viri recensio differri, cum ante VESALIUM eum necesse sit laudare, cujus Præceptor fuerit, perinde ut GUNTHERUS. Ab anno 1531. Parisiis docuit, cum VESALIUS de ephebis non excessisset, plausu cæterum, quam ipse FEIRNELIUS, majori. Vir doctus & utriusque linguæ gnarus, primus HIPPOCRATEM & GALENUM Parisiis interpretatus est (*t*), in arte pharmaceutica exercitatus, neque certe in anatome peregrinus, cujus pluscula inventa sint, etsi non frequentissime humana corpora incidit (*u*).

EJUS

(l) Habet etiam C. GESNER.
(m) f. 6. (n) f. 8. (o) f. 7. (p) f. 9.
(r) Sæpe ex GALENO, aliquando ex suis incisionibus, etiam anno 1529. & 1530. peractis.
(s) Epist. l. 23. (*t*)
(u) Non potuisse valvulas venosi in corde ostii invenire VESAL. *rad. Chin.* p. 151.

Ejus prima prodiit exſtat *iſagoge*, III. libris ſcripta *in libros* Hippocratis & Galeni *anatomicos*, compendium nempe anatomicum a capite ad calcem. Hic magno certe cum levamine memoriæ, muſculis nomina impoſuit, cum & priſci, & Vesalius atque Fallopius, incommode certe numeris ſint uſi, quos alius & alius auctor aliter conſtitueret. Adminiſtrationem etiam addit, & ſuadet vaſa indagare humoribus coloratis per tubulos immiſſis, qui primus ad anatomicas injectiones gradus fuit. Valvulam foraminis ovalis (*x*), & valvulas venarum inter primos invenit, & in variis truncis venarum (*y*) deſignavit. Muſculum quadratum, qui ad flexores accedit in pedis planta (*z*), & pyramidales (*a*), & recti tibiæ veram originem, glandulas bronchiales, aliasque conglobatas primus dixit.

Magni pretii ſubjecit *obſervata in variis corporibus ſecandis*, tum morboſa varia, tum quæ perpetua eſſent. Hic videas Cl. virum detexiſſe peritonæi in eo loco integritatem, qua credebatur ab omni antiquitate, a vaſis ſpermaticis perforari: verum enim vidit vir Cl. etſi quæ vidit pro re præter naturam accidente habuit (*b*). Vidit etiam venam cavam continuo ſupra diaphragma in cor inſertam, etſi iterum pro re a naturæ inſtituto aliena habuit (*c*). Porro anaſtomoſes vaſorum uteri cum epigaſtricis (*d*); Appendicem vermiformem (*e*), tria ligamenta coli, varietates vaſorum (*f*). Auctor & ipſe eſt ſpurii pancreatis. Habet lobulum Spigelii.

Inde diſſectiones dedit animalium, ut ſimiæ, in qua duo ligamenta coli (*g*) vidit, & venam, qualem Galenus, inter cor & diaphragma ex cava natam, unde origo erroris ſcholarum. In condylis femoris duo oſſa ſeſamoidea (*h*) vidit, & in tibiæo muſculo. Vaccæ uterum prægnantem ad naturam deſcripſit, tum alia ex aliis animalibus, etiam ex leone &c. Carnivora animalia nullum colon habere monuit.

Maturi ſenis opus, prodiit demum ab ejus morte Pariſiis 1555. 8°. Dougl. 1561. 8°.* Venet. 1556. 8°. Plat. 1572. Catal. Willer. Pariſ. 1587. 8°. in Catal. & in operum collectione. Codex M.S. exſtat in B. R. P. n. 6878. Gallice vertit J. Guillemin & edidit *l'introduction ſur l'anatomique partie de la phyſiologie* Paris 1555. 8°. B. *Exot.* Verdier.

In Galenum *de oſſibus commentarios* dedit Pariſ. 1561. 8°.*. Sola hominum oſſa in eo Galeni libro deſcribi contendit, & etiam ibi virum tuetur, ubi manifeſto errat, ut in oſſe inciſivo, oſſe ſacro, acromio. Sceletos hominis & variorum animalium coram habuit, ut totus libellus indicat (*i*). Oſſa carpi accuratius deſcribit. Rudimenta dentium in fetu, ſinus ethmoideos: os unguis, tres apophyſes clinoideas dixit.

Ejus

(x) p. 22. b. (y) Ibid. (z) p. 55. b. p. I. 26.
(a) Ibid. (b) p. 70. (c) p. 70. b. (d) p. 70. b.
(e) p 71. pro vitio habet.
(f) p. 270. (g) p. 71. b. (h) p. 72. b.
(i) *In vita* & de *oſſib.* p. 24. b. decem numerat.

Ejus *de menstruis mulierum & hominis generatione:* & in operibus omnibus. Hic libellus pene totus practici est argumenti. Gallice *de la nature & utilité des mois des femmes* Paris 1560. 8°. & *de la génération de l'homme* vertente *Guilielmo* CHRETIEN, ib. 1559. Latine *de mensibus mulierum & hominis generatione* Paris 1556. 8°. 1561. 8°. B. B. Basil. 1556. 4°. Medice magis quam physiologice scripsit, & ad veterum placita.

In GALENI *de natura humana* lib. commentarius.

In HIPPOCRATIS elementa commentarius 1561. 8°. B. B. Generalia ad scholarum saporem.

Isagoge in L. GALENI *de utilitate partium*, & *Epitome l. de facultatibus naturalibus*, libelli brevissimi.

Disputatio de partu infantulæ Aginnensis. Fatentur editores, hunc libellum forte ad *Jacobum* GOUPYLUM magis pertinere. Puella erat, concepta, ut mater adfirmabat, die Maji 27. partu edita 15. Decembris, nondum absoluto mense septimo. Octimestrem esse putabat GOUPYLUS an SYLVIUS, septimestrem FERNELIUS. Una *Caroli* FONTANERII, J. C. SCALIGERI, *Guilielmi* PLANCII & aliorum de eo partu epistolæ prodierunt.

Utinam non exstaret (*k*) alius SYLVII libellus, *Vesani* nempe *cujusdam calumniæ* in HIPPOCRATIS & GALENI *rem anatomicam depulsio* Paris. 1551. 8°. STOL. Venet. 1555. 8°.*. Veteres SYLVIUS noster deperibat, & potissimum GALENUM, indignissime adeo tulit, VESALIUM tot in eo viro errores detegere. Erat præterea avarus SYLVIUS, morumque adeo severiorum. Itaque in VESALIUM asperrime stomachatur, ut pronuntiare sustinuerit, omnia, quæ summus incisor propria habeat, unica pagina posse conplecti; ipsasque figuras nihili esse. In paucis recte, aut certe probabiliter GALENUM excusat. In multis longissime a natura aberrat, ut in suturis, osse incisivo, septem sterni ossibus, quæ ætatis nostræ vitio raro septena esse queratur: in ossis sacri tribus vertebris; in azyga vena & ramo venæ cavæ infra cor edito, quo loco iterum ad mutatam staturam refert, si aliter nos ea viderimus, quam GALENUS: sic in cavitate ventriculorum anteriorum ad os cribrosum producta (*l*). Sinus tamen sphenoideos describit. Chorion placentam obducere recte docet. Venam azygon ait se vidisse intra pericardium cavæ insertum, quod est improbabile.

Operum omnium editionem plenam, etsi minus nitidam, curavit *Renatus* MOREAU Genev. 1630. fol.* 1635. fol.

§. CLX. *Johannes* FERNELIUS.

Patriam cum SYLVIO communem habuit, & una, in alio tamen collegio, Parisiis medicinam docuit. Matheseos peritus, purissimo latino sermone usus; praxi

(k) Vide de eo judicium SANCTORII *meth. vitand. error.* p. 215.
(l) p. 76. b.

praxi clinica celebrior, ingenio ad bonum ordinem ſibi præſcribendum, & ad verum perſpiciendum excitato, cepit GALENI jugum clanculum excutere. Manu quidem ſua in diſſectionibus non videtur ſe exercuiſſe, & nimiam in anatome ſedulitatem improbavit (m). Scripſit tamen phyſiologiæ ſ. *de naturali medicinæ parte* libros omnino ſeptem, editos Pariſ. 1538. 1542. DOUGL. Venet. 1547. 8°. ID. Lyon 1551. 16°. ID. 1554. fol. 1644. 8°. NICOLAI, recuſos in editione operum Pariſina 1567. fol.* Francofurti 1574. fol. 1577. fol. WILL. 1578. fol. 1581. fol. WILL. Leid. 1645. 8°. Genev. 1637. 4°. & auctius curante T. BONNET 1679. fol. & in Ultrajectina 1656. 4°.* aliisque. Primus liber anatomen corporis humani brevem continet, latinam, fere ex GALENO ſumtam, cujus etiam errores retinet. Peritonæum tamen integrum facit. Notatum eſt, ligamenta decuſſata & cartilagines ſemilunares genu hic reperiri (n). Alter liber eſt de elementis, & partibus ſimilaribus: tertius de temperamentis, quæ negat ſimplicia eſſe. L. IV. de elementis, ubi pro re paradoxa docet, omne inflammabile in oleo habitare. L. V. de facultatibus. Tres præcipuas partes corporis eſſe, trium animarum ſedes, cor, cerebrum, jecur, ex iſto etiam venas oriri. Nervorum præcipuam partem eſſe medullam, neque ex meningibus naſci. L. VI. de functionibus & humoribus. Reſpirationem eſſe actionem voluntariam. L. VII. (o) de procreatione. Ubique non poteſt diſſimulari, plus habere ſubtilitatis, quam veræ cognitionis naturæ.

Codices M.S. FERNELIANÆ phyſiologiæ exſtant in B. R. P. n. 7068. 7107.

In l.l. II. *de abditis rerum cauſis*, aliqua tangit de facultatibus naturalibus. Calorem non eſſe cauſam ciborum coctionis.

In *Pathologiæ* L. III. agitur de urinis deque pulſibus, Leid. 1645. 8°. & alias editæ.

In libros de anatome, de elementis: de ſpiritu & calido innato, de temperamentis, de facultatibus, functionibus & procreatione, nempe Phyſiologiam, tum in L. II. de abditis rerum cauſis exſtant commentarii J. RIOLANI patris Pariſ. 1610. fol.

§. CLXI. *Johannes* MANARDUS.

Hujus ſeculi fuit, ſed circa iſta tempora ultimi jam ſenii. Paſſim in *epiſtolis* Baſil. 1549. fol.* & alias excuſis, aliqua habet anatomici argumenti, ut L. II. ep. ult. de ſtomacho & ejus vocis ſignificatione. L. XI. epiſt. 1. de differentiis pulſuum. L. XIII. ep. 3. de ſignificatione vocum manus & brachii. L. XV. de bilis colore &c. Ultimæ epiſtolæ ſunt anni 1536.

In *artem parvam* GALENI Baſil. 1536. 4°.* commentarium edidit, in quo de temperamentis egit.

Annus

(m) PLANCIUS in vita.
(n) PORTAL.
(o) C. 17.

Annus non est ad manus, quo prodiit *Hieronymi* FLORENTINI l. *de hominibus dubiis*. Fetum defendit ab ipso primo conceptu animatum esse.

§. CLXII. VARII.

Anonymi lib. *de pulsibus passim ex* GALENO *collectus & veluti in formulam redactus* Paris. 1537. 4°. PLATN. Nonne est, quæ dicetur, GESNERI collectio.

Guillaume CHRETIEN, Medicus Regius, qui multa J. SYLVII opuscula in Gallicam linguam convertit: ejus est etiam *Philalethes sur les erreurs anatomiques de certaines parties du corps*, Lyon 1536. 12°. VERDIER. alii Orleans. Varia porro antiquorum Gallice reddidit, ut lib. *de genitura* HIPPOCRATIS Paris. 1559. 8°. L. *de natura pueri* Rheims 1553. 8°.

Hieronymi ACCORAMBONI Eugubini *de natura & usu lactis* Venet. 1536. 8°.*. Basileæ 1538. 4°. BUR. Auctor LEONE X. imperante praxin fuerat secutus: & dudum hunc libellum scripserat; quem, cum interiisset, studiosus Germanus reparavit, practici vero potissimum est argumenti. Lac temperatum facit, neque calidum neque frigidum.

Jodoci WILLICH, Resellani, Prof. Francof. ad Viadrum, *physiognomia Aristotelis latine facta*. EJUSD. *oratio in laudem physiognomiæ* Witteberg. 1538. 8°. B. B. WILLICHIUS non brevem addidit præfationem: multa in textu græco emendavit, & in tabulas ARISTOTELIS placita conjecit. Oratio nulla nisi velis præfationem. IDEM edidit Argentorati 1542. 8°. *observationes in* LACTANTIUM *de opificio* DEI, ex GALENI fere libris de usu partium sumtas.

EJUS *commentarius anatomicus, in quo est omnium partium corporis humani diligens enumeratio* Argentor. 1544. 8°.*. Compendium anatomicum ex GALENO. Tanta eo ævo CLAUDII fuit auctoritas, ut miretur noster, BERENGARIUM rete mirabile nunquam vidisse.

EJUSD. *urinarum probationes cum notis Hieronymi* REUSNER Basil. 1582. 8°.

Joh. FERRERII diss. *auditum visu præstare contra vulgatum* ARISTOTELIS *placitum* Venet. 1539. 4°. OSB.

Nicolai de SABIO *viscerum viva delineatio* Venet. 1539. fol.*. Nusquam vidi indicatas duas tabulas, viri unam, alteram feminæ, in quarum utraque viscera abdominis eo ordine sibi quasi per strata imponuntur, quem in corpore humano tenent, eodem modo, ut in REMMELINI *Catoptro*. Rudes sunt cæterum, & hepar multilobe.

ALBINUS ad DOUGLASSIUM citat *tabulam anatomicam* antiquam, in folio oblongo sculptam, notatam DOM. FIORENTINI nomine, in qua sit sceletus, cum figuris musculorum anteriorum & posteriorum corporis humani, in usus pictorum delineatis. Antiquam esse addit, annum non definit.

Ein gar künstlich, allen Leib- und Wundärzten nützliches Werk, in 6. Figuren, mit Innhalt aller Blutschlag- und Flechs-Adern, samt den Gebeinen des ganzen Leibes Augspurg 1539. fol. Auctorem *Johannem de* NECKER vocat TREW. Nonne VESALII?

Aliud est etiam *opusculum duarum tabularum* Argentorati 1544. fol.* editarum, quarum prima dicitur *Abconterfeytung eines Manns Leib, wie er inwendig zu sehen ist* — altera *eines Weibs Leib.* Strata etiam viscerum sibi succedunt, sed alio modo quam in tabulis Venetis: colores pariter additi.

Idem forte huic fuerit, aut certe imitamentum, *Auslegung und Beschreibung der Anatomie, oder wahrhafte Abconterfeytung eines inwendigen Cörpers des Mannes und Weibes, mit Erklärung seiner innerlichen Glieder* Ulm 1541. 4°. quod GUNZIUS habet & PLATNERUS; & quod Argentorati dicitur prodiisse 1544. 4°. apud FRÖLICH in alio *Catalogo*.

Et demum *description & demonstration des membres intérieurs de l'homme & de la femme* Paris 1560. 4°. nisi est VESALII.

§. CLXIII. *Andreas* VESALIUS.

Anno equidem 1538. GÜNTHERI *Institutiones* ediderat, anno vero 1539. (*p*) primum librum anatomici argumenti publici juris fecit, juvenis adhuc, ut annum 25. non excederet. Cum incredibili ardore in anatomen ferretur, Lovanii, deinde Parisiis, per omne genus periculi, perque ferrum fere & ignes (*q*) cadavera sibi comparavit. Vix natus annos 22. a GUNTHERO præceptore meruit primo loco inter adjutores numerari; & ea jam ætate ignorata prioribus vasa spermatica a sua origine repetiit, qui nunc nobis vulgaris labor videtur, in corpore tamen pingui, cujus vasa nullo liquore repleta sunt, non est ex facillimis. Bononiæ anno 1538. vel 1539. fuit, & Patavii eam *epistolam dedit*, docentem *venam axillarem dextri cubiti in dolore laterali secandam* &c. Basileæ 1539. 4°.*. Iconem addidit venæ cavæ, intercostalis superioris, sine pari, & mammariarum: in qua non bene venam sine pari undique simplicem facit, cæterum e dextro brachio sanguinem in pleuritide utilius educi putat, cum ejus brachii vena cum vena sine pare propius connexa sit. Hæc epistola in editione VESALIANORUM operum Leidensi non reperitur. Recusa fuerat Patavii 1544. 8°. THOMAS.

Hoc etiam anno aliquot icones Venetiis edidit (*r*).

Maximo interim studio ad plenum opus anatomicum edendum se paravit. Delineatoribus usus est peritissimis, & sculptoribus, quantum in ligno fieri potest, artificiosissimis non quidem TITIANO, cujus nomen non videtur celaturus fuisse (*s*) Sculpto-

(p) Natus est 1514. cal. Jun Vid. FUCHS p. 24.
(q) Conf. in epistol. *de radice Chinæ*.
(r) Epist. ad OPORINUM.
(s) TITIANO quidem tribuit vir curiosissimus MOEHSEN *Bildnüss* p. 89. Non tamen reperio coæva testimonia.

Sculptorem nominat *Johannem* STEPHANUM, quem vir harum rerum peritus habet pro JOHANNE *de Calcar (t)*. Plena corpora, robusta, umbris masculis expressit. Primum edidit Basileæ 1542. fol.* *suorum librorum de corporis humani anatome epitomen* folio maximo. Eo opere sceletos, & musculi totius corporis, & vasa, viscera & nervi, & integra corpora utriusque sexus exprimuntur, quæ figuræ pleræque in magno opere redeunt, tantum quod hic musculorum duo *strata* in una icone reperias. Germanice recusa est paulo post, *des menschlichen Körpers Anatomey kurzer Auszug durch Albanum zum* THOR vulgo THORINUM Basel 1543. fol. magn.* in qua ed. icones aliquanto numerosiores sunt, & aliquæ ex magno opere desumtæ. Latine epitome passim recusa est Parisiis 1560. 8°. D'ETR. cum figuris & sine figuris ALB. Witteberg. 1582. 8°. THOM. 1585. 8°. 1603. 8°. Colon. 1600. fol. PLATN. Leid. 1616. 4°.* Amsterdam 1633. 4°.* curante *Petro* PAUW, varie aucta, de qua editione suo loco dicam; demum Amsterdam 1617. fol. alio cum titulo Anatomia VESALII &c. & 1642. fol.* cura *Nicolai* FONTANI, de qua ipsa editione dicendi locus erit. Subiit eadem epitome BUWMANNI opus, & GEMINI, GREVINI & PLANTINI. Eamdem puto esse VESALII *Beschreibung und Anzeig Manns und Weibs innerlicher Glieder in* 12. *Kupfer-Figuren* 1559. fol. Cæterum Epitomes sermo brevis est, & ad summa rerum capita spectat.

In prima juventute NOSTER tantam famam sibi comparaverat merendo, ut ab anno 1540. ad 1544. *(u)* Patavii anatomen docuerit: inde Bononiæ (*x*), & Pisis (*y*) demum, maximo 800. (*z*) coronatorum salario conductus: & tanto cum plausu publice dissecuerit, ut celebres (*a*) alioquin anatomici taciti de ejus demonstrationibus discederent. Ardentis ingenii vir edidit adeo annos nondum plenos natus 29. *de corporis humani fabrica libros* VII. immortale opus, & quo priora omnia, quæ ante se scripta fuissent, pene reddidit supervacua. Non tamen omnia sunt ejusdem pretii. Libro I. quo de ossibus agit, masculo stylo ossa majora expressit, & tamquam geographus provinciæ suæ rivos montes & valles, accuratis verbis, per suas sedes & partes descriptas dedit. Nova etiam non pauca, aut rectius visa, adjecit. Suturas erroneas GALENI & HIPPOCRATIS reformavit, os incisivum, os peculiare acromii, sacri tria ossa, sterni septena, ad naturæ nutum correxit. Sesamoideis ossibus ea addidit, quæ sunt in condylis femoris. Cartilagines laryngis arytænoideas ostendit duas esse. Omnes autem priorum figuras ita suis superavit iconibus, ut ne conparari quidem possent. Non ita eminuit in minutis ossibus capitis, quæ longa maceratione oporteret dissolvere, ut in palatino, aut ethmoideo, vix enim ea separavit: sinus tamen pituitarios sphenoideos habuit perspectos. Ossicula auditus, cor-

(t) Ibid.
(u) TOMASIN *gymnas.* p. 76.
(x) Anno 1543. Bononiæ VESALIUS ostendit, venam sine pare supra cor oriri SUSIUS *ven. direct. sec.* p. 606
(y) VESALIUS Pisas accersitus in scholis fuse dixit de venarum ex corde ortu, CUNEUS p. 71.
(z) *Rad. Chin.* p. 54. ic. 12.
(a) *Præfat. de rad. chin.*

cornua minora offis hyoidei primus delineata dedit. Mireris ut minuta vafcula, per obfcuros canales cranii euntia, fagax indagaverit. Tranfitum muci ex cerebro ad nares rejecit.

In libro II. mufculos tradidit, defcripfit accuratius per fingula, quam ante eum, & poft eum, ad WINSLOWUM ufque quifquam. Depinxit torofos & robuftos mufculos, minutias iterum non eft fecutus, ut in oculorum (*b*) & faciei, atque laryngis mufculis non debeat audiri, eas enim particulas fere ex animalibus fumferat. Invenit nonum pedem moventium, vidit hyoepiglottideos. Ligamenta, fere primus, ubique mufculis addidit. Simiarum in pectore mufculos rejecit, quibus homines carent. Pectineum minime ignoravit, neque fafciculum a fphinctere ani in cutem euntem, aut veram originem mufculi coracohyoidei. Tendinem bicipitis in fummo cavo glenoideo fcapulæ vidit, notante PORTALIO. Tendinem mufculi in univerfum monuit, non effe a nervo.

In libro III. & IV. vafa & nervos dedit. In neutris eas, quas in mufculis, laudes eft adfecutus, neque enim poterat tantus rerum tenuium ambitus intra paucos annos, etiam a VESALIO, perfpici. Quare paffim hic cum GALENO errat; quos lapfus non eft neceffe repetere. Quartum tamen nervorum par viderat, etfi non fuftinuit proprio cum nomine feparare: finum quintum duræ membranæ invenit. Arteriam fub calamo micare, contra GALENUM. Arterias cum venis communicare: fenibus eas in cartilagines verti. Venam fine pare intra pericardium non aperiri. Emiffarium dixit, cum ramo tertio Quinti de cranio exeuns. Nervum, qui dicitur decimus, pertinere ad fpinales monuit. Quinque nervi brachialis truncos recenfuit, omiffo articulari.

Libro V. Abdomen tradit, ejusque vifcera, cum fingulorum fitu, nexu vario, & icone. Multa hic bona, non ita, quæ de renibus & mulierum (*c*) partibus genitalibus profert, quæ & ipfa ex brutis fere fumfit animalibus. Ligamentum penis fufpenforium aut invenit, aut perfecit. Ligamentum confpicuum coli delineavit, verumque laxioris inteftini ductum. Jecur folidum & absque lobis effe monuit, & bullas aqua plenas vidit, quæ noftro ævo folent hydatides vocari. Proftatam muliebrem, & ductum a teftibus in cervicem uteri meantem refutavit. Habet etiam appendices epiploicas coli, & glandulas œfophageas, & veficulas ovarii. Bilem perenni rivo per ductum choledochum in inteftinum venire. Hepar fimplex effe. Fibræ lienis. Veficulas feminales hic & in *examine obff.* FALL. dixit. Proftatam unicam facit. Habet feptum tunicæ vaginalis teftes, lobulum SPIGELII.

Liber VI. eft de pectore, corde, pulmone, mediaftino, hic primum pro dignitate dicto. Verum fitum cordis VESALIUS reftituit, & feptum impervium defendit, & fanguinis ex venarum ramis in truncum relapfum docuit, non obfcurum circuitus fanguinis rudimentum. Eminentias intra venarum corpus dixit,

(b) *Rad. Chin.* p. 157. Conf. exam. obf. FALLOP. p. 126.
(c) ARANT. *obff.* p. 104. Fatetur VESALIUS raro fe uterum gravidum incidiffe *rad. Chin.* p. 207. & necdum fecuiffe, cum opus fuum ederet *Exam. obf.* p. 154.

dixit, & cum valvulis arteriosis cordis comparavit, quas tamen in *examine observationum* FALLOPII non vult pro valvulis haberi, neque satis J. B. CANANO credit, qui in variis venis valvulas viderat. Foramen ovale & ductum arteriosum satis bene describit. Valvularum venæ pulmonalis verum officium intellexit. Auriculam dextram cordis majorem esse. Nullum esse os cordis. Pericardium transverse positum delineat, mediastinum bestiarum rejicit. Aquam pericardii in vivo vidit homine. Marginem cordis acutum habet.

Lib. VII. Cerebrum & caput. Etiam in cerebro minutias non est secutus. Pituitæ tamen in nares vias rejecit. Corticem cerebri distinxit. Strias a glandula pineali, aquæductum, cornu ventriculi cerebri descendens, sinum quintum suum invenit. Rete mirabile repudiavit. Negat anteriorem ventriculum patere in nervum olfactorium. Corporis callosi lineam mediam dixit & duos sulcos, adnotante Cl. PORTAL. Audio jam VESALII tempore fuisse, qui de vi refractili lentis crystallinæ cogitarent.

In fine operis vivorum animalium incisiones aliquas jubet administrare, & inter eas id experimentum fuse exponit, quod solent HOOKIO tribuere, & quo flatu in pulmonem impulso vita & cordis motus moribundi animalis suscitatur. Fecit experimentum nervi recurrentis. Pulmonem aperto pectore collabi. Renem excidit & lienem. Cor in systole longius fieri.

Ubique post descriptiones partium administrationes adjicit, per quas partes humani corporis in apricum deducuntur.

Prima & vera est editio Basileensis 1543. fol.* altera etiam ab auctore emendata Basil. 1555. fol.* pleniori sermone, passimque aucta, ut venarum valvulis nuper inventis, iconibus, certe in meo exemplo, nihilo deterioribus.

A morte auctoris hoc opus Venetiis recuderunt 1568. fol.* figuris diminutis, tum 1604. fol. Lugduni 1552. 12°. 2.Vol. absque iconibus*. Habet etiam DOUGLAS editiones Francofurtenses 1604. 1632. 4°. quas suspicor esse CASSERII, certe posteriorem. Nostro demum ævo BOERHAAVIUS & ALBINUS cum aliis operibus summi viri recusum dederunt, iconibus æneis affabre depictis, addita docta præfatione, qua vita VESALII continetur, nominibus etiam receptis ad musculos adjectis, quod magnum est laboris lectori incubituri compendium. Leid. 1725. fol. 2.Vol.*

Ut primum adparuit magnum opus, continuo omnium in se convertit oculos, tum medicorum, tum etiam bibliopolarum, qui in tanta bonarum iconum penuria VESALIANAS solas laude viderent dignas esse.

Primum *Thomæ* GEMINI, Chalcographi, prodiit *totius anatomiæ declaratio æri incisa* Londin. 1545. fol.* 1552. fol. 1559. fol. GUNZ. 1645. fol. BODL. Idem fere quod BUWMANNI opus, epitome nempe & tabulæ musculorum, vasorum, & viscerum, omissis præter sceletos & in capite aliqua, ossibus. Icones satis subtiliter exsculptæ sunt, de quibus tamen VESALIUS vehementur conqueritur (*d*). Deinde

(d) *Rad. Chin.*

Deinde *Johannes* BUWMANN, Chirurgus Tigurinus, edidit *Anatomie, d. i. kurze und klare Beschreibung* (e) *aller Glieder des menschlichen Leibes, aus den Büchern D. Andreæ* VESALII *gezogen* Nürnberg 1551. fol.* 1575. fol.*. Icones perinde æri insculptæ sunt. Est epitome, & magni operis figuræ pleræque musculorum vasorum & viscerum, non perinde ossium; omnino ut in GEMINO.

Exstant etiam *Beschreibung und Anzeigung Mannes und Weibes innerlicher Glieder, in* 12. *Kupfer-Figuren verfaßt und gezogen aus der Anatomie* A. VESALII 1559. fol. THOMAS.

In Gallia GEMINUM imitatus est *Jacobus* GREVINUS. Et ipse dedit Epitomen VESALII cum ejus iconibus, & iisdem etiam de magno opere excerptis figuris musculorum, viscerum, sceletorum. Titulum fert *Anatomiæ totius æri inscripta delineatio* Parisiis 1564. fol.* & Gallice *les portraits anatomiques de toutes les parties du corps humain gravés en taille-douce* Paris. 1569. fol.* 1575. fol. 1578. fol. GUNZ. cum titulo *les figures & portraits des parties du corps humain* GUNZ. ubi manifestius est GREVINUM GEMINI institutum secutum esse. Addidit IDEM aliqua, quibus poteramus caruisse.

Iterum Antwerpiæ prodierunt *Vivæ imagines partium corporis humani aereis formis expressæ* Antwerp. apud Plantinum 1572. 4°. maj.* 1579. 4°. maj.*. Iterum epitome est VESALII, tunc icones, sed multo numerosiores, etiam aliquibus ad VESALIANAS adjectis, mutuo ex VALVERDO sumtis: omnibus in formam minorem concisis. Editorem se profitetur *Christophorus* PLANTINUS typographus.

Belgice etiam prodierunt *levende beelden van de deelen des menschelycken lichnames met de verclaringe* Antwerp. 1568. fol. CARLSON.

Præterea VESALIANÆ icones fere in omnia opera hujus, & sequentis seculi transierunt, VALVERDI, PAREI, INGRASSIÆ, S. ALBERTI, CASSERII, BAUHINI, demum BARTHOLINI.

Denique icones VESALIANÆ, quæ musculos potissimum exteriores exprimunt, in usum pictorum sæpe sunt recusæ. Coram habeo octo tabulas, quas *Jacobus* DOUGLAS excudi fecit, ante *bibliographiam*, & quas circa annum 1750. recusas dederunt. Varia in iis Cl. editor correxit: sceleti etiam adjectæ sunt.

Quæ tabulæ cum nomine sculptoris *François* TORTEBAT prodierunt, eæ pariter VESALIANÆ sunt, ad picturam accommodatæ Paris. 1667. fol. GUNZ. 1668. fol. MOEHSEN, cum titulo *Abrégé d'anatomie accommodé aux arts de peinture & de sculpture:* curante D. des PILES, qui TORTEBATI nomine se texit. Tabulæ sunt duodecim, sceleti, & musculorum. Germanice *Zergliederung des menschlichen Körpers auf Mahlerey und Bildhauer-Kunst gerichtet* Augspurg 1706. fol. GRAU. quam editionem periti non laudant. Tum S. T. GERICKE *kurze Verfassung der Anatomie, wie selbige zur Mahlerey und Bildhauerey erfodert wird* Berlin 1706. fol. MOEHS.

Hoc

(e) TREW. vocat *kurzer Auszug der Beschreibung* &c.

Hoc cæterum eximio opere, ut VESALIUS suffragia gratæ posteritatis meruit, ita sibi infinitarum litium causa fuit. Qui in universæ Europæ cathedris medicinam docebant, eo potissimum tempore GALENI auctoritatem unanimes venerabantur. Eam cum a VESALIO viderent labefactari, odia sua in juvenem converterunt, per quem sibi non liceret vera docuisse. *Jacobus* SYLVIUS (*f*) perpetuam ipsi denunciavit inimicitiam, si quidquam in GALENO carperet. CAJUS GALENI codices ad VESALIUM missos ab eo viro corruptos fuisse calumniatus est, ut quod carperet haberet. F. PUTEUS pro GALENO propriam scripsit apologiam, ab *Antonio* FOSSANO (*g*) archiatro CAROLI V. excitatus. *Archangelus* PICCOLHOMINIUS sustinuit adfirmare, omnia, quæ bona haberet VESALIUS, ea ex HIPPOCRATE & GALENO sumta esse (*h*).

VESALIUS aliquamdiu in laboribus anatomicis perstitit, & obtrectatores suos animose repressit. Basileæ anno 1546. deit, & ne tempus periret, sceleton (*i*) in schola Medica dedicavit, quam anno 1728. reparatam, non sine reverentia vidi, cum in ea Academia incisoris munere pene puer fungerer. Edidit eo anno acrem in GALENUM censuram, cui titulum fecit *de radicis Chinæ usu epistolam* ad *Joachimum* ROELANTZ Basil. 1546. fol. (*k*) * Venet. 1546. 8°. Lugduni 1547. 16°.*. Memorabilis liber, tum ad VESALII historiam, tum ad anatomes GALENICÆ emendationem. GALENUM non homines secuisse, sed simias: sæpe etiam cum veterum descriptionibus suas conjecturas absque anatome animalium natas miscuisse. Hæc per singula demonstrat, in utero, vena sine pare, venæ cavæ parte quam GALENUS cor inter & septum transversum finxit, ventriculis cerebri, ossibus fere plerisque, in cerebello (*l*), in umbilici absentia, in cæco intestino (*m*), ad quas partes omnes describendas GALENUS solis brutis animalibus usus est. Porro os cordis fictitium rejicit, hepatisque fibras, duosque uteri sinus: & alia via gulam per diaphragma penetrare docet, alia aortam: negat cavos processus mamillares cerebri in olfactus organum produci, aut in ventriculum vas breve aperiri. Se ipsum emendat, quod hymenem sibi non visum omiserit, quem nunc demum inventum restituit. Habet valvulam pylori, hic & in magno opere. Rejicit caveam ligamenti ovarii. Tubas, quæ dicuntur FALLOPII, ex animalibus habet; prostatam muliebrem refutat. Physiologica equidem aliqua etiam agitat, & incisorum hominum meminit, qui ex morbo exstincti fuerant (*n*).

Magno interim cum detrimento anatomes factum est, ut VESALIUS, calumniis adversariorum incensus, suas in GALENUM adnotationes flammis tradiderit (*o*).

Ipsa

(f) *Rad. Chin.* p. 177. 56.
(g) CUNEI *exam.* p. 4.
(h) *Prælect.* p. 207.
(i) HILDAN *Nutzen der Anatom.* p. 139.
(k) Quarta f. MEAD, sed coram est.
(l) GALENUS pone cerebrum ponit, & ossis meminit, quo a cerebro separatur p. 132. 143.
(m) Simiæ grande, homini minutum & longum p. 113. ed. 12.
(n) p. 112. 173. (o) p. 196.

Ipsa etiam gloria VESALII optimæ arti nocuit. Per egregias enim curationes summam nactus auctoritatem, maximam porro vitæ partem in aula CAROLI V. & PHILIPPI II. trivit, gratiosus nunc archiater, ab omni autem incidendorum corporum facultate exclusus, nisi quod aliquando viscera hominis ex morbo aliquo singulari interemti lustraverit.

Quare novam magni operis editionem anni 1555. non perinde auxit, aut emendavit, ut quidem poterat ab ardore exspectari, quo in Anatomen ferebatur.

Cum tamen *Franciscus* PUTEUS eam, quam dicemus, pro GALENO apologiam edidisset, non potuit se VESALIUS continere, quin *Examen apologiæ Fr.* PUTEI *pro* GALENO *in Anatome* discipuli *Gabrielis* CUNEI ficto nomine scriberet Venet. 1564. 4°.*. Verus auctor se prodidit, cum inciforum per bella cadaverum meminit, quibus interfuerit (*p*), tum quod *examen observationum anatomicarum* FALLOPII citet, quod nondum prodierat (*q*). Cæterum ex scriptis suis prioribus fere desumtus est liber, non undique utilissimus. Simiæ femur cervicem magis habere obliquam, & humanæ similiorem (*r*) monet.

Denique *Anatomicarum Gabrielis* FALLOPII *observationum examen* eodem anno edidit Venet. 1564. 4°.* cum aliquo prius tempore hoc examen scripsisset die 17. Dec. 1561. tertio die postquam FALLOPII librum acceperat, & Madriti, ubi ne cranium quidem humanum potuit adipisci. Quare plerisque locis potius priora sua repetit, quam vere *respondet*. Sunt tamen aliqua, ex brutis quidem sumta, in aurium anatome, inque aliis capitis ossiculis, nova & diligenter dicta; de punctis, ex quibus natura ossea se diffundit, ut cartilaginem consumat: de plexu nervi VII. cum V. de peritonæi ad vesicam habitu, de musculo auris interno, sed anno demum 1561. viso; de epiphysi, quæ in ruminantibus bestiis locum tenet cellularum mastoidearum, de promontorio; de stapede, cochlea, vestibulo, fenestris, canalibus semicircularibus, aquæductu, ejus arteria, sinubus capitis pituitosis: inter quos maxillarem minime ignoravit, de nervo quarto. Recusum est *examen* Hanov. 1609. 8°. & cum operum editione Leidensi.

Quando hic liber prodiit, VESALIUS (*s*) ultimam suam hierosolymitanam peregrinationem jam adierat. Ejus exilii variæ causæ traduntur a variis, magis mihi vero probabilis ea causa videtur, quæ vulgo recepta est. Hominem enim ex morbo exstinctum præcipiti studio vir optimus incidit, ut cor miseri sub manibus & scalpello palpitaret. Tanti criminis reus factus, PHILIPPI II. non quidem clementissimi principis intercessione, obtinuit, ut religiosa peregrinatione culpam redimeret. Eum reducem viderunt Cl. viri patriam repetere: sed in Zacyntho insula morbo exstinctus periit, quinquagenario non major (*t*).

Chirur-

(p) Ita ALBINUS, DOUGLAS.
(q) MARTINE ad EUSTACH. p. 16.
(r) p. 8.
(s) Præfat.
(t) *Hubertus* BARLANDUS apud THUANUM. A. PARE' *de la génerat.* p. 236. nono ab occasu VESALII anno, tecto quidem nomine, ut facile tamen adgnoscas.

Chirurgiæ magnæ libros VII. a morte viri edidit *Prosper* BORGARUCCI Venet. 1568. 8°.*. In eo opere partium corporis humani datur descriptio, ossium etiam potissimum, deinde musculorum, viscerum, vasorum. Hæc in libro I. Accedunt quatuor sceleti, parva forma, verum subtiliter expressæ. FALLOPIO tribuit CARCANUS (*u*).

A. WESALII *institutionum anatomicarum* libri IV. Bruxell. 1585. 8°. VATER. fuerint GUINTHERI.

Franciscus VESALIUS *Andreæ* Frater J. C. Anatomen amavit, & Ferrariæ corpora humana incidit (*x*). IDEM fratris *de radice Chinæ* epistolam edidit.

§. CLXIV. VARII.

Ludovicus VASSÆUS (*le* VASSEUR), Meldensis, *Jacobi* SYLVII discipulus, epitomen anatomes GALENICÆ conjecit in libellum, cui titulum fecit in *Anatomen corporis humani tabulæ quatuor* Paris. 1540. 4°. 1541. 4°. 1553. 4°. &c. DOUGLAS. Venet. 1549. 8°.* Lyon 1560. 8°. Venet. 1644. GUNZ. Gallice cum titulo *l'Anatomie du corps humain reduite en tables* Lyon 1552. 16°. Paris. 1555. 8°. vertente *Joh.* CANAPPE. Adeo tenax fuit GALENICÆ doctrinæ, ut hymenem a BERENGARIO restitutum rejiciat, quod ejus GALENUS nusquam meminisset. Fictitium pectoralem musculum simiarum, a recto abdominis musclo productum recipit. Exemplum meum ab anonymo variis anatomicis adnotationibus, & iconibus auctum est, ut duarum renis pelvium, & PORTALIUS exempli meminit, ad quod quatuor non optimæ tabulæ accesserint.

EJUSD. *de judiciis urinarum tract.* Paris. 1541. 8°. Lyon 1549. 12°. Venet. 1549. 8°.* Tigur. 1555. 8°. LIND. Colon. 1579. 8°. WILLER. Varietates urinarum: inde morbi, qui ex urinis adgnoscuntur, & cujusque urinæ significatio. Porro vis colorum, hypostasium &c. Ex veteribus, nullo suo experimento. Fatetur admisto felle taurino sibi impositum fuisse.

Antonii LUDOVICI *de re medica opus* Olyssipon. 1540. fol. 1543. fol. Inter varia opuscula esse *Erotemata de usu respirationis*, & *de corde ad librum exquisitissimum*, DOUGLAS.

Josephi STRUTHII, Posnaniensis, *ars sphygmica s. pulsuum doctrina supra 1200. annos desiderata* lib. V. *conscripta* Basileæ 1540. 8°. ASTRUC. 1555. 8°. 1602. 8°.* ab auctore correctus prius quam a. 1568. obiret. Medicinam Patavii docuit, & apud SOLIMANNUM exercuit: librum scripsit ex arithmeticis & theoria media mistum, lectu tædiosum. Classes pulsuum facit quinque, in quarum qualibet oppositi sibi pulsus continentur; eæ classes sunt magnus: celer: frequens: vehemens: mollis. Ex his cum mediocritate componit pulsus 17. & Quintam superam dicit, quæ est post distensionem, inferam, quæ

(u) *Vulner. cap.* p. 4.
(x) AMAT. LUSIT. *Curat. Cent.* I. *hist.* 60.

quæ poſt contractionem: nova etiam vocabula facit pulſus eurythmi, arhythmi, heterorhythmi, pararhythmi. Ex rhythmo porro cum muſica comparato, in diſtenſione longa, brevi, ſemibrevi, minima, exceſſu duplo, triplo, dimidio, ſeſquialtero, ſeſquitertio XV. alias pulſuum claſſes conſtituit: alias iterum ex pulſus inæqualitate, ut myurum, ſerratum, intermittentem, intercurrentem, undoſum, formicantem. De dicroto ſeorſim agit: tum de variis ſpasmodicis pulſibus, quos mirificis figuris exprimit: de hectico, ſerpentino &c.

Lib. II. agit de tactu pulſus. Valde ſubtiliter: de diverſitate ex arteriæ ſitu profundo, ſuperficiali. Pulſum modicum, elevatum, depreſſum figuris, neque abſonis exprimit. Raritatem & crebritatem per quietem longam & brevem definit, vehementem a ponderibus, quæ pulſus geſtat.

Lib. III. de cauſis pulſuum ſubtiliter, ſed absque experimento.

Lib. IV. de pulſibus ſexuum, ætatum, temperamentorum, anni temporum, regionum, exercitii corporis, balnei, cibi, potus, animi adfectuum, veneris, doloris, de pulſu in iis tenſo, vibrante, ſerrante. De pulſu morborum. Hæc in univerſum operis pars reliqua melior eſt. Amorem ſe ex pulſu adgnoviſſe.

Lib. V. Prognoſis ex pulſu; aſphyxia, pulſus febrilis: de pulſibus ſinguli viſceris adfecti ante BORDEUM: pulſus criticus.

Petri XIMENE, Valentini, *dialogo de anatomia, inſtitutiones medicæ.* Circa hæc tempora prodiiſſe CAP. de VIL.

Pamphili MONTII *medendi methodus* Aug. Vindel. 1540. 8°. Habet etiam anatomica & phyſiologica.

EJUS *de temperamento æquali ad pondus*, L. I. *de hominis temperatura ex* GALENI *intentione* L. I. Bonon. 1532. fol. Venet. 1545. 8°. cum aliis ORLAND.

Valentinus POLIDAMUS *de pulſibus & urinis* Baſil. 1540. fol. L.

Joh. AGRICOLA in GALENUM *de arte medicinali* Baſil. 1541. 8°. commentatus eſt. EJUSD. *de præſtantia corporis humani* ſermo inter orationes Ingolſtadienſes excuſus eſt.

Non ſerius recenſeo EOBANI HESSI *de tuenda valetudine* ſæpe recuſum opuſculum. Coram eſt editio Francofurti 1582. 8°.*. Habet aliqua phyſiologica.

Neque *Franciſci* BONAFEDE lib. *de ſemeſtri portu* MAZ.

Conradus GESNER omni alia laude quidem magis inclaruit. Huc tamen pertinent tract. *de lacte & operibus lactariis*, cum eo DOUGLASSIUS referat, 1541. 8°.* editum. Addo paſſim in hiſtoria animalium etiam anatomica aliqua tangi, ut de quadrupedum ruminantium ventriculo, & de univerſa viſcerum fabrica, fere ex ARISTOTELE, tum de longævitate, geſtationis tempore, partuum numero, lacte & humoribus.

Edidit

Edidit Basileæ 1541. 8°. aliquot opuscula minora ARISTOTELIS *de senectute, vita & morte, longævitate, brevitate vitæ,* divinatione, cum M. EPHESII expositione.

Edidit etiam libellum *de pulsibus ex* GALENI *libris collectum* in *enchiridio rei medicæ triplici* Tigur. 1555. 8°. LINDEN. Nonne idem lib. p. 179.

Francisci NICONISII *de fetu nato ex uxore, marito absente, per somnium* Cracov. 1541. 8°.

Gualther Hermann RYFF *des Menschen wahrhaftige Beschreibung, oder Anatomie* Strasburg 1541. fol.*. Icones DRYANDRI repetit (y), tum conjunctas, tum inter sermonem anatomicum & physiologicum interspersas. Gallice *Description anatomique de toutes les parties du corps humain* — Paris 1545. fol. VERDIER. Homo inconstans, neque anatomicus, edidit etiam Argentorati 1542. 12°. J. DIURII *Medicinæ theoricæ & practicæ Enchiridion cum sententiis ex C.* CELSO *delectis* GUNZ, si huc facit.

EJUSDEM *de memoria artificiali quam memorativam artem vocat opusculum & de naturali memoria* 1541. 8°.* Argentorati ut puto. Per imagines & locos.

Deinde *Spiegel und Regiment der Gesundheit auf Deutschland gerichtet* Frankfurt 1555. 8°. Si huc facit.

EJ. *groß Wundarzney* Strasb. 1559. fol. cum brevi membrorum corporis humani descriptione.

Anatomie des os du corps humain de GALEN. *trad. du latin par Jean* CANAPPE Lyon 1541. 12°.*

Gerardi BUCOLDIANI *brevis narratio de puella, quæ sine cibo & potu vitam per annos aliquot in pago Roed egit* Paris. 1542. 8°. MAITT. Giess. 1673. fol. cum aliis. Recusa est apud LENTULUM. Ne cælo quidem æstuoso bibebat.

Simon PORTIUS *de eadem puella Germanica, quæ fere biennium vixerat sine cibo potuque* scripsit Florent. 1551. 4°. BUR.

IDEM libellum (ARISTOTELIS) *de coloribus* gr. & lat. cum recensione & notis edidit Florent. 1542. 4°. BUR. 1548. 4°. B.B. & *de coloribus oculorum* ib. 1550. 4°. B.B. Oculi descriptio anatomica, & multa peripatetica disputatio.

IDEM *de colore* Florent. 1551. 4°.* B.B. agit etiam de tactu & sensibus.

Nicolai ROCHEI *de morbis mulierum curandis* Paris. 1542. 12°. & in Gynæciis BAUHINI & SPACHII. Descriptionem habet partium genitalium utriusque sexus, tum de mensibus & conceptu aliqua.

Antonii BOZZAVOTRA *quæsitum de calido innato* Neapol. 1542. 4°. TOPPI.

(y) Habet titulum not. ad DOUGLAS.

Daniel BARBARO *predica de' sogni composta per il* P. HYPNEO *da Scio* Venez. 1542. 8°. MAZ.

§. CLXV. *Iterum* VARII.

Bassianus LANDUS Placentinus, Professor Patavinus, philosophus peripateticus, a sicario occisus (z). Ejus *anatomes corporis humani* L. II. prodierunt Basileæ 1542. 8°. *Not. ad* DOUGLAS. Francof. 1605. 8°.* 1652. 8°. DOUGLAS. Ex GALENO, nullis cum nuperorum inventis.

EJ. *tr. de incremento* Venet. 1556. 8°*. Physiologici est argumenti. Incrementum describit, quod fiat a facultate alimentum in meatus & amplos & parvos fundente. Eos meatus plenos esse halitu aëreo, qui excussus alteri corpori loco cedit & in se coit. Bono ordine, sed non anatomicus.

Albanus HYLL, Cambro-Britannus, *de anatomia* GALENICA scripsit TANNER.

Jacob SCHEGK, Philosophus peripateticus. Ejus est *de animæ principatu dialogus* Tubing. 1542. 8°. Alter disputatorum cordis causam orat, alter cerebri.

EJUSD. *de primo sanguificationis instrumento* L. I. & *de calido & humido* L. I. Argentorat. 1581. 8°. DOUGLAS.

EJ. *de corde & ejus principatu* Francofurti 1585.

EJ. *de plastica seminis facultate* l. 3. Argentorati 1580. 8°. PL.

EJUSDEM *tractationum physicarum & medicarum* T. I. *septem libros complectens* Francofurt. 1585. 12°. 1590. 12°. DOUGLAS. Libro tertio contendit, spiritum, qui in ventriculis cerebri continetur, esse vitalem, non animalem. Quarto de corde & ejus principatu agit. IDEM.

EJUSD. *prælectiones in* GALENI *libros de arte parva* studio *Sebastiani* BLOSSII prodierunt Francofurti 1589. 8°. WILLER.

EJUSD. *disputationes physico-Medicæ* VIII. Francofurti 1590. 12°. HUTH, si huc faciunt.

§. CLXVI. *Jacob* RUFF.

Jacobi RUEFF, Chirurgi Tigurini, lib. *de duplice infante utroque feminei sexus* anno 1543. *nato capitibus duobus, brachiis quatuor, totidem pedibus disjunctis; uno vero corpore a collo ad umbilicum* Tiguri 1544. GESNER *Biblioth.*

EJUSDEM *de conceptu & generatione hominis* L. VI. Tiguri 1554. 4°.* Francofurt. 1587. 4°. HEIST. Basil. 1586. 4°. *in gynæciis.* Argentor. 1580. 4°. 1587. 4°. & 1597. fol. inter SPACHIANOS libellos. Latine versum est a *Wolfgango* HALLER,

(z) TOMASIN. *Gymnas. Patav.*

HALLER, cujus gentis cum mea communis eſt origo, JOHANNES nempe HALLER, qui in bello civili periit. Germanice *Schön luſtig Troſtbüchlein von den Empfängnüſſen und Geburthen der Menſchen und ihren vielfältigen Hindernüſſen, ſamt Figuren* Zürich 1569. 4°. B. Exot. *Hebammen-Buch, daraus man die Heimlichkeiten des weiblichen Geſchlechtes erkennen kann, welchergeſtalt der Menſch in Mutterleib empfangen und gebohren wird* &c. Frankfurt 1580. 4°. 1588. 4°.* WILLER. Belgice *bock van de vroet wyf door* EVERARD Amſterdam 1672. 4°. De formatione hominis longa & hypothetica narratio, cum figuris ad mentem auctoris exponendam fictis, ut coagulum, ex utroque ſemine conpactum, quod paulatim vaſis obducitur. Porro ſecundas dixit & fetus formationem. Uteri anatome cum figuris VESALIANIS: partus: & monſtrorum farrago, cum eorum iconibus: horum tamen aliqua ipſe vidit. In hoc ſimplicis viri opuſculo voluerunt nuper Chirurgi aliqui circuitum ſanguinis invenire. Nihil autem noſter ſupra ſeculum ſapuiſſe voluit. Utique vero forcipem ad expediendum fetum mortuum nuperæ Anglicæ non diſſimilem delineavit. Editio germanica a latina aliquantum differt.

EJUSDEM *opus chyromanticum* Noribergæ 1560. 4°. UFFENBACH. An verum.

§. CLXVII. VARII.

Martini AKAKIÆ in artem medicinalem GALENI Pariſ. 1543. 4°. Venet. 1544. 8°. 1587. 8°. Lyon 1548. 16°. Baſil. 1549. 8°. LIND. De morbis muliebribus libri, qui vix huc ſpectaverint.

Pauli GRISIGNANI de Salerno, l. *de pulſibus & urinis* Salern. 1543. 8°. LIND.

Angelus FORSTIUS Venetus, Medicus & Aſtrologus, *de mirabilibus & vita humanæ naturali fundamento* Venet. 1543. 8°. 1555. 8°. apud DOUGL.

Paulus DIONISIUS *de materia oculi* verſu hexametro 1543. DOUGL.

Hieronymi THRIVERII BRACHELII, Profeſſoris Lovanienſis, *ſuper naturam partium ſolidarum cum* ARISTOTELE & GALENO *diſceptatio* Antwerp. 1543. 8°.

EJUSD. *in artem parvam* GALENI Lyon 1547. 12°.

EJ. *in* l. 3. *de temperamentis* commentarius Francofurt. 1547. 16°. L. Gallice verſus Lovan. 1555. 16°. *Bibl. Exot.*

Michaelis Angeli BLONDI *de cognitione corporis per adſpectum* l. *collectus ex* HIPPOCRATE, ARISTOTELE, GALENO, item l. *de maculis corporis*, Romæ 1544. 4°. D'ETR.

EJUSD. *de memoria* l. Venet. 1545. 8°.

Pompilii

Pompilii AZALI, Placentini, *de omnibus rebus naturalibus, quæ continentur in mundo* Venet. 1541. fol. Si huc facit.

Eberhards SCHOEN *Unterweisung der Proportion und Stellung des Leibes, liegend und stehend* Nürnberg 1543. 4°.

§. CLXVIII. J. B. CANNANUS.

Hoc anno rarissimum CANNANI opus prodiit, aut priori. Dudum fueram suspicatus, nunc coram est exemplum, ex *Johannis* GESNERI liberalitate mecum communicatum, quod ex *Conradi* GESNERI nomine, propria summi viri manu inscripto, certum est jam anno 1543. ab *Augustino de* MUSTO Ferraria ad GESNERUM missum esse. Alterum exemplum debeo liberalitati CELSISSIMI Comitis de BUTE. Sed etiam exemplum hujus libri exstat in B. Dresdensi, & monetur videri editum ante anno 1545. ex nomine jam anno 1545. inscripto *Aurifabri*, & nomine pictoris citato, qui anno 1556. de vita recesserit. Ferrariensis fuit, Archiater JULII III. contemporaneus FALLOPII, qui nostri candorem enixe laudat, suo ævo inter viros illustres (*a*) recensus, inventor valvularum venosarum, in azygæ renalis & iliacæ ortu (*b*) positarum, diligens incisor, qui caput etiam crocodili dissecuit (*c*), & in utero gemellifero levem tantum divisionem reperit (apud AMATUM).

Hujus rarissimi libri quatuor tantum plena exempla ajunt reperiri. Titulus est *Musculorum humani corporis picturatâ dissectio per* J. *Baptistam* CANNANUM, *Ferrariensem medicum, in Bartholomæi* NIGRISOLII *Ferrariensis Patritii gratiam nunc primum in lucem edita* quart. min. absque anni locive memoria. In præfatione auctor dicit HIERONYMUM Carpensem figuras delineasse, se dissecuisse, *Antonium Mariam* CANNANUM demonstrasse. Reliquos libros continuo secuturos, quorum iste primus sit. Icones æri incisæ, non malo sculptoris artificio, musculi in systemate primum depicti, deinde singuli ut tamen ossa una exprimantur. GALENUM solum præ oculis habet: musculos describit. Palmarem in tertium articulum ducit. Flexores brachiales habet duos, quorum prior in ossiculum metacarpi quartum, alter in os metacarpi indicis se immittit. Perforationem tendinum sublimis habet, & pronatorem quadratum, & insulas tendineas, quibus tendines extensorii digitorum conjunguntur: habet porro indicatorem, pollicis tres extensores, lumbricales, palmarem brevem (*d*), interosseos octo, & abductorem anularis digiti (*e*). Tabulæ sunt 27.

§. CLXIX.

(a) FIORAVANTI *tesoro præf.* FALLOP. *obss.* p. 102.
(b) VESAL. *Exam. obss.* FALLOP. p 83. add. AMATUM FALLOP. p. 118. b.
(c) AMATUS *cur.* p. 202.
(d) Inventum CANANI. FALLOPIUS *obss.* p. 102. b. 103. Pinxisse VALVERDUM, sed male.
(e) CANANO tribuit BOSIUS *facult. anat.* p. 65.

§. CLXIX. T. Dunus.

Thaddæi Duni, Locarnensis ob religionem profugi, qui Tiguri in Helvetia vixit, *Miscellanea* prodierunt Tiguri 1592. 8°.*. In iis agitur c. 3. de perinæo ejusque particulæ latino nomine in c. 4. de partibus similaribus, in c. 14. de adtractione.

Ad lib. de arte evacuandi per venæ sectionem addidit, *tabulam venarum omnium Vesalianam suis cum notis* Lutet. 1544. 8°. Tigur. 1570. 8°.

Ejusd. *l. de respiratione* Tiguri 1588. 8°.*. Scopus quidem est ostendere, contra Galenum, respirationem non esse de numero actionum voluntariarum. Cæterum citat (*f*) anatomen, quam Tiguri administravit, & (*g*) experimentum factum pectore aperto.

Jani Cornarii *de utriusque alimenti receptaculis* cum Adamantii versione Basil. 1544. 8°. Vertit etiam Galenum *de uteri dissectione*, *de fetus formatione*, *de semine*, Basil. 1536. fol.* & Artemidorum 1539. 4°. Refer ad p. 172.

§. CLXX. *Johannes* Tagault.

Johannes Tagault, Ambianus. Ejus sunt *institutionum chirurgicarum* Lib. V. Parisiis 1543. fol.* Lugduni 1560. 8°.* & in collectione Gesneriana Tiguri 1555. fol. Huc refertur a Douglassio ob sceletorum tres figuras, quæ libro quinto subjiciuntur. *Guidonem de* Cauliaco meliorem in stylum reformavit.

Aloysii Mundellæ *epistolæ medicinales* Basil. 1543. 4°.*. Est inter eas Epistola VII. de situ œsophagi, occasione doloris, quem duo ægroti circa undecimam vertebram dorsi percipiebant. Dorso os ventriculi admoveri defendit.

Ej. *theatrum* Galeni s. *index ejus operum* prodiit Argentorat. 1568. fol. & alias.

Johannes Gorræus, vir utriusque linguæ peritus, edidit anno 1545. 4°. (Gunz), & alias Paris. 8°. Hippocratis *de genitura & natura pueri libellum*, græce & latine, cum annotationibus ad tempora partus spectantibus.

In ejusdem *definitionibus* Paris. 1564. fol.* & alias excusis, vocabula anatomica veterum explicantur, satis fuse & copiose.

Ej. *de urinis* Venet. 1545. Paris. 1555. 16°. Lind.

Petri Gorræi tr. *de urinis* Venet. 1545. Paris. 1555. 16°. Putes utrumque Gorræum non differre. Sed non vidi.

Ludovicus Bucaferrea, *Alexandri* Achillini discipulus, cum anno 1545. obierit, hic recensetur. Ejus est *oratio de principatu partium corporis*, quæ inserta

(f) p. 83. (g) p. 93.

inserta in *Francisci* PUTEI apologiæ librum III. una excusa est Venet. 1562. 8°.* Turin. 1583. LIND. Pro ARISTOTELE, contra GALENUM, cor defendit principium esse venarum.

Antonio PELLEGRINI *segni della natura nell uomo* Venez. 1545. 8°. D'ETR. 1569. 8°.

Trattato de Phisionomia da molti sapientissimi huomini racolto Venez. 1545. 8°. D'ETR.

§. CLXXI. J. P. INGRASSIAS.

J. Philippus INGRASSIAS, Rachalbutensis siculus (*h*), celebris Medicus & anatomes Professor Neapolitanus, ubi statua ipsi erecta fuit, stapedis verus, teste FALLOPIO, inventor, etiam vesicularum seminalium, etsi locum ignoro, quo id inventum publicavit. Siciliæ ab anno 1563. archiater, porro Panormi vixit. Severus eruditionis exactor neminem ad medicinam exercendam admisit, nisi publice medicas conclusiones propugnasset, Anatomen certe unius corporis humani in singulos annos procuravit. In peste Panormitana primus Tribunalis ad urbem conservandam instituti consultor, stipendium lautissimum magno animo rejecit. Effossis papireti aquis salubritati publicæ prospexit. Obiit anno 1580. Edidit anno 1544. ut mihi quidem videtur, *Jatrapologiam adversus barbaros medicos* Venetiis excusam 8.°.*. Pleraque practica sunt. In duodecimo tamen adversariorum errore tres spiritus, tres diffluentes virtutes a tribus principiis post AVERRHOEM receptas refutavit. In *Errore* 13. eos refellit, qui spiritum alterius spiritus vehiculum fecerant.

EJUSDEM *trattato di due mostri nati in Palermo in diversi tempi visi con raggionamento fatto sopra l' infirmità epidemica dell anno* 1558. Palermo 1560. 4°. MONGIT.

Princeps viri opus est in GALENI l. *de ossibus commentaria* Panorm. 1604. fol.* qui dudum a morte auctoris a nepote cognomine editus est. Textus GALENI græcus & latinus, commentarius fusissimus, cum Auctor se ad minima quæque dimiserit: scrobum, suturarum & tuberculorum facierum & linearum minutus enarrator. Os cribrosum recte descripsit. Trium ossiculorum auditus plusculas figuras dedit; musculum mallei depinxit, eum ad accuratam sonorum perceptionem facere meminit. Nervum mollem auditorium a duro distinxit, istum cum Quinto cohærere, inde fieri docuit, ut surdi sonum instrumenti audiant, quod dentibus tenent. Cellulas ethmoideas habet. Vera origo arteriæ ophthalmicæ; discrimen pelvis in utroque sexu. Foramen ab oculis ad nares ducens non ignoravit. GALENUM amat excusare, non tamen ut contra verum defendat, in solum EUSTACHIUM acris. VESALII icones repetiit (*i*).

In

(h) Non Panormitanus MONGITORE bibl. sic. I. p. 361. quem totum vide.
(i) *Parere diu in* 8. *raggionamenti* II. p. 45.

In libro *de tumoribus* contra veteres testimonium docet, recte inspicienti tamen in cerebro venulas apparere.

§. CLXXII. *Carolus* STEPHANUS.

IDEM, quem in Botanicis laudavimus, vir doctus, edidit Paris. 1545. fol.* *de dissectione partium corporis humani libros tres*, quorum sermo ad ipsum spectat, etiam ex judicis sententia (*k*), figuræ ad chirurgum STEPHANUM *de la* RIVIERE. Gallice aliquanto majori forma prodierunt Paris. 1546. fol. *. Opus suum unice ex autopsia natum (*l*) ait, jam anno 1539. ad dimidium librum tertium perfectum fuisse, ob litem (puto cum RIVERIO) vero editionem suspensam. Chirurgus STEPHANUS (VERDIER vocat eum *Jean* RIVIERES) in dissectionibus CAROLUM adjuvit, & figuras delineavit.

Opus, ut ea ætate, minime contemnendum: Libro I. ossium historiam continet, & ligamentorum. Habet sinus frontales, meniscos cartilagineos, qui sunt in maxillæ inferioris cum temporum osse articulo, tum qui sunt in genu. Habet etiam glandulas, quæ in articulis sedent, & glutinosum quid, insidens epiglottidi. Foramina nutritia ossium, ligamenta spinæ dorsi dixit. Inde nervos, arterias & musculos, ut in descriptione GALENUM ubique præ oculis habeat, non tamen ut in erroribus eum sequatur, nam septimum musculum oculi GALENI negat se reperisse. Extensoris pollicis pedis longi duos facit tendines, unum in ossa tarsi, alterum in pollicem pedis insertum (*m*). Extensorem digitorum pedis brevem etiam a tibia venire (*n*). Pollicis in manu flexorem habere caput unum ab humero, alterum a radio (*o*). Icones minus bonæ: primus tamen singulos musculos etiam separatos de corpore expressit. Panniculum carnosum refutat. In nervis videtur uberior. Non confundit, certe in icone, nervum intercostalem cum octavo. Nervos brachii minime male habet ad ossa adaptatos. Depingit nervos posteriores ossis sacri. Sceleti rudes. Vasa etiam cutanea delineat, & interna, sed minus bene. Tuba aurifabrorum ad vasa inflanda utebatur.

Libro II. viscera dicit, icones vero in integris fere corporibus dat, ut nimis sint exiguæ. Ventriculorum cerebri anteriorum cornu descendens videtur exprimere. Rima in caveam internam medullæ spinalis ducens, in qua aqua continetur. Septum scroti habet, jam MASSÆ tactum; & glandulas MEIBOMII; iconem appendiculæ, hæc PORTAL.

Lib. III. femineum sexum tradit, multis figuris, & musculorum dissectionem. Cum hymenem rejecerit, factum est, ut tota schola Gallica cum errorem sequuta sit.

(k) *Recherches sur la Chirurgie en Franse*, p. 128.
(l) p. 2.
(m) STEPHANUS p. 322.
(n) p. 320. (o) p. 315.

Cl. MAITTAIRE recenſet *Caroli* STEPHANI *anatomiam*, apud STEPHANUM editam Pariſ. 1536. 8°. Noſtrum opus apud *Colineum* prodiit, neque aliud veſtigium hujus prioris operis reperi.

§. CLXXIII. J. B. MONTANUS. ALII.

J. Baptiſtæ MONTANI, celebris Profeſſoris Patavini, veterum magni interpretis, *tabulæ in artem parvam* GALENI Venet. 1546. folio; Patav. 1558. fol. LIND. & *explanationes in eamdem artem* Venetiis 1554. 4°. LIND. 1560. 8°.

In 2. fen. L. I. AVICENNÆ *de pulſibus & urinis* commentatus eſt Venet. 1555. 8°. LIND.

In 4. fen. L. I. AVICENNÆ ib. 1556. 8°. LIND.

EJ. *Idea doctrinæ* HIPPOCRATICÆ *de generatione pituitæ, humore melancholico, coctione & præparatione humorum* Baſil. 1558. 8°. 1565. 8°. Francof. 1621. 8°. LIND.

EJ. *In* GALENUM *de elementis, natura humana, atra bile, & temperamentis Periochæ* Hanau 1595. 8°. LIND.

EJUSD. *de fæcibus & urinis* Patav. 1554. 8°.* *de excrementis* Pariſ. 1555. 12°. HEINS.

Chriſt. BAUDUYN & J. MAGNIEN *Ergo temperamenta ſignis poſſunt deprehendi* Pariſ. 1546. fol.

Anton. TACQUET & *Chriſtoph.* FERNAND *Ergo functiones humoribus reſpondent ut hi temperamentis* Pariſ. 1546. fol.

Aloyſii TRISSINI, Profeſſoris Ferrarienſis, *Problematum medicinalium & ſententium libri ſex poſthumi* Baſil. 1546. ſed dedicatio eſt anni 1542. Patav. 1629. 8°.*. Magna pars operis pertinet ad fines, ob quas variæ corporis humani partes hoc neque alio modo conſtructæ ſint, & ad teleologiam; illa ex GALENO, hæc ex proprio ingenio.

§. CLXXIV. VARII.

Robertus RECORD ſcripſit *the urinal of phyſic* dedicatum anno 1547. editum Londini 1582. 8°. 1599. 8°. 1665. 8°. OSB. Habet vaſa urinaria, cum figuris.

Thomas VICARY, Chirurgus primarius regius, ab HENRICO VIII. ad ELISABETHAM, ſcripſit *the engliſh man's treaſure or the true anatomy of man's body* London 1548. 1636. 4°. DOUGLAS.

Alium titulum habet *Johannes* AMES, *a profitable treatiſe of the anatomy of man's body compiled by* T. VICARY *and publiſhed by the ſurgeons of S. Bartholemy hoſpital* London 1577. 12°.

Jean

Joan DUBRAVII *de piscinis* Breslau 1547. 8°. auctius a CONRINGIO redditus, habet aliqua de propagatione piscium.

J. FONTANI *Physiognomica* ARISTOTELIS *ordine compositorio edita* Parisiis 1611. 8°. sed scripta anno 1547.

Hippolyti GUARINONII *chylosophiæ* T. I. Oenipont. 1548. fol. THOMAS.

Christophori LANGTON *de rebus non naturalibus &c.* Londin. 1548. 8.

Tr. *of urines, of their colours &c.* ibid. 1552. 8°. TANNER.

Julii ALEXANDRINI, Tridentini, *Enantiomatum* GALENI *aliquot* l.l. Venet. 1548. 8°.*. Studium Cl. viri fuit, mollire, quæ in GALENI libris sibi contraria esse videretur. De partibus ex spermate aut sanguine formatis & consistentibus: de pariendi tempore modo & caussis: de appetitu venereo: exempla clysterum per vomitum rejectorum. De pulsu veloci cum frequente conjuncto aut non conjuncto: De functionum & facultatum numero.

Johannis LONICER *erotemata in* GALENI *libros de usu partium* Francofurti 1548. 8°. B. TIG. 1550. 8°.*. Singuli libri peculiaria momenta in compendium contracta & in ea quæstiones.

Ludovicus de BOURGES edidit cum commentario HIPPOCRATIS *de natura humana* libellum Paris. 1548. 16°. VERD. In B. *Exot.* dicitur JOHANNES.

Antoine du MOULIN *de diversa hominum natura s. de physiognomiæ ratione* Lugdun. 1549. 8°.*. Gallice *la physionomie naturelle* Lyon 1550. 8°. VERDIER.

J. *de* VICO & *Guil.* BOGATII *Ergo nostra triplex substantia triplici humore conservatur* Paris. 1547.

§. CLXXV. *Ambrosius* PARE'.

Regius Chirurgus, modesto tamen titulo Tonsoris perpetuo usus, per castrenses casus exercitatus, in curatione felix, hinc CAROLI IX. peculiari gratia solus inter Reformatos aulicos lanienæ Parisinæ ereptus. Latinis literis non erat imbutus, ut GALENUM ab *Johanne* CANAPE versum legeret, tamen in secando non imperitus, cum etiam in scholis medicis cum *Theodorico de* HERY chirurgo cadavera inciderit. Edidit pluscula anatomici argumenti. Huc *Brieve collection de l'administration anatomique avec la maniere de conjoindre les os &c.* Paris 1549. 8°.* 1550. 8°. D'ETR. Compendium anatomicum VESALIANUM, nonnullis ornatum adnotationibus. In operibus omnibus multo auctius redit, & latine versum. Habet musculos pyramidales.

Idem videtur, sed auctum, *Anatomie universelle du corps humain composé par* A PARE' *revû & augmenté par l'auteur* & J. BOSTAING Chirurgien juré Paris 1561. 8°. DOUGLAS.

EJUSDEM *deux livres de Chirurgie* L. I. *de la génération de l'homme, des monstres tant terrestres que marins* Paris 1573. 8°.*. Ipse liber redit inter opera, n. 23., paulum mutatus. Major pars ad chirurgiam spectat, neque bene hymenem rejicit. Testimonium adfert pro discessione ossium pubis. Uterum cum mola præcrassum vidit. Latine in SPACHIANIS muliebribus Argentorati 1597. fol.

Liber (qui 24.) de monstris multa evidenter fabulosa habet, multa ex RUFO sumta, tamen etiam admista vera & utilia.

EJUSD. *discours de la Mumie — de la licorne &c.* Paris 1582. 4°. Mumiam docet parare. Est liber 26. magni operis.

In operibus omnibus Libri II. III. IV. & V. anatomici sunt argumenti. Figuræ ex VESALIO & fere anatome universa. Plerasque VESALII icones repetit, subtiliter sculptas, sed diminutas. Non tamen est absque bonis & propriis observationibus; nimisque deprimitur a RIOLANO, qui PAREUM a junioribus medicis parisinis opera, quæ suo nomine ediderit, pretio redemisse dicit. Sed ea nimia sunt. Ad proprias adnotationes referas valvulam pylori, male a COLUMBO rejectam. Musculum bulbosum oculi ad bruta animalia relegatum. Venam coronariam ventriculi superiorem supra phrenicam ortam. Mucronatæ cartilaginis prolapsum. Cephalicæ venæ historiam; plerumque a basilica nasci, tantum supra flexum humeri tuto secari, in ipso flexu enim nervum cutaneum magnum subjectum habere. De vena portarum, de renalibus. Hymenem rejicit, quem tamen etiam nimis integrum vidit (*p*). Peritonæum a vasis spermaticis non perforari. Vomerem describit, pro non descripto. Ligamenta insensilia esse non ignorant (*q*). Condituram cadaverum docuit.

Prodierunt opera PAREI latine, conversa a J. GUILLEMEAU Paris. 1582. fol.* 1561. fol. DOUGL. Francofurti 1594. fol. TREW. 1612. fol. Paris. 1573. fol. B. *Exot.* 1575. fol. *le* TELL. 1579. fol. Bibl. *Exot.* libris 26. 1607. fol. 1614. fol. Gallice Paris. 1575. fol. HOUSSET (Libri 26.) 1628. fol. HOTT. Lyon 1641. fol. VI. edit. 1652. fol. HOTT. 1668. fol. quæ duodecima est editio.

Belgice Dordrecht 1649. fol.

Anglice vertente *Thoma* JOHNSON Lond. 1634. fol. Bibl. BODL. 1678. fol. DOUGL.

Germanice, vertente PETRO UFFENBACH Frankfurt 1601. fol. TREW. 1635. fol. IDEM.

§. CLXXVI.

(p) L. XXIII. c. 42.
(q) L. IX. c. 40.

§. CLXXVI. Varii.

Fortunati AFFEYTAT *de hermaphroditis* Venet. 1549. Dari in utroque sexu fecundos.

Eustachii QUERCETANI in Lib. HIPPOCRATIS *de natura humana Commentar.* Basil. 1549. 8°. LIND.

Collectio libellorum de somniis HIPPOCRATIS, GALENI, SYNESII, AUGERII FERRERII Lyon 1549. 16°. LIND.

Innocentio RINGHIERI *dialoghi delle vita e della morte* Bologna 1550. 8°. si huc facit, D'ETR.

Martini GREGORII *Comment. in* GALENI *Introductionem ad pulsus* Lyon 1550. 12°. LIND.

Bernhardini MONTANNA Archid. *libro de la anatomia del hombre con un coloquio del Marquis de Mondexar* D. LUIS HURTADO *a circa del suenno que de la generacion nacimiento y muerte del hombre* Valadolid 1550. fol. N. ANT.

Alfons. MUNOZ *de la Anatomia del hombre* 1550. fol. An IDEM.

§. CLXXVII. *Hieronymus* CARDANUS.

Castellione natus prope Mediolanum, celebris Mathematicus, & Medicus, non quidem Anatomicus. Scripsit *de subtilitate* Libros XXI. Noriberg. 1550. fol. Mea editio est Basil. 1560. fol.*. Gallice Paris. 1584. 8°.*

In L. VIII. agit de lacte. Hispanicum minus habere seri recte adnotat.

L. IX. & X. iterum de animalibus, & eorum admirandis. Animalia, quibus partes resectæ regenerantur. Chamæleon inflatione colores mutat, totum rotat oculum. Iterum cornua multa, & unicum. De elephanto fuse. Moveri linguam bovis & palpitare integro a morte die. Lupum piscem ventre consuto convalescere. Hybris ex vulpe & cane nata. Pisciculi bipedes.

L. XI. de homine & ejus mensuris &c. de longa inedia septem dierum, de magno hominum robore. Cola piscis. Ungues non renascentes &c.

L. XII. Porro de homine: vir qui lac de mammis reddebat. Ut fimo gallinarum ova ad fetum perficiendum foveantur absque matre. Denuo monstra & nævi. Eximiæ memoriæ exempla.

L. XIII. de sensibus: aetiologia fabricæ organorum, per quas sensus exercemus. Per cranium concussum audiri.

L. XIV. de anima ejusque facultatibus.

In L. XVII. inter varia de strabonibus, de motu musculorum, roboris maximi signis: & sparsa alia per reliquum opus.

L. XVIII. Homo ſylveſtris, degener. Pyrophorus ex ſanguine humano paratus. JOHANNIS calculatoris perfecta oblivio. Se noctu videre.

Multa vidit vir curioſus & peregrinator, & multa legit, non tamen debet ei absque cautela plurima fides adtribui.

In ejus Libris 17. *de varietate rerum*, ſæpe excuſis & anno 1550. fol. & Baſil. 1557. fol.*, quæ nitida eſt editio, cum ſcopus auctoris ſit, miracula rerum deſcribere, pluſcula huc pertinent. Liber quidem VII. agit de animalibus & de iis quæ ex animalibus producuntur. Fecunditas animalium: animalia quæ lapides devorant. Sexus: ætas, pubeſcendi tempus, propagatio. Julus diſſectus in diverſa diſcurrit. Alas cordis (aures) omnium noviſſimas in animale moveri. Serpentes dociles. Animalia cornubus multiplicibus. Equus androgynus, pene ex vulva prodeunte, qui ad equas hinniebat. Canis teſticondus. Aves hybridæ, potiſſimum phaſiani. Piſces parum habere ſanguinis, recte. Branchias ad molendum cibum factas eſſe. In tinca, quam vivam inciderat, vidit cor moveri, id recte deſcribit; gula carere, ventriculum in oris eſſe vicinia, habere pericardium & imperfectum diaphragma. Leporum marinorum anatome. Anguillarum duos eſſe ſexus. Pinnarum fabrica. Cetorum adeps non concreſcit. Porro ova, etiam gemella.

L. VIII. de homine. Qui inmoto gutture deglutiebat. Robuſti homines. Venus flagris incitata. Senſus. Q. capillos moveant. Ipſius CARDANI peculiaria. In exſtaſin rapiebatur pro lubitu: videbat quæcunque volebat, videbat in tenebris. Gigantes, longævi: de ſomno & vigilia. Multa intercedunt ſuperſtitioſa & vana.

Libro XIV. Oſtenta & monſtra, bicorporea, bicipitia: inter ea deſcribitur puella, quam *Gabriel* CUNEUS diſſecuit.

Lib. XV. victimarum portentoſi defectus. De ſonis aliqua. Mirificam de ſe ipſo facultatem iterum prædicat, poſſe ſe pro arbitrio in exſtaſin rapi, ſeparatione quadam ſui ipſius in cerebro facta.

EJUSDEM *contradicentium medicorum* L. II. Venet. 1545. 8°. OSB. Lugd. 1548. 4°. MER. Pariſ. 1565. 8°.* Marpurg. 1607. 8°. Loca ARISTOTELIS & GALENI, aut GALENI & Arabum, etiam GALENI varia loca inter ſe, comparare, contrarias ſententias expendere, de expenſis judicium ferre, auctori ſcopus fuit. Sæpe ARISTOTELI contra GALENUM favet, etiam Arabibus. Phyſiologici argumenti multa admiſcentur. De tempore quo fetus in utero geritur. De atra bile. An in carne tactus. Oſſa an ſentiant. De cordis, cerebri & medullæ ſpinalis prærogativis. Cerebrum per nares purgari. Oculi colores. Viſionem fieri in lente cryſtallina. De pulſu varia. Conſtricto corde arterias dilatari. Reſpirationem miſtam eſſe ex voluntaria & naturali. De ſanguinis & lactis partibus, de bile. Teſtes non eſſe membra principalia. De ſemine maſculino, feminino, variæ quæſtiones.

EJUSD.

EJUSD. *somniorum Synesiorum omnis generis insomnia explicantes* libri IV. Basil. 1562. 4°. CLEM. Germanice CARDANI *Traumbuch* Basel. 1563. 4°. UFF.

EJUSD. in HIPPOCRATEM *de septimestri & octimestri partu commentarius* Basileæ 1568. fol. & in HIPPOCRATEM *de alimentis* Romæ 1574. 8°. Basileæ 1582. 8°. UFF.

EJUSD. *opera senilia* inter quæ *de dentibus* Lyon 1638. 8°.*. Vix quidquam habet anatomici argumenti.

EJUSD. *metoposcopiæ* L. XIII. & 800. *figuræ faciei humanæ* Paris. 1658. fol. latine & etiam gallice.

Franc. SANSOVINO *l' edificio del corpo humano* Venet. 1550. 8°. HEINS.

§. CLXXVIII. L. FUCHS.

Leonhardus FUCHSIUS, Wembdingensis Suevus, Tubingæ Professor, non quidem per suas incisiones celebris, verum tamen adfulgens sensit, & GALENUM Arabibus, GALENO VESALIUM sagax prætulit.

EJUSD. *de corporis humani fabrica* ex GALENO & VESALIO *concinnata epitome* Tubing. 1551. 8°. PL. Duobus libris ossium & musculorum historiam complectitur. VESALIUM unice sequitur, præter locorum quorumdam in GALENO emendationes, in quibus proprio utitur judicio. Accessit P. II. *de instrumentis nutritionis, propagationis speciei, cordis, cerebri*, Lugdun. 1555. 8°.*

EJUS *institutionum medicinæ sive methodi ad* HIPPOCRATIS, GALENI *aliorumque veterum scripta recte intelligenda* L. V. prodierunt primum anno 1554. tum Lyon 1560. 8°.* Basil. 1583. 8°. 1594. 8°. 1605. 8°. UFF. 1618. 8°. ex catal. SCHULZ. dedicatio data est anno 1553. Multa ad nos spectant, & liber I. totus, quo cum physiologia veterum auctor integram anatomen conjunxit.

In L. II. physiologica aliqua huc pertinent.

Nonne idem fuerit opus, cui titulus *Methode ou brieve introduction pour parvenir à la connoissance de la vraye medecine traduite par Guill.* PARADIN. Lyon 1552. 16°. B. EXOT.

Scripserat olim *Paradoxorum medicinæ* L. III. *in quibus multa Arabum errata indicantur & confutantur* Basileæ 1535. fol.* recusos Paris. 1540. 8°.*. Nolui tamen ante VESALIUM Cl. virum recensere, quem doctissimum incisorem FUCHSIUS in posterioribus operibus ubique fere secutus sit. Arabes hic potissimum confutat, tamen & alios, ut CELSUM ob pylorum inter intestina numeratum. Bilem omnem ad duodenum confluere, id unicum esse. Jejunum non rectum esse, ut Arabes doceant, neque ad ileon intestinum numerosiores venas accedere. Mesenterium male cum intestinis numerari. Contra venas in utero fetus urinam emittentes MUNDINI; contra septum uteri & sinus. Diaphragma

phragma carne non destitui contra *Al.* BENEDICTUM; ab eodem male tres in corde ARISTOTELICOS ventriculos defendi. Non esse in gula musculos. Male ab ALEXANDRO gulam dici ante asperam arteriam poni, male ab eodem cum ea arteria pharyngem confundi, aut cum larynge. Non dari epiglottidis musculos. Hæc ante VESALII libros editos ex GRÆCORUM monumentis docet.

Hujus libri primam editionem puto esse *Errata recentiorum medicorum* LX. *numero adjectis eorundem confutationibus* Hagenoæ 1533. 4°.

In posteriori, quam diximus, editione *Seb.* MONTUI annotatiunculas explodit; tum inter *tres apologias* Basil. 1540. 4°. Alia est editio Francofurti 1567. fol. in qua *Sebastiani* MONTUI *ineptarum adnotatiuncularum refutatio:* & FUCHSII *propriæ de mumia sententiæ refutatio accessit* TREW.

An huc etiam faciunt *Difficilium aliquot quæstionum & hodie passim controversarum explicationem continentes* libri III. Basil. 1540. 4°. Redeunt in operibus omnibus Francofurti 1604. fol. excusis.

Scripserat etiam Argentorati 1535. 8°.*. *Compendium artis medicæ*, in quo brevis anatome & physiologia continetur.

§. CLXXIX. *Eduardus* WOTTON.

Oxoniensis, vir utraque lingua doctissimus, scripsit *de differentiis animalium* libros 10. Paris. 1552.*. In libro I. anatomica & physiologica varia continentur: tempus quo quodque animal utero fert: generatio animalis: viscera: partes: humores. Libro II. de differentiis animalium a generatione, sexu, sensibus, vitæ longitudine est vel brevitate sumtis. L. III. de sanguineorum animalium differentia ex partibus internis, externis, generatione, humoribus repetita. L. IV. de homine ejusque partibus externis, internis, voce, generatione, vita, monstris. L. V. de quadrupedum viviparorum partibus internis, externis, generatione, ruminatione. L. VI. de quadrupedibus oviparis. L. VII. de avium partibus interioribus, exterioribus, coitu, generatione, voce. L. VIII. de piscibus, earum partibus internis, externis, sexu, generatione. L. IX. de insectis & eorum partibus & generatione. L. X. de exsanguibus & zoophytis. Sine ordine omnia, fere collectitia ex veteribus, & etiam potissimum ex ARISTOTELE.

§. CLXXX. VARII.

Jacob MILICH, mathematici & medici, *oratio de studio doctrinæ anatomicæ* Wittebergæ 1550. 8°.

EJUSD. *Oratio de partibus & motibus cordis*, ibid. 1551. 8°. LEHMANN.

EJ. *Oratio de pulmone & discrimine asperæ arteriæ & æsophagi.* Exstant inter *declamationes* PH. MELANCHTONIS Basil. 1542.

Matthiæ

Matthiæ CORNACIS *historia quinquennis fere gestationis in utero* Viennæ 1550. 4°.* Basil. 1564. 8°.

Nicolai JACQUART & *Petri* CASTILLE *Ergo facultatibus actiones & spiritus numero pares* Paris. 1550.

Alberti NOVOCAMPIANI *adnotationes in fabricationem hominis a* CICERONE l. 2. *de natura Deorum descriptam.* Et *Dissertatio utrum cor an jecur in formatione fetus consistat prius* Cracov. 1551. 8°.

Sebastiani PAPARELLÆ, Professoris Perusini, *commentarii II. in* HIPPOCRATEM *de natura humana* Venetiis 1551. 4°.

EJ. *de calido* L. III. Perus. 1573. 4°.*. In L. II. ad scholarum gustum de calore naturali agit.

Opera omnia prodierunt Maceratæ 1582. fol. HOTTON.

Monstrum infantis bicorporei in Middleton Strange London 1552. SCH.

AMATUS LUSITANUS in *curationibus medicinalibus* Florentiæ 1551. 8°. & alias excusis, passim physiologicas morborum variorum rationes dedit, & duobus locis valvulas venæ sine pare defendit, atque J. B. CANNANUM testem advocavit, sed in earum usu aberrans, negat quidquam in cavam venam admittere (*r*). Vascula liquore replevit (*s*).

Bartholomæus MAGGIUS *de vulnerum a globulis sclopatorum illatorum curatione* Bonon. 1552. 4°. & in collectione GESNERIANA. Cephalicam venam rarissime ex jugulari provenire.

Sebastiani Theodori WINSHEMII oratio *de studio doctrinæ anatomicæ* exstat in declamationum P. MELANCHTHONIS T. IV.

MENELAS WINSEMII disput. 15. enumerat Cl. PORTAL.

In *Philippi* MELANCHTHONIS lib. *de anima* Wittebergæ anno 1552. 8°.* 1553. 8°. 1580. fol. excuso continetur physiologia & enumeratio partium corporis humani ad modum veterum, & nomenclator græcus atque latinus. Ductuum salivalium ad latus linguæ apertorum habet ostiola.

In *Declamationum* T. IV. etiam orationes de rebus medicis Argentorati 1558. 8°. editæ continentur. De canalibus, qui a faucibus orti descendunt in corpus ibid. LIND.

Franc. BRIGARD, & *Guill.* GUERENTE *an facultates sint in partibus solidis, an in spiritibus* Paris. 1552.

Francisci Antonii GALLI *anatomes enchiridion partes corporis humani brevi ordine mire explicans* Neapoli 1552. 4°. Ex veteribus esse, habere hymenem PORTAL.

(r) *Cent.* I. *Curat.* 52. *Cent.* V. *Curat.* 70.
(s) *Cent.* IV. *Curat.* 11. p. 21.

§. CLXXXI. *Michaël* SERVET.

In Villa nova Arragoniæ civitate natus, passim patriæ nomen gessit: acris ingenii vir, & anatomes minime imperitus, quem J. GUINTHERUS secundo a VESALIO loco inter eos discipulos numerat, qui sibi adjumento fuerint. Idem Arianus, & in sententia obstinatæ firmitatis homo, quæ ei causa fuit perniciei: ex legum enim a Romana ecclesia ad Genevensem transmissarum nondum emollito rigore supremo supplicio adfectus est, cum ferocissimis verbis in Trinitatem ab omnibus Christianis Ecclesiis adoptatam inveheretur. In novissimo suo scripto *de Restitutione christianismi* anno 1553. 8°. edito omnium rarissimo, & in ejus operis libro V. locus exstat, apud WOTTONUM (*t*), DOUGLASSIUM & MOSHEMIUM (*u*) recusus, in quo circuitus sanguinis per pulmones manifesto traditur. Ex aere & sanguine in pulmone spiritus vitalis paratur. Eum sanguinem pulmo longo itinere præparat, & ex vena arteriosa (arteria pulmonali) in arteriam venosam (venam cognominem) per vasa ex arteriolis in venosa natura mista transmittit, omnino ut in hepate sanguis ex venæ portarum ramis in ramos venæ cavæ. Inter argumenta suæ opinionis est magnitudo venæ arteriosæ, quæ nutriendo pulmoni multo minor suffecisset: septum cordis parum pervium, & alia debiliora. Adparet verum vidisse, quod ne GALENUS quidem ignoraverat, & quod paulo prius *Realdo* COLUMBO videtur innotuisse, etsi serius magnum inventum a REALDO editum est. HARVEJI laudibus neuter detrahit.

§. CLXXXII. *Petrus* BELON,

Cenomanus, peregrinator, plantarum studiosus & animalium. EJUS l. *de medicato funere*, *& de medicamentis ad servanda cadavera* prodierunt Paris. 1553. 4°.* quorum priori pollincturam veterum, & sepulchra describuntur. Pissasphalto solo mumias condiri docuit.

EJUSD. *L'histoire de la nature des oiseaux avec leur description & naïfs portraits* en VI. livres, Paris 1555. fol.* & 4°. Liber primus omnino ad anatomen pertinet. Sceletos avis cum sceleto humana comparatur, reliquarum etiam partium aliqua adest anatome. In ala post ulnam & brachium carpum habet, & metacarpum, duobus ossibus constantem, tunc digitos. In crure tarsum nullum, & unicum os metatarsi, hæc vitiosa. De generatione etiam aliorum animalium. De ovis variis, etiam testudinis.

In Lib. II. *de aquatilibus* Paris. 1553. 8°. CLEM. RONDELETIUM exscripsit. Gallice de piscibus tria opera edidit. *Histoire de la nature des poissons avec leur description, & naïfs portraits retirés du Naturel* Paris 1555. fol.

Histoire naturelle d'étranges poissons marins avec leurs portraits gravés en bois, la vraye description du Dauphin &c. Paris 1551. 4°.

La

(t) *Ant. and modern learning.*
(u) *Versuch einer vollständigen Ketzergeschichte* ad fin.

La nature & diversité des poissons avec leurs portraits représentés au plus près du naturel Paris 1555. 8°. 1560. Clem.

§. CLXXXIII. Varii.

J. B. Theodosii *Epist. medicinales* L. VIII. Basil. 1553. 8°.*. In *Epist.* VIII. agit de arteriarum dilatatione & motu. In *Epist.* XV. de tribus corporis humani facultatibus. *Epist.* XVI. de pulsuum ratione. *Epist.* XIX. de Melca, Colostro. *Epist.* XXIII. de lacte, sanguine, spermate. *Epist.* LIV. de spiritibus. *Epist.* LVI. de cholera citrina & rubra.

J. Bruyerinus libros 2. 6. & 7. *Colliget* Averrhois melius latine reddidit.

Physionomie d'Aristote *traduite* par *Jean le* Bon Paris 1553. 8°. B. *Exot.*

Ferdinandi Menæ Galeni lib. *de pulsibus ad tirones cum commentariis & castigationibus* Complut. 1553. 4°. Lind.

Simon Poncet & J. Lestelle E. *felicius a somno mares concipiuntur* Paris. 1553.

Alfonsus Ferrus in l. *de Caruncula* describit etiam organa urinaria.

§. CLXXXIV. *Guilielmus* Rondelet,

Universitatis Medicæ Professor Monspeliensis & Cancellarius, vir illustris, etsi Rabelaisii satyram passus est, doctus, & tamen naturæ studiosus (x), quæ laudes eo ævo rarissime conjungebantur, cui, non quidem soli, Academia Monspeliensis theatrum debet anatomicum. Propria manu in dissecando (y) utebatur adeo cupide, ut proprium filium sustinuerit incidere. Ejus *de piscibus marinis libri* 18. *& genuinæ effigies* prodierunt Lugduni 1554. fol.* & *pars altera, in qua testacea, Zoophyta, pisces aquæ dulcis, ranæ, testudines, lacertæ, amphibia* aliqua continentur. Veteres studiose legerat, pisces, rudiuscule quidem, delineari curaverat, eorum mores vitamque observaverat, plerumque etiam aliquam anatomen dederat, cum egregiis nonnunquam inventis. In Delphino fabricam viscerum & uteri, & renum dixit, in castore veram folliculorum fabricam, in avibus inque leporibus glandulas pingues, quæ ano adsident. Vesicam natatoriam habet, ejusve loco spatium aere plenum, quale in lupo vidit. Piscium appendices. Anguillarum coitus. Passim aliqua ad hominis anatomen, ut vesiculæ seminales: de dorsali vena, parum utique etiam nostro ævo nota, adnotatio. De asperæ arteriæ cartilaginibus, & bronchorum, de pulmonibus, de renis papillis. Valvulam Coli videtur invenisse, & ab eo habuisse Posthius. Quare meretur diligenter legi. Gallice vertit Joubertus & edidit Lyon 1558. fol.

(x) L. Gryllus *peregrin. med.* p. 6. vixit cum Rondeletio in marinis occupato.
(y) Riolan *anthrop.* p. 57.

§. CLXXXV. Varii.

Problemes d'ARISTOTE *& autres Philosophes & medicins selon la composition du corps humain avec ceux* d'A. ZIMARA *traduits du grec;* item *les solutions* d'ALEXANDRE *d'Aphrodisée sur plusieurs questions physicales* Lyon 1554. 8°. Paris. 1570. 16°. VERD. B. *Exot.*

Martini a BREMBACH *de bile* Lipsiæ 1554. 4°.

EJ. *de sanguine & pituita* ibid. 1556. 4°. HEFTER.

J. Donati SANCTORII lib. *de semine nec non de ejus virtute informante* Neapol. 1554. 4°. LIND.

EJUSD. *epistolæ medicinales* ibid. 1623. 4°. LIND.

Lud. de BOURGES & J. VERDUC E. *in parco menstrui fluxu mas, in largiori femina concipitur* Paris. 1554.

§. CLXXXVI. *Francisci de* VALERIOLA.

Enarrationum medicinalium L. VI. Lugduni 1554. fol.* quæ nitida est editio, 1589. 8°. DOUGL. Genev. 1605. 8°.*. Plerumque in conciliandis veterum antiphoniis versatur. Agit tamen peculiariter de visu in L. III. & de testium principatu. In IV. de primo voluntarii motus instrumento. Multa ubique ex libris veterum eruditio. Cruentationem cadaveri ex præsentia homicidæ exemplo confirmat, edito inter observationes a T. BONNET datas.

EJUSD. *commentarii in lib.* GALENI *de constitutione artis medicæ* 1577. 8°.* Lyon 1625. 8°. Amplissimis commentariis auctorem suum interpretatur. Multa ad Physiologiam pertinent. Num musculus, num potius tendo sit instrumentum motus voluntarii. An a cerebro an a corde facultas animalis. Partes unde fiant, an a sanguine an a semine, an ab utroque. Cur nonnulla membra non regenerentur. Semen an opifex sit, an sola materia: an animatum, an a toto secedat, an a muliere &c. Passim GALENI in sententia sua inconstantiam arguit. Eruditione tamen potius abundat, quam rerum ipsarum peritia.

EJUSD. *loci Medicinæ communes tribus libris digesti* Lugdun. 1589. 8°.*. Magna pars ad nos spectat, in L. I. ad humores, temperamenta, facultates, conceptionem, formationem fetus: in L. II. de rebus non naturalibus, somno, venere. Appendix practici est argumenti. Ad quemque titulum præmittit suam dissertationem. Deinde locos eo spectantes ex HIPPOCRATE & GALENO subjicit, ut in compendio præcipua eorum virorum placita habeas.

§. CLXXXVII. *Laurent.* JOUBERT.

Laurentius JOUBERT, Valentinus, FALLOPII discipulus (z), Universitatis Monspeliensis Cancellarius, jam anno 1558. (a) edidit librum I. *de risu*, qui gallice

(z) In GUID. p. 439.
(a) Passé 20. ans JOUBERT. in dedicat a. 1578. data.

pallice ab auctore versus est & Lyon 1560. 8°. B. *Exot.* prodiit, VERD. Addidit deinde *librum secundum & tertium*, qui ab auctore recensi prodierunt gallice Paris 1579. 8°.* vertente *J. Paulo* ZANGMEISTER Augustano. Risum a corde derivat, quod diaphragma in consensum trahat: cum vero in solo homine arctus sit diaphragmatis cum corde nexus, solum etiam hominem ridere. A diaphragmate etiam fieri, ut ridentium facies fere sit, quæ nitentium, dum dura egerunt. Musculos describit, qui risum faciunt.

L. I. & la II. *partie des erreurs populaires*, Antwerp. 1600. 8°. a J. BOURGEOIS edita, tum Avignon 1585. 12°. HUTH. Bourdeaux 1578. 8°. 2. Vol. D'ETR. Codices habuit editor, a *Christophoro de* BEAUCHATEL nepote auctoris; præfatio data est anno 1579. Italice vertente *Alb.* LUCHI *da* COLLE Firenz. 1592. 4°. BOEHMER Pars I. Libri *de erroribus vulgi medicinæ medicorumque dignitatem deformantibus* prodiit *latine cum scholiis* J. BORGESII Antwerp. 1600. 8°. Prima pars fere tota huc pertinet. Secunda agit de conceptu & generatione, de nævis, de fecunditate utriusve sexus: de fetu multiplici, quem defendit, de partu serotino. Ossa pubis in partu non discedere: de nodis funiculi, de galea fetus, de lactis mictu, de lacte etiam virginum, de virginitatis signis, ubi hymenem rejicit, de consensu uteri cum mammis. Libera dictio, BOCACCIANA & jocularis, multis calumniis occasionem dedit: Errores vulgi passim exagitavit. Pars II. diætetica est, quam auctor (*b*) imperfectam reliquit.

De inedia diuturna, cujus exempla colligit causasque inquirit. Hunc libellum filius ISAACUS gallice vertit.

Quæstio *de lingua quam puer a nemine edoctus loqueretur.*

Opera omnia conjuncta latine prodierunt Lyon 1582. fol.* Francofurti 1599. fol. a morte auctoris. Inter ea ad anatomen aut physiologiam spectant ex *Paradoxoram decadibus duabus* in I. n. 7. adipem qui igneo calore dissolvitur in corporibus animalium frigore non concrescere. In n. 8. Melius cibum coquere vigilantes: Struthiocamelum ferrum non coquere caloris ope. In Dec. II. n. 1. sanguinem menstruum non esse venenatum. In V. partes spermaticas a semine nutriri: in VI. singulas partes ab humore adtracto, sibi proprio, ali. In VII. Facultatem formatricem nunquam in vita quiescere. In VIII. adtractionem fieri similitudine substantiæ.

Inter octoginta subjectas *conclusiones* plusculæ sunt physiologici argumenti.

In T. II. huc faciunt scripta fere eristica, ut T. JORDANI *contra* Parad. 7. Decadis II. & JOUBERTI *responsio*. F. VALERIOLA *in omnia paradoxa cum responsione*.

Hæc omnia ad genium seculi scripta, ratiociniis nituntur & auctoritatibus, non experimento.

Para-

(b) Ante 50. annum moriens.

Paradoxa seorsim prodierunt Lugdun. 1566. 8°. WILL.

In *Guidonis de* CAULIACO anatomica commentarium dedit Lugd. 1575. 4°.* Musculorum intercostalium descriptionem correxit.

Osteologia M.S. est in B. R. Par. n. 7025.

§. CLXXXVIII. *Guilielmus* GRATAROLUS,

Bergomensis, ob religionem profugus & Professor Basileensis, edidit *de memoria reparanda, augenda & conservanda, & de reminiscentia* lib. Tiguri 1554. 8°. Basil. eodem anno 8°. MERKL. cum aliis opusculis Lugd. 1555. 16°. porro Francofurti 1591. 12°.* 1596. 12°. & cum H. RANZOV diætetico. Gallice vertente *Stephano* COPPE *deux livres de preceptes & de moyens de recouvrer, augmenter & contregarder la mémoire* Lyon 1556. 16°. VERDIER. 1586. 16°. *de* BURE. Paris 1577. 16°. D'ETR.

EJUSD. *de prædictione morum naturarumque hominum facili, ex inspectione partium corporis* Basil. 1554. 8°. 1564. CALV. Tigur. 1555. 8°. Lugd. 1555. 16°. & Gallice cum priori *œuvre singulier, qui demontre à faire facilement juger des mœurs & nature des hommes selon la considération des parties du corps* Lugduni 1556. 16°. Paris 1577. 16°. D'ETR.

§. CLXXXIX. VARII.

Nicolai SELNECKER, Theologi, *de partibus corporis humani* Wittebergæ 1555. 4°.

Johannes LANGIUS, Lembergius Silesius, Professor Heidelbergensis, vir eruditus, epistolas scripsit, multo serius excusas, sed ad hæc tempora pertinentes, qui natus sit anno 1485. obierit anno 1565. In Lib. I. quærit de calore naturali, virtute formatrice: de sanguinis ex mortuis profluvio. Monstrosa etiam varia ex animalibus nata refert (*c*), ut cornutam cervam. De vitæ termino naturali.

In L. II. de seminalium canalium anfractibus. De homine cui de pectore minor frater pependerit. De mensibus. Omnes humores in hepate generari. De sudore calido & frigido. De fetu mortuo in utero retento & per abscessum excreto. De viis puris ex aliis visceribus ad lotium ducentibus. De epiglottide; aliquid de potu furtim in pulmones irrepere. Circuitum etiam sanguinis minorem adgnovit. Sæpe prodierunt doctæ epistolæ, veterum lectione plenæ, ut 83. priores Basil. 1554. 4°. deinde epistolæ 144. Francofurti 1589. 8°. Hanov. 1605. 8°.*

Francisci MICHINI *de S.* ANGELO *observationes anatomicæ* Venetiis 1554. 4°. excusæ. Vir CL. cujus summa merito auctoritas est, *J. Baptista* MORGAGNUS nuper

(c) *Epist.* 70.

per ostendit, nullam in iis observationibus FRANCISCI industriam fuisse; qui FALLOPII tantum observationes descripserit (*d*).

(d) *Sign. & cauf. morb.* I. p. 143.

§. CXC. *Balduinus* RONSSEUS.

Ejus lib. *de hominis primordiis* primum prodiit Goudæ 1555. 8°. ad DOUGL. Lovanii 1559. 8°. LIND., tum Leidæ 1594. 8°.*. Organorum genitalium historia & icones aliquæ, tum fetus sensim formati, ex RUFFIO. De conceptu, graviditate, monstris, partu accelerato & retardato, de mensibus &c.

EJUSD. *Miscellanea s. epistolæ medicinales* Leid. 1590. 8°. & cum aliis operibus 1618. 8°.* 1654. 8°. Amsterd. 1661. 8°. LIND. Aliqua huc faciunt, ut de fetu mortuo frustulatim expulso: de rene bovis unico, de funiculo infantis deciduo, de somno pomeridiano, de clausura matricis.

EJUSD. *in Chyromantiam brevis Isagoge* Noriberg. 1560. 4°. cum TRICASSI *enarratione Chyromantiæ*.

§. CXCI. *Renatus* HENER &c.

Lindaviensis, Medicus, FUCHSII discipulus, VESALIO ignotus, indignatione tamen quadam ob asperrimum libellum motus, scripsit *adversus* J. SYLVII *depulsionum anatomicarum calumnias pro Andrea* VESALIO *apologiam* Venetiis 1555. 8°.* editam, & in operibus omnibus recusam. Laudo viri animum, qui pro vero contra auctoritatem pugnam susceperit: cæterum vix proprii quid apud eum reperio. VESALIUM fere ex VESALIO defendit.

Mathurini MONTANI *genialium dierum commentarii in Julii* PAULI *responsum de humano partu* Paris. 1555. 8°.

Ludovici COLLADO, Valentinus, VESALII discipulus, *in* GALENI *lib. de ossibus ad tirones enarrationes* Valent. 1555. 8°. N. ANT.

Jean GUILLEMEAU *introduction sur l'anatomique partie de la phys. d'Hippocrate* 1555. 8°. GOULIN.

M. Antonius MONTISIANUS, Geminianensis, *adversus* GAZAM, *qui hist. anat.* c. 13. *in part. inquit, jecur supra septum positum esse a dextro latere* 1555. SANDER.

Nicole de HAULTPAS, Medecin de Dourlans, *Livre de la nature humaine, où il est traité de la formation de l'enfant au ventre maternel* Paris 1555. 8°. MAITT.

J. LYGÆI *de corporis humani harmonia* Lib. IV. Paris. 1555. 4°. OSB. Compendium anatomes & Physiologiæ maxime subtile: Cor describit.

Hadriani JUNII (*de* YONGHE), viri docti, *Nomenclator* voces etiam anatomicas continet.

Ej. *de Coma*, philologicum equidem fcriptum, prodiit Augft. Vindel. 1555. 8°. Bafileæ 1558. Parifiis 1563. 8°. Antwerp. 1577. 8°. 1583. 8°. Francofurti 1596. 8°. Roterodami 1708. in his tribus editionibus auctius.

Mainetto MAINETTI, Profeffor Pifanus, in ARISTOTELEM *de fenfibus & fenfilibus* commentatus eft Florentiæ 1555. fol. Bologn. 1580. fol. ORLAND.

Wahre Abconterfeytung eines Kalb-Kopfes, fo anno 1555. *im Dorfe Lader geworfen worden ift*, Augfpurg SCHEUCHZER.

§. CXCII. VARII.

Reineri SOLENANDRI, Clinici, MONTANI difcipuli & in Italicis fcholis educati, *Apologia qua* JULIO *Alexandrino refpondetur* pro *Johanne* ARGENTERIO Florent. 1556. 8°.*. *Solenander* ARGENTERIUM Neapoli audierat. Refutat hic JULII *Antargenterium*. Lis eft *de generalibus* quibusdam *pofitionibus*, in quibus ARGENTERIUS a GALENO diffentiebat. Ejus *confiliorum* Sectio I. a *J. Francifco de* GABIANO Lugduni 1584. 16°. cum confiliis J. B. MONTANI prodierat, quatuor aliæ fectiones accefferunt anno 1596. & funt *Confiliorum Medicinalium* Sectiones V. Francofurti 1596. fol. Hanau 1609. fol.*. Practici quidem viri, aliqua tamen habent noftri fcopi in obfervationibus raris Quintæ Sectioni adjectis. Fluxus menfium per nares. Menfes gravidarum; menfes vetularum aut continuati, aut redeuntes.

J. Francifci, Ripenfis, lib. *de oculorum fabricatione & coloribus, elegiaco carmine infcriptus* Witteberg. 1556. 12°. PLATN.

HIPPOCRATEM *de natura humana* Hafn. 1571. & GALENI *conftitutionem artis medicæ* ibid. 1573. edidit BARTHOL.

Johannis ARGENTERII, Turinenfis Profefforis, arguti ingenii viri, *de fomno, vigilia, fpiritu, de calido innato* l. Florent. 1556. 4°.* non 1566. Lyon 1560. 4°. Spiritus animales refutat &c.

EJUSD. in *artem medicinalem* GALENI enormes tres *commentarii* Montereali 1565. fol. WILLER. Parif. 1578. 8°.* &c. Plurima quidem phyfiologica continet, fed ex genio feculi, absque anatome aut inventis propriis.

EJUSD. *de urinis* l. fæpe excufus, ejusdem eft ingenii.

Opera omnia Francof. 1610. fol. in qua editione etiam de fomno & vigilia l. continetur.

Henrici PAXMANN *propofitiones de partibus humani corporis & methodo* Witteberg. 1556. 8°.

Francefco Antonio CATTO *Ifagoge anatomicæ* Neapoli 1556. 8°. TOPP.

Erfchreck-

Erschreckliche Geburt eines Kalbes, welches den 28. Heum. 1556. zu Kleisdorf gebohren ist Nürnberg SCHEUCHZER.

Wahre Abconterfeytung eines Kalbes, welches den 3. Martii 1556. in einem Städtlein Bergersdorf genannt gebohren wurde, mit 6. Füssen, 2. Häuptern und zwey Schwänzen Nürnberg SCHEUCHZER.

Wahre Abcontrafeytung eines Kalbes, welches allein mit 2. Füssen lauffet 1556. SCHEUCHZER.

§. CXCIII. *Julius Cæsar* SCALIGER,

Medicus & Polyhistor, non quidem Anatomicus. Ad rem tamen nostram pertinet ejus *exercitationum exotericarum* liber XV. adversus CARDANUM Paris. 1557. 4°. Francofurti 1582. 8°.* reliqui 14. libri nunquam prodierunt. Acuti ingenii vir in CARDANO, credulo alioquin & pene temerario narratore, plurima carpit. De generatione fuse, de partu cæco & informi. De pilis & capillis. Partes animalium. Cor ovis evulsum diu palpitans. An novæ animalium species enascantur. Gigantes, nani. Mensuræ. Venus. Respiratio. Vitæ longitudo varia. Sensus. Ovum. Animi adfectus & ejusmodi alia numerosissima. Passim peculiare aliquod inventum apud acutissimum virum deprehendes.

EJUSD in HIPPOCRATIS *de insomniis l. commentarius*, fol. sine loco & anno GUNZ. mihi Amstelod. 1659. 12°. *. De se ipso & de somnio matris, quod gentis suæ eversionem portenderit. De venæ sectione, quam ex vena maxime distante præfert.

De partu septimestri exstat epistola in SYLVII operibus.

In ARISTOTELIS *historiam animalium* commentarii Tolos. 1619. fol. cum ejusdem operis propria interpretatione.

In *comm. ad libros de plantis* ARISTOTELIS adnotavit, perdices Vasconicas in ventriculo lapillos habere.

§. CXCIV. VARII.

Julii DELPHINI *in artem parvam* GALENI Venet. 1557. 4°. GUNZ.

EJUSD. *de spiritu, de facultatibus principibus animæ*, inter *quæstiones medicinales* Venet. 1559. 8°.

Conradi LYCOSTHENIS *prodigiorum & ostentorum chronicon* Basileæ 1557. fol.*. Non est JULIUS OBSEQUENS, sed multo uberior compilatio, ex variis scriptoribus collecta, singularium & rariorum in meteoris, animalibus, plantis, tempestate, terræ motu, inundatione phænomenorum. Inter ea rariora tamen numerosissima sunt monstra, plurima fabulosa, pene omnia ad arbitrium depicta: tamen etiam vera: plures pueri galea cranii destituti, pueri cum adnato ad pectus altero fetu: fetus duplicati, pulli quadricipites, rana caudata.

 Porro

Porro animalia rariora, casus etiam medici, partus retardati, vir cultrivorus, plantarum etiam monstra. Etiam fraudulentæ mulieris historia nuperæ Argentinensi similis, quæ ventrem finxit crassissimum.

Claude CELESTIN *des choses merveilleuses en nature, des erreurs des sens &c.* ex latino sermone vers. par *Jac.* GIRARD Lyon 1557. 8°. B. *Exot.*

Francisci Martini de CASTRILLO *de dentitione & ordine quo dentes proveniunt* Pinciæ (Valladolid) 1557. 8°. Madrit. 1570. 8°. DOUGLAS.

J. LALAMANTII *in* HIPPOCRATIS lib. *de septimestri & octimestri partu, & de ætate accedunt Problemata ab hac tractatione non aliena* Lugduni tum Genevæ 1571. 8°.*. Septimestres fetus vitales esse, & se nepotes habere gemellos, quorum alter pusillus sit, alter debilis. Comm. in L. *de ætate* & reliqui anno 1562. scripti fuerant.

Cum libro *de diebus decretoriis* GALENI scripserat *de mora partus in utero* Lugduni 1599. 4°.

IDEM lib. *de optima corporis constitutione* GALENI vertit & emendavit Heduæ 1578. 8°. LIND.

In *J. Nicolai* BIESII *Medicina theoretica* Antwerp. 1558. 4°.* Physiologia aliqua est ad veterum saporem, in L. I.

EJ. *comment. in* GALENUM *de arte* Antwerp. 1560. 8°.

Leonis ROGANI *de memoria reparanda, augenda, servanda* liber Romæ 1558. 8°. B. THOMAS.

EJUSD. in lib. GALENI *de pulsibus ad tirones commentarius, in quo omnia quæ* GALENUS *in 16. libris transegit brevi exponuntur* Rom. 1560. 8°. Venetiis 1575. 8°.* 1597. LIND.

EJ. *de urinis* L. III. ex HIPPOCRATE & GALENO *collecti* Venet. 1575. 8°.* 1597. 8°.

Adjectus textus GALENI ad TEUCRUM.

J. Jac. PAVISII, Calabri, *de accretione* l. Patav. 1558. 4°. HORST.

Thomæ MOSTELII, Plauensis, *Synopsis distributionis arteriarum in corpore humano quemadmodum a* VESALIO *copiosissime describitur* Wittebergæ 1558. 8°.*

EJ. *Synopsis exortus & distributio omnium nervorum* ibid. eodem anno *.

Blasii HOLLERII in HIPPOCRATIS lib. *de natura humana Commentarius* Argentorati 1558. 8°.

Antonii FERRARI (dicti il GALATEO) lib. *de situ Japygiæ* Basil. 1558. 8°.* etsi liber multo est vetustior: redit etiam in *Thesauro Italico* in Belgio edito. Broco-

Brocolaccas primus dixit, qui hodie Vampyri dicuntur; animas, quæ de sepulchris exeunt & amicos atque cognatos infestant. Id ne faciant, superstites cor palo trajiciunt, corpus flammis dant.

J. Vincentius ROGERIUS, Salernitanus, edidit Neapoli 1558. *quæsitum quam utilissimum an mater ad prolis generationem concurrat active.* Absurdum esse libellum, PORTAL.

EJ. *in artem parvam* GALENI comm. Basil. 1581. 4°.

§. CXCV. *Franciscus* VALESIUS,

Covarruvianus, Archiater Regis Hispaniæ, GALENI adsiduus lector & defensor. Anatomen quidem non exercuit, scripsit vero, quæ ad physiologica pertinent. Titulus est *de trinis compendiaria tractatio. De pulsibus libellus* Compluti 1569. 8°. sed DOUGLAS præmittit editionem Lugdunensem 1559. 8°. deinde addit recentiores Taurini 1588. 8°. Patavii 1591. 8°. N. ANT. Coram sunt *controversiarum medicarum & philosophicarum* L. X. sæpe recusi, ut Compluti 1564. 1565. Hanov. 1606. fol. Lugd. 1625. 4°. MERCL. Francof. 1582. fol.* 1590. fol. 1595. fol. & in operibus omnibus Colon. 1592. fol. 1594. fol. DOUGLAS. Earum *controversiarum* duo libri huc pertinent, primus de temperamentis & humoribus: alter de functionibus corporis humani, & de visceribus. Quæstiones ad morem veterum, eo fini destinatæ, ut contra Arabes & nuperos GALENUM tueatur, ratiociniis potius quam experimentis.

EJUSD. *de iis quæ physice scripta sunt in sacra Scriptura*, s. *de sacra philosophia liber singularis* Francofurti 1592. 8°.*. Varia huc pertinent, de semine, de generatione, de lingua, de loquela, de *Petro* PONTIO, qui surdos docuerit loqui: de nutritione, de termino vitæ: de mensibus, conceptu, fecunditate, fetu, graviditatis tempore: ubi puellam quinto mense natam defendit, de virginitate, physiognomia, chiromantia, organis visus, & auditus, senectute, lacte, oculis, cursim fere omnia.

In *artem parvam* GALENI commentatus est Complut. 1567.* Venetiis 1591. 8°. WILLER. Aliqua de facultatibus naturalibus & animalibus, de discordia anatomicorum, & de administratione anatomica.

§. CXCVI. *Realdus* COLUMBUS.

Matthæus (e) *Realdus* COLUMBUS Cremonensis, pharmacopola, *J. Antonii* PLATII Chirurgi (*f*), deinde VESALII discipulus (*g*) & familiaris (*h*), inde successor, per quindecim annos incisor (*i*) Patavinus (*k*); Pisis etiam & Romæ docuit,

(e) Vulgo REALDUM vocant.
(f) *De re anat.* L. I. p. 24.
(g) VESAL. *fabr. corpor. hum.* L. I. p. 113.
(h) *Exam. obss.* FALLOP. p. 73.
(i) L. XV.
(k) Docuit ibi ab anno 1544. ad 1546. TOMASIN *Gymnas.* p. 76. & anno 1543. cum J. CAJO concurrerat CAJI *script. prop.* p. 163.

docuit, ut intra unum annum cadavera humana quatuordecim (*l*) diffecuerit (*m*), viva etiam animalia frequenter inciderit (*n*). Non adeo undique contemnendus homo, ut quidem CARCANUS reliquit, qui nervos penis, fatis certe craffos, negat a COLUMBO potuiffe reperiri, & aliena opera ad fcribendum eguiffe objicit. Errores commififfe non diffitemur, nimisque acriter non folum contra GALENUM, fed etiam contra præceptorem VESALIUM dixiffe. Id volo, multa habere hos quindecim libros, propter quæ utiliter legantur. Nam libro quidem XIV. vivorum animalium incifiones defcribit. REALDUS canes fuibus fubftituit, & multa utiliter vidit: cor conftringi quando arteriæ dilatantur, & viciffim: cerebri motum cum cordis motu incidere, & perinde cerebrum alterne dilatari & conftringi, hoc ante nuperos. Aqueum humorem in vivi animalis pericardio effe confirmavit: pulmones inflatos cor amplecti, & pulfum altius exfurgere, hoc ex VESALIO. Ventriculi finiftri fanguinem calidiffimum effe.

Libro XV. rariores adnotationes fuas ex incifis cadaveribus natas recenfet, plurimas quidem ad morbos fpectantes, tamen & anatomicas. Giganteum caput habet, cujus maxilla cranio connata erat, & offium varietates. Lazari vitrivori peculiarem in nervis fabricam defcribit, qui guftu caruerat. Venarum varietates & vifcerum adnotat: pueri tradit anatomen, cui alius fetus de pectore prodibat: Androgynos aliquot, hymenem, feminam utero nullo dicit, quæ videtur per urethram virum admififfe.

Præterea in L. VII. fanguinis per pulmones circuitum veriffime defcripfit, & per arteriam venalem fanguinem cum aere ad finiftrum ventriculum duci docuit, accuratius quam SERVETUS Ita & fanguinem in ea vena (nam vena eft pulmonalis) vidit, cum viva animalia incideret, & eum folum fanguinis ductum cordis valvulas permittere. Neque alia defunt viri inventa.

In libro I. ad IV. offa defcribit, non omnino inutiliter, artuum potiffimum offa. Epiphyfium afperitates habet alterne cavas, & fibi refpondentes. In L. II. cartilagines. Libro III. ligamenta. Stapedis fibi tribuit inventum, paucis confentientibus. Os facrum diligenter defcribit. Sceleton docuit componere. Crocodilum fuperiorem maxillam folam, pfittacum utramque movere fe ait primum inveniffe. Laryngem humanum defcripfit. Ligamenta ftylohyoidea habet.

L. V. eft de mufculis. Burfas adipofas dixit. Palmarem longum deeffe vidit.

L. VI. de jecore & venis.

L. VII. de corde & arteriis. Arterias penis fibi inventas tribuit. Nullum fuiffe in quodam cadavere pericardium. Arteriam vertebralem per magnum occipitis foramen cranium fubire docuit. Lentem cryftallinam non effe in medio oculo, fed anteriori loco.

Lib. VIII.

(l) L. XV.
(m) *De re anat.* p. 262. male 256.
(n) L. XIV.

Lib. VIII. de cerebro & nervis. Quartum nostrum pro nervo numerat.

Lib. IX. de glandulis. Spurium illud GUNTHERI pancreas refutavit. Glandulæ in poplite.

Lib. X. membranam innominatam ex coalescentibus musculorum oculi tendinibus factam sibi inventam jactat.

Lib. XI. de visceribus abdominis. Carunculas in vagina muliebri habet. Solum os coccygis in partu moveri. Ductus dicit prostaticos. Duplicaturam pleuræ male in artem introducit.

Lib. XII. de fetu.

Lib. XIII. de velamentis corporis.

Ejus operis titulus est *de re anatomica libri* XV. editi Venetiis 1559. fol.* deinde Parisiis 1562. 8°. & 1572. 8°. PL. etiam Francof. 1590. 8°. & 1593. 8°.* 1599. 8°. DOUGL. Germanice demum vertente J. A. *Andr.* SCHENCKIO Francofurti 1609. fol. THOM. cum titulo *Anatomia deutsch, mit einer Zugabe, worinn Sceleta Bruta begriffen.*

Obiit anno demum 1577. (*o*).

§. CXCVII. J. VALVERDE.

Johannes VALVERDE, a patria dictus *de Hamusco*, Hispanus, discipulus COLUMBI. Ejus *historia de la composicion del cuerpo humano* invenio prodiisse 1556. fol. N. ANT. plerique tamen auctores annum citant 1559. Italice vertit ipse VALVERDE, adjuvante *Antonio* TABO, & edidit, titulo facto *anatomia del corpore humano composta per* M. G. V. Rom. 1560. fol.* etsi in calce Venetiis dicitur prodiisse. Recusa est 1606. fol. Inde latine prodiit *Michaële* COLUMBO Centellensi vertente, *anatome corporis humani* Venet. 1589. fol.* 1607. fol.* in qua postrema editione latera figurarum commutata sunt.

Ipsum opus pene totum ex VESALIO (*p*) transcriptum est, tam sermo quam icones, & istæ diminutæ passim & vitiatæ. Aliquæ tamen, non multæ, rariorum eventuum adnotationes adcesserunt, & venarum cutanearum, tum uteri gravidi, & musculorum subcutaneorum duæ tabulæ. Minorem *sanguinis circulationem* non ignoravit. In editione 1589. adjecit editor quatuor musculorum totius corporis novas tabulas, quarum auctorem ignoramus. Ipse JOHANNES corpora humana non incidit (*q*).

§. CXCVIII.

(o) *Giorn. de letter. d'Ital.* T. XIII. p. 213.
(p) Multa a ROMANIS habere, nempe ab EUSTACHIO, FALLOPIUS *obs.*
(q) CARCANUS. VESALIUS.

§. CXCVIII. J. B. PORTA.

Ejus viri *Magia naturalis*, cujus libri IV. Antwerp. 1560. 8°.* prodierunt, in libro II. habet consilia, ut varia inter se commisceantur animalia, & novæ inde & utiles varietates progignantur. Est fere collectio ex veteribus, de animalibus ex putredine provenientibus, de quadrupedibus & avibus, ex hybride venere natis, de catulis nanis, de mulo fortissimo ex tauro & asina nascente; de rhinobato, ex squatina & raja generato, cujus in Neapolitano freto reperti iconem sibi *Simon* PORTIUS ostenderit. Ut possint diversi generis aves ad adulterium illici. Monstra avium. In L. IV. c. 8. succino se apes inclusisse scribit. Oculum esse cameram obscuram primus docuit.

EJUSDEM *de humana physiognomia* L. IV. Vici 1586. Neapol. 1602. fol. FOLK. Hanov. 1693. Ursell. 1601. Francofurti 1618. 8°. GUNZ; Romæ 1650. 8°. Italice *Fisionomia di tutto il corpo humano* Neapoli 1598. fol. D'ETR. vertente *Girolamo di* ROSA 1611. fol. D'ETR. Padova 1616. 4°.* Vicent. 1615. fol. RINK. Romæ 1637. 4°. Venetiis 1644. 4°. 1652. 8°. Gallice *Fisionomie humaine ou l'on voit si clairement les mœurs & les desseins des hommes; qu'on semble penetrer jusqu'au plus profond de leurs ames* trad. *par le Fr.* ROULT. Rouen 1660. 8°. HOUSS. Germanice Francofurti 1601. 8°. BERT. cum iconibus, in quibus facies hominis cum facie animalis comparatur.

EJ. *physionomiæ cælestis* L. VI. Neapoli 1603. 4°. D'ETR. Argentor. 1606. 8°. Italice *celeste fisionomia* Padova 1623. 4°. D'ETR.

In utroque opere ex signis externis vult hominum mores, naturas & consilia expiscari. In altero non ab astris, sed a temperamento humorum docet hominum mores & animi adfectiones pendere. Arabum tamen nænias repetit, & heroum dat vultus.

EJ. *Chirofisionomia* hactenus inedita, prodiit Neapoli 1678. aut 1677. 4°.

Hactenus huc pertinent libri *de refractione optica* Neapoli 1593. 4°.

§. CXCIX. VARII.

Caspari PEUCER, infelix MELANCHTHONIS generi, ob *cryptocalvinismum* diuturno carceri inclusi, mathematici & medici eruditi, *de cerebro* disputatio Witteberg. 1560. 8°.

EJUS *oratio de cerebro* Witteberg. 1560. 8°. HEIST. Idem ut videtur opus.

EJUS *oratio de sympathia & antipathia rerum in natura* ibid. 1574. 4°. HAENEL.

EJUS *de præcipuis divinationum generibus — ubi monstrantur causæ & fontes physicarum prædictionum* Witteberg. 1572. 8°.* Servestæ 1591. 4°. CHIV.

Francof.

Francof. 1607. 8°. HOTTON. Gallice *les devins ou principale ſorte de divinations* Anvers 1584. 4°. DU VERDIER. Pleraque ad alium finem pertinent. Multa ſomnia ad dæmones refert. In priori ſectione celebris locus reperitur, ex quo nonnulli eruere voluerunt, PEUCERO ſanguinis circuitum notum fuiſſe. Verum vulgarem certe GALENI ſententiam proponit, de ſanguine per venam cavam in cor adveniente, & de aere per venam pulmonalem ad cor redeunte.

Ein neu ſeltſames Wunder im Land Bayern im Dorf Reid 3. Decemb. 1560. *durch Michaël* MOSER Augſpurg. Vitulus biceps SCHEUCHZER.

La vraye figure d'un monſtre né au païs de Berry en la terre du Sr. d'Aumont 1560. fol. SCHEUCHZER.

Wahrhaftige Abbildung der Mißgeburt, ſo anno 1560. *zu Zumershauſen von einer Frauen gebohren iſt* Augſpurg fol. SCHEUCHZER.

Patricio TRICASSO *enarratio principiorum Chyromantiæ.* EJ. *opus Chyromanticum* Noriberg. 1569. 4°. UFFENB. EJ. *la Chiromance trad. de l'Italien* Paris 1560. 8°. 1583. 8°. B. EXOT.

Bruno SEIDEL *de uſitato apud Medicos urinarum judicio* Erford. 1560. 8°. 1562. 8°.* 1571. 8°. Non nimium lotio tribuendum eſſe monet: Signum eſſe unicum inter multa: a cibis, a regionibus, a temperamentis, aliud & aliud prodire.

P. BOISTEAU *Hiſtoires prodigieuſes extraites de pluſieurs fameux auteurs grecs & latins* Paris 1560. 4°. maj. TR.

RAYNALDES *byrthe of mankynd* 1560. 4°.* OSB. Antiquiorem eſſe puto.

LIBER V.

SCHOLA ITALICA.

§. CC.

Hæc Schola a renatis literis universam Europam per sesqui seculum erudivit, ut paucissimi incisores sint, qui ex ea non prodierint. Hanc epocham a *Gabriele* FALLOPIO (FALOPPIA (*r*)) ordior, Mutinensi, magno anatomes incremento, etsi quadragesimum (*s*) annum non superavit, natus anno 1523. (*t*), & exstinctus anno 1563. Ab anno 1548. Ferrariæ, inde Pisis, ab anno 1551. vero Patavii ad mortem usque docuit (*u*). VESALII discipulum non fuisse compertum est (*x*). Candidus vir, in anatome indefessus, magnus inventor, in neminem iniquus, nisi forte in EUSTACHIUM, acrem virum, quem videas neminem fere coævorum amicum habuisse. GUILANDINUM ex captivitate Mauritanica ære suo redemit. In VESALIUM, cujus viri potissimum menda correxit, summa reverentia usus est. Ad septem usque intra annum cadavera humana dissecuit, quod eo tempore rarissimum habebatur (*y*). Princeps viri opus sunt *Observationes anatomicæ* Venet. 1561. 8°.* 1562. ibid. GUNZ. excusæ, tum 1571. 8°. PLATNER, & Paris. 1562. 8°.* Colon. 1562. 8°. Eædem cum VESALII operibus Leid. 1725. fol.* prodierunt. In systema has observationes redegit, inque quinque libros distribuit *Johannes* SIEGFRIED Helmst. 1588. 8°.* (*z*) Anno 1557. absoluta fuerant. Eximium opus, & cui nullum priorum comparari potest. De vasis & ossibus fetus primus justus scriptor. Ossa enim fetuum, primus inter mortales contemplatus est. Primus etiam cartilagines recte adnotavit, quæ induratæ cum osse coalescunt, & vulgo dicuntur epiphyses. Ubique ostendit, quot ex ossibus fetus unum os adulti hominis coaluerit. Articulationum novam tabulam dedit, trochoidem ginglymum addidit.

(r) Nobilis familia Mutinensis, ex qua noster *Gabriel* natus est TASSONI *Secchia rapit. Cant.* II. n. 2.

(s) GUILANDINUS *de papir.* MARCOLINUS in *præf.* ad FALLOPII lib. de *aquis medicatis.*

(t) Anno 1528. quintum vel sextum annum agebam *de tumoribus* p. 83. b. Edit. Venet. 4.

(u) TOMASIN *Gymnas.* p. 76.

(x) MARTINE ad EUSTACHIUM p. 12.

(y) *Melchior* ADAMI p. 205.

(z) MARTINE l. c.

didit. Vestibulum, organi auditus, canales tres semicirculares, anulum tympani, chordam tympani (a), fenestras, cochleam invenit, aquæductum uberius dixit, cui nomen inventoris datum est. Stapedis inventi gloria INGRASSIÆ pro suo candore cessit (b). Os ethmoides VESALIO obiter dictum, accuratius descripsit, cum suis processibus conchæ similibus, atque cavernulis. Sic cum sinu suo os sphenoides & in universum sinus pituitarios fetuum. Dentium caveam, arterias venasque, & nervos dixit, & duplicem proventum, atque nervorum dentalium superiorum canalem. In musculis accurate versatus est, invenit bene multos, ut occipitales, auriculæ tres musculos, levatorem palpebræ superioris, pterygoideum externum, geniohyoideum, trachelomastoideum, rectum lateralem capitis, posteriorem auriculæ, occipitalem, cervicalem descendentem, musculos veli palatini, & pharyngis plerosque, pyramidalem abdominis, non undique VESALIO ignotum. Musculorum intercostalium veriorem dedit descriptionem, & internos solos ad sternum venire ostendit. Musculos faciei multo, quam VESALIO, rectius proposuit, & oculi musculos, & potissimum obliquos trochleamque: tum musculos ossis hyoidis, laryngis, capitis. De sphinctere vesicæ recte sensit, contra VESALIUM, stylopharyngæi in os hyoides insertionem vidit.

Inde vasa tradit. Subtiliter passim in iis versatus est, ut etiam parvas illas anastomoses venarum phrenicarum cum mammariis, venæ sine pari cum renalibus, & lumbaribus, mammariarum cum epigastricis & intercostalibus aliasque minutas anastomoses dicat. Venas sinusque medullæ spinalis invenit, & meningeam arteriam & ethmoideam, & cerebrales arteriarum carotidum ramos persecutus est; Venam porro jugularem utramque, & vertebralem. Venam umbilicalem unicam esse monuit, interque dextras & sinistras venas faciei, mammarum, hypochondrii, abdominis, aliarum (c) partium dari anastomoses. Azygæ duas insertiones in venam cavam dixit: Arteriæ penis veram originem. Valvulas venarum rejecit. Arterias in sinus cerebri inseri, eosque sinus pulsare negavit, contra VESALIUM. Ductus arteriosi dignitatem & amplitudinem ostendit. Carotidem multo rectius descripsit, in sinus duræ membranæ terminari recte negavit. Vertebralem per magnum foramen accipitis subire contra VESALIUM ostendit. Nervos oculi constituit, quartum par invenit, tres ramos Quinti paris recensuit, ramum recurrentem nasalem primus dixit, tum paris octavi nervum glossopharyngeum. Fabricam musculosam gulæ vidit. Villosam inde ventriculi & intestinorum tunicam, valvulas conniventes, ut vocantur. De itinere bilis veriorem sententiam aperuit. Renis meatus rectos vidit, aut fistulas, & opercula s. papillas, quæ has fistulas (partes pelvis) oppleant. Vesiculas seminales plenius confirmavit; clitoridem uberius descripsit, & restituit, & hymenem, & uteri tubas, & ligamenta teretia. Nerveum plexum cordis & mesenterii indicavit: fragmenta difformia cartilaginea in bronchis: palati

(a) Hanc non undique perspexit.
(b) *Obs.* p. 25. b. 26.
(c) p. 128.

palati mollis & uvulæ discrimen, cornicula lacrumalia, ductum nasalem, glandulam lacrumalem unicam, duram indolem capsulæ crystallinæ, ligamentum ciliare, tunicam vitream, sinus duræ membranæ petrosos quatuor, venam mastoideam. Non dari in teste mulicbri semen. Nervos præter opticum dura piaque membrana obvolvi perite negavit. Bilis verum iter docuit, ut distento duodeno ex hepate in vesiculam veniat. Duas in rene pelves vidit. Pauca hæc; & plura supersunt, quæ in viro minus divite exegissem.

Ej. *de corporis humani anatome compendium* Venet. 1571. 8°.* Patavii 1585. 8°.*. Viscerum & musculorum brevis absque vasis & nervis historia, ab ignaro discipulo magni viri rudi calamo excepta. Passim etiam vitia typographi. Multa eorum similia quæ habet in observationibus, correctiones nempe VESALII. Humerariam venam ab axillari, non a jugulari interna provenire (*d*). Latissimum dorsi utique scapulæ adhærere (*e*).

Non differunt *institutiones anatomicæ*, quæ sunt in *posthuma operum collectione*. Non esse FALLOPII, sed alicujus discipuli opus C. HOFMANNUS (*f*).

Ej. *Quæstio de principio venarum, ubi defenduntur medici & philosophorum solvuntur rationes.* In collectione opusculorum Patavii 1566. 4°.* edita a *Petro* AGATHO. Venas ab hepate provenire, non a corde; breviter omnino.

Ej. *lectiones de partibus similaribus* C. H. a VOLCHERO COITER editæ Noriberg. 1575. fol.*. Ad veterum theorias. Medullam tamen in ossibus leonis reperiri. Non inesse in arteriis vim pulsandi insitam, neque eas ultra vinculum micare.

Ej. *Expositiones in* GALENI *lib. de ossibus, cui additæ a* F. MICHINO *figuræ venarum* Venet. 1570. 8°. DOUGL. & in collectione posthuma operum, ille libellus in Tomo III. iste in primo. Observationes sex. In prima canis incisio; in tertia dicuntur meatus parvi flavo subamaro succo pleni, ab hepate tendentes ad pancreas, vera nempe vasa lymphatica. Obs. 4. est de anastomosibus inter venam axillarem & sine pari, nullis valvulis impedita. Obs. V. subtiles inter venam sine pare & venam intercostalem superiorem a subclavia natam anastomoses, hujusque sine pari venæ duæ insertiones in emulgentem & cavam venam. Obs. VI. Eodem loco nasci ex vena cava jugularem exteriorem, internam & vertebralem: De musculis peculiaribus penis canini. Expositio in lib. GALENI longus est & verbosus liber, plenus controversiarum.

In lib. *de vulneribus*, hominem ab omento destructo nihil passum. Tendines cæsos parum dolere. Caput a cerebro exacte repleri. Medullam spinalem infra primam vertebram lumborum nervorum similem esse, superne cerebri.

In lib. *de ulceribus* anno 1557. describit duo puncta lacrumalia & geminum lacrumarum meatum.

Opera

(d) p. 21. (e) p. 28.
(f) *Instit.* p. 212.

Opera omnia prodierunt Francofurti 1600. fol.* Venetiis 1584. fol. 1606. fol.*. Hanc editionem BARTHOLINUS Francofurtensi longe præfert (*g*).

Solæ observationes ab AUCTORE suo editæ sunt. Reliqua opera fere incomta, deinde plena inutilium enarrationum, & longe minus rebus gravia.

§. CCI. *Levinus* LEMNIUS. ALII.

Zirikzeæ in Zeelandia Medicus clinicus. Ejus *de habitu & constitutione corporis quam complexionem vocant* Antwerp. 1561. 8°.* Venet. 1567. Erford. 1582. 8°. Jenæ 1587. 8°. Francof. 1591. 16°. WILLER. Vaga quædam confabulatio varii scopi. De natura spirituum, de corporis humani elementis, temperamentis simplicibus, compositis, eorum signis & effectis. Impuberes lac aliquando in mammis habere.

EJUS *de occultis naturæ miraculis* L. IV. Colon. 1581. 8°.* & alias. Plurima huc faciunt, ut de similitudine puerorum cum parentibus, de nævis ex imaginatione prægnantium natis. Semen a muliere addi. Uter sexus prævaleat in fetu, & quare: partus monstrosi: androgyni. Hæc in libro I.

Libro II. agit de galea, cum qua pueri nascuntur. De physiognomia. De somniis. De saliva, lacte.

L. III. convalescentes cur salaces.

L. IV. de presbyopibus, myopibus. Cur dexter oculus obtusior. Qui artubus truncatis nascantur. Animalia quæ absque semine proveniunt. Tempora quibus utero geritur. De hominis procreatione, pubescentia. Intercedunt aliqua nimia & fabulosa, ut molæ volatiles cum unguibus Lib. I.

EJ. *de termino vitæ* Leid. 1689. 12°. &c. Ita lego.

Petrus FRANCO, Chirurgus Lausannensis, edidit Lyon 1561. 8°.* *traité tres ample des hernies*, quo fere universa chirurgia continetur. Ubique anatome earum partium additur, quarum curationem auctor exponit, & ossium, oculorum, partium genitalium mascularum, femininarum descriptio &c. Peritonæum a vasis spermaticis non perforari.

Ferdinandi CASSANI *quæstiones duæ, quod sanguis & pituita in sanorum corporum venis actu sint; 2. quod sedimenta sanorum & ægrorum ejusdem sint speciei* Neapoli 1561. 8°. L.

AGOSTINO COLUMBA *della natura de cavalli* & T. GRISONE *modo di connescere la natura di cavalli* Venez. 1561. 8°.

(g) *Vindic. anat.* p. 3.

§. CCII. *Theodorus* ZWINGER.

Theodori ZWINGER ſenioris, Medici Baſileenſis, qui nova dogmata PARACELSI cum veteribus Medicorum claſſicorum ſententia conatus eſt conjungere, doctus cæterum vir. Edidit anno 1561. fol. Baſileæ ſuas in l. *de arte medica* GALENI, & in l. *de conſtitutione artis medicæ tabulas*, Pariſ. 1561. fol. TREW.

IDEM anno 1579. fol.* edidit 22. libros HIPPOCRATIS græce & latine, tabulis illuſtratos, ſententiis in ordinem ſecundum locos digeſtis.

EJ. Περι των περιττωματων της πρωτης πεψεως Baſil. 1584. 4°.*. Generalia ad ſcholarum morem.

EJ. *Phyſiologia medica* THEOPHRASTI PARACELSI *dogmatibus illuſtrata* Baſileæ 1610. 8°.*. Vaſtum opus, in quo quidem ſe cum Paracelſiſtis conciliat, ut tamen contra eos veram anatomen defendat. Fatetur vitia maxima Paracelſicæ ſectæ, & exempla dat.

In *theatro vitæ humanæ*, inchoato a *Conrado* LYCOSTHENE & XIX. libris abſoluto Baſil. 1565. fol.* 1571. fol.* TREW. 1586. fol. & alias edito, etiam anatomica adtigit, collectaneo opere, ex veteribus fere, ſub ſuos titulos compilato. Aliqua ad artes pertinent, ad medicinam, chirurgiam, medicorum virtutes. In L. XVI. fuſe agit de animi adfectibus. In L. XVIII. de vita humana ab ipſo retro fetu, de conceptu, partu, multiplici & ſerotino, demum de vita hominis ad ipſum uſque ſenium. Virtutes & vitia ſenſuum: mortis genera & cauſæ, fuſiſſime. Longævitas, Fames, Sitis, Gigantes, nani, morbi varii. Cadaverum ſepultura, conditura, abſtemii, idioſyncraſia. Anatomen regum Ægyptiorum laudat.

§. CCIII. *Franciſcus* PUTEUS,

Vercellenſis. Ejus *apologia in anatome pro* GALENO *contra Andream* VESALIUM prodiit Venetiis 1562. 8°.*. Auctor vir nobilis fuit, parum latinus, & longe minus anatomicus, & unicum ſibi finem propoſuit, GALENUM ſalvum facere. Adfirmat GALENUM corpora humana diſſecuiſſe: editionem Baſileenſem mancam eſſe, & multas GALENI voces omittere. Vide ut ſe torqueat, quando GALENUM excuſat, muſculis inter coſtas modo exſpirationem tribuentem, modo inſpirationem (*h*): aut venam ſine pari cor inter & diaphragma inſerentem (*i*): aut Hepati lobos adſignantem, quos noſter quatuor omnino vult ſe in principe Sabaudo vidiſſe (*k*) etiam teſtibus adductis; quando demum cotyledones in utero reperiri adfirmat (*l*), ob eam rem a *Gabriele* CUNEO refutatus, quando denique ſe ipſum teſtatur membranam allantoideam (*m*) excrementis

(h) p. 84. b. 8
(i) p. 137. b.
(k) p. 153. b.
(l) p. 164. b.
(m) p. 165. b.

mentis plenam vidisse. In solis figuris capitis refutandis veram sententiam tenuit, quarum quintam negat (n) locum habere posse. Plusculas orationes addit medicorum, qui Bononiæ de venarum ex hepate origine disputaverint (o), BONFILIOLI, VICTORII, MAGGII.

§. CCIV. VARII.

Antonio Maria VENUSTA, Rhætus ex Tellina Valle, edidit Venet. 1562. 8°.* & Milano 1614. 12°. QUADR. *discorso generale intorno alla generatione al nascimento delli huomini, al breve corso della vita humana.* Germanice recusus est Frankfurt 1618. 8°. HEIST. *von der Geburt des Menschen.* In parte priori agit de origine animæ & corporis hominis, pro seculi genio vage, cum plurimis vanis opinionibus, qualis est de lunæ vi. Porro de coitu, generatione, partu naturali & difficili, monstris & nævis agit. Plures masculos nasci tamen perspicaciter, ex hypothesi, vidit. De proceris etiam hominibus, & pygmæis, & longævis.

Johannis CARVINI, medici Montis Albani, *de sanguine dialogi* VII. Lugduni 1562. 8°.* Hanov. 1605. 12°. DOUGL. *Jacobi* SYLVII discipulus. Dialogo I. agit de sanguinis essentia & veterum quatuor humoribus. Dial. VII. de judicio ex sanguine, ubi pingue aliquid ait se in sanguine venoso vidisse, quod pro adipe habet. Collectitia cæterum materia.

Petrus GYLLIUS in *historia elephantis*, quam cum ÆLIANI animalibus Lugduni 1562. 8°.* edidit, aliquam captæ hujus belluæ anatomen dedit, dentesque, hos accurate, tum hippopotami dentes, & varia ad horum animalium physiologiam, ut de rara respiratione Elephanti.

Janum BIFRONTEM *de operibus lactariis* Tiguri 1562. 8°. editum, utcunque huc referas.

§. CCV. *Bartholomæus* EUSTACHIUS.

Bartholomæus EUSTACHI, Sanseverinas Anconitanus, Anatomicus & Professor Romanus, vir acris ingenii, parcus laudator, sed ad inveniendum, & ad subtiles labores a natura paratus, omnium incisorum ad nostra usque tempora maximum in sua arte ambitum suis laboribus complexus est, omniumque, quos ego novi, plurima inventa, plurimasque correctiones ad perficiendam artem adtulit. Obiit anno 1570.

Pauca quidem sunt, quæ ipse edidit. Libellus primum *de renibus* Venetiis prodiit 1563. 4°. cum *opusculis* recusus ibidem 1564. 4°.*. In hoc opere primum exemplum exstat anatomes repetitæ, comparatarum diversarum in diversis cadaveribus fabricarum corporis humani, & varietatum. Icones etiam, quas ante virum GEMINUS & pauci alii dederant, æri insculptas, absque literis

(n) p. 19. n. b.
(o) p. 117. &c.

ris obscurantibus per geometricum gnomonem interpretari docuit. Infinita fere sunt, quæ in exiguum libellum stipavit. Renem dextrum humiliorem esse contra universam antiquitatem ostendit. Experimento confirmavit, post ligatos ureteres vesicam inanem reperiri. Ureterum ad ingressum suum in vesicam fictitias valvulas rejecit. Capsulas renales invenit. Papillas renis & pelvim, & ejus ramos, uberrime descripsit, & ductus uriniferos. Vasorum renalium copiosissimas varietates iconibus expressit. VESALIANAM renum historiam ex animalibus sumtam, undique emendavit. Aerem ex arteria ursit in ureterem.

EJUSD. *de dentibus libellus* Venet. 1563. 4°.* & *in opusculis.* Studium idem. In ipso fetu dentes adgressus, viginti vidit promordia: fabricam inde, arteriasque & venasque dentium dixit: & varietates per numerosissima exempla in ordinem reduxit. Prima hæc exempla dedit plenæ, exquisitæ & minutæ anatomes.

Hi libelli redierunt in opusculis anatomicis Venetiis 1564. 4°.* editis, tum 1574. & 1653. ut lego, quæ eadem curante BOERHAAVIO Leidæ anno 1707. 8°.* recusa sunt, tum Delphis 1736. 8°. additis iconibus, quæ in plerisque exemplis desiderabantur, & quas *Dominicus* GUILIELMINUS ad editorem misit, quas ipsas tamen prius C. BAUHINUS cum suo theatro ediderat, & GUILIELMINUS recudi fecerat. In hac collectione præter priora exstat *ossium examen.* Scopus viri & hic, & in fere omnibus suis laboribus fuit, GALENUM hactenus tueri, ut certe non recte a VESALIO carpi ostenderet. Ita in hoc libello EUSTACHIUS vincit, non ad simias eas GALENI descriptiones natas esse, quas eo VESALIUS retulerat: non quidem satis candide: parum enim interest lectoris, quale animal præ oculis GALENUS habuerit, id unice interest nostra, scire, num aliam ab humana fabricam describat; neque probari potest, quod EUSTACHIUS & octo tarsi ossa defendat, & tres sacri ossis vertebras, etsi in sterno male pro GALENO orantem SYLVIUM deserit. Fuse agit de articulatione capitis cum vertebris, & brachii cum carpo; tum de sesamoideis ossiculis; ossa universa simiæ studiose descripta dedit. Rejecit membranam allantoideam humanam.

In libello *de motu capitis*, qui prioris est appendix, describit musculos novos aut parum notos, cleidomastoideum, rectum anticum majorem, rectum anticum minorem, rectum lateralem, & alium inter primam & secundam vertebram musculum dicit.

De vena sine pari. Hic verba VESALII præmittit, ad quæ sua antigrammata regerit. Venam sine pari ad octavam vel nonam costam constanter dividi, quod etiam apud FALLOPIUM reperias. Venam intercostalem superiorem superiora costarum intervalla nutrire. Venam sine pare per singula animalia persequitur, & ea occasione ductum thoracicum ex equo describit. Hic etiam valvulam depingit, quam EUSTACHIANAM dicunt, & ostendit, minime se ignorasse, unum, continuum, valvulosum, anulum in quoque venoso cordis ostio dari. Habet etiam valvulam coronariam.

De

De vena communi profunda brachii. Truncum VESALIO opponit, qui a basilica (axillari) natus, profundus, arteriam comitatur, in flexu cubiti cum cephalico humerario raro conjungatur: inde tres ramos profundos edat, quorum medius est inter ossa. Figuras harum venarum ex simia & ex cane depictas addit, ut constet, ea animalia a GALENO non esse depicta.

De organo auditus. Hic musculus mallei internus, (is quidem jam a VESALIO depictus), & stapes, & stapideus musculus, & tuba describitur, quæ vulgo dicitur EUSTACHIANA. De stapede invento cum INGRASSIA contendit, cum que COLUMBO. Verum neuter quidquam in organo auditus invenit, cur credas pariter ut EUSTACHIO stapedem ipsi cognitum fuisse. Habet modiolum & septi cochleæ partem osseam. Cochleæ primus iconem dedit. Vestibulum, chordam tympani a FALLOPIO non satis intellectam rectius exponit. In editione Veneta opusculorum EUSTACHII *Petri Matthæi* PINI adnotationes habentur, in quibus indicantur loca veterum & nuperorum, ad quæ EUSTACHIUS respexerat, ut tamen auctorem non nominaret. Præfationes etiam non sunt absque utilitate, ad tempora definienda, quibus quamque particulam EUSTACHIUS invenit.

Ad EROTIANUM *adnotationes* edidit, Venet. 1566. 4°. & libellum *de multitudine*, qui nuper Leidæ 1746. 8°.* recusus est. In eo libello auctor jam senex satis ostendit, GALENI, quem adeo constanter defenderat, errores se nunc perspicere. Denique fatetur, se ad tuendum GALENUM aliqua juvenibus demonstrasse, quæ vere aliter se habeant. Adfert aliqua ad arteriolas interiores nervi optici, & retinæ oculi tunicæ; nervosque plerosque longe per cutem decurrere, atque in adipe pene evanescere docet.

Longe amplius opus vir magnus susceperat, *de anatomicorum controversiis:* eo fere fine, ut ostenderet, quantum a perfectione nuperi abessent, qui adeo acriter GALENUM carpsissent. Multorum annorum laborem in hoc opus & in 39. tabulas impendit, quas multis annis ante FALLOPII observ. incisas fuisse P. M. PINUS (*p*) testis est, & ipsa res ostendit, aliquas earum ante octo illas paratas fuisse, quas cum opusculis edidit (*q*). Ipsius tamen EUSTACHII voces (*r*) etiam de solis iconibus venæ sine pari intelligi possunt. Neque negat MORGAGNUS, tabulas EUSTACHII ad organum auditus pertinentes demum post lectum FALLOPIUM accessisse (*s*). Eas EUSTACHIUS anno 1574. moriens PINO reliquit, ex cujus familia ad RUBIORUM thesauros transierunt, & denique Urbini detectæ, cura *J. Mariæ* LANCISII (*t*) Romæ 1714. fol. editæ sunt, communicato cum MORGAGNO & FANTONO consilio. Opus ipsum totum præter tabulas periit.

Ex

(p) In *indice* HIPP.
(q) MORGAGN. ad T. XIII.
(r) *Opusc.* p. 68.
(s) *Opuscul.* I. p. 20.
(t) Conf. *Giorn. de Lett.* T. XII. p. 448.

Eæ tabulæ ad alios fines factæ sunt, quam VESALIANÆ: non enim curabat earum perspicax AUCTOR, totam naturam depictæ partis imitari, eique potius curæ fuit, ut icones suis adnotationibus & emendationibus responderent, eaque potissimum accurate exprimerent, quæ in VESALIO correxisset, aut ipse alioquin noviter invenisset. Deinde indicia sunt manifesta, non potuisse ullo modo ea omnia uno in cadavere ostendi, quæ sunt in tabulis, argumento tabulæ XVIII. & necesse fuisse, ex pluribus corporibus desumtas partium icones in unam universi corporis tabulam componere.

Quæ nova EUSTACHIUS invenerit, nulla pene ratione enumeres, adeo sunt infinita. Quare pauca de plurimis profero, ne ingratus sim in virum, a quo plurima didici, & quo sum uberrime usus. In ossibus præter exquisitas sceletos cum costis per appendices conjunctis & suturis accurate expressis; sectiones variæ ossis petrosi, cochlea, canales semicirculares aperti, os sphenoides dissolutum & simplex, nares internæ, ossa turbinata inferiora in situ, processus adscendentes ossis palati, sterni varietates. Ventriculi laryngis.

In musculis omnia, quam apud VESALIUM, accuratiora, potissimum in musculis profundis, & eorum ab ossibus originibus, tum in musculis minutioribus. Musculi auriculæ primum depicti. Ligamenta musculos coërcentia manus, pedis. Cleidomastoideus, coccygeus, coracohyoidei vera origo, musculi peculiares scroti ab osse pubis nati, splenius colli, transversalis cervicis, quadratus femoris, costarum depressores, levatores, musculi plusculi faciei, pharyngis, laryngis, stylohyoideus alter, uvulæ plerique musc. musculus glandulæ thyreoideæ; oculi veri musculi. Azygos cutaneus perinæi. Fasciculus sphincteris in coccygem euns; stapideus, trochlearis cum trochlea. Levatorem palpebræ ipse EUSTACHIO tribuit VESALIUS, atque Romana industria excitatum se hunc musculum fatetur reperisse (u).

Ad viscera præter renes. Verus viscerum in abdomine situs, & in pectore. Ventriculi & pancreatis vera figura, illius ligamenta, ligamenta lienis, colique flexus, cæcum intestinum & adpendiculæ. Mesenterii (x) & mesocoli natura, & glandulæ, omentum hepaticogastricum. Hepatis vincula, tubera & vasorum viæ. Bulbus urethræ, ejus corpus cavernosum, & veri urethræ lacus & isthmi. Vesiculæ seminales & earum ductus, atque caput gallinaginis. Uteri vera figura, tubæ, clitoris cum musculis, hymen (y), vasa ligamentorum teretium. Pericardii adhæsiones ad magna vasa, venæ pulmonales quatuor, ductus arteriosus; glandulæ bronchis adsidentes. Cerebri pleraque, thalami optici, corpora striata, ventriculi tricornes, fornix, ventriculus tertius rectius, & quartus, & commissura cerebri anterior, cor-

(u) *Exam. obs.* FALLOP. p. 48.
(x) VESALIUS mesocolon laminam omenti posteriorem dixit, unde mira in pancreatis & vasorum sanguineorum historia confusio orta est.
(y) Hujus exsistentiam negaverat apud *Hor.* AUGENIUM *epist.* T. II. *epist.* I. p. 326.

corpora mammillis similia, corpora pyramidalia & olivaria, crura cerebri, velum glandulæ pineali impositum, commissura anterior cerebri, venæ duræ membranæ. Processus a cerebello ad medullam spinalem euntes, retina oculi integra, larynx humanus; ejus vasa, veli penduli palatini vera natura, lamina cribrosa nervi optici, retina ad lentem crystallinam producta. Thyreoideæ glandulæ isthmus.

In nervis, innumera, cum eos VESALIUS negligentius tradidisset, FALLOPIUS verius, sed paucos dixisset. Paria novem, quæ nunc etiam numerantur. Vera nervi intercostalis origo a sexto pare: nervi oculi, nervi octavi paris & intercostalis progressus, hujus a priori discrimen, ganglia magna, nervi abdominales, finis nervi intercostalis in nervos pelvis inserti, nervus quinti paris, nervus phrenicus, nervi artuum cum musculis in vero situ expressi, nervi subcutanei. Nervus splanchnicus ab intercostali natus. Nervus accessorius, & ad eum rami a medulla spinali. Passim, & potissimum in sympathico magno, vix omnia possunt intelligi, amissis AUCTORIS libris.

Ad Vasa. Hic EUSTACHIUS etiam magis, quam in aliis anatomes partibus, posterorum admirationem meretur. Arteriosum systema integrum, vero in situ. Arcus aortæ verus, cum tribus ex eo prodeuntibus magnis ramis. Vasa coronaria cordis, vasa hypogastrica, arteriæ & venæ penis & uteri, miro artificio expressæ. Sic vena cava, sic sine pari vena, sic circuli venarum intercostalium, sic vasa hepatis plenissima, sic vasa mesenterii, mesocoli transversi, & dextri, atque sinistri, vasa pulmonis trium generum, vasa cutanea pulcherrime, vasa artuum in vero situ, & cum musculis. Anastomoses vasorum epigastricorum & mammariorum. Arteriæ penis vera origo. Varietas, in qua nulla est arteria intercostalis superior. Quatuor venæ pulmonales. Rami a vena umbilicali ad hepar. Hæc omnia vir Clar. aut primus invenit, aut certe primus delineavit. Venas potissimum præ oculis habuit, inde arterias.

Editio Romana anno 1714. fol. a *J. Maria* LANCISIO Archiatro adjuvante *Antonio* PACCHIONO & *Francisco* SOLDATO procurata est, & addita figurarum explicatio. Quantum ea a perfectione absit, fuse in sua ostendit ALBINUS. Recusa est Rom. 1728. fol.*

Deinde Rom. 1740. fol.* tabulas antiquas recusas dedit *Cajetanus* PETRIOLUS, Chirurgus, & addidit *Riflessioni anatomiche sulle note di G. Maria* LANCISI. Vitam adjecit EUSTACHII, deinde *Riflessioni* in omnes tabulas; & iterum *Riflessioni aggiunte*, iterumque *spiegazioni aggiunte alle predette omissioni.* Præmiserat unicam tabulam 25. cum titulo *dubii anatomici considerati da Petrioli circa le riflessioni aggiunte alle note di* LANCISI. PETRIOLI disjectas adnotationes aliquo cum tædio legi, ut passim non intelligerem, quæ viro mens foret: arterias enim hepaticas ut possit a renalibus derivare in EUSTACHII figuris, ego non video, neque capsulæ Glissonianæ umbram. *Riflessioni* seorsim etiam prodierunt Roma 1740. fol.* absque tabulis.

Porro J. B. MORGAGNUS in epistola ad LANCISIUM aliqua loca EUSTACHII explicavit, tum J. FANTONUS.

Genevensem editionem 1717. fol.* a *Jacobo* MANGETO curatam omitto, cujus figuræ truncatæ sint.

In Belgio Amstelodami 1722. fol.* tabulæ ipsæ recusæ sunt, non tamen undique editionis Romanæ similes.

J. Benignus WINSLOW cum suo opere anatomico quatuor edidit tabulas EUSTACHII, commentario illustratas, in quem passim ALBINUS animadvertit.

Porro anno 1744. Leidæ *Explicationem tabularum anatomicarum* EUSTACHII ALBINUS edidit fol.* cum tabulis partim Romanas imitantibus, partim absque umbris, in quibus literæ sunt, quæ figurarum explicationi respondent. Pro summa sua peritia, & longa cum EUSTACHIO consuetudine, VIR ILL. plurima obscura in EUSTACHII tabulis declaravit, in quas prælegentem eum audivimus. Ad finem adnotationes addidit, in quibus in MORGAGNUM, LANCISIUM, WINSLOWUM aliosque EUSTACHII interpretes animadvertit. Hanc interpretationem recudi fecit Leidæ 1762. fol.*. Adnotationes quæ librum clauserant, nunc ad suos locos reduxit, & aliqua adjecit, potissimum ad tabulam XXVII. In SENACUM & BERTINUM varia monet. Et tamen supersunt, & in nervis, & in vasis, quæ egent interprete.

Demum *Georgii* MARTINE in *Bartholomæi* EUSTACHII *tabulas anatomicas commentaria*, posthumus Cl. viri labor, ab *Alexandro* MONROO edita sunt Edimburg. 1740. 8°.*. Scopus viri fuit ostendere, quis finis EUSTACHIO in quaque alicujus particulæ delineatione fuerit, potissimum ad refutandum VESALIUM; deinde definire, quæ vir Cl. ante FALLOPIUM, COLUMBUM aliosque coævos viderit. Ordinem demonstrat passim alienum esse, ad corpora juvenilia proportiones sumtas, & figuras fere sextam partem veræ staturæ exprimere. BIANCHI Turinensis explicationem vasorum hepatis EUSTACHIANORUM ostendit undique vitiosam esse.

Tabulæ EUSTACHII aliquæ in SENACI compendium anatomicum transierunt.

Vitam viri scripsit Rom. 1740. *Bernardus* GENTILI, italico sermone.

§. CCVI. VARIA.

Giovanne MARINELLI, Formiani, *tratt. delle medicine pertinenti alla infirmità delle donne* Venet. 1563. 8°. 1674. 8°. Latine versum a J. LIEBAUT: libere tamen, ut ipse JOHANNES subinde loquatur deinde Gallice *maladies des femmes & remedes d'icelles* Paris 1582. 8°.* Lyon 1609. 8°.* auct. a LAZARO PE' versionis auctore. Magna pars facit ad anatomen. In L. I. de differentia oris uteri, & oris vulvæ, de fabrica uteri. Feminam prolapso utero tamen

men concepiſſe. L. III. de menſibus: non eſſe malignos. Puella novennis menſes paſſa, etiam concepit. Spurium illum ſeminalem ductum habet, qui ad collum fertur uteri. Pro hymene: non debere ſanam puellam in primo coitu dolere, aut ſanguinem fundere. Clitoridem videtur pro particula habere vitioſa. De conceptione, graviditate, partu, ſuperfetatione. De androgynis, mancis, monſtroſis partubus, hic credulus, qui putet feminam beſtias ranis ſimiles peperiſſe. Lepores utique ſe androgynos reperiſſe. De fetus formatione, animatione, ſitu in utero, quam minus putat conglobatum eſſe, quam VESALIUS voluerit. Naevos credulus admittit, ut etiam labium leporinum ex viſo lepore naſcatur. Mancos parentes integros generare filios. Lac in puero lactente. Non naſci lac ex ſanguine menſtruo, neque continuo generari, ſi menſes defecerint. Lac & ejus generatio. De tempore partus legitimi. Non diſcedere in partu neque pubis oſſa, neque ilium oſſa a ſacro. Anglis nonnullis coccygem eſſe longiorem.

Eine ſeltſame Mißgeburt, ſo von einer Kuh zu Varnroda &c. Frankfurt 1563. SCHEUCHZER.

Wahrhafte Contrafaitur einer Wundergeburt, ſo zu Biſchen geſchehen 5. Mart. 1563. Strasburg, SCHEUCHZER.

Nonne huc pertinent GALE *chirurgical works* Lond. 1563. 8°.?

Joh. CRATONIS, Archiatri trium Impp. *Periocha methodica in* GAL. *libros de elementis, natura humana, atra bile & facultatibus naturalibus* Baſil. 1563. 8°.

EJUSD. *microtechne* GALENI ſtudio *Laur.* SCHULZII edita Frankf. 1592. 8°. Hanau 1646. 8°.

EJ. ISAGOGE *in artem medicam*, quæ cum conſiliis & epiſtolis prodiit, continet phyſiologiam ad ſcholarum ſaporem ſcriptam, in qua de humoribus, temperamentis, ſpiritibus, facultatibus & aliis de eo genere agit.

Inter numeroſas CRATONIS epiſtolas, quæ L. SCHULZII cura prodierunt, aliqua etiam ad nos pertinent, ut locus *Petri* MONAVII de circuitu ſanguinis per pulmones a PIGAFETTA adgnito in L. V. Epiſt. ad SERVETI modum, ut ſanguinis per ſeptum cordis iter ad ſiniſtrum ventriculum rejiceret. Is fuit *Antonius Franciſcus* PIGAFETTA, Chirurgus & Medicus, quem SMETIUS ait ob inceſtum carceri fuiſſe mancipatum *miſc.* L. X. IDEM in bove ERASTO membranam internam ventriculorum cerebri demonſtravit, non ex vulgo certe inciſor.

Jacobi HORSTII *enarratio libri Hippocratici de corde una cum explicatione quæſtionis an intra pericardium vivi hominis vel ad alendum, vel reficiendum cor natus humor inveniatur* Francof. ad Viadr. 1563. 4°. RIV.

EJ. Profeſſoris Helmſtadienſis diſp. *de Memoria bona conſervanda* Helmſtadii 1585. 4°. HEFT.

EJUSD. *wunderbare Geheimnüſſe der Natur* Lipſ. 1588. 4°.* Hujus operis liber IIX. anatomici & philologici eſt argumenti, collectitius equidem, ut tamen ſatis apte nomina partium corporis humani germanice reddat.

EJUSD. *Disputationes de temperamentis* Rostock 1588. 4°.

EJUSD. *de secundis corporis humani elementis* ib. eodem anno.

EJUSD. *de corpore humano, ejus partibus & facultatibus* ib. eodem anno.

EJUSD. *de actionibus corporis humani & ejus partium, & modo, secundum quem fiunt*, ib. eodem anno.

EJUSD. *de dispositione corporis humani & ejus partium* ib. 1589. 4°.

EJUSD. *de sanitate & ejus causis* ib. eodem anno HEFTER.

EJUSD. *de aureo dente maxillari pueri Silesii, utrum ejus generatio naturalis fuerit.* Et *de Noctambulonum natura, differentiis, causis & curatione*, denuo auctus liber Lips. 1595. 8°.* & Germanice *zwey Bücher von dem güldenen Zahn, und von den Nachtwanderern* Lips. 1596. 8°. THOMAS. vertente priorem *Ge.* COBERO, alterum ipso auctore. Misere sibi imponi passus est bonus senex, ut ex fraudulento illo dente mira mala Turcis præsagiret. In altero libello historiolas noctambulonum recenset, multaque habet collectitia.

Noctambulones jam Lips. 1593. 8°. prodierant.

§. CCVII. J. C. ARANTIUS.

Julius Cæsar ARANTIUS, Bononiensis, VESALII & *Bartholomæi* MAGGII discipulus, in urbe patria Professor. Ejus exstat *de humano fetu opusculum* Rom. 1564. 8°.* Venet. 1571. 1587. 4°.* 1589. 4°. 1595. 4°. cumque PLAZZONO Leidæ 1664. 12°.*. Brevi, sed utili libello, priores auctores castigat, quod brutorum animalium uteros depinxerint. Membranam placentæ utero obversam dixit:. Vasa uteri & aliarum partium arteriosa & venosa inter se communicare adnotavit, nullam vero vasorum fetus cum uterinis esse anastomosin. Spongiosam uteri naturam, quasi ex multis laminis compositam describit. Vasa uteri bene a spermaticis & ab hypogastricis, eorumque conjunctis ramis deducit. Ductus venosus, arteriarum umbilicalium verum iter. Nullum urachum in humano esse funiculo, & ejus locum ligamentum vesicæ solidum tenere, nullamque allantoideam membranam homini datam. Sanguinem in spongiosam naturam uteri lentescere. Capitis maturi fetus conversio. Viæ fetui in utero propriæ, earumque superstes vestigium, foraminis nempe ovalis & arteriosi ductus. Horum pluscula EUSTACHIO non fuerunt ignota, aliqua a FALLOPIO prodita, multa nova, aut clarius exposita.

EJUSDEM *observationum anatomicarum* Venet. 1587. 4°.* 1595. 4°.* Basil. 1679. 8°. Scriptæ sunt ab auctore jam morti proximo anno 1586. (z). Multa hic bona reperias, eo certe seculo nondum publicata; cornu ventriculi anterioris descendens disertius descriptum, pedes HIPPOCAMPI. Verius musculi genioglossi munus, musculos coracobrachialem, obturatorem externum, indicatorem,

(z) *Obs.* p. 129.

catorem, vaginæ ſphincterem, glutæi in faſciam latam inſertionem, hujus in tibiam, levatorem palpebræ, muſculos minores digitorum, hæc fere omnia minime EUSTACHIO ignorata: denique globulos valvularum aortæ. Glottidem & ejus ligamenta rectius deſcribit: non bene ductum ſeminalem unicum fecit, ſeptum cordis non pervium eſſe monuit, & circuitum ſanguinis minorem cognitum habuit. De arteria lienis flexuoſa, de ſpermaticis, de corpore cavernoſo urethræ, teſtium fabrica ex ſerpentinis criſpisque vaſculis compoſita.

§. CCVIII. *Proſper* BORGARUCCI. ALII.

VESALII diſcipulus, Chirurgiæ editor, peregrinator, qui Angliam, Pariſios, Coloniam, Lovanium viderit, edidit Venetiis anno 1564. 8°.* *della contemplazione anatomica ſopra tutte le parti del corpo umano* libros V. Paſſim VALVERDUM ipſumque VESALIUM humaniter reprehendit, nonnullas etiam in cadaveribus inciſis factas adnotationes recenſet. Nomenclaturas partium corporis humani variis ex linguis ſuppeditat. Ipſe quidem non inciſor.

Jacobi PELLETARII, Cenomani, *de conciliatione locorum* GALENI Pariſiis 1564. 8°.*. Paſſim phyſiologiam adtingit. Utrum jecori, num lieni craſſior ſanguis pro alimento ſit. An nervi aliqui cavi. Reſpiratio utrum voluntaria, utrum naturalis. Cerebro nudato num animal ſenſu, motu & reſpiratione privetur? Cor num reſpirationis inſtrumentum? Veſica num a renibus trahat? &c. Reſpondet fere ex GALENO.

Alfonzo de TORRES *recapitulacion de los mas famoſos autores Griegos y latinos que trataron de la excelencia y generacion de los Cavallos y comeſe an de doctrinar y curar ſus infermedades y tambien de las mulas y ſu generacion* Tolet. 1564. fol. N. ANT.

Ægidii de HERTOGHE *de geſtatione fetus mortui per* 13. *annos* l. prodiit cum M. CORNACE Baſil. 1564. 8°.* & cum DODONÆI *obſervationibus*.

Hieronymi MAGII *variarum lectionum ſ. miſcellaneorum* libri IV. Venet. 1564. 8°. LIND.

Hieronymi MASSARII HIPPOCRATIS *de natura humana l. latine verſus & paraphraſtice explicatus* Argentorati 1564. 8°. LIND.

Sim. MALMEDY & J. FABRI *E. cuilibet partium principum facultati proprius ſpiritus* Pariſ. 1564.

Henrici STEPHANI *Dictionarium medicum vel expoſitiones vocum medicinalium ad verbum excerptæ ex* HIPPOCRATE, GALENO &c. Pariſ. 1564. 8°.*. Diximus cum EROTIANO. Vocabula etiam anatomica continet.

§. CCIX.

§. CCIX. J. Costæus.

Laudensis Insuber, Professor Turinensis & Bononiensis, scripsit *de venarum Mesaraicarum veteris opinionis confirmationem adversus eos qui chyli in jecur distributionem fieri negant per mesaraicas venas* Venet. 1565. 4°.* parvum libellum. Ex veterum sententia deducebant nonnulli, si quidem sanguis ab hepate per venas mesenterii veniat ad intestina, non posse adeo per easdem venas contrario ductu ab intestinis succum alibilem ad hepar venire. Eam objectionem noster per auctoritates & ratiocinationes ut potest evertit, nullo suo experimento.

Ejusd. *disquisitionum physiologicarum* in L. I. Canonis Avic. L. IV. Bonon. 1589. 4°. Lind.

Ej. *annotationes in* Avicennæ *canonem cum novis aliquibus observationibus, quibus principum philosophorum & medicorum dissensus & consensus indicantur* Venet. 1595. fol. Multa habet argumenti anatomici: totus autem in eo est, ut omnia ad Avicennam referat.

Ej. *de humani conceptus formatione, motus & partus tempore* Papiæ 1604. 4°.

Ejusd. *de facili medicina per lactis serique usum* Bononiæ 1595. 4°. 1604.* cum in ea urbe Professor medicinæ primarius esset. Practici potius argumenti, ex veteribus collatitium opusculum.

In *Decade I. disputationum miscellanearum* post mortem auctoris editarum Patav. 1658. 12°.* aliqua huc faciunt, ut argumenta quibus it demonstratum, librum Hippocratis de alimento genuinum esse.

§. CCX. *Leonardus* Botallus.

Leonardus Botal, Astensis, Fallopii discipulus, *Francisci* Valesii & principis Auriaci Guilielmi I. archiater. Ejus *commentarioli* prodierunt Lyon 1565. 16°.*. Inter eos reperitur accurata anatome renum duorum connatorum cum suis vasis. Deinde vena arteriarum nutrix, foramen nempe ovale, quod ab eodem viro Galli *trou de Botal* etiam nunc dicunt. Id foramen minime Galeno ignoratum pro re nova habet, negatque claudi. Valvulas quasi in homine habere. Redit in operibus omnibus Leidæ 1660. 8°.* a *J. v.* Horne editis. Hic icon adjecta est, quæ a prima editione abest, in qua valvula ab utroque latere, dextro & sinistro, non male exprimitur, sed eæ icones Hornio debentur. Exstant etiam Cl. Galeni & L. Botalli *placita de via sanguinis a dextro ad sinistrum cordis ventriculum* Venet. 1640. 4°. Pl. & *Judicium Apollinis circa opinionem de via sanguinis* Venez. 4°. absque anno Mazuch. In L. de *Catarrhis*, cum priori libello edito, partes adfectas utcunque describit, ut magis tamen in ratiociniis occupetur.

§. CCXI.

§. CCXI. N. Cusanus.

N. *de* Cusan, non medici, *de ſtaticis experimentis dialogi* IV. Baſil. 1565. fol. Mayer. Jubet medicum judicium ferre ex pondere urinæ pariter & ex colore: tum ex ſanguine & urina, quæ pondera aliter & aliter ſe in aliis habeant. Herbarum pondera cum ſapore & odore pariter conſideranda. Jubet etiam clepſydræ ope inſpirationem & exſpirationem ſecundum earum diſcrimina dignoſcere denique fortitudinem hominis innoteſcere putat, ſi in lance una poſueris & pondus æſtimaveris, quod per adtractionem alterius vacuæ lancis ad æqualitatem levari poſſit, & hominis pondus de pondere elevato detraxeris, ita reliquum pondus eſſe hominis fortitudinem. Aliud etiam eſſe pondus vivi & mortui, exſpirantis & inſpirantis. Idem de numerandis ad horologium pulſibus conſilium dedit. Adparet hæc omnia a Sanctorianis longiſſime diſtare. Ex Obicio.

§. CCXII. Varii.

Johannis Halloway *fruitfull and neceſſary work of anatomy* London 1565. 4°. Dougl. & cum Lanfranci verſione anglica.

Chriſtophori Pecelii *oratio de generatione hominis* Wittebergæ 1565. 8°.

Gaſpar Lopes Canario in Galeni *de temperamentis uni & integri commentarii, in quibus fere omnia, quæ in naturalem medicinam partem ſpectant continentur* Complut. 1565. fol. Cap. de Vil.

Cinq livres de la maniere de nourrir & gouverner les enfans de leur naiſſance &c. Poitiers 1565. 4°. Du Verdier.

Donati ab Altomari *opera omnia* prodierunt Lyon 1565. fol. Neapoli 1673. fol. Venet. 1574. fol. 1600. fol. Lind. In iis reperiuntur tractatus de ſedimento urinarum: quod naturalis ſpiritus in doctrina admittatur & non ſit abolendus; & tabulæ de differentia pulſuum.

Antonii Maria Betti, Mutinenſis, *de cauſa conjuncta deque bilis coctione tractatus* Bonon. 1566. 8°. Douglas.

J. Taisnerii *opus Mathematicum ſ. phyſiognomia, chiromantia &c.* Colon. Agripp. 1566. fol. D'Etr. Alium titulum habet Lindenius nempe *Opus mathem.* 8. *libris complectens innumeris figuris idealibus Phyſiognomiam & Chiromantiam &c.* Colon. 1583. fol.

Wahre Abcontrafaitur einer Mißgeburt, ſo zu Berttroda den 8. *Aug.* 1566. *gebohren* Schmalkalden eodem anno Scheuchz.

Laurentii Grylli *de ſapore dulci & amaro* Prag. 1566. 4°.* liber a morte auctoris ab *Adamo* Landavo editus. Diætetici potius argumenti.

Hoc eodem anno prodiit *Caſpari* Wolfii *collectio muliebrium* Baſil. 1566. 4°.* cum Moschione græco.

Hoc ipſo etiam anno *Aloyſii* LUISINI *collectio de lue Venerea ſ. aphrodiſiacus* duobus in fol. tomis prodiit Venetiis, nuper in Belgio recuſus, practici quidem argumenti, ut tamen paſſim de menſtruis, & de partibus genitalibus, utriusque ſexus aliqua intercurrant.

Simonis SIMONII *Commentarius in* lib. ARISTOTELIS *de ſenſu & ſenſili* prodiit Lyon 1566. fol.

EJ. *de partibus animalium proprie vocatis ſolidis atque obiter de prima fetus conformatione* Lipſ. 1574. 4°. RIV.

Circa hæc tempora vixit *Thomas Rodericus a* VEGA, cujus *lectiones de temperamentis & de reſpiratione* ſunt in *B. R. Par.* n. 7048.

Nicolai RORARII, Utinenſis, *contradictiones, dubia & paradoxa in libros* HIPPOCRATIS, CELSI, GALENI, AETII, AEGINETÆ, AVICENNÆ &c. *cum eorumdem conciliationibus* Venet. 1566. 8°.* 1572. 8°. OSB. Contrarias opiniones, quas apud Veteres reperit, ubique ſtudet conciliare, nimia certe, etſi laudabili, voluntate uſus. Ita, ut de phyſiologicis dicam, conatur oſtendere, non eſſe ſibi contrarios auctores, quorum alter peritonæum dicit fibras habere, alter negat: quorum alter ſuturas ſanitati ait conſulere, negat alter: quorum alius mammas ait ſentire, negat alter. Raro judicium ſuum interponit, tamen aliquando, ut in muſculis intercoſtalibus, quos ait omnes exſpirationi famulari, cum omnes coſtas adducant.

Libri II. quod animalia bruta ſæpe ratione rectius utantur, quam homines, utcunque huc faciunt, cum exempla hic collecta habeantur induſtriæ & prudentiæ, quæ in animalibus apparuerit, Amſtelod. 1666. 12°. BUR.

§. CCXIII. *Volcher* COITER.

V. KOYTER, Groningenſis, FALLOPII & RONDELETII diſcipulus, in Italia vixit, & animalia cum *Ulyſſe* ALDROVANDO diſſecuit, tum humana corpora in aula, quam ipſi CÆSAR ODONUS permiſerat, caſtrenſis aliquamdiu medicus; denique Noribergæ medicus ejus urbis obiit. Multum in ſceletis fabricandis verſatus eſt; ſtatuam etiam, in qua muſculi, venæ, oſſa & ligamenta reperiuntur, in Bibliotheca Noribergenſi (*a*) dedicavit.

EJUS *de oſſibus & cartilaginibus corporis humani tabulæ* Bononiæ 1567. fol. prodierunt, DOUGLAS annum facit 1566. & TREW.

Inde inſigne opus molitus, edidit Noribergæ 1573. fol. maj.* cui titulus eſt *Externarum & internarum principalium corporis humani partium tabulæ atque anatomicæ exercitationes obſervationesque variæ novis & artificioſiſſimis figuris illuſtratæ.* Annum 1575. habet TREW. Aliam habet editionem Lovanii 1653. fol. DOUGLAS. Plures ſunt, neque ejusdem pretii libelli. 1. Introductio in anatomiam.

(a) BAIER *adag.* p. 44.

miam, qua hiſtoria artis & inſtrumentum traduntur. 2. Compendium anatomes in tabularum ordinem conjectum, ex FALLOPIO, EUSTACHIO & VESALIO. 3. Diurna incrementa pullorum in ovis, cum anatome uteri, ad naturam facta. Circulus venoſus, punctum ſaliens, vaſa umbilicalia & reliquæ fetus mutationes hic dicuntur. 4. Oſſium hiſtoria in tabulas digeſta, cum ſceletis propria manu paratis, non ſine coſtarum inſulis; adjectis etiam craniis. 5. Oſteogenia, primum hic dicta, ad ſceletos coram viſas Bononiæ conſcripta, præter ea quæ FALLOPIUS habet, cum iconibus ſceleti & cranii fetus. Exiliſſimæ ſceleti meminit, quam poſſideat. Sermonem ſolum hujus libelli recuſum dedit H. EYSSON Groning. 1659. 12°.* & in *Bibliotheca Anat.* MANGETUS. 6. Simiæ caudatæ ſceletus, quæ poſſit cum humana conferri, cum ejus explicatione: multum hic EUSTACHIO utitur, tamen ut ſuam propriam ſceleton deſcribat. 7. Oculi anatome in tabulas conjecta. 8. De auditus inſtrumento, ex FALLOPIO & EUSTACHIO. 9. Obſervationes anatomicæ, chirurgicæ, miſcellaneæ perutiles, & de nervorum fabrica ex medulla & meningibus. Pars cinerea & rimæ medullæ ſpinalis, vaſa ejus, natura fibroſa & brevitas, contra FALLOPIUM; & cauda equina. Corrugator COITERI, & procerus. Ad naſi muſculos aliqua. Oſſium varietates & ſingularia. Porro ex brutis animalibus nobiles obſervationes. Vita exemto cerebro ſuperſtes; motus cerebri arterioſus: Nervi olfactorii; rete mirabile ex nervis factum. Nervi medullæ ſpinalis omnes anteriores & poſteriores. Quinti paris nervi. Animalium ruminantium ventriculus, uterus, primordia novi animalis die 8. vel 10. viſi; corpora lutea, hic primum dicta, mucus, quo tubæ in prægnante replentur. Motus cordis in variis animalibus, auricularum ventriculos præcedens pulſus. De pulmonibus quadrupedum oviparorum. Serpentum anatome, & veſicula venenifera, teſtudinis, erinacei, veſpertilionis anatome. Inde avium inciſiones, earum etiam tympanum & oſſiculum auditus unicum, lingua pici, ventriculus, ingluvies &c.

EJ. *diverſorum animalium ſceletorum explicationes*, cum *lectionibus* FALLOPII *de partibus ſimilaribus* prodierunt Noriberg. 1575. fol.* 1595. fol. PLATN. Pulchræ ſceleti quadrupedum, avium, amphibiorum. Linguæ pici longiſſimi muſculi.

§. CCXIV. *Johannes* WIER, *& alii*,

Archiater Ducis Cliviæ, medicus ſuo ævo celebris, ad finem *medicarum obſervationum* Baſileæ 1569. 4°.* editarum, & ſæpe recuſarum, dedit de clauſa glande virili, vagina & inteſtini extremi fine clauſis adnotationes. Hymenem confirmat, urethram femininam aliter in aliis aperiri docet.

Thaddæi HAGECII *ab* HAGEK *aphoriſmorum metoſcopicorum libellus unus* Francofurti 1584. 8°. cum figg. WILLER. Sed antiquior eſt liber, cum ejus verſio gallica Lugduni anno 1567. 8°. prodierit, cum titulo *nouvelle invention pour incontinent juger du naturel d'un chacun par l'inſpection du front & de ſes parties*

ties dicte Metoposcopie VERDIER. Germanice etiam prodiit *Tractat von der Metoposcopia* Berlin 1710. 8°.

Franciscus MONSLEO edidit Neapoli 1567. 8°. *artificium memoriæ* MONGIT.

§. CCXV. *Vidus* VIDIUS,

Florentinus, aliquamdiu Parisinus Professor, & FRANCISCI I. Medicus, inde Pisis medicinam docuit, & obiit anno 1567. Multis a morte viri annis demum prodiit *Ars Medicinalis*, a *Vido* VIDIO juniori recognita, cujus tertius tomus continet *Anatomes corporis humani* libros VII. Venet. 1611. fol.*. Francofurti 1626. fol. 1645. fol. 1667. fol. recusos DOUGLAS. Icones quidem VESALII hic reperias, & FALLOPII inventa. Multæ tamen figuræ intercedunt, auctori propriæ. Ossa cranii dissoluta omnia, cum sinubus frontalibus. Stapes curvis crusculis, os ethmoides integrum, os unguis non malum: processus orbitalis ossis palati. Sinus maxillares, menisci in articulatione maxillæ inferioris cum osse temporum, figuræ nervorum peculiares, rami a medulla spinali ad accessorium. Peritonæum negavit perforari. Tubercula quadam depinxit, quæ dicit substantiæ cordis imprimi (*b*), & lineas callosas, ex quibus valvulæ sigmoideæ oriuntur. Sinus medullæ spinalis, cum vena mastoidea; arteriæ vertebrales per foramen magnum occipitis subeuntes & conjunctæ; sic carotides; Musculi occipitales, auricularum, levator palpebræ, pterygoideus externus, trochlea; horum musculorum peculiares figuræ, & fere omnium musculorum, etsi neque nitidæ sunt, neque plenæ. Tunica villosa ventriculi cum magnis poris; Angulus acutus a duobus ductubus bilariis interceptus, hic recte. Larynx, cum ligamentis, non male. Est ubi manifesto a natura recedit, ut in renalibus papillis. Valvulam coli habet, prior forte POSTHIO. Libros chirurgicos veterum *de fracturis & luxationibus* jam Parisiis 1544. fol.* editos non repeto, in chirurgicis dicendos.

§. CCXVI. VARII.

Christophorus WIRSUNG in *Arzneybuch* Heidelberg 1568. fol.* & alias excuso, descriptiones habet omnium externarum & internarum corporis humani partium.

Jac. Anton. MARESCOT *physiologia hygieine & semejotice* anno 1568. exarata est in codice M.S., qui est in B. R. Par. n. 1568.

Michael MARESCOT anatomen docuit, & variis musculis ad exemplum SYLVII nomina imposuit.

J. Francisci FARASARDI, Saxarensis, *de essentia infantis*, *proximi infanti*, *& proximi pubertati* Florent. 1568. 8°. si huc pertinet B. TIGUR.

Jean

(b) Hinc non esse ARANTII corpuscula GOELIN *letres* M. F. p. 27.

Jean EUSÈBE *la ſcieuce du pouls, le meilleur moyen de juger des maladies* Lyon 1568. 12°. RAST.

J. Baptiſti DOLLÆ *in anatomen humanorum corporum tabulæ* a GALENO *& ab aliis recentioribus collecta* Bonon. 1568. fol. BOEHMER.

Lactantii EUGENII, Narnienſis, *de maris & feminæ generatione opuſculum* Anconæ 1568. PORTAL. Antiquorum continet hypotheſes.

Nicolaus SAMMICHELIUS, Novocomenſis, anno 1568. venam bronchialem H. FABRICIO probaſſe dicitur (*c*); ſed figmentum eſt quidcunque FABRICIO obtruſit, cum eam venam inter cor & diaphragma ſcribat in cavam inſeri, niſi forte in rariſſimam fabricam incidit, qualem nuper ILL. BOEHMERUS dixit.

Hieronymi BRISIANI *Phyſiologiæ* L. II. ſi huc faciunt Venet. 1569. 4°.

Steph. FORTIN & *Guil.* FAGOTIN *E. ſpiritus facultatum inſtrumenta* Pariſ. 1569.

Claudius BAILLIF & *Cl.* BAZIN *Ergo mas celerius femina tardius confirmatur* Pariſ. 1569.

§. CCXVII. J. CAJUS. *Oddus de* ODDIS, *Alii.*

Oddus de ODDIS, Patavinus, reliquit ſchedas, quas MARCUS filius edidit, ut *Apologiam* pro GALENO & ARISTOTELE L. III. Venet. 1570. 4°.*. In L. II. habet aliqua de cerebro, de nervorum in ſentiendo & movendo vi, de utilitate reſpirationis, contra animæ in corde ſedem Chryſippeam pro GALENO, pro venarum ab hepate origine: pro teſtium in generatione utilitate. Inde libro III. pro vero ſemine muliebri, pro GALENO in ARISTOTELEM, quem ſibi contendit contradicere.

In *artem parvam* GALENI *expoſitionem* dedit Venetiis 1574. 4°. WILL. Brixiæ 1603. 4°. excuſam.

EJ. in I. *Fen* L. I. AVICENNÆ Venet. 1575. 4°. Patav. 1612. 4°.

J. CAJUS, Britannus, vir doctiſſimus, multa GALENICA edidit, & commentarios dedit in l. GALENI *de adminiſtrationibus anatomicis*: in l. *de motu muſculorum*: in l. *de oſſibus* &c. Baſil. 1574. 4°. DOUGL.

IDEM *libellum de canibus Britannicis* primum *ad* GESNERUM miſit, inde perfectiorem edidit Londini 1570. (& 1574.) recuſum cura S. JEBB Londini 1729. 8°.*. Cum eo libello animalium rariorum hiſtorias dedit, cum earum dentibus (ut in uncia), etiam cum diſſectione, ut in chamæleonte.

Deinde *de propriis libris libellus* una editus aliqua continet anatomici argumenti. Muſculos abdominis tantum octo admittit, neque pyramidales pro muſculis

(c) *Henr.* BOTTER ad HORST. *ep.* p. 460.

ſculis habet, cum in os non inſerantur. Rectorum muſculorum inciſiones factas eſſe ad impediendum nimium eorum tumorem. GALENUM minutias ſolas & lubenter omiſiſſe. VESALIUM, cum quo CAJUS Patavii vixit, GALENI codices vitiaſſe.

Archangeli MERCENARII *judicium ſuper rationibus* l. I. ARISTOTELIS *de partibus animalium* Patav. 1570. 4°.

Ludovicus FERANDUS *phiſionomia dal hombre* edidit 1570. 8°.

Martines de CASTRILLO de OVIEDO *tractado ſopra la maraviliosa obra de la boca y dentadura* Madrit. 1570. 8°. D'ETR.

Arnaldi SORBINI tract. *de monſtris, quæ a temporibus* CONSTANTINI *hucusque ortum habuerunt*, Pariſ. 1570. 16°. D'ETR.

§. CCXVIII. *Hieronymus Mercurialis.*

Forolivienſis, Vir Illuſtris, Profeſſor Patavinus, Bononienſis & Piſanus, eques, eruditione conſpicuus, & ſuo tempore inter principes medicos habitus. Non quidem inciſor fuit, paſſim tamen anatomica & phyſiologica adtigit. In libris VI. *variarum lectionum in medicinæ ſcriptoribus & aliis*, quarum IV. libri Venetiis anno 1571. prodierant BODL. quinque Baſileæ anno 1576. 8°. BODL. ſex Pariſ. 1585. 8°. MERKL. & aucti & recogniti ab auctore Venet. 1588. 4°. BODL. 1598. 4°.* 1601. 4°. & fol. MERKL. 1644. fol. pluſcula huc omnino ſpectant, ut tamen vir Cl. potius in emendandis antiquorum ſcriptorum locis, & conciliandis antiphoniis occupetur, ad quem finem plurimam etiam aliorum ſcriptorum lectionem adtulit, poëtarum & hiſtoricorum. In L. I. de ſtomacho & œſophago laborat, ut GALENUM cum ARISTOTELE conciliet. De fecundis, ubi copulam veneream laudat, quæ fit ad modum animalium, non ſine anatomicis erroribus. Aliqua de bile. In L. II. de carne pulmonum, de pulſu. L. IV. de ichore, ſudore ſanguineo. L. V. ſatis fuſe de ruminatione & de quatuor cornigerorum animalium ventriculis: de riſu puerorum & inſomniis. L. VI. de meningum nomine, ructu, vomitu, ſingultu. De cruentatione virginum, quam tentat declinare. An lien aquæ ſit ſedes.

In doctiſſimo & elegantiſſimo opere de *arte Gymnaſtica* Venet. 1573. 4°.* hactenus phyſiologica tangit, quod ea cum diæteticis connexa ſint, ut de ciborum concoctione, cantu, ſudore, tuſſi &c.

Epiſtola *de nervo optico* prodiit Patav. 1573. 8°.* cum VAROLII de eodem argumento ad MERCURIALEM epiſtolis. Laudat amicum, & loca veterum comparat.

Cum *prælectionibus Piſanis* libellus prodiit *de generatione hominis* Venetiis 1597. fol.* Francof. 1602. fol. ſatis plenus, quo utriusque ſexus genitales ſuccos, & mulierum menſes, & ſemen deſcribit. Num teſtes ad generandum neceſſarii ſint. De conceptu, formatione fetus, ſimilitudine parentum, graviditate,

ditate, partu & partus temporibus; omnia potius ex veterum lectione, quam ex naturæ contemplatione.

Morbi mulierum vix quidquam habet, quod huc ſpectet.

Invenio cum libro *de morbis puerorum* etiam *de balſamatione corporum libellum prodiiſſe*, Germanice verſum Frankfurt 1605. fol.

Cum libris V. *de morbis cutaneis* exſtant *de urinis, fæcibus alvi, ſudoribus, lacrumis, ſputis, mucis, & aurium ſordibus tractatus* Venet. 1572. 4°. Baſileæ 1576. 8°. Venetiis 1601. 4°. 1625. 4°. &c. Ejusdem ſemper ſaporis.

In lib. *de decoratione* teſtimonium exſtat pro chirurgia curtorum TAGLIACOTIS Venet. 1585. 4°. WILLER.

§. CCXIX. *Andreas* CÆSALPINUS.

Aretinus, Profeſſor Piſanus, hinc CLEMENTIS VIII. archiater, vir acuti ingenii, & aptus ad res intuendas alio ex angulo, quam reliqui mortales ſolebant, etſi in Anatome ſe non videtur exercuiſſe, magnus ARISTOTELIS contra ſcholas & GALENUM defenſor. Ejus *Quæſtionum peripateticarum* L. V. Venetiis 1571. 4°.* & una quæſtione & 16. paginis auctiores ibid. 1593. 4°.* 1614. 4°. tum Genevæ 1588. fol. FREYTAG. Libri IV. priores nihil ad nos faciunt, ſed *Quintus* multa habet phyſiologici argumenti. Hic circuitus minor ſanguinis per pulmonem manifeſto traditur, L. V. Q. 4. p. 121. b. Valvularum etiam in cordis oſtiis poſitarum officium vir ILL. recte vidit, & in brachio. Nomina arteriæ & venæ pulmones adeuntis ſuaſit reformare. Negavit diverſas eſſe memoriæ & imaginationis ſedes.

Præterea in L. V. *Peripateticarum Quæſtionum* defenditur, venas etiam & nervos a corde oriri: in corde animam habitare; absque ſanguine nullum ſenſum locum habere. Pro generatione æquivoca. Cauſam reſpirationis diverſam eſſe a thoracis motu.

In alio opere *Quæſtionum medicarum* L. II. c. 17. p. 234. venas vinculum inter & partes extremas intumeſcere adnotat, eumque tumorem receptæ ſententiæ adverſari: verum tamen ſanguinis venoſi ductum inde non eruit, vero licet proximus; & ſanguinem quidem per ſomnum omnino per venas, non per arterias, ad cor redire docuit; ſed a vero hactenus abfuit, quod in Euripi modum ſanguinem per easdem venas ire & redire perſuaderetur. Prodierunt Venetiis 1593. 4°.*.

In *Quæſtionibus Medicis* etiam habet pro chiaſmo nervorum aliqua, etſi contra eum validiſſimum argumentum profert.

In L. demum I. *de plantis* c. 2. aliqua huc faciunt.

§. CCXX. P. Severinus.

Petri SEVERINI, Dani, *Idea medicinæ philoſophicæ* Baſil. 1571. B. B. PARACELSI habet ſententias cum HIPPOCRATE, quantum ejus fieri potuit, conciliatas. Et primo generationem ita interpretatur, ut balſamum vitalem in utroque ſexu admittat, qui in coitu excernatur ab utroque, cumque ſpirituoſo ſemine teſtium miſtus a ſcientia ſpiritibus inſita fabricetur, ſtruatur, Sexuum diſtinctionem ex tincturis ſupervenientibus pendere docet. Humores ſcholarum rejicit, eoſque habet pro excrementis. Ex inteſtinis ſolum vaporem ad hepar venire. Omnes actiones naturales a ſpiritibus proficiſci. Concoctionum officinas plurimas eſſe. Non quatuor ſed innumera elementa in ſanguine contineri: hæc omnia aſtrologicis & paracelſicis opinionibus mire miſta. Recuſa eſt hæc *Idea* cum *Ambroſii* RHODII Comm. Hafn. 1643. 4°. Prodromum Commentariorum edidit DAVISSON Haagæ 1660. 4°. Roterodam. 1668. 4°. Paraverat etiam SEVERINUS Commentarium in SYNESII ſomnia.

§. CCXXI. Varii.

Jean LOYNE dedit *le livre des os de* GALIEN *avec les commentaires* de J. SYLVIUS *traduits* Orleans 1571. VERDIER.

Michaël de S. PIERRE *anatomicæ corporis humani tabulæ methodice conſcriptæ* Pariſ. 1571. PASCH. GALL.

Jaques AUBERT *des natures & compoſitions des hommes & d'une chacune partie d'iceux, auſſi des ſignes, par leſquels on peut diſcerner la diverſité d'icelles* Lauſanne 1571. 8°. Paris 1572. 16°. VERDIER.

Melchior FLECK *de præſtantia corporis humani* Ingolſtadii 1571. 8°. inter Orationes Ingolſtadienſes.

Johannes JONES, Cambrobritannus, Londini 1572. 4°. libellum ediderat DEMOCRITUS *the moſt ancient philoſopher.* Inde anno 1574. 4°. *a brief diſcourſe of the natural beginning of all growing and living things, of heat, generation &c.* & eodem anno 4. GALENI l. *de elementis* anglice verſum edidit TANNER.

Theodori CÆLICI *brevis deſcriptio corporis humani* Wittebergæ 1572. GOEL.

Leonhardi THURNEISSERI, Alchemiſtæ, προκαταληψις, *oder Præoccupatio durch zwölf verſchiedene Tractaten gemachter Harnproben das* 59. *Buch.* Francof. ad Viadr. 1571. fol. RIV.

IDEM edidit Berolini 1576. fol.*. Βεβαιωσιν αγωνισμοῦ, *oder Beſtätigung deſſen, das zänkiſch iſt, wie die neue Erfindung des Harnprobierens gewieſen iſt durch den Inventorem.* In hoc mirifico opere initium fit a compendio anatomico, cujus figuræ partim auctori propriæ ſunt, & novæ, ut variæ ſectiones viſcerum horizontales. Analyſin dat urinæ, pondera, ſal, ſulphur, eorumque elemen-

elementorum proportiones, demum mercurium. In ea, quæ dicitur urinæ analysi, figuræ corporum DURERIANÆ redeunt.

Quas DOUGLASSIUS citat *partium omnium corporis externarum & internarum picturæ & icones ad vivum expressæ*, quas ait idem cum historia plantarum Berolini 1578. fol.* prodiisse, eæ minimæ sunt icunculæ sceletorum & viscerum, passim per totum opus dispersæ.

J. de LAUNOY & *Cl.* REBOURS *Non ergo humores alimentis respondent* Parisiis 1571.

Petri de la BISTRADE & *Guill.* LUSSON *Ergo ut semen ita sanguis menstruus benignum excrementum* Paris. 1572.

J. MARTIN & J. HAUTIN *Ergo connata est moriendi necessitas* Paris. 1572.

Bonaventuræ GRANGIER & *Ægidii* HERON *Ergo corpora rariora saniora* Paris. 1572.

Barth. PERDULCIS & J. BEAUCHESNE *Ergo melior per somnum quam per vigilias coctio* Paris. 1572.

Clem. REBOURS & *Nic.* LAMBERT *Ergo triplicis coctionis triplex præparatio succus & excrementum* Paris. 1572. Omnia ex Catalogo, quem FACULTAS PAR. edidit.

§. CCXXII. *Constantius* VAROLIUS,

Bononiensis, ibidem anatomes Professor, archiater GREGORII XIII. Pontificis maximi, subtilis & ratiocinator, & incisor, obiit anno 1578. EJUS *de nervis opticis nonnullisque aliis præter communem opinionem in humano capite observatis epistola* ad *Hieronymum* MERCURIALEM prodiit Patav. 1573. 8°.* recusa Francofurti 1591. 8°.* inscio edita VAROLIO. Novam cerebri administrationem adgressus est, ut a basi inciperet (*d*). Icones dedit, rudes equidem (*e*), proprias tamen: descripsit (post EUSTACHIUM) nervorum opticorum a thalamis opticis originem: radicem longiorem nervi olfactorii: ventriculi anterioris figuram tricornem, pontem, cui ipse nomen dedit, & a quo omnes nervos ostendit derivari, glandulas plexus chorioidei, arachnoideam cerebri, membranam, chordæ tympani naturam nerveam. Cerebri ventriculos pituita non spiritu plenos esse ostendit, nullamque ab his ventriculis viam in olfactorium nervum patere, multas ob id inventum GALENICORUM calumnias passus. In *secunda epistola* sua inventa contra objectiones confirmat. In *Francofurtensi editione* numeri figurarum corrupti sunt.

EJ. *de resolutione corporis humani* libri IV. posthumi a J. B. CORTESIO editi sunt (*f*), non quidem Patavii anno 1573. 8°. vivo adhuc Auctore, sed Fran-

(d) *Resol.* p. 140. remotis capitis ossibus, ut oculi cum cerebro maneant.
(e) TARIN *advers.* p. 42.
(f) In *præfat.*

Francofurti 1591. 8°.*. Compendium eſt phyſiologiæ ex veterum ſententia concinnatum. Aliqua tamen habet propria. Fetus vidit humanos, minimos, æquales muſcæ & api (*g*). Valvulam quam ſibi tribuit, ad ilei in colon ingreſſum poſitam deſcripſit, fæces retinentem, quam recte inteſtinum ileon pendulum vocat, etſi eam & VIDUS dixit, forte ad indicium a RONDELETIO acceptum, qui ante VAROLII editum opus obiit. Rejicit membranam allantoideam: ſtapedis muſculum dixit. Feminas eſſe magna clitoride, quas dicant hormaphroditas. Erectionem fieri venis penis vel clitoridis compreſſis. Iridem, dum pupilla dilatatur accedere, ad uveam membranam & viciſſim. Aliqua de chordis ſonoris glottidis, (iſta PORTAL.)

§. CCXXIII. *Julius* JASOLINUS. *J. a* CRUCE.

Ille quidem Medicus & Profeſſor Neapolitanus, Hippone natus, INGRASSIÆ diſcipulus, edidit primum *quæſtiones anatomicas*, *cum oſteologia parva* Neapoli 1573. 8°.*

Quæſtiones ſunt hujusmodi. In prima quærit JASOLINUS *de adipe cordis, & volæ manus*. Altera iterum *de cordis adipe*: Poſſe conſiſtere etiam calidiſſimis locis. Pabulum eſſe caloris vitalis. Adjicit inciſionem cadaveris, in quo pulmo ſeptem, hepar quatuor, lien tres lobos habuerit.

Oſteologia pertinet unice ad commiſſuras oſſium, ad nonnullas vocum interpretationes, adque numerum oſſium.

Ej. *de aqua in pericardio quæſtio tertia*. Accedit *tractatus de poris choledochis & veſica fellea contra neotericos anatomicos. Nova methodus medendi carunculas in veſicæ ductu obortas* Neapol. 1576. 8°.*. Ex feroſo ſanguine pericardii aquam naſci. Aliquid de potu deſcendere in arteriam aſperam, & pulmones, & ipſum pericardium. Hydrops pectoris. Adipem cordis in aquæ ſpeciem liquari. Titulum dixi, nihil tamen ultra hic reperias.

Sed anno 1577. 8°.* Neapoli prodiit *de poris choledochis & veſica fellea* pro GALENO *adverſus neotericos*. Contra FALLOPIUM potiſſimum dicit „Bilem duobus modis ab hepate ſecerni: puram, quam ex GALENI ſententia veſicula fellis per inviſibiles meatus trahat: aliamque permiſtam, neque ſinceram, quam veſicula per ductum choledochum adtrahat, quoties iter ad duodenum obſtructum eſt, aut in digeſtione ciborum duodenum turget; nam etiam craſſam bilem in hepate gigni. Ex veſicula fellea bilem non ob compreſſionem aliquam, ſed a conſtrictione fibrarum propriarum expelli. Inde iconem dat iconi VESALIANÆ viarum fellearum oppoſitam. Valvulas ductus cyſtici deſcribit, veſiculam negat contractilem eſſe. Cyſticum ductum peranguſtum eſſe. Caput aviculæ ſive ſinum in origine ductus cyſtici primus depinxit. Ductus, quos ſupponit hepati cyſticos in icone expreſſit. Hi libelli Hanoviæ anno 1654. 4°. &

(g) p. 104.

& Francofurti 1668. 4°.* recusi sunt, cum aliis SEVERINI & CABROLII scriptis. Icon vasorum bilariorum etiam in C. BAUHINI theatro redit T. 38. L. I.

J. Andreæ a CRUCE *chirurgia magna* primum prodiit latine Venet. 1573. fol.* multo vero auctius italice ibid. 1583. fol.* 1584. fol. B. *Exot.* 1596. fol. TREW. Germanice 1606. fol. B. *Exot.* In illa quidem editione L. I. continet brevem capitis humani anatomen cum calvæ figuris & cerebri; sic in L. II. tr. 4. & 5. pectoris. L. V. venæ quæ secari solent numerosæ. Multa cadavera inciderat.

Æmilius CAMPOLONGUS, Patavinus, in patria academia Professor, edidit ibid. 1573. 4°. *theoremata de perfectione humana*, de quibus non dixerim, num aliquid habeant anatomici argumenti. Incisor certe fuit, & cum anno 1578. uterum privatim dissecuisset, ejusmodi laboribus ei interdictum fuit (*h*).

Claudii GUARDINI *responsio ad defensionem humani partus* 175. *dierum* Avenione 1573. 4°. A die 167. fetum vitalem nasci posse.

Alfonsi LUPES, *de venæ natura* Saragoſſa 1573. 8°. L.

Alfonsus de CORELLA *de venæ natura* Saragoſſa 1573. 8°. N. ANT. Nonne IDEM.

J. MARANT & J. RIOLAN pat. *E. ortus & interitus hominum causæ contrariæ* Paris. 1573.

J. le PESCHEUR & *Nic.* MARCHANT *E. alimentum omne calefacit* Paris. 1573.

Sim. le PIETRE & J. ROUSSELET *Ergo lac nutricis viri consuetudine deterius* Paris 1573.

§. CCXXIV. VARII.

Mauritii CORDEI Rhemensis HIPP. περι παρθενιων *s. de iis quæ virginibus accidunt, cum adnotationibus* Paris. 1574. 8°. De causis primum erumpentium menstruorum, & de causis fluxus periodici, ex HIPPOCRATIS & antiquorum doctrina, contra neotericos.

EJ. libri prioris HIPP. *de morbis mulierum interpretatio & explicatio* Paris. 1585. fol. in *Gynæceis* BAUHINI & SPACHII. Non exiguo volumine multa physiologica tradit, de mensibus, de crena ossibus pubis subjecta, quam se in feminis & in viris primum reperisse gaudet, & quæ urethram incipiat. Ea ossa negat in partu hiscere. Pudenda utriusque sexus, prægnatio, partus. Mammarum venæ, alia plurima.

EJUSDEM & J. BONNIER *Ergo virgo menstruis deficientibus lac in mammis habere potest* Paris. 1580.

J. Nicolai ROGERII *quæsitum difficile accurate explicatum de sede animæ membrorum*

(h) Apud THOMASINUM *Gymnas.* p. 421.

brorum principalium Neapoli 1574. 4°. Non putem esse antiquum ROGERIUM, qui HENRICI VI. ævo vixit.

Petri PICHOT *de animorum natura, morbis, vitiis, nævis eorumque curatione* Bordigalæ 1574. 8°. HGUSS.

Jean LERY *Histoire memorable du Siege de Sancerre* 1574. 8°: ob famem memorabilem, quam viri ob religionem obsessi passi sunt.

Joachimi STRUPPE *de Geelhausen consensus medicorum super secretissimis quibusdam medicinis exoticis, primumque super Mumia ejusque cognatis, ubi mumiæ verum exemplar annis circiter* 2000. *recordatum exhibetur*, Francofurti 1574. 4°. Germanice ibid. eodem anno * cum icone & descriptione Mumiæ fasciatæ. Brevissimus libel s.

Thomas TYGEON, Andogavensis, *Antrum neologicon, in quo demonstratur, obstetricibus non esse fidendum de virginitate aut defloratione mulieris adulteræ testimonium ferentibus* Lugduni 1574. 8°. DOUGL. Addit vir Cl. agere de alis pudendi, clitoride, placenta. Hymenem rejecisse, adfirmasse sinum mutatum lego, neque ineptum esse poetam.

Antonius MIZAULD in lib. *de proportione, symmetria & commensuratione* Paris. 1575. 8°.* habet dimensiones partium corporis humani.

Georgius CALAMINUS carmine heroïco scripsit vitam J. GUNTHERI ANDERNACI Argentor. 1575. 4°. GUNZ.

Thomæ PHILOLOGI *de microcosmi affectionibus maris, feminæ, hermaphroditi, gallique miseriis &c.* Venet. 1575. 4°. an antiqui auctoris Ravennatis.

Il vero ritratto d' un stupendo mostro, quel ha partorito una hebrea nella c. de Venezia 26. Maggio 1575. *che latta da ambedue teste* SCHEUCHZER.

Vincentii MUSTEL & *Petri* DUCHEMIN *Ergo similaris partis nullus præter intemperiem morbus* Paris. 1575.

Fr. du PORT & *Jacobi* NICOLAS *Ergo in sua carne viscerum actio* Paris. 1575.

J. HAUTIN & *Germ.* COURTIN *Ergo jecur omnium humorum officina* Paris. 1574.

J. RIOLAN pater & *Fel.* VISORIUS *Ergo idem calor ortus & interitus causa* Paris. 1574.

J. BEAUCHESNE & *Edmund* PERDRISOT *Ergo diverso tempore principum partium fit conformatio* Paris. 1574.

Guil. LUSSON *Ergo ortus & interitus facultatum aliquis ordo* R. *Fr.* CHOYSNIN Paris. 1574.

Nic. LAMBERT & *Dom.* BOURGOIN *Ergo homo perfectus ab utero* Paris. 1574.

§. CCXXV.

§. CCXXV. *J. Baptista* CARCANUS,

Professor Ticinensis, edidit Lib. II. in quorum *priori de cordis vasorum in fetu unione pertractatur. In altero de musculis palpebrarum atque oculorum motibus deservientibus accurate differitur* Ticin. 1574. 8°.*. Discipulus FALLOPII, & incisor minime de vulgo. In L. I. foramen ovale & ductum arteriosum accurate describit, & VESALII, ARANTII (*i*) & FALLOPII errores corrigit, quorum iste foramen ovale omiserat, ille canalem arteriosum in foramen mutaverat. Valvulam ejus ductus, aut laxam certe membranam describit, ejus similem, quæ in orificio ductus choledochi pendet. Invertit iter sanguinis per arteriosum ductum meantis, & valvulas venæ sine pari rejicit. Addit germanum medicum, qui eas valvulas adfirmasset, a se refutatum discessisse. Venas & profundas & superficiales penis describit. In L. II. musculos palpebrarum, orbicularem & levatorem, & oculi musculos describit, præceptorem FALLOPIUM & VESALIUM castigat, quorum iste glandulam innominatam pro musculo habuerat. Eam glandulam humorem generare docet, & puncta lacrumalia describit.

EJ. *Lettere del felice successo di sua anatomia fatta quest* anno 1585. 4°. Ticini ut puto. CORTE.

EJ. *Sectio anatomica Caroli* BORROMÆI *vulgo sancti*, exstat cum M. CURTIO.

§. CCXXVI. *Cornelius* GEMMA, *&c.*

Professor Lovaniensis, Medicus & Mathematicus, edidit Antwerpiæ anno 1575. 8°.* libros II. *de naturæ divinis characterismis s. raris & admirandis causis, indiciis, proprietatibus rerum.* In hoc varii argumenti opere multa reperias de generatione, fetu, molis, monstris, fetubus galeatis, placentis vesicularibus.

Isaacus JOUBERT LAURENTII fil. edidit Lugdun. 1575. 4°.* cum *G. de* CAULIACO interpretationem dictionum anatomicarum barbararum, quas inter etiam sunt anatomicæ.

§. CCXXVII. *Fridericus* PETRUS. *Alii.*

Friderici PETRI, Springensis, *doctrina de oculo & modo visionis* Lipsiæ 1576. 8°.*. Vulgaris oculi anatome, & optices ARISTOTELICÆ defensio.

J. ERBELI *Elogia de memorabili Hippocratis sententia qua corpus intus perspirans statuit* Noriberg. 1576. 4°.

J. LONACI BOSCII *concordia medicorum & philosophorum de humano conceptu atque fetus corporatura, incremento, animatione mira in utero, nativitate, de centauris, satyris, monstris* R. *Andrea* HELLEPYRO Ingolstad. 1576. 4°. 1583. 4°. LIND.

(i) ARANTIUM in posterioribus editionibus errorem emendavisse ait.

Bonaventura GRANGER vertit THEOPHRASTUM *de ſudoribus*; addidit *ſudorum prognoſticum latinis verſibus ſcriptum* Pariſ. 1576. 8°. LIND.

Antonio PERSIO *dell ingegno degl huomo* Venet. 1576. 8°. HEINS.

Petri de PERAMATO *libri de ſemine, de generatione, de ſpiritibus: de conceptu & partu* ſ. Lucar de Barrameda Andaluſiæ anno 1576. 1590. 1696. fol. LIND. Monſtra etiam habet & nævos.

Dominicus LEONUS, Zuccano in agro Lunenſi natus, Profeſſor Bononienſis, edidit Bononiæ 1576. 4°.* 1583. fol. *Artem medendi humanos particularesque morbos a capite uſque ad pedes.* Capitis & reliqui anatomen corporis humani continet.

J. Jacobus WECKER, Medicus Baſilienſis, edidit *ſyntagma utriusque medicinæ ex græcorum, latinorum & arabum theſauris collectum* Baſileæ 1576. fol.*. Initium libri fit ab anatome.

Thomas JORDAN Moravus, minime pigri ingenii medicus, cum *peſtis phænomenis* Francofurti 1576. 8°.* excuſis dedit tract. *de lapide Bezoar*: & veſiculas veneficas viperæ deſcribit.

Adverſus L. JOUBERT *paradoxum* VII. decadis II. ſcripſit IDEM. Recuſa ſunt iſta cum JOUBERTI operibus.

Eine ſchröckliche Geſchicht von einem grauſamen Kind, welches gebohren worden zu Arnheim in Gelderland anno 1576. SCHEUCHZER.

Joh. COTHILLON & *Lud.* DREUX *Ergo ſpiritus generationis principium* Pariſiis 1576.

Germ. COURTIN & *Th.* SCOURION *E. humores temperamentis analogi* Pariſiis 1576.

Nic. MARCHAND & *J. de* GAYETTE *E. fetus matri quam patri ſimilior* Pariſ. 1576.

Jul. BERE' & *Petri* ARTUYS *E. omnis a temperamento facultas* Pariſ. 1576.

§. CCXXVIII. J. RIOLANUS *Pater. Alii.*

Ambianus, Medicus Pariſinus, non quidem anatomicus. Scripſit *Commentarios in VI. libros phyſiologicos* FERNELII *poſthumos, &, de rerum cauſis* Pariſ. 1577. 8°. Montpelgard 1589. 8°. 1598. 8°.* WILLER. Pariſ. 1601. 8°. THOMAS, 1620. 8°. Vetuſto more ſcripſit, absque experimento. In catalogo WILLER. titulus eſt *in libros* FERNELII *partim phyſiologicos partim therapeuticos commentarii.* Cl. RIOLANI *de principiis rerum naturalium libri* III. Montbeliard 1589. 8°. 1688. 8°.*

EJUSD.

Ejusd. *universæ medicinæ compendium* Parif. 1598. 8°. Bafil. 1601. 12°. anatomen continet.

In *operibus omnibus* reperitur etiam anatome.

Ejus *phyfiologia & pathologia anno 1586. exarata* exftat in B. R. Parif. IV. n. 2074. M.S. & in mea *Prælectiones in univ. Medicinam*, anni 1569.

Omnibonum Ferrarium adducit Cl. Douglas ob l. IV. *de medica infantum arte* Brixiæ 1574. 4°. 1598. editos, in quibus agatur de lacte.

J. Matthesii *de admirabili auditus inftrumenti fabrica* Witteb. 1577. 4°. Boehm.

Alphonfi Baca *ratio cognofcendi caufas & figna tam in profpera quam adverfa valetudine urinarum* Hifpali 1577. 4°. Venet. 1578. 8°. Lind.

Jacob Nicholas & *Paul* Quineffault *Esgo par feminis omnibus menfium neceffitas* Parif. 1577.

Eigentliche Befchreibung der erfchrecklichen Mißgeburt, fo fich in Heffen zur hohen Eich anno 1577. begeben durch Ditmarum Merulam, Scheuchzer.

§. CCXXIX. D. Terel. F. Ulmus. f. Banister.

Dominici Terelii, Lucenfis, *de generatione & partu hominis* L. II. Lugduni 1578. 4°. B. Bern. Libellus datur Avenione. Semen non ab omnibus partibus provenire. Menftruum fanguinem ad generationem facere. Hepar primum generari, & ab eo venas nafci. Conceptus, fetus formatio, membranæ fetus. Partus caufa. Tempus partus incertum effe. De fterilitate. Mafculorum & femininorum partuum caufa: fimilitudo parentum. Nævi, monftra, fuperfetatio. Experimenti nihil.

Francifcus Ulmus (Umeau), Pictavienfis, *de liene* l. Parifiis 1578. 8°.*. Succum ex ventriculo in lienem venire, ibi coqui, recipi in arterias, tranfire ad ventriculum cordis finiftrum, mifceri cum aëre ex pulmonibus adveniente, & in fpiritum vitalem perfici. Hic etiam primum Meryanam opinionem legi, fanguinem ex finu finiftro per foramen ovale in dextram aurem venire.

Ej. *de certa ratione judicandi ex urinis* lib. IV. Venet. 1578. Orl.

Hieronymi Ximenez *inftitutiones medicæ* Epilæ 1578. 1596. 4°. Tolet. 1583. fol.

Joh. Banister, Medicus Oxonienfis eruditus, etiam chirurgiam exercuit. Edidit *Hiftory of man fucked from the fap of the moft approved anatomifts in IX. books*, London 1578. fol. Tanner. Non laudat Douglassius.

Johannis Vischer *de ufu & officio fplenis in homine* Tubing. 1578. 4°. Pl.

Ej. *de vero pulmonis in homine ufu* ib. 1580. 4°. Boehm.

Ej.

Ej. tract. *de lactis ejusque partium natura & viribus* Tubing. 1586. 4°. Will.

Antonii Piccioli f. Rapiti *de manus inspectione* Lib. III. Bergamo 1578. 8°. Heins. Bergami 1587. 8°. *Catal. libr.* a. 1500. 1600.

Lud. Dreux & *Cl.* Boivin *Ergo facultatum omnium auctor spiritus* Parisiis 1578.

J. Lamy & *Petri de* L'Ecluse *E. idem calor omnium facultatum auctor* ibid. 1578.

Th. S. Courion & *Cl. de* Pinteville *Ergo sua cujusque coctionis excrementa* ibid. 1578.

Roc le Baillif med. reg. *demosterion ou œuvre demosterie* . . . In collectione continetur n. 5. *une chiromance &c.* Rennes 1578. 4°. Osb.

Ej. *premier traité de l'homme en son essentielle anatomie avec les Elemens & ce qui est avec eux &c.* Paris 1580. 8°. Beart.

Ej. *paradoxes physiologiques* ibid. 1634. 8°.

Abreissung wunderbarer Kinder, so anno 1578. *im Flecken Venrade in Geldern gebohren;* Scheuchzer.

Mißgeburt von einem Lamm im Dorf Steders bey Ulzen im Lande Lüneburg anno 1578. Scheuchzer.

Bildniß einer ungewöhnlichen Geburt eines Kindes, welches anno 1577. *zu Gowermühle in Mecklenburg gebohren ist.*

Simonis Pauli, patris ut puto, *Erinnerung von dieser Geburt* Rostock 1578. Scheuchzer.

Abreissung eines ungestalten Kindes, welches im Dorf Praust des Landes Cleven am neuen Jahre 1578. *gebohren.* Scheuchzer.

Erschreckliche Geburt, welche Elisabeth Klauben *den* 20. *Jul.* 1578. *zu Kaubenheim in Franken gebohren*, Nürnberg, Idem.

Abconterfeytung einer Mißgeburt, welche gebohren worden im Dorfe Chras, nicht weit von Oderzo anno 1578. Nürnberg. Idem.

Wahrhafte Abconterfeytung der erschrecklichen Wundergeburt eines Knäbleins, welches anno 1578. *in Eufrigo terra del Novarese gebohren ist.* Idem. Idem italice. Septem capita & septem brachia habuisse, præcipuum caput fuisse cyclopis &c. Scheuchzer.

§. CCXXX. *David* Chytræus &c.

Davidis Chytræi, theologi, *oratio de structura humani corporis, & expressis in ea sapientiæ divinæ & virtutum vestigiis* Rostock 1579. 8°.*. Breviter & rhetorice.

Leonardi

Leonardi FIORAVANTI *Chirurgia* Venet. 1579. 8°.* & alias edita, etiam aliqua habet anatomici argumenti. In L. II. docet non neceffariam effe anatomen. Suas tamen demonftrationes anatomicas recenfet: tum integræ anatomes titulos. Nunquam fe vitium vidiffe in liene. Se homines in bello contra Mauros incidiffe.

In *tefóro della vita umana* nafum detruncatum & continuo adglutinatum comprehendiffe.

Lupi SERRANO *de feneƈtute aliisque utriusque fexus ætatibus* L. 14. Ulyffiponæ 1579. 8°. Carmen L.

Georgii BULLEYNE *little dialogue between two men concerning apoftumations and wounds* Lond. 1579. fol. DOUGL. Multa vir Cl. addit ibi anatomica contineri, & fceleti figuram.

Cofmæ ROSSELII *thefaurus artificiofæ memoriæ* Venetiis 1579. 4°. BODL.

J. Thomas FREIGIUS in *quæftionum phyficarum* libris 36. Bafileæ 1579. 8°. excufis, inque lib. 31. 32. 33. 34. agit de animalibus; in lib. 31. de anthropologia & anatomia. B. THOMAS.

Eine Wundergeburt von einer Bäurin aus dem Dorf Balduina nahe bey Ferrar. anno 1579. SCHEUCHZER.

Andreæ PLANER *de utilitate artis parvæ* GALENI Tubing. 1579. 4°.

Difputationem medicam *de capite & cerebro hominis ejusque temperamento* Tubingæ dedit 1580. 4°. DOUGL.

Henrici BLACVOD & *Carnoti* GERBAUT *E. partus oƈtimeftris non vitalis* Parifiis 1579.

J. *de* GAYETTE & J. DACIER *Ergo quidquid alit dulce* ibid. 1579.

Nic. ELLAIN & *Phil.* HARDOIN *Ergo venus falubris* ibid. 1579.

§. CCXXXI. *Nic.* JOSSIUS, *& Alii.*

Nicandri JOSSII, Venafrani, prodierunt Romæ 1580. 4°.* *opufcula de voluptate & dolore, de rifu & fletu, de fomno & vigilia, de fame & fiti.* Philofophi Ariftotelici opus, ratiociniis mixum & auƈtoritatibus.

Dominique REULIN, Medici Burdegalenfis, *Contredits aux erreurs populaires de L. Joubert, ou font déduites plufieurs queftions* Montauban 1580. VERDIER.

J. HUARTE *Examen de ingenios para las fciencias* Juliobrigæ 1580. 8°. Beatiæ 1594. 8°. N. ANT. Medinæ 1603. 8°. HEIST. Barcinone 1607. Compluti 1640. 8°. latine, tum Venet. 1582. 8°. 1603. Coloniæ 1610. 1621. 8°. Argentorati 1612. 8°. Leidæ 1652. 16°. Jenæ 1663. 8°. *L'examen & parfait jugement*

ment des ésprits mis en françois par GABRIEL CHAPUIS Paris 1588. 16°.*. Scopus est quærere, quæ ingenii facultates ad quodque vitæ genus sint aptissimæ. Multa vero hic habet Physiologica, ex scholarum sapore. Sedes animæ, in cerebro. Tres facultates principes, tres animæ. Ut ex cerebro calefacto, etiam in maniacis, ingenium exaltetur, & vulgares homines eloquentes fiant, per exempla. Discrimina ingeniorum esse a calore, humiditate, & siccitate. Ad medicinam discendam omnes tres facultates animæ requiri. De generatione: ut sapientes & ingeniosi generentur. Feminarum temperamenta. Ut pueri potius, aut puellæ generentur.

Johannes CASSANIO, Monstroliensis, *de gigantibus eorumque reliquiis in Gallia repertis, nec non de admirandis quorumdam viribus qui ad Gigantum naturam proxime accedunt* Basil. 1580. 8°. LE TELLIER. Germanice *Bericht von den alten Riesen und Heunen* vertente J. VOGEL Görliz 1588. 4°. TREW.

Jean de la FARGUE *commentarium & interpretationem* dedit libri HIPPOCRATICI *de la composition du corps humain & description de toutes ses parties avec le raport, qu'il a avec le monde* Lyon 1580. 16°. DU VERDIER.

Traité de l'homme & de son essentielle anatomie Paris 1580. 8°. OSB.

Quis est *Gesnerus de generatione hominis* Francof. 1580. 4°. OSB.

Francesco NUNNEZ *libro del parto umano* Alcala 1580. 8°.

Petri RINOVII & *Petri* VICTORII *Beschreibung und Deutung der zwey Mißgeburten, so anno* 1580. *zu Havelsberg von einer Frauen gebohren worden* 1581. SCHEUCHZER.

Ludovici LEMOS in GALENI libros *de facultatibus naturalibus* Salmanticæ 1580. 4°. L.

Dan. TOSSANI *Bericht vom hohen Alter der Menschen &c.* Herborn 1600. 8°. MAYER.

Thomas ERASTUS, proprio nomine LIEBLER, Badensis Helvetus, Professor Heidelbergensis, edidit ibid. 1580. 4°. *de pinguedinis in animale generatione, & concretione* libellum DOUGL. prius vero Argentinæ 1579. *de contritione*, & *de sudore* Basil. 1581. 4°. H.

Disputationum & epistolarum medicinalium volumen prodiit Tiguri 1595. 4°. quarum 7. *de dentibus*, 18. *de somno*, 19. *de pituita bile flava aliisque humoribus*, 20. ea est, quam modo diximus *de generatione*.

René THIONNEAU *histoire étrange d'une femme qui a porté enfant* 23. *mois, & qui enfin a été tiré par le coté os à os* Tours 1580. 8°. PORTAL. Annon idem *René* BRETONNAYAU, cujus est *la génération de l'homme, & le temple de l'ame avec d'autres œuvres poëtiques extraites de l'Esculape de* R. B. Paris 1583. 4°. Poëma Gallicum lubricum de fabrica partium genitalium, de oculis, corde, hepate,

pate, liene, de pleuritide, calculo, colica, podagra, hæmorrhoidibus. Cosmetica aliqua GOULIN.

§. CCXXXII. *Sal.* ALBERTI.

Salomon ALBERTI, Noribergensis, *Hieronymi* FABRICII *ab* AQUAPENDENTE discipulus, Professor Wittebergensis, vir doctus & excitati ingenii. Primum edidit *de lacrumis* disputationem Wittebergæ 1581. 4°.* recusam cum *orationibus*, *& in meis diss. selectis.* Inde *historiam plerarumque partium corporis humani*, cujus multæ sunt editiones. Mea prima est Wittebergæ 1585. 8°.* cum dedicatione eodem anno data. Breve est compendium anatomicum, cum iconibus VESALIANIS. Habet etiam in ista editione valvulæ coli descriptionem, cochleæ figuram, quam sibi inventam tribuit, & papillas renales, cum poris & infundibulis.

In editione 1601. 8°.* multa accesserunt, tum sparsa, tum ad finem varietas in venis renalibus, defectus intestini cæci, valvulæ venosæ cruris & brachii anno 1579. visæ, retardando motui sanguinis, ut putat, destinatæ, cum iconibus, valvula ilei fini præposita, figura perinde hic expressa. Editio 1602. 8°.* nihil differt, etsi typographus dicit, ex schedis auctoris posthumis auctam esse. Recusa est ibid. 1630. 8°.

Excerpta ex ea sunt in B. R. Paris. n. 7112.

Edidit porro Noribergæ 1585. 8°.*. *Orationes & alia.* Orationum tertia est de disciplina anatomica, & historia artis anatomicæ. Addit aliqua de libello GALENI *de ossibus*, in quem prælecturus erat. Hic sulcum cochleæ descripsit, nervo refertum, ejusque cochleæ modiolum.

Dissertatio *de lacrumis* hic redeuns digna est notatu: foramina enim, & cornicula lacrumalia, descripta continet: saccum ut nunc vocatur, ex homine & ex animalibus, ductumque nasalem. Lacrumarum etiam naturam ex animalibus indagatur. Succedunt de vasis renalibus & de valvulis eædem observationes, quæ sunt in posterioribus editionibus historiæ partium. Nullam fuisse cæci intestini appendiculam. Glandulas hic dicit ad uropygium leporum positas; & bulbos pilorum.

In oratione *de mutitate & surditate* Noriberg. 1591. 8°.* excusa, habet aliqua ad nervos, Quintum & Septimum. De iis qui oculis audiverint.

Aliæ *orationes* Witteberg. 1590. 8°.* excusæ sunt. Earum secunda est *de felle ad intestina restagnante*, in qua FALLOPII sententiam de bilis itinere defendit. Tertia est de sudore cruento, & Quæstio V. ad lacrumas pertinet, earumque in levandis animi affectibus utilitatem.

ID. GALENI *de ossibus* libellum Helmstadii 1579. 8°. edidit.

Observationes anatomicas, anno 1620. editas, dictas DOUGLASSIO, non puto exsistere.

 Quæ-

Quæstionem an ventriculus suo cremore vere nutriatur Wittebergæ editam citat Cl. TREW.

§. CCXXXIII. *Franciscus* ROUSSET,

Medici, viri ad detegendum verum facti, *traité nouveau de l'hysterotomotokie ou enfantement Cesarien, qui est extraction de l'enfant par incision laterale du ventre & matrice de la femme grosse ne pouvant autrement accoucher, sans prejudicier à l'un ni à l'autre* Paris 1581. 8°. DU VERDIER. Latine *hysterotomotokia* F. ROUSSET C. BAUHINI cura latine reddita Basil. 1588. 8°. Francof. 1602. 8°.* Latine etiam Paris. 1590. 8°. cum carmine pro cæsareo partu BURETTE. Idem liber prodiit etiam in C. BAUHINI *Gynæciis* Basil. 1586. 4°.* & in SPACHIANIS, sed decurtatus. Germanice *von dem Fall äusserster Noth wunderbarer künstlicher Lösung und Scheidung eines Kindes aus Mutterleib* Strasburg 1583. 8°. WILLER, neque enim differre puto.

Vir cordatus & animosus, arduarum administrationum laudator. Icones equidem, quas DOUGLASSIUS citat, non reperio, aliqua tamen habet ROUSSETUS de peritonæo ad spinam dorsi, quam ad epigastrium, laxiori. Vesicam non mere membranosam, sed etiam carneam esse. Superfetationis historia.

IDEM carmen scripsit cum titulo *Scleropalæcyematis s. lithopædii senonensis*, de quo continuo dicemus, Francofurti 1601. 8°.*. Inquirit, cur hic fetus non computruerit.

EJUSD. *exercitatio medica assertionis novæ veri usus anastomoseon cardiacarum fetus ex utero materno sanguinem trahentium in suos pulmones cordi præpositos* Paris. 1603. 8°.

J. Vincentii ROGER *quæsitum an mater ad prolis generationem concurrat puterve*, & *Augustini* DONII *de natura hominis* L. II. Basil. 1581. 4°. PL. Priorem vide p. 213.

Matthæi DRESSER *de partibus corporis humani & de anima ejusque potentiis* L. II. Witteberg. 1581. 8°. BOECL. & 1583. 8°. TREW. 1586. 8°.* Lipsiæ 1589. 8°. correctius & auctius 1593. 1607. 8°. DOUGLAS. 1597. 8°. PLATN. Partium corporis humani nomenclatura, etiam Germanica, cum aliqua descriptione.

Paulus SESSERUS *de divina & admiranda hominis in utero formatione* Basil. 1581. 4°. BUTTN.

Dionysii FURNII *observationes anatomicas* ad hæc tempora refero, quæ sunt in B. R. Par. n. 7112.

Johannis FRAGOSI, Toletani Medici & Chirurgi, *de Chirurgia* lib. Madrit. 1581. fol. & Hispanice *Cirurgia universal nova nuovamente emendata ganadida, en ista sexta impression* Alcale de Henarez 1620. fol. In principio anatomica traduntur. Tendines sensu carere.

Remberti

Remberti DODONÆI celebris herbarii, *tabulæ physiologico medicæ* Colon. 1581. 8°. Ej. *Medicinalium observationum exempla* Colon. 1580. 8°.* Hardervic 1621. 8°.

J. Pauli CRASSI *quæstiones naturales & medicæ* Basil. 1581. 4°.* cum RUFO & ARETÆO. Cur homini jecur majus quam aliis animalibus. De somno aliqua. Cur vox acutior pueris, eunuchis, feminis. Cur in pudore rubor. Cur exercitatione membrum augeatur, desidia marcescat.

Georg CORNUTY *E. cuique facultati sua sedes* Paris. 1581.

Lazari THEVENOT & *Henrici* VISCOT *E. motus pueri in utero certo tempore contingit* Paris. 1581.

J. FABER & J. BONARD *E. sensus omnis voluptatis & doloris particeps* Parisiis 1581.

Antoine HOTMAN tr. *de la dissolution du mariage pour l'impuissance & froideur de l'homme ou de la femme* Paris 1581. 1610. 8°.*. Auctor & lectione bonorum librorum valuit, & judicio. Congressum, turpissimum eruendi veri adminiculum recte refutat.

Second traité de la dissolution du mariage pour l'impuissance de l'homme ou de la femme Paris 1610. 8°.*. Quibus notis impotentia adgnoscatur. Obstetrices de virginitate male judicare, & in eo testimonio tamen judices adquiescere.

Ej. πωγωνιας s. *de barba* dialogus Lyon 1586. 8°. Literaria.

§. CCXXXIV. J. ALBOSIUS. *Simon de* PROVANCHERES. *Alii.*

Johannis ALBOSII *portentosum lithopædium s. embryon petrefactum urbis senonensis, in utero per annos* 28. *contentum* Lyon 1582. Basileæ recusum cum ROUSSETO 1588. 8°. Francof. 1601. 8°.* & alias, tum in muliebribus BAUHINI & SPACHERI. Brevis primum descriptio, deinde exercitatio problematica de ejus indurationis causis, & ipsa brevis. Cum A. SENGUERDI libello Amsterd. 1662. 12°.*

Portrait d'un prodige & enfant petrifié lequel a été trouvé au cadavre d'une femme en la ville de Sens, l'ayant porté en son ventre par l'espace de 28. *ans*, SCHEUCHZER. Hanc puto esse iconem, quæ cum editione ROUSSETI anni 1588. prodiit, & in *muliebribus*.

Simon de PROVANCHERES *Epitre à* M. ARNOUL *faisant mention d'un enfant conservé en la matrice par l'espace de vint huit ans Lyon* 1582. DU VERD.

Ej. *de hujus indurationis causis opinio.* Aliqua uteri descriptio; latine cum priori Amstelodami 1662. 12°.

EJUSD. *histoire de l'inappetence d'un enfant de Vauprofonde près Sens, de son desistement de boire & manger quatre ans onze mois, & de sa mort* Sens 1616. 8°. BUR. 1615. 8°. *le* TELLIER.

Le prodige d'un enfant petrifié de la ville de Sens 1582. 8°. B. THOMAS.

Blasio BIAGIO *de memoria naturali & artificiosa in* QUINTILIANI *caput* XI. 2. *commentaria* II. Ferrar. 1582. MAZUCH.

Lud. COCHIN & J. MARQUIS *E pulsus vitæ & mortis index* Paris. 1582.

Claudii BOIVIN & *Ger.* PONTANI *E. omnium corporis partium una confluxio & conspiratio* Paris. 1582.

§. CCXXXV. J. F. SCHROETER, *Alii.*

J. Fridericus, Jenensis, viri filius, cui ea academia plurimum debet, dum in Italia studiis incumbebat, edidit *de omnibus in universum totius corporis humani humoribus l.* Patav. 1582. 4°.*. Ex veteribus, ad seculi genium, ex GALENO fere & ARISTOTELE. Etiam invisibiles humores describit, cambium, rorem. Semen muliebre in teste sibi esse ab *H. Fabricio ab* AQUAPENDENTE præceptore suo demonstratum.

EJ. *de origine & natura calidi innati theses* Genæ 1583. 4°.*

EJ. *in lib.* HIPPOCRATIS *περι φυσιος ανθρωπου commentaria* Genæ 1585. 8°.* Peripatetici viri ad scholarum morem liber.

EJ. *exercitationum accommodatarum ad universæ medicinæ partes I. de medicinæ definitione* Jen. 1598. 4°. TREW. Alterum *sp. de elementis corporum eorumque qualitatibus* 1598. 4°. TREW.

Tertium *de temperamentis, mixtione & venenis* 1598. 4°. IDEM.

Quartum *de calore nativo & spiritibus* 1599. 4°. TREW.

Quintum *de animæ facultatibus, functionibus & pulsibus* 1599. 4°. IDEM.

Sextum *de humoribus & urinis* 1599. 4°. IDEM.

Septimum *de generatione & partibus corporis humani* 1599. 4°. IDEM.

Conjunctim *Exercitationum medicarum volumen* I. 1599. 4°. TREW.

EJ. *de sanitate & indicationibus* Jenæ 1609. 4°. HEFT.

Andr. HELLEPYRUS *de hominis conceptu* Ingolstadii 1582. 4°. DOUGL.

Urbain HEMARD *recherches sur la vraye anatomie des dens, & propriétés d'icelles avec les maladies qui leur arrivent* Lyon 1582. 8°. Seminia mucilaginea dentium in teneris pueris invenit. Secundorum dentium seminia non vidit, putat tamen adesse.

§. CCXXXVI. *Felix* PLATER,

Basiliensis, *Thomæ* in Valesia nati filius, ex stirpe, quæ etiam nunc in prima viri patria floret, primosque locos tenet, vir omnibus charus, magnum patriæ suæ academiæ lumen, quæ PLATERI temporibus in medicina eminuit, clinicus celeberrimus, botanicus, anatomicus, thesaurorum naturalium collector, per quinquaginta annos Professor. Ejus *de partium corporis humani structura & usu* L. III. *tabulis methodice explicati iconibusque accurate illustrati* prodierunt Basileæ 1583. fol.* 1603. fol.* PLATERUS anatomen a prima juventute amavit, & apud laniones sectatus est (*k*). Descriptiones equidem & icones sunt VESALII, etiam COITERI, passim tamen PLATERO auctore multa minutius exposita; icones etiam novæ, ut levatoris palpebrarum musculi: icones organi auditus cum tribus canalibus semicircularibus denudatis, quorum amplius sit ostium: icones oculi & lentis crystallinæ posterius magis convexæ. Primus etiam eam lentem vitri convexi locum tenere docuit, quæ penicillum radiorum in retinam tunicam cogat. Ossa fetus ex propria industria descripsit. Circuitum sanguinis per pulmones admisit. Musculos valvularum cordis dixit.

EJUSDEM *Quæstionum medicorum paradoxarum & endoxarum centuria posthuma* Basil. 1625. 8°.* prodiit, cum *Praxi* etiam recusa, Basileæ 1656. 4°.*. Quæstiones physiologicæ sunt 38. Nervos esse sensus organa, non humorem crystallinum (*l*), neque tympanum. Plerumque cæterum in theoria versatur.

Inter eas *prima Quæstio de origine partium earumque in utero conformatione Quæstiones*, cum PINÆO Leidæ prodierunt 1641. 12°.*. Venas primigenias esse, neque a corde natas, aut ab hepate. Ovorum humanorum & fetuum tenerrimorum descriptiones.

Observationum etiam libri III. Basileæ 1641. 8°. variis modis ad physiologiam pertinent: ut memoriæ & animi bonus malusve status. Adfectus animi: sensuum vitia cum caussis suis anatomicis: sic motus vitia, & respirationis, singultus, mensium errores, venerisque, & alia id genus, potissimum etiam nani, proceri, androgyni, manci & monstra varia. Inter optimos rariorum scriptores.

EJ. *de mulierum partibus genitalibus icones* cum explicatione in *muliebribus* BAUHINI & SPACHII, *& de discrimine ossium pelvis in utroque sexu*, omnino sunt ex VESALIO.

EJ. *de omnium præstantissimo sensu visus ejusque organo* Basil. 1639. BOEHM. nisi filii est J. FELICIS.

§. CCXXXVII.

(k) Ap. *Melch.* ADAMI.
(l) Fuerant VESALII tempore, qui organum visus in retina ponerent, reclamante VESALIO p. 517. 806.

§. CCXXXVII. Varii.

Andreæ Christiani *disput. de somno & vigilia* Basil. 1583. 8°. Boehm.

Ejusd. *de sanitate* Hafn. 1590.

Alfonsi Marescotti *Compendium totius medicinæ* Francofurti 1583. 12°. 1585. 12°. Herborn 1604. 12°. Lind.

Stephani de Vescovis *consilium de lacrymis, vomitu* Brixiæ 1583. 4°. Boehm.

David van Mauden *bedieninghe der anatomien* Antwerpen 1583. fol. min. Trew.

Joh. Brabo *de saporum & odorum causis difficientiis & effectibus* Salmantic. 1583. 8°. Venet. 1592. 8°.

Augustini Buccii, Taurinensis, *dispp. de partium corporis principatu & de spiritus vitalis animatione* Taurin. 1583. *le* Tellier. Paris. 1647. 4°. Dougl.

Nicolai Taurelli, Philosophi Altdorfini, *de partibus corporis humani* Altdorf. 1583. 4°.

Ejusd. & *Georgii* Sytschii *de cordis natura & viribus* theses ib. 1585. 4°.*

Ejusd. *de ventriculi natura & viribus* ibid. 1587. 4°.

Ejusd. *Alpes cæsæ s. Andr.* Cæsalpini *monstrosa & superba dogmata discussa & excussa* (si omnino huc facit) Francof. 1597.

Christophori Irenæi tractatus *de monstris, von seltsamen Wundern*, Ursell. 1584. 4°. aut 1585. 4°. Boehmer.

Anselme Julian *de l'art & jugement des songes avec la physiognomie des songes & visions fantastique*, Paris 16°. absque anno, *du* Verdier, etiam nuper 1704. 8°. recusa.

Michaël Barth *veritates* Hippocratis, *& verorum medicorum physiologiæ de natura hominis &c.* Annaberg. 1583. 4°. Heft.

Contrafayt eines Haasen, der anno 1583. *zu Türckheim an der Hardt gefangen worden* Heidelberg. Scheuchzer.

J. le Moine & *Franc.* Poirot *E. a semine liberorum cum parentibus similitudo* Parisiis 1583.

§. CCXXVIII. G. Bartisch, &c.

Horatii Augenii, de M. sancto, *de ratione curandi per sanguinis missionem* Turin. 1584. 4°.*. Selectum habet venarum.

Ejusd. Professoris Ticinensis & Patavini lib. II. *quod homini non sit certum pariendi tempus* Venet. 1595. 8°. Francofurti 1597. fol. cum *Consultationibus medicinalibus.*

Georg

Georg BARTISCH *Augendienst, oder Unterricht von allen Augengebrechen* Dresden 1583. fol.* Frankfurt 1584. fol.* Sulzbach 1686. 4°. GRAV. Anatomen etiam & figuras habet oculorum, ex VESALIO imitatas.

Julii Cæsaris CLAUDINI *quæstio de sede facultatum principum.* Cum BUCCIO Turin. 1583. tum Bonon. 1612. 4°. maj.* Basil. 1617. & Paris. 1647. 4°. *cum epicrisi* C. HOFMAN. Venet. 1647. 4°. Ex more veterum. Cum *ingressu ad infirmos* paucula dedit physiologica & de ortu arteriarum & venarum, quæ secari solent. Aliqua etiam dedit *de natura & usu lactis.*

Johannis ÆMYLIANI *naturalis de ruminantibus historia* Venet. 1584. 4°.*. Controversiarum farrago, in quibus auctor fere pro GALENO causam judicat. Melancholiam appetitum facere: aliquid per asperam arteriam deglutiri.

David HERLIZ *exercitationis physiologicæ* L. I. *de causis lacrumarum, visus, sternutationis & sudoris* Gryphswald. 1584. 8°. PLATN.

EJ. *de pluviis prodigiosis von Blutregen*, si huc facit, ib. 1597. 4°. PL.

EJ. *Unterricht von den schwangern Frauen und Kindbetterinnen* Greifswalde 1597. 8°. Stettin 1618. 8°. Descripsit uterum, de nutritione egit.

J. EWIG HIPPOCRATES *de natura humana Gymnasio Bremensi propositus* Brem. 1584. 4°.

Dominici BERTACCII *de spiritibus libri* IV. *nec non de facultate vitali libri* III. Venet. 1584. 4°. DOUGL.

G. P. lib. *de Memoria & de artificiosæ memoriæ, quam publice profitetur* A. DISEGNI, *vanitate* London. 1584. 12°.

J. RUADAN *de mirabili infante in Hibernia nato.* Obiit 1584. TANNER.

Catharinæ BINDER *inedia* Heidelb. 1584. & Francofurti 1587. Absque sensu & motu jacuit per 9. annos, & nihil admisit quidquam, cibi potusque expers. Redit in collectione P. LENTULI.

J. DURET & *Arn. de* L'ISLE *E. omnes corporis humani partes simul generantur* Paris. 1584.

§. CCXXXIX. J. SCHENK.

Johannis SCHENK *de Gräfenberg*, Medici Friburgi in Brisgoja, *observationum* tomi VI. dicuntur prodiisse Basil. 1584. 8°. 4 Vol. GRAU.

EJUSD. *observationum medicarum monstrosarum de capite humano* L. I. Friburg. Brisg. 1599. 8°. & prius Basil. 1584. 8°. WILLER.

L. II. *de partibus vitalibus* ib. 1595. 8°.

L. III. *de partibus naturalibus Sectio posterior* ib. 1596. 8°.

L. IV. *de partibus genitalibus utriusque sexus* ibid. 1596. 8°.

L. V. *de partibus externis.*

L. VI. *de febribus.*

L. VII. *de venenis & alexipharmacis.*

Omnes VII. libri conjuncti cum titulo *Observationum Medicarum* prodierunt Francofurti 1600. fol. Friburg. 1609. fol. Francofurti 1604. fol. Lugduni 1644. fol. TREW. cura C. SPON: denique Francofurti 1665. fol.* cura *Laurentii* STRAUSS, quæ editio nuperis observationibus auctior est. Etsi Pathologica quidem pleraque sunt, & chirurgica, anatomica tamen quam plurima intercedunt, ut in L. I. omne genus monstrificæ fabricæ in capite, etiam pueri bicipites & connati, suturarum varietates, de cerebri fabrica & ventriculis, somno, vigiliis, memoria, oculi fabrica, humoribus, musculis, tunicis: sic de aure, reliquis sensibus, dentibus &c.

L. II. De laryngis fabrica, & pulmonum, & pleuræ.

L. III. de deglutitione, gula, ventriculo, fame, siti, singultu, vomitu, intestinis, hepate, bilis organis, sanguine, liene, renibus eorumque vasis, vesica urinaria, omento, peritonæo.

L. IV. utriusque sexus genitalia organa; androgyni; conceptus, graviditas, partus, menses.

L. V. humerus, brachium, manus, femur, genua, pedes, cutis, monstra bicorporea.

L. VII. idiosyncrasiæ.

§. CCXL. *Jacques* GUILLEMEAU.

Aurelianensis, vir obstetricius & chirurgus regius. Edidit Parisiis 1598. fol.*. *Tables anatomiques avec les pourtraits & declaration d'icelles.* Tabulæ sunt VESALIANÆ ex VALVERDE sumtæ, additis paucis aliunde collectis. Adjecta pauca nupera inventa, proprii vix quidquam. Citat sex priores tabulas, quas cum *Michaele de St.* PIERRE Chirurgo Lotharingo dudum ediderit, & eo frontispicium libri pertinet, in quo insignia HENRICI III. expressa sunt, qui anno 1589. periit.

EJUSD. *de l'heureux accouchement des femmes* Paris 1609. 8°. 1620. 8°.* 1643. 8°. Varia habet physiologici argumenti, feminas imprægnatas cum inperforato hymene, menstruorum insolitas vias, aliosque errores, ossa pubis in partu discedentia, signa graviditatis, atretarum partus.

Les œuvres de J. GUILLEMEAU collecta prodierunt Rouen 1649. fol.*. In hac editione integra anatome L. VII. distincta continetur, neque additur,

num

num ſit ex *Germani* COURTIN lectionibus. Additæ ſunt eædem ex priori libro tabulæ.

Porro *liber de la generation de l'homme*, cum doctrina conceptus, prægnationis, partus.

Traité ſur les abus qui ſe commettent ſur les procedures d'impuiſſance des hommes & des femmes. Contra congreſſum.

La Chirurgie françoiſe Paris 1598. fol.* etiam belgice Dort. 1597. fol. & anglice excuſa. In T. VI. cenſum habet arteriarum & venarum, quæ vulgo incidi ſolent.

In l. *des maladies de l'oeil*, Paris 1585. 8°. 1618. 12°. ſæpe alias excuſo, etiam germanice Dreſden 1710. 8°. pars prima eſt aliqua brevis oculi anatome.

§. CCXLI. A. BOTTONUS, &c.

Guilielmus Adolphus SCRIBONIUS, Marburgenſis, ſcripſit *Ideam medicinæ ſecundum logicas leges informandæ & deſcribendæ &c. de inſpectione urinarum contra eos qui ex qualibet urina de quolibet morbo judicare volunt &c.* Baſileæ 1585. B. B. De urina pro genio ſeculi.

Albertini BOTTONI, Patavini Profeſſoris, *de morbis muliebribus* L. I. Patav. 1585. 4°.* & in gynæciis SPACHII atque BAUHINI. Fuſe de menſibus & eorum noxio ſanguine, periodis, vitiis, nimio profluvio, ſuppreſſione. De ſemine muliebri aliqua, ſed practica fere omnia, ad ſui ſeculi ſaporem.

EJUSD. *operis* L. II. Venet. 1588. 4°.

Veſpaſiano ANGELICO *diſcorſi raccolti tr. della anatome nobiltà ed eccellenza dell huomo* Lodi 1585. 4°. ſi huc facit. MAZ.

Joach. CURÆI *phyſica ſ. de ſenſibus & ſenſibilibus* Witteberg. 1585. 8. HEIST.

Petri Monedulati LASCOVII *de homine magno in rerum natura miraculo, & partibus ejus eſſentialibus* L. II. Witteberg. 1585. 8°. HUG. 1595. 8°. PLATN. niſi error ſubeſt.

J. BOCKELII *anatome ſive deſcriptio partium corporis humani* L. V. Helmſtadii 1585. 8°. PLATN. 1588. 8°. Compendium anatomicum ad ſcholarum guſtum, ex VESALIO ſumtum.

EJ. *de generica differentia partium corporis humani: ad IX. caput artis parvæ* GALENI, Witteberg. 1592. 4°. HEFT.

Philippi SCHERBII, acuti philoſophi, *de uſu reſpirationis* Altdorf. 1585. 4°. Lipſiæ 1614. 8°.

Mathiæ FLACCII *commentarii de vita & morte* Francofurti 1585. 4°. lego etiam 1584. HEIST. Herborn. 1616. 8°. Ex veteribus collecti.

Cornelii PLEYER *examen tractatus Guilielmi Adolphi* SCRIBONII *contra urotnentas impostores* anno 1585. 8°. Basileæ editus, & Erfurt. 1623. 8°.

Horum temporum est *Franciscus* FRIZIMELICA, cujus codex M.S. *de pulsibus* est in B. R. P. n. 7082.

Petri GEROULT & *Æg.* GIRARD *E. cuique facultati suus spiritus* Paris. 1585.

Aug. FRONDEBOEUF & J. GROUST *Non solis prægnantibus & puerperis lac in mammis* ibid. eod. anno.

Steph. GUERMELEN & *Jac. de* CAPPE *E. facultas omnis naturalis a corde* Paris. eodem anno.

Petri ROHT *περι του ουρου de urinis* Basil. 1585. 4°. RIV.

§. CCXLII. *Arch.* PICCOLHOMINEUS,

Ferrariensis, Philosophus peripateticus, subtilis homo, non equidem valde anatomicus, ut tamen eam artem non undique ignoraverit: Quæ vero ipsi inventa tribuit DOUGLASSIUS optimus, ea ad unum omnia in antiquioribus scriptoribus reperio, nisi quod ea iconibus expresserit, ex arbitrio fictis, quæ alii ex conjectura proposuerant, ut venæ cavæ ramorum cum ramis venæ portarum anastomoses.

Ejus adeo sunt *anatomicæ prælectiones*, *explicantes mirificam corporis humani fabricam &c.* Rom. 1586. fol.*. Musculorum abdominis malas dedit icones. Cineream cerebri partem, & lineam abdominis albam propriis nominibus distinxit. Docuit, imi ventris musculos corpus convertere. Fasciculum ab ani sphinctere ad acceleratorem ad stringendum potius factum esse. Habet ductus prostaticos. In colo duas valvulas, & vinculum. Ligamenta hepatis, superius ad diaphragma, & anterius, & ad duodenum, lienem, epiploon adnexa. Medullæ spinalis rimam & caveam.

§. CCXLIII. *Caspar* BAUHINUS,

Medici Lugdunensis filius, vir præcocis ingenii, *Hieronymi ab* AQUAPENDENTE discipulus, in juventute anatomen exercuit, quam in senio rei herbariæ postposuit. Edidit anno 1586. *Muliebrium* collectionem, in qua ROUSSETI opus latine versum dedit.

Inde Basileæ anno 1588. 8°.* edidit idem ROUSSETI *de cæsarea sectione* opus, & varie auxit: historias similes addidit suas aliasque, uteri incisi aut per abscessum exesi, cum bonis ægrotæ rebus. Demum valvulam coli anno 1579. a se repertam, valde tunc juvene, & Parisiis corpora incidente: ilei nempe celebrem valvulam, quam præceptori *Guilielmo* CAPELLO ostenderit anno 1586. in duobus cadaveribus humanis confirmatam: in cane circuli similem docet esse, verumque officium adsignat.

Porro

Porro Basileæ 1588. 8°. HAN. prodiit *de partibus corporis humani externis h. e. universalis methodi anatomiæ, quam ad* VESALIUM *accommodavit, l. unus:* qui idem videtur recusus cum titulo anatomes. L. I. iterato editus a. 1591. 8°. WILLER: tum liber II. *partium spermaticarum similarium partium anatomen continens* 1592. 8°. WILLER; & 1596. 8°. cum priori. 1691. 1692. 8°. Catal. HAENEL male, ut puto.

Inde edidit Basileæ 1590. 8°.* *de corporis humani fabrica libros* IV. qui sunt explicatio aliqua tabularum VESALII, etiam literis additis; novi præter valvulam coli nihil, sed addita aliqua ex FALLOPIO & COLUMBO. Nomina musculorum SYLVIANA adoptavit.

Exinde secutæ sunt *institutiones anatomicæ corporis & virilis historiam proponentes* Basileæ 1592. 8°.* Lugduni 1597. 8°. Integrum iterum anatomes compendium, brevius aliquanto, adnotationibus aliorum scriptorum ad marginem rejectis. Eædem certe sunt *Institutiones* auctæ cum novis aliquot figuris, quæ Bernæ redierunt 1604. 8°. Icones hic aliquæ auctoris accesserunt, renis excarnati cum pelvi, tum vesiculæ felleæ, cum valvulis cervicis, & angulo acutissimo, quo cysticus ductus cum choledocho uniatur, tum figuræ VAROLII & JASOLINI. Recusæ sunt Basileæ 1609. 8°. TREW. Francofurti 1618. 8°. BOECK. UFF. pro quinta editione. Non puto differre L. IV. *de corporis humani fabrica Basileæ* excusos 1600. 8°. Neque *anatomicam corporis virilis & muliebris historiam* HIPPOCRATIS, ARISTOTELIS, GALENI — *auctoritatibus illustratam* Lugduni 1597. 8°. apud *le* PREUX.

EJ. *de partibus corporis humani* Basil. 1602. 4°. HEFT.

Appendix ad theatrum anatomicum C. BAUHINI Francof. 1600. 8°. UFF.

Theatri anatomici titulum reperiri lego in editione Francofurti 1605. 8°. ibique icones accessisse HAENEL. multum auctum, cum paginæ sint 1302.

Tandem hæc omnia in majus opus transierunt, *theatrum* nempe *anatomicum infinitis locis auctum* Francof. 1621. 4°.* ut tamen dedicatio sit anni 1605. Compendium est anatomicum ex primo opere anni 1590. natum, sed multo auctius, ut collectæ fere hic habeantur omnium scriptorum sententiæ, & ad eas omnes aditus aperiatur per hunc quasi pinacem. Controversiæ ad marginem rejectæ sunt. Aliquoties (*m*) monet, se vidisse ossa pubis in partu diducta. Hymenem sed obscure dicit. Nomina musculorum pleraque constituit, quæ nunc in usu sunt. In dura membrana duas fecit laminas (hoc PORTAL.)

Alterum opus sunt *vivæ imagines partium corporis humani* æneis formis expressæ cum Theatro editæ, & seorsim anno 1640. 4°.*. Figuræ sunt VESALIANÆ, in minorem formam redactæ, additis sceletis nonnullis, octo tabulis EUSTACHIANIS, tabulis valvularum venosarum FABRICIANIS, tum BOTALLIANA, & figura valde singulari duarum venarum sibi simillimarum, qualis unica solet

 esse,

(*m*) Etiam cum PINÆO p. 171.

esse, & azyga vocari; iterum eadem unica cum superiori & inferiori in venam cavam apertis ostiis. Porro polypi cordis, tabulæ nonnullæ organorum auditus, in quarum aliqua (*n*) & orbiculare ossiculum & longus mallei processus exhibetur. Tabulæ nonnullæ CASSERIANÆ. Medullæ spinalis bona tabula, legitimo loco finitæ, cum cauda equina ex LAURENTIO. Foramen ovale, non bene, arcus aortæ recte etsi obscure. Azyga & hemi-azyga. Hepar quod vocant excarnatum, ductus venosus. Ren lobulosus, & ren cum sua capsula. Edidit filius J. CASPAR. Ideo vero recenseo, quod RIOLANUS (*o*), nimis acerbe BAUHINO exprobret, undique eum omnia sua conrasisse.

EJUSD. *de Hermaphroditorum monstrosorumque partium natura*, Oppenheim. 1614. 8°. DOUGL. Francofurti 1600. 8°. TREW. (*p*), sed non credit TREW. eo anno prodiisse. Francofurti, (non Oppenheim) 1629. 8°.*. Plurima ex libris omnis generis collecta, monstrorum, gigantum, nanorum, animalium rariorum, nævorum. Multa parum fida, pauca propria. Cum in lepores androgynos inquireret, nullum invenit. Describit herniam medullæ spinalis.

EJUSD. *præludia anatomica* Basil. 1601. 4°. citat Cl. PLATNER, aliquam, ut puto, disputationem.

EJ. *de ossium natura*, Basil. 1604. 4°. BOEHMER.

EJ. *de homine oratio* ib. 1614. 4°.*. Brevissimum compendium anatomicum.

EJ. *Epistola anatomica curiosa in E. N. C. Dec. I. ann. III.* app. prodiit, qua nova sua inventa, aut demonstrata describit. Valvulam coli, impedientem retrogressum fæcum intestinalium. Valvulas in collo vesiculæ felleæ. Ventriculos laryngis. Venæ azygæ cum vena cava & venis inferioribus anastomoses. Arteriam ex vena pulmonali in aortæ truncum sub diaphragmate insertam, quam & depinxit.

EJUSD. *introductio ad doctrinam pulsuum* prodiit cum STRUTHIO 1602. 8°. Tabulæ sunt ex scholis exque STRUTHIO concinnatæ.

§. CCXLIV. VARII.

Christophori RUMBAUM *de partibus corporis humani exercitationes quædam, quibus generatio, substantia, usus, sanitas, morbus & curatio illarum exponitur* Basileæ 1586. 8°. Ex Arabibus & GALENO sua habere DOUGLAS.

Alberici GENTILIS disp. *de nascendi tempore* Witteberg. 1586. 8°. DOUGL.

Salustius SALVIANUS, Romanus, celebris de piscibus scriptor, *de calore naturali, acquisititio & febrili* Rom. 1586. 8°. BODL.

EJ. *de urinarum differentiis, causis & judiciis* ibid. 1589. 8°. L.

EJ.

(n) L. III. t. 24. f. 7.
(o) *Oper.* p. 739.
(p) Rejicit eam editionem CLEMENT.

Ej. *variarum lectionum de re medica* L. III. Rom. 1588. 8°. non certissime.

Samuel MACRINUS *de humoribus* Wittebergæ 1586. 4°. PL.

J. HARTMANN *de lactis ejusque partium natura & viribus* Tubing. 1586. 4°.

Celsus MANCINUS *de cognitione hominis quæ lumine naturali habetur* P. I. Ravennæ 1586. 4°. Si huc facit.

Ej. *de somniis ac Synesii somnio, de risu & ridiculis, Synaugia Platonica* Tremonæ 1592. 4°. WILLER. 1598. 8°. HUGO.

Petri LAFFILE' & *Phil.* GRESLET *E. mulieri definitum est tempus pariendi* Paris. 1586.

J. HUGUET & *Petr.* MARIE *E. præstat sensuum officia esse intermissa quam continua* Paris. 1586.

Discours pour conserver & augmenter la memoire, & un traité de physionomie Lyon 1586. 16°.

Bericht, wie im Dorf Schmidweilen im Gericht Kobelberg ein Mägdlein sieben Jahre lang weder geessen noch getrunken, und doch erhalten worden. Aus Befelch der Oberkeit Heidelberg 1586. SCHEUCHZER. Puto *Cath.* BINDER p. 257.

§. CCXLV. *Marcellus* DONATUS,

Medicus & Secretarius D. Mantuæ; Ejus *de medica historia mirabili* L. VI. prodierunt Mantuæ 1686. 4°. MERKLIN. Venet. 1588. 4°. IDEM. 1597. 4°.*. Inde aucti a *Gregorio* HORSTIO recusi sunt Francofurti 1613. 8°. & 1664. 8°.*

Varia ad physiologiam pertinent, ut repentina canities, sudor sanguineus, imaginationis, & memoriæ rariora, & animi adfectuum effecta. Vomitus, singultus, inedia diuturna. Partus serotinus, fecunditas longævorum. Superfetatio. Proles numerosa. Adipis exuberantia. Monstra. Idiosyncrasiæ. Cæterum ex veteribus & nuperis undique collecta sunt rerum miracula, cum aetiologia, qualem ea ætas ferebat.

Gregorius HORSTIUS addidit librum VII. in quo inediæ diuturnæ, fetus Senonensis, & Mussipontanus, nævi varii, monstra, homines proceri. Partus a morte. In nuperiori editione iterum aliqua accesserunt, & magicæ potissimum historiæ.

§. CCXLVI. VARII.

Michaelis GAVASSET, Novellariensis, libri, quorum secundus est *de præludiis anatomicis, tertius de exercitatione methodi anatomicæ* Venet. 1587. 4°.*. Auctor CAPIVACCII discipulus libro III. describit musculos, nervos, vasa & ossa brachii, nullo suo experimento, mere ex GALENO, L. II. est fere in generalibus.

Marsilii

Marsilii CAGNATI, Veronensis, *variarum observationum* libri IV. Romæ 1587. 8°.*. L. II. prodierant Romæ 1581. 8°. Potissimum in veterum libris laboravit, quibus criticam facem adhibuit, ut varia eorum loca emendaret, quorum pluscula ad rem anatomicam aut physiologicam faciunt, ut in L. III. duo loci HIPPOCRATICI de genitura: de ovorum putaminibus: de appellatione arteriarum. Promiscue veteres venæ & arteriæ nomine uti. De oculorum splendore. In L. III. de HIPPOCRATIS libro *de Natura humana*: de medullæ appellatione. In L. IV. de lumbis: de HIPPOCRATICA ovi humani adnotatione. Raro propriam naturæ observationem adtulit. Ova tamen intra gallinarum uteros nonnunquam indurari monet, sanguinem cervi utique fibrosum esse & coagulari (q).

In diss. *de morte causa partus* Rom. 1602. 4°. contra AVICENNAM pugnat, ossa pubis in partu negat discedere PORTAL.

Johannis GARCÆI *oratio de origine venarum* Francof. 1587. 4°. B. BOEHM.

Georgii BERTINI Campani *medicina viginti* l.l. *absoluta* Basileæ 1587. fol. B. B. habet etiam physiologiam & aliqua anatomica.

PROCACINI l. *de nutritione corporis humani* Rom. 1587. 8°. FALC.

Histoire d'une fille, qui ne boit ni ne dort, & ne jette aucun excrement Francofurti 1587. 8°. D'ETR.

Neue Zeitung aus Maringen im Bayerlande, darinn ein unnatürlich Kalb gefallen. Augspurg 1587. SCHEUCHZER.

Paschal ROLLIN *histoire memorable d'une fille d'Anjou, laquelle a été 4. ans sans user d'aucune nourriture, que de peu d'eau commune* Paris 1587. 12°. PORTAL.

Cl. TARGIONIUS meminit M.S. anatomici cum figuris, auctoris itali, qui regnante HENRICO III. vixerit.

C. TAGLIACOZZO *epistola de naribus multo ante abscissis reficiendis*, exstat cum MERCURIALE de decoratione Francofurti 1587. 8°. Iter lacrumarum correxit.

EJUS etiam tota *chirurgia curtorum* Venet. 1597. fol.* & alias edita ad naturæ in uniendis & reparandis partibus corporis humani vires pertinet.

Enochi SARACENI, Genevensis, *de humorum necessitate & proximis humani corporis principiis* Heidelberg 1587. 4°.

Dan. JAGENTEUFFEL *de tribus in corpore humano concoctionibus* Witteberg. 1587. 4°. HEFT.

Ger. DENIZOT & *Petr.* PIIART. *E. facultas nutrix omni viventi necessaria* Paris. 1587.

Petr.

(q) p. 32.

Petr. COLLIER & *And.* MELLE' *Ergo ut vir sic mulier confert ad generationem fetus* Parif. 1587.

Jac. DURET & *Guill.* FOURNIER *Non E. partium corporis par ad vitam necessitas* Parif. 1587.

§. CCXLVII. *Eustachius* RUDIUS.

Eustachii RUDII *de usu totius corporis humani* Venet. 1588. 4°. DOUGL.

EJ. *de naturali & morbosa Cordis constitutione* Venet. 1600. 4°. In B. P. L. dicitur *de virtutibus & vitiis cordis* Venet. 1587. 4°. Negat musculum esse.

EJ. *de pulsibus* L. II. Patav. 1602. 4°. DOUGL.

Petri PIIART & *Pl.* SEGUYN *E. iisdem nutrimur quibus constamus* Parif. 1588.

Steph. du FOUR & *Guil.* L'HOSTE *E. omne vivens calidum* Parif. 1588.

Phil. HARDOUYN & C. PISO *E. Calidis magna vox* Parif. 1588.

Cl. BOIVIN & G. BRAYER *E. contentis continentibus & impetum facientibus corpus humanum absolvitur* Parif. 1588.

Cl. FAVELET & J. LIART *An omnes partes simul informantur* ib. eod. anno.

Anutius FOESIUS, Dividunensis, Medicus Parisinus, edidit Parisiis 1588. fol. Genevæ 1657. fol.* & alias recusam *Oeconomiam* HIPPOCRATIS, alphabeti serie dispositam, nempe dictionarium, in quo etiam anatomicas voces interpretatur.

Oliva SABUGA *de* NANTES BARRERA *dicta brevia circa naturam hominis. Vera philosophia de natura mixtorum hominis* & mundi *antiquis occulta.*

EJ. *conoccimiento de si misino en el que si dan avisos los quales antenderà su naturaleça y sobra las causas naturales porque vive y porque muere* Madriti prodiisse 1588. 4°. lego, alii cum titulo *nuova filosofia del hombre*, & Barcinone 1622. 8°. N. ANT. Madrit 1728. 4°. Hominem esse inversam arborem, succum nervorum totum corpus alere.

Alfonsi BERTOTII *de generatione pituitæ, humore melancholico, coctione & præparatione humorum* Francof. 1600. 8°. 1621. 8°. LIND. sed libellus scriptus est anno 1588.

Ananiæ JEAUCURII *explicatio characterum inventorum in lateribus duorum Halecum* 1588. 8°. *le* TELL.

Caroli CRASSI *tabula de signis conceptus* Venet. 1588. 8°.

Cyriacus LUCIUS *de humoribus & superfluitatibus* Ingolstadii 1588. 4°. PLATN.

La Fisionomia del Giorgio RIZZACASA Carmagnola 1588. 4°. Bibl. BERN. 1607. 4°. D'ETR. Habet etiam proportiones partium corporis humani, deinde

de ſigna temperamentorum, animorum, vitiorum, virtutum. Inde ſignificationes ex quaque corporis humani parte ſumtas.

Daniel MOEGLIN *de compoſitione, generatione & conſervatione humani corporis* Tubing. 1588. 4°. WILLER.

EJ. *de nutritione & humoribus humanum corpus nutrientibus* ib. 1589. 8°. B. BOEHM. 1590. 4°. IDEM.

EJ. *de humano corpore* ib. 1591. 4°. IDEM. EX VESALIO.

EJ. *Diſputatio anatomica I. Præludia continens* ib. 1594.

EJ. *Prolegomenor. reliquam partem continens* ib. 1594.

EJ. *De fabrica renum eorumque conſtitutione* ib. 1594. 8°. HEFT.

Ger. NENNIUS, Sledanus. Ejus eſt *compendium medicum res omnes medicæ curationi ſubjectas pertractans* Franeker 1588. 4°. LIND.

§. CCXLVIII. *Andreas* LIBAVIUS,

Halenſis, Director Gymnaſii Coburgenſis, Chemicus potius & Practicus, ſcripſit tamen *poſitiones declarativas viſionis per rationes naturales* Jen. 1589. 4°. MUN.

EJ. Tractatus duo phyſici — *alter de cruentatione cadaverum injuſta cæde factorum, præſente qui occidiſſe creditur* Baſil. 1594. 8°.*. Multa de ſanguine, de adfectibus in eo reſidentibus, de cruentatione ab eo adfectu orta, & alia diſputat.

In ſingularibus quorum pars I. ib. 1599. 8°. Altera etiam 1599. 8°. Tertia 1601. 8°. Quarta pariter 1601. 8°. excuſa eſt; varia huc ſpectant, de dentium generatione, Noctambulis, Nyctoblepis, Vagitu uterino, Mumia, de Ranis L. II.

EJ. *de vagitu expreſſo fetus in utero adhuc concluſi* Noriberg. 1597. 4°.

EJ. *de partibus corporis humani medio ventre contentis* Coburg. 1604. 8°.

EJ. *de ſpiritibus, humoribus, innato calido & facultatibus* ib. 1608. 4°.

EJ. *de gammaris quos vulgo cancros appellant* ib. 1608.

De ſede animæ ib. 1610. 4°.

De ovo gallinarum & pulli in eo generatione ib. 1610.

Phyſica lactis conſideratio ib. eod. anno.

De lacrymis cruentis & aliis tum raris, tum jucundis: de ſanguine, hiſtoriis ib. 1610.

EJ. *de reſpiratione piſcium, teſtatorum, cruſtatorum* ib. 1609.

In *appendice neceſſaria arcanorum Chymicorum contra* H. SCHEUNEMANNUM Francofurti 1615. fol. reperitur encheireſis transfuſionis ſanguinis, quam ex conſilio alchemiſtæ noſter ſuadet adhiberi.

EJ. *de ventriculorum lapides coquentium virtute* Coburg. 1615. 4°.

§. CCXLIX.

§. CCXLIX. P. Forestus.

Petrus Forestus, Alcmarienſis, celebris practicus, non quidem anatomen exercuit, in numeroſis tamen ſuis operibus pluſcula habet huc facientia. Et primum *de incerto & fallaci urinarum judicio quo uromantes utuntur*, integrum librum edidit Leidæ 1589. 8°.*. Initium operis phyſiologicum eſt, eo vaſa viasque urinæ deſcribit. De urina etiam ex veterum more varia addit, de bile qua tingitur & aliis elementis, de hypoſtaſi, de nubecula.

Inde in magno opere, quo *ſingularum corporis humani partium morbos* rariores ſibique viſos perſequitur, paſſim earum partium tradit anatomen, quarum vitia eſt dicturus. Ita menſes naturales, aut in aliena loco averſos, occaſione menſium ſuppreſſorum dicit; ita de pene ejusque actione, ut omnino hactenus omnia ejus opera utiliter legantur.

Ph. Canaye *L'organe ou l'inſtrument du diſcours* 1589. 8°. B. vder AA.

Conradi Hoddæi *philoſophica viſus commendatio* Witteb. 1589. 4°. Platn.

Jac. Martinus Scotus *de corporum generatione* Francofurti 1589. 8°. niſi phyſici eſt argumenti.

§. CCL. B. A. Abbatius, *Alii.*

Baldi Angeli Abbatii, Eugubini, *de admiranda viperæ natura* Urbin. 1589. 4°.* Noriberg. 1603. 4°. Gron. & Haag. Comit. 1660. 12°.*. Anatomen animalis dat, in univerſum obiter, accuratius vero partium genitalium, penium bifurcatorum &c. Ova viperarum demonſtrat. Rudes veterum errores refutat de venere per os exercita, de detruncato a femina maris capite. Integrum ovum pari, ſed membranas a fetu erodi, ut exeat.

Johannis Paduani *de ſingularum humani corporis partium ſignificationibus* Veron. 1589. 4°. Lind.

Emanuelis Nonnii, Olyſſiponenſis, *de tactu & tactus organis L. I.* Olyſſip. 1589. 8°. Douglas.

R. D. P. *la Pogonologie ou diſcours faceitieux des barbes leur origine ſubſtance, difference, proprieté des barbes* Rennes 1589. 8°. *de* Bure.

§. CCLI. J. Posthius. *Alii.*

Johannes Posthius, Palatinus Germersheimii natus, diſcipulus Rondeletii, etiam Patavii eruditus, Würzburgi, deinde Heidelbergæ Profeſſor & Archiater, vir doctus, & poëta, neque anatomes imperitus. Edidit *obſervationes anatomicas*, quæ cum R. Columbi opere anatomico Francof. 1590. 8°.* & 1593. 8°.* prodierunt. In iis multa ſunt notatu digna, potiſſimum etiam coli valvula, quam putes a Rondeletio habuiſſe, ſedulo a Cl. viro monitus,

 ut

ut ipsam naturam consuleret. Duplicem lienem vidit, processus renum mammillares, quos RONDELETIO tribuit: valvulas in femorali vena. Valvularum cordis veram utilitatem habet, & ductus primus lacteos vidit ad papillam tendentes. Sinus duo septi narium. De musculis varia. Biventrem musculum a processu mastoideo oriri, non a processu styloideo, & tendinea parte ad os hyoides adhærere. De levatore scapulæ a quinque processibus transversis colli nato: de lumbricalium musculorum tendine in tertium digiti articulum misso.

Alexander CYRILLUS *de plantarum & animalium proprietate* Rom. 1590. 8°. GRON.

Jacobi ZABARELLÆ *de rebus naturalibus* L. XXX. Colon. 1590. fol. & alias.

Johannis WERNER disputatio VIII. *de miranda hominis in utero formatione* Helmstad. 1590. 4°.

EJ. Disp. IX. *de nutritionis, auctionis, attractionis, retentionis lege, ratione, ordine* 1590. 8°. ibid.

EJ. Disp. X. *de visionis & auditionis doctrina* ibid. 1590.

EJ. & J. STURMII *De odorationis, gustationis & tactionis doctrina* ib. 1590. inanes omnes.

Andreas LEON *de anatomia declaracion de los temperimentos, pulsos, urinas* Hispanice Besæ (Beatiæ) 1590. 4°. C. de VIL.

Joh. WIGAND *vera historia de succino Borussico, de alce Borussica, de herbis in Borussia nascentibus* Jena 1590. 8°.*. De alce aliqua & dentium classes numerique.

Bernhardi TELESII *de usu respirationis liber* Venet. 1590. 4°. OSB.

EJUSD. *quod universum animal ab unica animæ substantia gubernetur* Venet. 1590. 4°.

EJ. *de saporibus* ibid. OSB.

EJ. *de somno* ibid. eod. anno.

Ordine di cavalcare e modi di conoscere la natura di cavalli e per fare excellenti razze Venet. 1590. 4°. cum figuris.

Ambr. PAPER *nöthiger Bericht von schwangern und gebährenden Frauen* Magdeburg 1590. 8°. CARLS.

J. Theodori MINADOI *medicarum disputationum* Lib. I. Tarvis 1590. 4°. 1610. 4°. de sudore sanguineo: de subjecto adæquato facultatis anatomicæ.

Dan. CLÆPIUS *de visu* Witteberg. 1590. 4°. HEFT.

Michael BAPST *wunderbares Leib- und Wundarzneybuch* II. Theil, *darinn von dem Blut der Menschen, Vögel und Fisch gehandelt wird* Mülhausen 1590. 8°. B. EXOT. 1605. 8°. Eisleben 1597. 4°. TREW.

EJ. *vom*

Ej. *vom Nutzen des Schmers, Marks, Unschlit, Speck, Fett der Menschen &c.* Eisleben 1600. 4°. B. EXOT.

Chiromantie Kunst Wahr- und Weissagens aus Platone Ptolomæo und Königsbergern gezogen Frankfurt 1590. 8°. B. EXOT.

Jordani BRUNI, Nolani, viri heterocliti, *ars reminiscendi & in phantastico campo exarandi* 8°. circa 1590.

Ej. *de imaginum, signorum & idearum compositione* Francofurti 1591. 8°. CLEMENT.

Hieronymus BRASSAVOLUS edidit *Problema an clysteres nutriant* circa 1590. MANGET.

§. CCLII. *Petrus* UFFENBACH. *Alii.*

Petrus UFFENBACH, Medicus civitatis Francofurtensis, qui plurima aliorum scriptorum opera edidit. Ejus sunt duæ disp. *de generatione & interitu* Argentorati 1591. 4°.

IDEM edidit *Thesaurum chirurgiæ*, Francof. 1610. fol.* cujus bona pars ad PAREUM pertinet; atque inter alia anatomica viri opera.

Hieronymi MONTALTI, Siculi, *de homine sano* lib. III. *in quorum primo agitur de natura & substantia hominis* Francofurti 1591. 8°.*. Theoriæ meræ.

Εργαλειον d. i. *ein Instrument oder fügliches Werkzeug, wie mit dem Gebein und Gräten und andern Theilen des menschlichen Leibs ein Medicus eine rechte Anatomey anstellen soll* Roschach 1591. forma patente WILLER.

Jacobi BORDINGII, Antwerpiani, Professoris Hafniensis & regii archiatri Φυσιολογια (ὑγιεινη παθολογια) *tres medicinæ partes Rostochii & Hafniæ publice enarratæ & junctim editæ* a *Levino* BATTO M. D. & Prof. Rostochiensi Rostock 1591. 8°. MOELLER. *Physiologia* Rostock 1605. 8°.

J. Sebald KOBENHAUPT *de humoribus* Argentor. 1591. 4°.

Caspar KEYLER περι του λυγμου *de singultu* Basil. 1591. 4°. PLATN.

Christian FLEISCHMAN *de somno & vigilia, insomniis & divinationibus ex libris* ARISTOTELIS Argentorati 1591. 4°.

Christophori FERIOLI *nothwendig Bedenken vom Magen* Insbruck 1591. B. EXOT.

J. HAUTIN & *Jac.* COUSINOT *E. temperamentum aliquod ευκρατον* Paris. 1591.

Joannis OBSOPOEI disp. *de temperamento corporis humani, ejusque discernendi notis* Heidelberg. 1591. 4°.

§. CCLIII. *Varii.*

Simon WEISEMAN *de facultatibus & operationibus cordis tractatus cum brevi ipsius cordis anatome* Görlitz 1592. 4°. PLATN.

J. Leonhard AGRICOLA *de omnibus in universum totius humani corporis humoribus* Lipsiæ 1592. 4°. PLATN.

Conrad BOCKEL *de differentia generica partium corporis humani* Witteberg. 1592. 4°. HEFT.

EJ. *Disputt. physiologicæ* Helmstadii 1596. 8°. MOLZ.

Edmund HOLLING *de chylosi, quæ est prima ciborum, quæ in ventriculo fit coctio* Ingolstad. 1592. 8°.

EJ. *de modo nutritionis* ibid. 1598. 4°. HEFT.

Alphonsi Roderici GUEVARA *de re anatomica* lib. Conimbricæ 1592. 4°. DOUGL.

Johannis HEURNII, Ultrajectini, *Hieronymi* FABRICII discipuli, inde Professoris Leidensis, viri antiquitatis periti, *institutiones medicinæ, aut modus studendi eorum, qui medicinæ suam operam dicarunt* Leid. 1592. 8°. Hanau 1593. Leidæ 1609. 4°. *cum app.* 1662. 12°. & in *operibus omnibus*. Continet physiologiam ad veterum morem.

In opere *de morbis qui singulis partibus capitis insidere consueverunt* Leidæ 1608. 4°.* inque ejus *continuatione de morbis pectoris* 1608. 4°.* & *de morbis ventriculi* ib. eodem anno; & *de morbis mulierum* 1607. 4°.* solet aliquam partium adfectarum descriptionem addere.

IDEM HIPPOCRATIS *de natura humana* lib. duos Leidæ 1609. 4°.* edidit. Tum librum *de veteri medicina*, & *de principiis* suis cum commentariis.

Israëlis SPACHII *de animæ facultatibus earundemque functionibus* Argentorati 1592. 4°.

EJ. *de humoribus* ib. 1592. 4°.

EJ. *De temperamentis* ib. 1598. 4°.

IDEM Argentorati 1597. lib. edidit *Gynæceorum*, in quibus ad BAUHINI editionem accesserunt *Martini* AKAKIÆ *muliebria*, & *Lud.* MERCATI.

Sulpitii RIGAULT & *Guil.* FAUCONNIER *E. facultas a temperamento* Paris. 1592.

§. CCLIV. *Andreas* LAURENTIUS.

André du LAURENS, Professor Montpeliensis, inde Baccalaureus & Licentiatus, demum Doctor Parisinus (*r*), DURETI discipulus, & archiater Gallicus; Ejus

(r) PRIMIROS *error vulg.* L. I. c. 2.

EJUS *Apologia pro* GALENO *& impugnatio falsæ demonstrationis de communicatione vasorum cordis in fetu* Turon. 1593. *le* TELLIER. Videtur scriptum esse contra *Simonem* PIETRE.

EJ. *admonitio ad Simonem* PETRÆUM *nec non Simonis* PETRÆI *censura in admonitionem Andreæ* LAURENTII Turon. 1593. fol. *le* TELLIER.

Inde edidit *Discours de la vue, des maladies melancholiques, des catarrhes, & de la vieillesse* Paris 1597. 16°.* Rouen 1600. 8°. latine versus a *J. Theodoro* SCHOENLIN *de visus nobilitate & conservandi modo* Monachii 1618. 12°. & in operum LAURENTII tomo altero Francofurti 1621. fol. Anglice *of preservation of the sigth, of melancholy &c.* London 1599. 4°. BODL. Oculi vulgaris anatome: bulbosum musculum ex FALLOPIO rejicit. Sensum visionis in lente exerceri, & in utraque oculi camera cataractas dari. Sedem melancholiæ plerumque in liene esse. Imaginationum ridicularum exempla.

EJUSDEM *Historia humani corporis & singularum ejus partium anatomica* Paris. 1600. fol.* Francofurti 1600. 4°. maj. GUNZ. folio ib.* 1602. 8°. 1615. 8°. & fol. absque anno, sed ut puto 1627. 8°. MER. Lips. 1602. 8°. HEIST. Lugd. 1605. 8°.* absque iconibus, Venet. 1606. 8°.

EJ. *Opera omnia* Francofurti 1627. fol. Hanoviæ 1601. 8°. sine figuris. Gallice versa a *Theophilo* GELEE in operibus omnibus Paris. 1613. fol. 1621. fol. D'ETR. 1640. fol. Rouen 1661. fol. BOECLER. Nuper recusa cum titulo *Anatomie universelle de toutes les parties du corps humain presentée en figures, revue par* H. Paris 1741. fol. 1748. fol. PHILIB. Prius Monspelii ediderat, cum ea in urbe medicinam disceret, nunc ait se relegisse (*s*). Multum physiologiæ, refutationum, subtilitatis scholasticæ. Icones sunt VESALII, præter medullam spinalem, caudamque equinam, has minime male expressas, foramen ovale satis bene, venasque aliquas & fetuum icones Pinæanas. Habet Coracobrachialem.

Compendium anatomes s. de sectione corporis humani contemplationis Parisiis 1635. 8°.

In T. II. operum sunt *adnotationes in artem parvam* GALENI Francofurti 1628. fol. &c.

Magni operis Epitomen anglico sermone scriptam cum additionibus ex modernis in Anglia inter codices *Natal.* JOHNSON, lego superesse.

Lis viro fuit cum *Simone* PIETRE f. PETREO, quem G. PATINUS maximi faciebat. EJUS SIMONIS *Disputatio de novo usu anastomoseos vasorum cordis in embryone contra A.* LAURENTIUM *exstat* Turonibus 1590. *le* TELLIER. 1593. 8°. LIND. ut vetustius aliquod hac de re opus A. LAURENTII oporteat fuisse.

EJ. PIETRE *demonstratio & historia anastomoseos vasorum cordis in embryone* Turonibus 1593. *cum corollario de vitali facultate cordis in eodem embryone non otiosa* Turon. 1593. ibid. 1613. 8°. LIND.

Lego

(s) p. 21.

Lego eodem anno etiam prodiisse *Apologiam pro* GALENO *& impugnationem novæ ac falsæ demonstrationis de communicatione vasorum cordis fetus* Turon. 1593. 8°. PORTAL. qui nihili facit. Foramen ovali describitur.

EJ. *lenis censura in acerbam admonitionem* A. LAURENTII Turon. 1593. 8°. *le* TELLIER.

§. CCLV. *Varii.*

Johannis HELLESPONTII *tractatus de generatione in communi* L. II. *comprehensus* Leidæ 1593. 8°. Catal. 1500 - 1600.

Thomæ BERGEMANN *de risu* Gorliz. 1593. 4°.

De bile flava & succo melancholico ibid. 1595. 4°.

De humoribus primariis ibid. eodem anno.

De pituita ibid. eodem anno.

De sanguine ibid. eod. anno.

Mart. CONRADI de ἀςωμοις *R. Tob.* TANDLER. Witteberg. 1593. 4°. HEFT.

Jacobi TURNERII *de custodienda puerorum sanitate* Florent. 1593. 4°. Habet etiam partum.

Der französischen Academey (quæ fuerit ea Academia ignoro) *Anhang, oder anderer Theil, darinn von allen Theilen des menschlichen Geribs, Erschaffung, Materie, Zusammensetzung, Gestalt, Eigenschaften, Nutz und Gebrauch gehandelt wird. Aus dem Französischen übersetzt durch M. Frid.* CASTALIO Mümpelgard 1593. fol. Catal. libr. 1500 - 1600. Reperio *l'Academie françoise de la Philosophie naturelle & divine sur la creation, utilité & usage des parties corporelles & animales de l'homme &c. par M. de la* PRIMAUDAYE Lyon 1615. quod idem esse videtur opus, sed ejus recentiorem editionem. Anglice London 1614. 8°.

Andreæ CHIOCCI *quæstionum philosophicarum & medicarum* libri III. Veron. 1593. 4°.*. Aliqua huc faciunt, ut de coctione, de fame, de facultate irasibili & pulsifica.

J. Ludovicus HAVENREUTER ARISTOTELEM *de juventute & senectute, vita & morte & respiratione* proposuit, Respondente C. BURGOWER Argentorati 1593. 4°. HEFT.

EJ. *De facultatibus s. potentiis naturalibus* Argent. 1593. 4°. HEFT.

EJ. *De somno & vigilia somnique adfectionibus, quæ sunt in somnio.*

EJ. *De sensibus* ibid. eod. anno.

EJ. In *parva naturalia* ARISTOTELIS commentarius Francofurti 1605. 8°.

Tob. COBER *de lacte & pultibus, quibus infantes passim sustentantur* Gorliz. 1593. 8°. BURKH.

Horatii de SURDIS, Patavini, *de perfectione hominis per naturam competente* Patav. 1593. 4°. LIND.

Bartho-

Bartholomæi HIEROVII *de natura & essentia spiritum corporis humani in genere* Witteberg. 1593.

Ej. *de natura & curatione tussis* ibid. 1595. 4°. HEFT.

Nicolai AGERII *theses physico-medicæ de homine sano* Argentor. 1593. 4°.

Ej. *de vita & morte* ibid. 1623. 4°. HEFT.

Ej. *de duobus animæ sentientis facultatibus appetitiva & loco motiva* ibid. 1623. 4°.

Ej. *de sensibus externis* ib. 1623. 4.

Ej. *de nutritione* ib. 1624. 4.

Ej. *de mente humana* ib. 1626. 4.

Ej. *de auditu & sono* ib. 1626. 4.

Ej. *de monstris* ib. 1633. 4.

Ej. *de olfactu* ib. 1633. 4.

Ej. *de somno & insomniis* ib. eodem anno, HEFT.

§. CCLVI. *Hieronymus* CAPIVACCIUS,

Professor Patavinus, non quidem incisor. Edidit l. *de methodo anatomica* Venetiis 1593. 4.* Francofurti 1591. 8. DOUGLAS. edente TEUCRO ANNÆO PRIVATO (JOH. LONICERO ADAMI fil.) cum ejus in *laudem anatomes oratione*. Compendium est anatomicum, ad omnes corporis humani partes, ex GALENO fere sumtum, ut ne quidem rudes ejus viri errores corrigat, qualis est de vena cava inter cor & diaphragma, aliosque.

EJUSD. *de fetus formatione* lib. Habeo editionem Patavinam, ubi solus hic liber prodiit, duodecim paginarum in fol. libellus: alia est Venet. 1621. fol. TREW. Itidem de fetu, secundis, semine utriusque sexus, menstruis, & generatione, ex veteribus omnia.

Uterque libellus redit in *operibus omnibus* Francofurti 1603. fol. tum liber *de signis virginitatis tam masculi quam feminæ* Venet. 1606. fol.

Ej. *de pulsibus* lib. Venetiis 1601. fol. editus, cum STRUTHIO prodiit Francofurti 1602. 8°.* absque propriis observationibus.

§. CCLVII. *Bartholomæus* CABROL,

Gaillacensis, Chirurgi & Anatomici Monspeliensis, *Alphabet Anatomique* Turonibus 1594. 4°. Monspelier . . . 4°. Geneve 1603. 4°.* 1624. 4°. HEIST. inde latine versum, & Genevæ editum 1604. 4°.* recusum cum SEVERINO & JASOLINO Hanau 1654. 4°.* Francofurti 1663. 4°.*. Prima pars compendium est anatomicum, in tabulas conjectum. Non est absque propriis adnotationibus.

bus. Ita secundum musculum geniohyoideum habet, qui forte fuerit genioglossi in os hyoides insertio. Hymenem putat evanescere. Pulchram editionem dedit *Vopiscus Fortunatus* PLEMP cum titulo *ontleedingh des menschelighen lighams* Amsterdam 1648. fol.* cum variis ex VESALIO & PAVIO & aliunde sumtis iconibus, nullo cum augmento suo.

In *observationibus subjectis* CABROLII aliquæ sunt anatomici argumenti. Ita verum ductum sanguinis per venam portarum hactenus docet, ut radices ponat in intestinis, ramos in hepate. Nervos negat cavos dari. Nervum opticum a posteriori cerebro nasci. Absque testibus esse qui generent. Ductum choledochum proxime pylorum apertum fuisse. Mammas quaternas visas; musculum costarum peculiarem. Ren unicus, lienes duo. Lotium per urachum exeuns. Renes coaliti. Fasciculus a sphinctere ani in coccygem euns.

§. CCLVIII. *Johannis* JESSENII *a* JESSEN,

Professoris Pragensis, post subactam Bohemiam ab Austriacis capite plexi, *de homine disputationes* III. Wittebergæ 1594. 4°.

EJ. *Universalis humani corporis contemplatio* ibid. 1598. 4°. BOEHMER.

EJ. *de generatione & vitæ humanæ periodis tractatus duo* Witteb. 1602. 4°.* Oppenheim 1610. 8°. cum *Galeotto Martio* LEHMAN.

EJ. *Anatomiæ Pragæ anno* 1600. *abs se solenniter administratæ historia.* Accedit EJ. *de ossibus tractatus* Wittebergæ 1601. 8°.*. Concinnum compendium anatomicum ex VESALIO aliisque: eruditum cæterum & oratorium opusculum, cum paucis propriis adnotationibus. Aquæductum cum tuba confudit, eumque errorem RIOLANUS, ZYPÆUS, BAYLEUS, DUVERNEY, GOELICKE, QUINCY & alii secuti sunt. IDEM *Examen observationum* FALLOPII edidit Hanau 1609. 8°.

EJ. *de sanguine e vena secta dimisso* Pragæ 1608. 4°. PLATN. Noribergæ 1668. 8°.*. Sanguinem sponte coire vidit, & ex diversa seri copia alias & alias indicationes nasci. Breve opusculum commentario peramplo illustravit *J. Pancratius* BRUNO.

Mechanicam literarum formationem primus exponere tentavit PORTAL.

Cum *Chirurgicis institutionibus* agit de corporibus condiendis.

§. CCLIX. *Ludovicus* MERCATUS, *Alii.*

L. MERCATUS s. MERCADO, Pintianus, in Patria Professor, deinde archiater PHILIPPI II. Ejus *operum* editiones ita citat LINDENIUS, ut Pars I. Pintiæ sive Valladolid anno 1604. Pars II. 1605. fol. Pars III. Madriti 1594. fol. Pars IV. cura *Zacchariæ* PALTHENII Francofurti 1608. fol. & demum 1620. fol.

fol. prodierit, quæ noſtra eſt editio. Huc pertinet in T. I. l. *de conſtructione corporis humani*, juſtum nempe volumen phyſiologiæ & anatomes GALENICÆ. T. II. *de pulſus arte & harmonia cum cordis hiſtoria.* In T. III. Morbi mulierum continent aliqua de menſibus aliisque muliebribus. Recuſus eſt iſte quidem in Gynæciis SPACHIANIS.

Johannis BURGOWER, Scaphuſini, *themata medica phyſica de facultatibus ſ. potentiis naturalibus paſſim ex tribus* GALENI *libris congeſta* Argentorati 1594. 4.

EJ. *de corporis humani partibus* in *Dec.* V. diſſ. GENATHII Baſil. 1622. 4°.

EJ. *de ruminatione humana* ibid. 1625. 4°. in GEN. *Dec.* VII. 1631. 4°. & in HORST. Ep. 53.

Jacobus COCUS *de venis* Witteberg. 1594. 4°.

EJ. *de cerebro* 1595. ibid.

EJ. *de pulmone organo ſpirabili & vocali* ibid. 1595.

EJ. *de olfactu* ibid. 1598. 4°.

EJ. *Diſputationes anatomicæ duæ de partibus corporis humani in genere* ibid. 1604. 4°.

EJ. *de corde, arteriis & pulmonibus* ibid. 1604. 4°.

J. Nicolai STUPANI theſ. *de rara & genuina cerebri ſtructura* ibid. 1594. 4°. THOM.

EJ. *de purgationibus menſtruis adſertiones* absque anno HEFT.

EJ. *partes corporis humani compendioſe enarratæ* Baſil. 1601. 4°.*. Breviſſimum compendium anatomicum.

EJ. *Medicina theoretica ex* HIPPOCRATE *&* GALENO *collecta* ib. 1614. 8°.* etiam phyſiologiam continet, non incommodam: Diſputationes ſunt ab a. 1597. Baſileæ propoſitæ.

Chr. HASTÆUS *de viſus operatione & operandi modo* Witteberg. 1594. 4°.

Nonii a COSTA Luſitani *de quadruplici hominis ortu* Patav. 1594. 4°. WILLER.

Guil. ROMANUS *diſputationum medicarum liber phyſiologiæ fundamento continens* Hanov. 1594. 8°. LIND.

Camilli THESAURI, *de Corneto*, *pulſuum opus abſolutiſſimum in VI. libros diviſum* Neapoli 1594. 4°.

Scipionis MAZELLA *ſitus & antiquitates Puteolorum* in Theſ. BURMAN. IX. habet aliqua de gigantibus Neapoli 1594.

Leonardi BAUSCHII *Comm. in* HIPPOCRATEM *de locis* Madrit. 1594. fol. LIND.

MONGII in AVICENNAM *adnotationes* Venet. 1594. fol.

Petri SEGUIN & J. SALLANT *Ergo vitalis facultas ad vitam omnium maxime necessaria* Parif. 1594.

§. CCLX. *Varii.*

Duncani LIDDEL *de concoctione* Helmftadii 1595. 4°.

EJ. *de generatione hominis* ibid. 1597. 4°.

EJ. *de altrice, auctrice & vitali facultate* ibid. 1603. 4°.

In ejusdem *operibus omnibus Phyfiologia* primo loco eft Lyon 1624. 4°.

EJUSD. *ars medica fuccincte explicata* Hamburg. 1607. 4°. LIND. & 1628. 8°.*. L. II. eft compendium anatomicum & phyfiologicum.

EJ. *univerfæ medicinæ compendium in difpp. propofitum* Helmftadi 1605. 4°. 1620. 4°. LIND.

EJ. *de dente aureo tractatus nunc primum ex Mufæo Joach.* MORSII *editus* Hamburg. 1628. 8°.*. Contra HORSTIUM, fraudem effe, & eam nunc cafu detectam in præfatione *Balthafar* CAMINACUS monet. Senferat jam nofter.

Martini WEINRICH, Uratislavianfis, *de ortu monftrorum comment. in quo effentia, differentia, caufæ & adfectiones mirabilium animalium explicantur* 1595. 8°.*. Spiffus liber, collectaneus: habet monftra ab exceffu, a defectu, numero, fitu, figura. Caufæ terror, defiderium, vitia feminis, alia. Pro fignificatione monftrorum ominofa pugnat, & pro hernaphroditis. Rachiticos jubet aquis fuffocari, tanquam monftra. Vagitum uterinum putat fe audiviffe, credulus homo neque incifor.

Martini RULANDI f. *vera hiftoria de aureo dente, qui nuper in puero Silefio feptenni fuccreviffe animadverfus eft*, & EJ. *de eodem judicium* Francof. 1595. 4°.

EJ. *judicii de aureo dente pueri Silefii demonftratio adverfus refponfionem Johannis* INGOLSTETTER 1597. 8°.

Herculis SAXONIA, Pr. Patavini, *de humani conceptus formationis motus & partus tempore* Bonon. 1596. 4°.

EJ. lib. *de pulfibus & urinis* Francofurti 1603. fol. in oper. Ptatav. 1639. fol. 1658. fol. LIND. Bis pulfum dicrotum vidit.

Solus lib. *de pulfibus* Patav. 1603. 4°. Francofurti 1604. fol. & prius cum nonnullis aliis Francof. 1600. 8°.

In *operibus omnibus* Patav. 1639. fol. B. B. huc pertinent in prælect. T. III. Clitoridem recte a FALLOPIO expofitam effe: ab ea caudam nofter diftinguit. Varia fuperfetationis exempla. Aliqua de monftris.

Univerfæ medicinæ Synopfis in quatuor tabulas collecta Venet. 1595. fol.*. Brevis phyfiologia, oculi mala figura, & varia collecta. Ultima Tabula eft *Gabrielis* CUNEI.

Simonis GEDECCI *defenfio fexus muliebris contra difputationem Anonymi, qui voluit probare Mulieres homines non effe* Lipfiæ 1595. 4°. BODL.

Antonius

Antonius EVONYMUS *de natura & monstris* Wittebergæ 1595. 4°. HEFT.

Johannis SIEGFRIED *disputationes anatomicæ* Helmstadii 4°. ab anno 1595. ad 1602. propositæ. Earum I. *de partium corporis humani differentiis, generatione* Witteberg. 1595. 4°. HEFT.

Altera de partibus corporis humani similibus in genere, ib. eod. anno HEFT.

De organis generationis in viro Helmstad. 1599. 4°.

De vita & morte Lipsiæ 1632. 4°. THOM.

Georg. PRISTAGORAS *de anthropologia* Witteberg. 1595. 4°. HEFT.

§. CCLXI. *Varii.*

J. Petri UNGII, Smolandi, *præstantissimæ visus operationis nec non pulcherrimæ mirifici visionis modi &c.* Wittebergæ 1596. 4°. WILLER.

J. INGOLSTETTER *de dente aureo Silesii pueri responsio ad M.* RULAND, *qua ostenditur neque dentem neque ejus generationem naturalem esse* Lipf. 1596. 8.*. Ridicula de commentitio miraculo pugna. Lego alibi titulum libri *de natura occultorum & prodigiosorum ad J.* HORSTIUM, *qua respondetur ejus de aureo qui putabatur dente* Lipf. 1597. 8. 1598. 8.

EJ. Disput. *de actione naturalium & non naturalium opposita* M. RULANDI *demonstrationi* ibid. 1598. 8.

Hieronymi BRISIANI *physiologiæ* lib. II. Venet. 1596. 4. BODL.

Ottonis CASMANN *psychologia anthropologica s. animæ humanæ doctrina accedit P. 2. anthropologiæ s. fabrica humani corporis* Hanov. 1596. 8. GUNZ. (1594. 8. TREW.) & Francofurti 1604. 8.

J. Jac. SCHERER *de actionibus corporis humani viventis plerisque* Basileæ 1596. 4. PLATN.

Tobiæ DORNKREIL *de essentia & præcipuis partium corporis humani differentiis* Helmstadii 1596. 4. HEFT.

Rud. GOCLENIUS *de sensu & sensibus* Francofurti 1596. 8.

EJ. *psychologia de hominis perfectione, anima, & ejus origine* Marburgi 1597. 8. LIND.

EJ. *aphorismorum chiromanticorum tractatus compendiosus* Lichæ 1597. 8°. B. B. cum COCLITIS compendio. Tres libelli: Chiromantia cum figuris linearum in manu. 2. Astrologia; 3. physiognomia: morum ex faciei partibus divinatio.

EJ. *physiologia crepitus ventris & risus*, Francofurti 1607. 8. LIND.

EJ. *uranoscopica, cheiroscopica & metoposcopica* ibid. 1618. 8.

EJ. *chiromantia & physiognomia specialis cum experimentis memorabilibus* Marpurg. 1621. 8. Hamburg. 8°. eodem anno LIND.

EJ. *de septem rebus non naturalibus* Francofurti 1643. 8.

Sperone SPERONI *dialoghi* Venez. 1595. De partu 11. 12. 13. & 14. menſis.

DURANTIS SCACCHI *ſubſidia medicinæ in quibus quod doctu manus præſtat ad ærumnas morborum evellendas &c.* Urbin. 1596. 8.* habet oculi aliarumque partium aliquam anatomicam deſcriptionum.

Chriſtophori (*Conrad* L.) MEURER *de anatomia oratio, quæ fabricæ microcoſmi uſus & dignitas artis nobiliſſimæ ob oculos ponitur* Lipſ. 1596. 4. PLATN.

Eliſæus LEISCHIUS *de corporis humani partibus in genere* Helmſt. 1596. 4°.

EJ. *de partibus ſimilaribus* 1596. 4. ibid.

EJ. *de partibus diſſimilaribus* ibid. 4°. eodem anno.

David KYNALOCH *de hominis procreatione & anatome Poëma* Pariſ. 1596. 4. Amſtelodami 1637. 12. Carmen non illepidum.

Chriſtophori BRUNO *de differentiis partium corporis humani a materiæ deſumtis* Lipſiæ 1596. 4.*.

Bernardini PATERNI *in I. fen. I. Canonis explanationes* Venet. 1596. 4. LIND.

Jayme SEGARRA *commentarii phyſiologici conplectentes ea, quæ ad partem medic. phyſiologiæ pertinent ad* HIPPOCRATEM *de natura humana, &* GALENUM *de temperamentis Valencia* 1596. fol. BODL. 1598. fol.

Edidit etiam *Commentarios in* GALENUM *de facultatibus naturalibus* Valent. 1596. fol. & *Commentarios phyſiologicos* ibid. 1603. fol. LIND.

Thomas PHAYRE *regiment of life, whereunto is added a treatiſe of peſtilence and a book of childern.* London 1596. Addit DOUGLAS, venarum humani corporis, quæ ſecari ſolent, icones accedere.

Petri PONÇON & *Nic.* PIETRE *E. proprii cordis in fetu actio ut hepatis & cerebri* Pariſ. 1596.

J. MARTIN & *Martin* AKAKIA *E. in contentis continentibus & impetum facientibus ſanitas & morbus* Pariſ. 1596.

Petr. PAULMIER & *Petri* GUENAULT *E. duo noſtræ generationis principia ſemen & maternus ſanguis* Pariſ. 1596.

Cl. BAZIN & *Sim.* BAZIN *E. vis conformatrix ſemini inſita* Par. 1596.

Henr. BLACVOD & J. LAMPERIERE *E. unus eſt corporis partium mutuusque conſenſus* Pariſ. 1596.

§. CCLXII. *Scipio* MERCURIUS.

La commare oriccoglitrice Venet. 1596. 4°. THOMAS. recuſa etiam Venet. 1604. 4°. DOUGL. 1618. 8°.* 1621. 4°. BOEHM. Veron. 1642. 4°. BUR. 1652.

1652. 4°.* & alias, etiam Germanice verſa a *Godofredo* WELSCH Lipſiæ 1653. 4°.*. Auctor ARANTII diſcipulus brevem dedit partium generationi inſervientium anatomen, cum figuris VESALIANIS. Non eſt absque adnotationibus, minime inutilibus. Ita allantoideam membranam rejicit, urachum facit ligamentum eſſe. Nimis tamen multum ratiociniorum & quæſtionum.

Ej. liber *de coloſtro* Veron. 1652. 4°. cum priori.

§. CCLXIII. *Severinus* PINÆUS,

Gallice PINEAU, celebris Chirurgus, lithotomus & inciſor, cum quo C. BAUHINUS corpora humana diſſecuit. Edidit Pariſ. 1597. 8°.* *opuſculum phyſiologicum & anatomicum de notis virginitatis & corruptionis virginum, & de partu naturali*, ſæpe recuſum, ut Francofurti 1599. 8°. THOMAS. Pariſ. 1607. 8° D. OSB. Leidæ 1639. DOUGL. 1641. 12°.* 1650. 12°. Amſtelod. 1663. 12°.* Francof. & Lipſ. 1690. 12°. Germanice verſum Frankfurt 1717. 8°. Erfurt 1759. 8°. In judicio laboro. Eleganti ſtylo ſcripſit, non paucas adnotationes in artis exercitio natas interſperſit. Oſſa pubis in partu non nihil diſcedere, & a ſe invicem & ab oſſe ſacro, contra M. CORDEUM docuit. Veſtibulum pudendi & valvulas, ſinuum ut putes, mucoſorum deſcripſit. Ventriculos etiam laryngis, vias peculiares fetus, & potiſſimum pudendum muliebre accuratius dixit; fetusque abortivos cum ſceletis. Teſticuli extra ſcrotum ſiti exempla. Non dixerim PINÆUM Germanum (*t*) aliquem exſcripſiſſe. Non tamen diſſimulari poteſt, icones manifeſto imaginarias eſſe (*u*). Non bene hymenem rejecit, eique pro nota intemeratæ pudicitiæ carunculas ſubſtituit, quæ manifeſta ſint vitiatæ puellæ indicia.

In editione Leidenſi 1641. figuræ pudendi quatuor acceſſerunt, quibus Pariſina caret.

Multa alia anatomica præparaverat, & communicaverat cum *Andrea* LAURENTIO, ſed ea interciderunt (*x*).

§. CCLXIV. *Varii.*

Bartholomæi CASTELLI *totius artis medicæ compendium, in quo quidquid ab* HIPPOCRATE, GALENO, AVICENNA &c. *ad eamdem artem ſcriptum eſt, acervatim continetur*, Meſſan. 1597. 4°. LIND. 1598. 8°. alii Venet. 1667. 8°. Baſil. 1628. 8°. Patav. 1713. 1721. 4°. Genev. 1746. 4.* &c. Amaltheum CASTELLO BRUNIANUM Patav. 1696. 4. In Lexico ſæpe recuſo voces anatomicæ explicantur.

Hug. PREVOSTEAU & *Germ.* CLERSELIER *E. fetus in utero ſanguine menſtruo nutritur* Pariſ. 1597.

Nic.

(t) DRELINCOURT *feminarum ov.* p. 50.
(u) *Fig.* p. 145. 149 etiam 152. Nimis enim pro ſua ætate perfectæ ſunt.
(x) Non prodiiſſe LAURENT. *hiſtor.* p. 21.

Nic. ELLAIN & *Sim. le* TELLIER *E. solus sanguis alimentum ultimum* Parif. 1597.

Israël HARVET, Aurelianenfis, *Discours contre Laur.* JOUBERT, *dans lequel il est montré, qu'il n'y a aucune raison, que quelques uns puissent vivre sans manger plusieurs jours & plusieurs années*, Niort. 1597. 16. *le* TELLIER.

EJ. *confutatio causarum abstinentiæ puellæ Confolentaneæ* a F. CITESIO *redditarum, & apologiæ pro* JOUBERTO Aurelian. 1602. 8. B. *Bern.* Inanis altercatio.

Girolamo PROVENZALE, CLEMENTIS VIII. archiatri & Archiepifcopi Surrentini l. *de sensibus* Rom. 1597. 4. MANDOS.

Petri HOFMANN *de somno & vigilia* Jen. 1597. 4 BURCH.

Sigismund SCHILLING *de sanguine* Lipf. 1597. 4.

EJ. *de procreatione hominis* ibid. 1610. 4. HEFT.

Fabianus HIPPIUS *de corporis humani ex semine ortu* ibid. 1597. 4. HEFT.

J. Walther VIRINGUS dedit *tabulam anatomicam offium corporis humani* Duaci 1597. fol. DOUGLAS. J. A. v. d. LINDEN annum habet 1527. non bene ut puto, cum dedicata fit Archiduci ALBERTO. Scripfiffe tamen dicitur *de jejunio* anno 1547. 4.

Salvius SCLANUS *Comm. in libros tres artis medicæ*, edidit Venet. 1597. 4.

Petrus Paulus GALLIO, Perufinus, librum dedit *de pulsibus* Perufiæ 1597. 4. In add. ad DOUGLASSIUM *Petrus* GALEA vocatur, & *P. Paulum* GALEA dicit LINDANUS.

Traumbuch ARTEMIDORI, Argentorati 1597. 8. Amberg. 1600. 8. B. *Exot.*

§. CCLXV. *Varii.*

B. PERERII *de magia, de observatione somniorum* Colon. 1598. 8. WASSEN.

Lælii PEREGRINI *tractatus de animi adfectibus cognoscendis & emendandis* Romæ 1598.

Luberti ESTII *de spiritibus* Heidelberg. 1598. 4. HEFT.

Alexandri MASSARIÆ lib. *de urinis & pulsibus*, Francofurti 1608. 4. Venetiis 1618. 4. Lugd. 1634. fol. 1654. fol. 1671. fol. cum aliis operibus Clinici viri.

J. de RENOU & J. PERRIN *E. cor princeps unicum* Parif. 1598.

Nic. PIETRE & *Ant.* BRAYER *E. animi mores sequuntur temperamentum corporis* Parif. 1598.

Sim.

Sim. BAZIN & P. COLLIER *E. magis ab aere quam ab alimentis corpus mutatur* Parif. 1598.

Jac. ZWINGER *de fomno ejusque caufis & accidentibus* Bafileæ 1594. 4.*.

§. CCLXVI. *Carolus* RUINUS.

Carlo RUINI, Senatori Bononienfis, *Anatomia del Cavallo . . . infirmità e fuoi remedi* Bologna 1598. 4. THOMAS. Venet. 1599. fol.* 1618. fol. 2. Tom. B. v. der AA. Germanice vertente *Petro* UFFENBACH Frankfurt 1603. fol. Gallice *la Connoiffance du Cheval, l'Anatomie & les remedes* Paris 1647. fol. D'ETR. 1655. fol. D'ETR. 1667. fol.

Etfi hoc opus nuper (*y*) accufatur, quod valde imperfectum fit, mihi quidem omni laude dignum videtur. In V. libris primi tomi integra per omnes fuas partes anatome hujus animalis continetur, multo accuratior, quam hactenus ullo in animale factum fuerat; cumque additæque pulchræ icones, ad naturam depictæ, nifi forte fubtilis anatome aliquantum neglecta fuerit. Vifcera vero, offa, etiam mufculi fatis plene recenfentur, & delineantur.

§. CCLXVII. *Ulyffes* ALDROVANDUS,

Medicus & Profeffor Bononienfis, univerfæ naturæ fuo tempore peritiffimus, thefaurorum rei naturalis indefeffus collector, animalia etiam incidit, a M. *Antonio* ULMO, J. BUTTNERO, C. VAROLIO, J. B. CORTESIO, J. C. ARANTIO & COITERO adjutus. Avium etiam potiffimum anatomen dedit, quarum folarum hiftoriam ei edidiffe contigit. In Xenodochio pauperrimum obiiffe, noftro ævo negatur, & thefauri certe etiamnum in patria univerfitate ftudiorum adfervantur.

Ejus adeo *ornithologiæ f. de avibus hiftoriæ* prodierunt L. XII. Bononiæ 1599. fol.* 1606. fol. Francofurti recufæ 1610. fol.*. Hoc mihi elaboratius opus videtur inter ALDROVANDIANA, etfi multam antiquæ eruditionis farraginem fubinde minus defiderares. In Tomo I. coftarum in aquila mediam articulationem & adpendicem; offa vera fterni & duplices claviculas, tum reliqua aliæ offa femorisque, etiam myologiam aquilæ defcribit, & membranam nictitantem, denique prima ni fallor membranæ pupillaris rudimenta; Sic pfittaci roftrum dixit, cujus pars fuperior mobilis eft, fuosque habet mufculos; Picæ linguam, & revolutum circa univerfum caput mufculum. Graculi Bohemici anatomen; hæc VAROLII.

Tomus II. quo libri XIII. ad XIX. continentur Bononiæ 1600. fol.* & 1637. fol.* prodiit, & Francofurti 1629. fol.* Multa etiam hic tomus anatomica habet, ut gallinæ partes genitales, & ovarium, & uropygium ejusque mufculos, omnia ifta a *M. Ant.* ULMO diffecta & depicta. Ovum etiam incubatum per

(y) BOURGELAT *hippiatr. Tr. præf.*

per singulos dies, etsi non minutissime descripsit. Tertio demum die punctum saliens vidit, & ex eo nascentem truncum venosum. Porro sceleton sturni hic reperias, cum adpendicibus costarum rectricibus. Otidem J. C. ARANTIUS incidit; upupæ etiam aspera arteria icone exprimitur.

T. III. quo *aves aquaticæ* traduntur Bonon. 1603. fol.* Francofurti &c. Libri sunt XIX. & XX. In præfatione equidem Cardinali MONTALTO gratias agit, qui paupertati suæ subvenerit. Anatomica multa habet „Cygni asperam arteriam mirifice in pectore curvatam; intestina cæca duo; costas; claviculas superiores & inferiores. Ardeæ stellacis laryngem & œsophagum amplum, absque ingluvie, ventriculum canini similem, cæca intestina duo. Mergi stellaris laryngem inferiorem, sedentem in asperæ arteriæ divisione, cum duobus foraminibus pellucida membrana obductis. Onocrotalum, ejus ductum bilarium a vesicula fellis distinctum, cæca intestina brevia, gulam carnosam, ossa levia, & absque medulla. Sceleton, & sacci fabrica, in quo prædam recondit. Hunc CORTESIUS dissecuit. Porro gruis sceleton & alia non pauca.

EJUSDEM *de quadrupedibus volumina* III. Primum *de solidipedibus* Bonon. 1616. fol. B. *Bern.* 1639. fol.* 1642. fol. BURKH. Francofurti 1623. fol.*. Deteriora ista, ut posthuma, anatomici vix quidquam habent.

Tomus II. f. *Quadrupedum bisulcorum historia.* Collegit ex chartis ALDROVANDI primum *J. Cornelius* UTERVEERIUS, deinde *Thomas* DEMPSTER Bonon. 1613. fol. 1620. fol. B. *Bern.* 1642. fol.* Francof. 1647. fol.*. Infinita ex veteribus collectanea, anatomica vix ulla. Monstra aliqua.

Tomus III. f. *de Quadrupedibus digitatis viviparis* L. III. & *de Quadrupedibus oviparis.* L. II. Bonon. 1616. fol. 1637. fol.* 1642. fol. LIND. 1645. fol.* Francofurti . Sceleti hic aliquæ, aliæ ex COITERO, aliæ fictitiæ, ut stellionis & salamandræ. Dentes solet adnotare, in mustela, mure, lynce.

EJUSD. *de piscibus* L. V. *de cetis* L. I. Collegit *J. Cornelius* UTERVEER Bononiæ 1613. fol. B. *Bern.* potius 1612. 1638. fol.* 1642. fol. BURCKH. Francofurti 1629. fol. 1640. fol. Brevior aliquanto mythologia, anatomes parum.

EJUSD. *de animalibus insectis* L. VII. Bonon. 1602. fol. B. *Bern.* 1620. fol. 1638. fol.* mutatis ut puto solis titulis, Francof. 1623. fol.*. Ad anatomen pauca habet, fere de bombycibus. Historia naturalis alias dicetur, minime certe contemnenda.

EJUSD. *de serpentibus & draconibus* Bonon. 1602. fol. 1640. fol.*. Vix quidquam habet, præter viperæ dentes concavos majores quatuor, minores in gingivis 34.

EJUSD. *de reliquis animalibus exsanguibus, utpote de mollibus, crustaceis, testaceis & zoophytis* Bononiæ 1606. fol. B. *Bern.* 1642. fol.* Francof. 1623. fol.*. Collectanea.

EJUSD.

Ejusd. *Monstrorum historia cum paralipomenis omnium animalium, quæ in voluminibus* Aldrovandi *desiderantur.* Collegit *Bartholomæus* Ambrosinus Bonon. 1642. fol.* 1646. fol. Pluscula habet utiliora. In *paralipomenis* quidem *J. Antonii* Godii anatome lucii piscis, vesica natatoria gulæ inserta, vulva, hepar. Anatome cyprini, & duplex aerea vesicula. Dentes hystricis & cæcum intestinum peramplum, ligamentis percursum. Suis sceletos; & vertebrarum imarum colli & supremarum dorsi spinæ prælongæ. *Monstrorum* enormis farrago, cum fabulis innumeris: pauca propria, pullorum fere tripedum & quadrupedum. Etiam ova humana partusque naturales & præter naturam.

In *Musæo Metallico* (z) lapides piscium reperiuntur.

Adde *Ovidii* Montalbani *curas analyticas aliquot naturalium observationum* Aldrovandicas *circa historias* Bononiæ 1671. fol.

§. CCLXVIII. *Varii.*

Josephi Liceti, Fortunii patris, Genuensis, Medico-Chirurgi *la Nobiltà de principali membri dell Uomo* Bologna 1599. 8°.

Ejusd. *il ceva overo dialogo dell excellenza ed uso di Genitali* Bologna 1598. 8°. *Scrittor Ligurin.* Nihil boni habere Portal.

Samuel Satler *de ratione formali subjecti anatomici quæ est motus voluntarius* Basileæ 1599. 4°. Riv.

Andreæ Bastelli, Melphitani, *speculum medicinæ* Mediolani 1599. 4°. tractat etiam de pulsibus & urinis.

Josephi Phavorini *a* Clavariis, Fabriani, *medicarum exercitationum lib. in quo physiologia explicatur* Camerin. 1599. 4°. Lind.

Ejusd. *synopsis de hominis excellentia* Perus. 1607. fol. Lind.

Petri Piiart & *J. le* Mercier *E. sudor concoctionis excrementum* Parisiis 1599.

Nic. Jabot & *Franc.* Dissaudeau *E. a solo coitu mala* Paris. 1599.

Rob. le Secq & *Ant. le* Plege *E. viventibus mori omnibus fatale* Paris. 1599.

Guil. Clerselier & *Steph.* Gorion *Non ergo seminis excretio solius naturæ opus* Paris. 1599.

Jehan Heroard, Medici regii, *hippostеologie ou discours des os du cheval* Paris 1599. 4°. Minime contemnendus labor Caroli IX. jussu susceptus & Henrici III. cujus hoc solum fragmentum superest. Simpliciter scriptus l., mera anatome absque conjecturis, raro eo seculo exemplo. Ossa animalis a capite

(z) Vide etiam de editionibus Aldrovandianis Clement. T. I.

pite ad calcem describuntur, cum nominibus ex gallica lingua fictis. Membranam stapedis primus habet. Spongiosa proprie ossa inter temporalia & occipitalia describit, tum dentes. Artus utrique: in superiori humerus capite bifido, radius nullus, ossa carpi sex, os metacarpi unicum cum duobus stylis accessoriis, digitus unicus ejusque tria ex ordine ossa. Femur pariter biceps: patella acuta, tibia absque fibula, talus trochleæ similis, calx, ossa tarsi sex, metatarsi unicum & digitus unicus.

Marci Antonii ULMI, Bononiensis, *opinio de fine medico barbæ humanæ* Mutinæ 1599. 4°. LIND.

EJ. *physiologia barbæ humanæ editio altera* Bonon. 1603. fol.*. Garrulus homo, alieno loco doctus. Nihil dicit, nisi barbam factam esse ad virilitatem indicandam.

EJ. *Uterus muliebris* Bononiæ 1601. 4°.*. Diximus, neque valde male, dissecuisse cum ALDROVANDO. In hoc libro aliqua habet ad muliebria adnotata. Cæterum ex pube & mensibus sumta signa temperamentorum. Arabes & Barbaros potissimum citat.

Diomedis CORNARII, Archiatri Austriaci, *historiæ admirandæ* Lipf. 1599. 4°.*. Reviviscentes aliqui. Urinarum falsum judicium. Fetus mortuus per quadriennium gestatus: & sceletus per 13. annos. Partus a morte matris. Dens aureus.

§. CCLXIX. *Varii.*

Franciscus RANCHIN, Cancellarius Monspeliensis, edidit *caput I. sur l'anatomie de G. de* CHAULIAC Parif. 1600. B. *Exot.*

EJUSD. in ARISTOTELIS *physiognomiam* Tolof. 1616. 4°.

In *opusculis medicis* Lugduni 1627. 4°. maj. ab *Henrico le* GRAS editis *liber de morbis virginum* continetur, *& de virginitatis signis.* Hymenem rejicit, & signa virginitatis valde incerta reddit.

Hippolyti BOSCI, Ferrariensis, *de facultate anatomica lectiones* VIII. *cum quibusdam observationibus* Ferrar. 1600. 4°.*. CANANI discipulus anatomen humanam exercuit, & in compendio isto anatomico multas adnotationes minime inutiles fabricæ potissimum morbosæ dedit. Fetus describit natos aperto abdomine: lienem appendice auctum. Valvulas venosas non vidit, a PRÆCEPTORE suo inventas, abductores vero pollicis & digiti annularis laudat. Duos lienes vidit, peritonæum in hernia rumpi negat.

Filippo GESUATO *Plutosofia nella quale si spiega l'arte della memoria tanto naturale quanto artificiale* Vicenza 1600. 4°. D'ETR.

Harder BALIGH *de natura hominis* Francof. ad Viadr. 1600. 4°. HEFT.

Gioseppo ROSACCIO *il microcosmo nel quale si tratta dell' anima vegetabile, sensibile, rationale* Fiorenza 1600. 8°. D'ETR.

J. AESCHARDT

J. AESCHARDT *de temperamento* Jenæ 1600. 4°. HEFT.

EJ. *de vi imaginationis* ibid. 1598. 4°. HEFT.

Adami ZALUZANII *oratio pro anatomia & instauratione totius studii medici in regno Bohemiæ* Prag. 1600. 4°. BOEHMER.

EJ. *adversaria medica* in GALENUM & AVICENNAM L. VII. *quibus singulæ medicinæ partes ad artis logicæ rationem rediguntur* Francof. 1604. 8°. LIND.

In OLIVERII *des* SERRES *du* PRADEL *domo rustica* fere ut in aliis ejus generis operibus aliqua exstant ad venerem, conceptum, partum, ætatem, venerem animalium pertinentia 1600. 8°.*. Conf. B. *Bot.* I. p. 395.

Hieronymo CORTEZ *phisionomia e varios secretos de naturaleça Saragossa* 1600. 8°. D'ETR.

Joh. MAGIRI *physiologiæ peripateticæ* L. VI. Francofurti 1600. 8°. 1629. 8°.*. Genev. 1638. 8°. Physiologiam cum reliquis physicis tractat pro scholarum usu. Theses ex ARISTOTELE decerpit, eas commentario illustrat.

EJ. *anthropologia s. commentarius in* MELANCHTHONEM *de anima* Francofurti 1603. LIND.

Sebastien ROUILLARD *Capitulaire auquel est traité d'un homme né sans testicules, & qui a neantmoins toutes les autres marques de virilité, & est capable des œuvres du mariages* Paris 1600. 8°. PORTAL. De testicondis, virilitate, eruditi advocati opusculum.

Franc. ELLAIN & *Ant. de* GUYNANT *E. temperamentum calidum humidum longioris est vitæ* Paris. 1600.

Petri COLLIER & *Petri* BARON *E. facultatum est spirituum par est numerus* Paris. 1600.

Bonav. HUCHETTE & *Ant.* ROUSSEL *Non ergo conceptionis τεκμαρσις lac in mammis* Paris. 1600.

Michaël POLL *de auditu* Francofurti ad Viadr. 1600. 4°.

EJ. *Structura anthropologica s. somatologia, quam ex optimis physiologis & anatomicis apte constructam publici juris fecit* Brandenburg. 1616. 4°.*. Compendium anatomicum octo disputationibus divisum, opus candidati medicinæ. Theoria mera.

§. CCLXX. *Hieronymus* FABRICIUS.

Anno 1566. primam anatomen administravit, in oppido AQUAPENDENTE natus ad radicem Apennini M. cujus nomen ipsi viro, non bene, passim imponitur; FALLOPII cæterum discipulus, Professor Patavinus ab anno 1565. (a) ovvem

(a) BUCCELLA tamen circa 1571. Patavinus fuit incisor TOMASIN *Gymn. Patav.* p. 419.

ovem prægnantem vivam anno 1576. incidit, & per quinquaginta fere annos ſecuit cadavera, verum anno demum 1600. libellos edere cepit. Ea forte cauſa fuit, cur ſenilia iſta opera, non ad naturam facta, eam minus accurate (*b*) exprimant. In magnis opibus, cum heredem ingratum ſibi dediſſet, ex mœrore periit (*c*). Contentioſus, magnifica villa & hoſpitali vita ſibi placuit. Equeſtres honores obtinuerat, quod SARPIO vulnerato adfuiſſet (*d*). Aliquando Germanos offendit, quod eorum linguam vituperaſſet.

Primum recenſeo *de venarum oſtiolis librum*, quod ea *oſtiola* anno jam 1574. invenerit. Breviſſimus libellus, cum pulchris iconibus, artuum valvulas exprimentibus; quarum utilitatem vir Cl. non perſpexit. Primum prodiit Patav. 1603. fol.* deinde recuſus eſt ibid. anno 1625. fol.* & in operibus omnibus. Inventum, quod nonnulli Fratri *Paulo* SARPI (*e*) adſcripſerunt, CANANI fuerat.

EJUSDEM libelli *de viſione, voce, & auditu* prodierunt Venet. 1600. fol.* deinde Patavii 1603. fol. Francofurti 1614. fol.*. Hic & in plerisque aliis operibus anatomen partis primo loco dedit, deinde actionem, denique utilitatem. Oculi figuras dedit 46., nitidas eas, ſed parum anatomicas.

Lib. *de auditu* imperfectior eſt FALLOPIANO, ut canales ſemicirculares innumerabiles fecerit, qui tribus non plures ſunt. Muſculum externum, parum certum, ſibi vindicat, quem etiam CASSERIUS ſibi tribuit. Icones non bonæ, longiſſimum tamen mallei proceſſum depictum dedit, & oſſiculum quartum, fere ut C. BAUHINUS, helicis proceſſum, auriculam cartilagineam.

EJUSD. *de larynge vocis inſtrumento*, cum prioribus. Ex homine & aliquot animalibus laryngem, ejus cartilagines, muſculos & ventriculos ſatis nitide depinxit. Habet oſſicula in ligamentis hyothyreoideis, oſſicula triticea hyoidei oſſis, glottidem cum ligamentis, ventriculos, muſculum hyoepiglottidem, epiglottidis ſinus mucoſos in ove viſos, arcum aortæ. Laryngem anſerinum reddere vocem animali propriam, ſi inflaveris.

EJUSDEM *de formato fetu* Patavii 1600. fol. TREW. 1603. fol.* Venetiis 1620. fol. DOUGL. Splendidum opus, in quo humana anatome cum animalium fabrica comparatur, numeroſiſſimis ornatum iconibus, in quibus præcipuum operis decus eſt, quæ ad naturam factæ ſint, etſi non minutum valde in ipſis ſtudium eſt. Arcus aortæ bene, ſic valvula for. ovalis, ductus venoſus, vaſa placentæ, funiculus, numeroſi rami venæ umbilicalis hepatici, vaſa omphalomeſenterica canis, magna varietas fetuum quadrupedum. Duæ laminæ amnii. Anulus foſſæ ovalis. Sanguinem in fervida cogi.

EJUSD. *de locutione & ejus inſtrumentis tractatus* Venet. 1603. 4°.* (1601. DOUGL.) 1625. fol.*. Et organa deſcribit, & ſoni phyſicam originem. Iconem dat, in qua uvula. Literarum formationem ſubobſcure deſcribit.

EJ.

(b) Deteriora eſſe, RIOLAN. *anthropolog.* p. 32.
(c) THOMASIN I. p. 314.
(d) Vita SARP. p. 114.
(e) FULGENTIUS in vita PAULI.

Ej. *de brutorum loquela* Patav. 1603. fol. DOUGL. & 1625. fol.* theoreticus fere libellus.

EJUSD. *de musculi artificio ossium dearticulationibus &c.* Vicentiæ 1614. 4°.*. ARISTOTELEM fere & GALENUM sequitur: de nervo tamen ita negat, ex eo tendinem nasci, ut tendinem ex osse provenire, in musculi carnem interspergi, ex ea secundo colligi, iterumque in os immitti recte doceat. Nullum nervum ad tendinem ire. Ex Maja, exsangui animale, plurima adfert.

EJUSD. *de respiratione & ejus instrumentis* L. II. Patav. 1615. 4°.*. Intercostalium musculorum actionem ita proponit, ut ad GALENI sensum interni musculi exspirationis sint instrumenta, externi inspirationis. Segmenta cartilaginea costarum contrario cum ossis motu agitari recte vidit, & eorum musculos ab intercostalibus distinguit. Musculi serrati postici inferioris insertionem in costas dat pro re nova. Aliqua adducit ad respirationem avium. Libellus scriptus est anno 1599.

De motu locali animalium secundum totum Patav. 1618. 4°.* nempe de gressu in genere, de gressu avium, gressu quadrupedum & multipedum, volatu, natatu, reptatu. Potissimum legi merentur, quæ de gressu humano scripsit, quo libello artus inferioris corporis humani anatome continetur, cum observationibus fere ad singulos musculos additis. Obliquum ossis femoris situm adnotat. Tendinem latum femoris exteriorem patellam ambire, ei adhærere, tum toti inter musculos femori, genu extendere, femur extrorsum ad coxendicem trahere. Musculos femoris flexores etiam tibiam flectere. Iliacum musculum parte suæ majori femur extrorsum vertere. Anno 1599. se musculum sub poplite geminum vidisse, superiorem, inferiorem. Peronei longi cartilagineam naturam ad os cubiforme vidit, ansulam etiam ab ejus tendine ad os cuboides venire, & movere articulationem calcanei cum osse cubiformi, astragali cum osse naviculari. Musculum transversum pedis novum describit, a pollice ad minimum digitum, etiam ad anularem euntem. Plantarem internum in simia semper desiderari, in homine aliquando. Palmarem etiam a ligamento transverso provenire. Aetiologias GALENICAS ubique adspergit. Utiliter etiam in anatome comparata avium versatur, reliqua minoris sunt momenti. Pennatis animalibus simile fere ut homini femur esse, brevius tamen, ne alis officiat. Femora posterius poni, quam centrum sit gravitatis: æquilibrium naturam variis modis restituere, quos recenset, uropygii pondere, pedis digitis antrorsum porrectis, osse ilium maximo, & anterius posito quam alæ. De alis multa. Alis abscissis vel colligatis caput antrorsum in terram ruere. Ut vermes repant, progressione facta per fibras anulares, contractione per longas.

EJUSD. *de gula, ventriculo, intestinis*, (omento & mesenterio), Patav. 1618. 4°.*. Senile opusculum, plenum GALENICARUM sententiarum, ratiociniorum & repetitionum. Habet tamen satis bene intestinorum valvulas, & hominem ruminantem. Valde commendat animalium anatomen. Avibus duos præter ingluviem ventriculos, quatuor ruminantium animalium ventriculos describit,

ſcribit, & notas ex quibus inteſtina diſtinguuntur. Aliqua de liquore, qui deglutitus in pulmonem veniat. Partem omenti dixit, quæ hepatis lobulum obvolvit.

Hieronymi SENIS *de totius animalis integumentis* Patav. 1618. 4°.*. Depoſiti ſenis opuſculum, anatomes ſubtilioris expers. Habet tamen cuticulæ duas laminas: & tunicam corneam de oculis ſerpentis cum reliqua ſenecta ſ. epidermide decedere vidit: Muſculum cutaneum erinacei dixit.

Obiit anno 1619. octogenarius (*f*).

Poſthumum prodiit opus curante J. PREVOT *de formatione ovi & pulli* Patav. 1621. fol. ALB. 1625. fol.* cujus etiam aliquæ tabulæ explicatione deſtituuntur. Incubantis indicæ gallinæ ova contemplatus eſt, comite & ſocio PEIRESCIO (*g*). Ex chalazis fetum formari ſibi perſuaſit, cicatriculam prætervidit. Gallinæ tamen uterum, ex infundibulo ova accipientem, ovariumque bene dixit, & vaſculoſos petiolos, & membraneos. quibus diſſilientibus ovarium vitellum dimittat, infundibulum, cloacam, veſiculas duas pervias, fetus incrementa a die 14. albuminis formationem, figuram venoſam. De cavitate aerea ſenſim aucta. Carina, magni oculi. Vitellus in abdomen reſumtus.

A. 1625. Patavii conjuncta prodierant *opuſcula de formatione fetus*, *de formatione ovi & pulli*, *de locutione & de venarum oſtiis* fol.*.

Hæc quæ diximus, ſcripta primum *Johannes* BOHN collegit, & cum *operum omnium anatomicorum & phyſiologicorum* titulo edidit Lipſiæ 1687. fol.*. Non ubique primas editiones BOHNIUS ſecutus eſt: præfationes non bene omiſit.

Inde Leidæ ediderunt FABRICII opera, eodem cum titulo, cum B. S. ALBINI præfatione, in qua vita AUCTORIS deſcribitur Leidæ 1737. fol.*. ILL. editor in præfatione potiſſimum de valvulis egit. Præfationes hic reſtituuntur, paginæ cæterum paginis editionis Lipſienſis reſpondent.

Majus opus, *totius animalis fabricæ* (*h*) *theatrum* molitus erat, & tabulas paraverat ſupra trecentas, ſed chartæ interciderunt; tabulæ in Belgium (*i*) delatæ ſunt, & niſi fallor in BOERHAAVII & THOMSII libris fuerunt (*k*). Myologicas icones *Thomas* BARTHOLINUS poſſidebat (*l*), quas *J. Ant. v. der* LINDEN inæſtimabiles vocat (*m*).

Prælectiones de oſſibus M.S. ſunt in B. R. *Par.* IV. n. 7112.

In *operationibus* legas hymene inciſo virgini plurimum fœtidi ſanguinis emiſiſſe.

T. THUILIUS, Mariæmontanus, viri funus indixit Patav. 1619. 4°.*

§. CCLXXI.

(f) THOMASIN *Gymnaſ.* p. 444.
(g) *Vit.* PEIRESC. p. m. 50.
(h) *Præfat.* ad lib. *de voce & loquela.*
(i) *J. v.* HORNE.
(k) *Præf. ad oper. Chirurg.*
(l) *Cent.* III. *epiſt.* 92.
(m) *Med. phyſiol.* p. 286.

§. CCLXXI. *Julius* CASSERIUS,

Placentinus, felix Chirurgus (*n*) *Hieronymi* FABRICII ab anno 1609. non inviti successor, ad annum 1616. (*o*), insignis anatomicus; potissimum etiam animalium anatomen cum humana conjunxit, & copiosas easque perpulchras icones addidit. Aliqua eum inter & FABRICIUM æmulatio intercessit, cum junior CASSERIUS multo uberius eadem tractaret, quæ senex, dudum illustris, cursim indicaverat.

EJUS *de vocis auditusque organis historia anatomica* prodiit Ferrariæ 1600. fol.*. Laude anatomica præceptorem suum superavit, in theoria minus felix, in descriptionibus nimis parcus, ut major ejus a tabulis laus quam a sermone sit. Neque eæ vitiis suis liberæ sunt, cum nervum diaphragmaticum a recurrente deducat, hunc cum cervicalibus conjungat. Multum laborem in anatome comparata posuit, & animalium fabricam plurimis tabulis explicavit, humanam etiam myologiam & osteologiam ornavit.

In larynge invenio nova aliqua aut propria; inscriptiones musculi sternohyoidei & sternothyreoidei, perforationem biventris, a solo EUSTACHIO depictam, ligamenta a quibus vocis gravitas, & acumen pendet. Arcum aortæ. De ductu WHARTONI aliqua. Ranarum vesicas sonoras, ventriculos laryngis in animalibus, foramina epiglottidis, tympana cicadarum descripsit. Isthmum habet thyreoideæ glandulæ. Duplicia ligamenta glottidis.

Melius de aure scripsit, musculum, quem sibi tribuit, stapideum ex animalibus, musculos auriculæ tres posteriores in homine, & superiorem, & auriculæ ligamenta: locum quo ductus salivalis paroticus buccinatorem perforat, canales semicirculares, cochleam in homine osse liberatam, nudamque, ossicula auditus ex multis animalibus, cerebrum piscium. Pars membranacea septi spiralis hic primum dicta.

EJUSD. *pentæsthesejon h. e. de quinque sensibus liber organorum fabricam, actionem & usum continens* Venet. 1609. fol.* & multo minus splendide Francofurti 1609. 1610. LIND. 1612. fol. min.* 1622. fol. cum tit. Anatomia nova HEIST. Musculi primum manus & pedis, splendide, sed parum accurate. Tunc musculi ossis hyoidis & linguæ, musculi nasi, narium sectiones, musculi, quos inter myrtifolium sibi tribuit: tria ossa spongiosa, cellulæ ethmoideæ: etiam de orbitariis aliqua, cerebri aliquæ figuræ. Musculi oculi suo in situ, levator palpebræ, sinus sebacei MEIBOMIANI, fibræ uveæ. In auditu priora repetit.

Denique diu ab auctoris morte prodierunt *tabulæ anatomicæ* omnes novæ 98. Venet. 1627. fol.* cum SPIGELIO, inde, cum eodem, Amstelodami 1644. fol.* dimi-

(n) THOMASIN I. p. 336.
(o) IDEM *Gymnas.* p. 80.

diminuto porro volumine SIMONIS PAULI cura Francofurti 1632. 4°.* cum germanica interpretatione, & 1656. 4°. & FICKIO edente ib. 1707. 4°. Has tabulas edidit *Daniel* BUCRETIUS (*Rindfleisch*) Uratislavienfis, qui ad evitandam inquifitionis feveritatem (*p*) religionem patriam ejuravit, & monachus denique factus, diffuadente præceptore RIOLANO, in cœnobio obiit. Duas aut tres editiones uno anno prodiiffe MOEHSIUS *Bildnüffe* p. 95.

Tabulæ 78. CASSERII funt, viginti alias minus neceffarias BUCRETIUS addidit. Lego adeo tamen accuratum fuiffe editorem, ut tabulam, quæ fibi difplicuiffet, deleverit, magna ob eam rem odia paffus. Verum in ipfo opere non videor mihi me nimiam feveritatem adgnofcere. Novas omnes effe tabulas male promittitur, plurimæ enim funt VESALII, aliæ ex prioribus CASSERII operibus repetuntur. Neque Editor omnia intellexit, quæ utilia in ære infculpta fuerant. Ad nova referas mufculos dorfi fuis cum tendinibus hic primum delineatos, trachelomaftoideum, complexi tendineas infcriptiones, cervicalem defcendentem, interfpinales colli, coftarum levatores, abdominis pyramidales, bene expreffos, anaftomofes arteriarum mammariarum cum epigaftricis, rhomboideum fuperiorem fcapulæ, intercoftalium contrarios ductus, novas & magnas icones mufculorum brachii pedisque, coraco brachialem, lumbricales, quadratum femoris, plantarem longum; mufculum plantæ pedis transverfum aliosque hic fere in ea fede primum nitide expreffos. Valvulas porro inteftinorum, etiam in inteftino inverfo, omenti originem colicam, hepaticam & gaftricam, arteriam fplenicam ferpentinam, capfulas renales (male a rene remotas): fibras mufculofas veficæ, caput epididymidis, proftatam unicam, bulbum urethræ, arteriam intra corpus cavernofum penis decurrentem, ejus feptum pectini fimile, dilatationem urethræ intra glandem, valvulas & mediam eminentiam cervicis uteri, fibras longas pofteriores veficæ: cerebri icones, fornicem, raphen inferiorem corporis callofi, membranam arachnoideam, nervulos medullæ oblongatæ ad accefforium pertinentes, circulum Willifii. Hæc certa, non quod non alia fuperfint, aut quod omnia nova fint, fed quod rectius delineentur. Id in univerfum vitii CASSERIUS habet, quod offa non fatis mundaverit, atque adeo fines mufculorum plerumque minus fint diftincti. Ubique pictoris manum laudes, non perinde dirigentem inciforis follicitudinem.

Tabulæ libello de formato fetu SPIGELII additæ etiam ex CASSERIANIS funt. Inter eas placenta eft excarnata, & hymen, primum recte depictus.

§. CCLXXII. *Codices M.S. aliqui.*

In ASHMOLIANIS codicibus eft *Anthropologia or a treatife containing a fhort defcription of man; the firft part anatomical: the fecond phyfiological.*

SCHYRONII univ. Monsp. Decani *Inftitutiones medicinæ Hans* SLOANE.

In

(p) *Oper.* p. 229. 739.

In BODLEYANIS l. de puella quæ vixit ſine cibo vixit.

Etienne SIMON ſcripſit ad A. LAURENTIUM de organo viſus epiſtolam, quæ in *Bibliotheca Regia* ſervatur PORTAL.

§. CCLXXIII. *Varii.*

Chriſtophori GUARINONI, Valtelinenſis, *de generatione viventium* Francofurti 1601. 4°.

Ej. *de methodo doctrinarum* ibid. 4°. eod. anno.

Ej. *de venarum principio* ibid. 1601. 4°.

Ej. *de natura humana ſermones tres* ibid. 4°. eod. anno. Ovi incubati phænomena habet.

Omnia recenſet *Xaverius* QUADRIUS in diſſert. *critiche hiſtoriche* T. III.

Ej. *Comment. in librum* ARISTOTELIS *de hiſtoria animalium* Francofurti 1601. 4°. TREW.

Federici BONAVENTURÆ, Urbinatis, J. C. *de natura partus octomeſtris adverſus vulgarem opinionem libri X. in quibus natura humana partus traditur,* Francofurti 1601. fol. ut lego, Venet. 1602. fol.*. Enormis liber, plenus objectionum, reſponſionum, auctoritatum. Decimeſtrem partum eſſe optimum, octimeſtrem tamen vitalem, ſeptimeſtrem deteriorem. De partu, formatione fetus, & phyſiologica varia.

Ej. *de octimeſtris partus natura adverſus vulgatam opinionem diſputatio* Urbin. 1600. fol.* Compendium prioris operis.

J. Baptiſtæ SYLVATICI *controverſiæ medicæ centum* Mediolan. 1601. 4°. maj.* Francof. 1601. fol. LIND. Huc faciunt n. 2. cur magnum cor timiditatem deſignat, & viciſſim. N. 5. num detur ſudor ſanguineus. N. 13. an dentur clyſteres nutritii. N. 79. num ſemen muliebre ad generationem requiratur. N. 81. num ſuperfetatio locum habere poſſit. Ad veterum ſaporem omnia & potiſſimum GALENI.

Antonii DA CRUZ, Luſitani, *Recopilagá'o da Cirurgia.* Ejus Pars I. eſt *Anatomia de todos los membros do corpo humano ſimples o compoſtos* Lisboa 1601. 4°. 1605. 4°. 1630. 4°. 1688. 4°. 1711. 4°. CAP. de VIL.

Chriſtophori STAUDII *de modo viſionis* Erfurt. 1601. 4°. PLATNER.

Girolamo RIVA *giudizio intorno il tempo del parto umano* Veron. 1601. 4°. Nullum eſſe certum tempus.

Conradi BATTI, Roſtochienſis, *Orationes duæ, quarum prima botanologica, altera anatomica* Regiomont. 1601. 4°. HEFTER.

Friderici MOELLER *de sensibus interioribus* Francofurti ad Viadr. 1601. 4°.

Ej. *de animalibus ortis ex putredine* ibid. 1602. 4°. HEFT.

In disp. *Bartholomæi* SCHROETER & *J. Casimiri* GERNANDI Heidelberg 1601. 4°. B. B. aliqua sunt physiologica.

Guilielmi LUSSON & *Petri* VERNEY *E. est uteri motus naturalis* Paris. 1601. 4°.

Ægidii HERON & *Petri de la* BOISSIERE *Ergo partium omnium alimentum sanguis* Paris. 1601. 4°.

Michael TOUTAIN & *Hon.* GOMER *Ergo solus genitor spiritus conformat* Parisiis 1601. 4°.

§. CCLXXIV. *Franciscus* CITESIUS.

CITOIS, Pictaviensis, Cardinalis RICHELIENSIS medicus, vir doctus, & inter præcipuos sui ævi, clinicus equidem, edidit *Abstinentem Consolentaneam*, cujus primam editionem non vidi. Verum secuta est altera, cui *adnexa est apologia* pro JOUBERTO Augustoriti primum edita 1602. 8°. B. *Bern.* recusa in P. LENTULI collectione, Bern. 1604. 4°.* & cum CITESII *opusculis* 1634. 4°.*. Puella anno 1599. sensim a febre sensus habuit hebetiores, & denique omnino absque cibo vixit, ut tamen interim incrementa sua caperet. JOUBERTUM contra HARVETUM tuetur, qui asitias omnes rejicit.

Deinde addidit, anno a LINDENIO non indicato, recusum in operibus libellum *Abstinentiam puellæ Consolentaneæ ab* J. HARVETI *confutatione vindicatam, cui præmissa est ejus puellæ ἀναβίωσις.* Vereor ne tota res fraudulenta fuerit, custodibus enim admotis puella ad cibum sumendum rediit. Lustra hiberna animalium, & abstinentiam suæ puellæ contra HARVETUM denuo tuetur.

§. CCLXXV. *Varii.*

Fortunati FIDELIS *de relationibus medicis* Panorm. 1602. 4°. Lips. 1674. 8°.* cura *Pauli* AMMAN. Eadem est T. REINESII *Schola medica* Lipsiæ 1675. 8°.* Multa huc spectant, de virginitate, de potentia & impotentia, graviditate, fetus incremento & temporibus partus, monstris, signis vitæ & mortis, mola, animatione embryonis. Meliora signa strangulationis & suffocationis.

Jaques de MARQUE, Chirurgus Parisinus, scripsit *paradoxe ou traité medullaire, où il est amplement prouvé que la moelle n'est pas la nourriture des os* Paris 1602. 12°. Annum 1609. ponit DOUGLASSIUS.

Réponse au paradoxe de J. de MARQUE, *où il dit que la moelle n'est pas la nourriture des os* Paris 1607. 12°. D'ETR.

Jacobi LAVELLII *Comm. in lib. de pulsibus ad tirones* Venet. 1601. 4°. OSB. 1602. 4°. VATER. 1609. 8°. cum *compendio Medic.* 1620. 4°. LIND.

J. Baptistæ PERSONÆ, Bergomensis, *comm. in* GALENI *librum quod mores animi sequantur temperamentum corporis* Bergomi 1602. BODL.

Alexandri RIVERII *carmen in quosdam medicos & chirurgos asserentes certa esse virginitatis indicia*, Parisiis 1602. 4°. PORTAL.

Sylvii LANCEANI *de molæ generatione & una fetus formatione* Rom. 1602. 8°. LIND.

Ferdinandi Roderici CARDOSI *tract. de sex rebus non naturalibus* Olyssip. 1602. 8°. PLATN.

Giacomo AFFINATI d'ACUTO, Romani, *il muto che parla, dialogo ove si tratta dell' eccellenze e de diffetti della lingua humana* Venez. 1602. 8°. D'ETR.

Fabricio PADOANO *Discorso sopra li anni climacterici* Bologna 1602. 4°. B. EXOT.

J. Philippi BRENDEL *de sanguinis procreatione* Jen. 1602. 4°. BOEHM.

Martini SCHROETER *de partibus internis ventris medii* Jen. 1602. 4°. RIV.

Nicolai BRUNO *de hepate venarum ortu* Marburg. 1609. 4°.*

Tanequin GUILLAUMET *l'osteologie c. à. d. le discours des os du corps humain* Nismes 1602. 12°.*. Ex VESALIO, cujus errores manifesto retinet, ut venam jugularem pro arteria meningea habitam.

Guillielmi de BAILLOU & P. MARCHAL *Ergo omni homini sua μοιρα πεπρωμενη suus genius* Paris. 1602. 4°.*

Henrici de MONANTHEUIL & *Jac.* LETUS *Ergo omnium partium corporis conspiratio* Parisiis 1602. 4°.

§. CCLXXVI. *Rod. a* CASTRO.

Roderici a CASTRO, Lusitani, *de universa mulierum medicina* Pars I. *theorica* Hamburg. 1603. fol.* 1628. 4°. 1662. 4°. LIND. Quatuor libri priores argumenti sunt anatomici & physiologici; de uteri & mammarum anatome, de semine & menstruo sanguine, de coitu, conceptu, & uteri gestatione, & de partu & lacte. Salmanticæ ALDERETUM audivit, undique Galenicus, & Hamburgi vixit. Anatome collectitia, multum physiologiæ. Partus octimestres infelices esse persuadetur. Allantoideam membranam admittit, negat ossa pubis in partu discedere, molamve absque mare concipi.

In EJUSD. *medico politico* Hamburg. 1614. 4°.* edito aliqua huc faciunt, ut de virginitatis illæsæ aut violatæ signis.

§. CCLXXVII. *Baptista* CODRONCHUS,

Medicus Imolensis, scripsit *de morbis qui Imolæ & alibi anno* 1601. *communiter vagati sunt — morbo novo prolapsu nempe mucronatæ cartilaginis* Bonon. 1603. 4°.*. In hoc libello cartilaginem mucronatam hactenus describit, morbumque omnino vix cuiquam dictum.

Libellus de iis qui aqua immerguntur Francofurti 1610. 8°.* editus, vix huc facit.

§. CCLXXVIII. *Varii.*

Fridericus CÆSIUS, princeps, anno 1603. Academiam Lyncæorum instituit, & ipse præparavit apiarium, & metallophyton, quæ *Fr.* STELLUTUS edidit MAZUCHELL. mihi non visa.

Francisci BONAMICI, Florentini, Professoris Pisani, *de alimento* libri V. Florent. 1603. 4°. Huc liber III. de appetitu alimentorum, liber IV. de formatione fetus. Lib. V. de consequentibus fetum.

Joh. BRACHMANUS *de carnea Wschoviensis abortus galea* Ligniz 1603. 4°. BOEHMER.

Joh. AUSTRIACI *de memoria artificiosa* Argentor. 1603. 8°.*. Ad cubicula & columnas certas literas revincit: deinde loco signorum res ipsas supponit, ut sylvam veram pro sylvæ nomine. Nimis laboriosa omnia. Recusus Lipsiæ 1678. 8°.

J. Hieronymi MARAFIOTÆ, Palestinensis Calabri, *de arte reminiscendi per loca & imagines ac per notas & figuras in manibus positas.* Cum libello, quem modo dixit, & eodem anno prodiit. Concionator, manubus usus est pro locis supinis & pronis, in quibus 92. loca disponit, incipiendo a sinistris. In eos locos circulos, triangula & figuras varias ex imaginatione sumtas ordinat, sibique alphabetum fingit ex rebus literarum similibus ut A. ex circulo, cujus crura compode conjunguntur. B. ex duobus cruribus, compede junctis. I. ex crure unico. Ex his literis, adjectis lineis nonnullis, syllabas format, eas syllabas per manus distribuit. Nomina propria per imagines designat, tum entia quæ dicuntur modalia. Addit, nemini se artem suam aperuisse, ne vulgaris redderetur Recusus est libellus cum aliis de memoria operibus Franc. & Lips. 1678. 8°. LIND. Primum Venetiis prodierat.

Antonii Laurentii POLITIANI *de risu ejusque causis & affectibus* Marpurg. 1603. 8°. D'ETR.

Jourdain GUIBELET M. D. *trois discours philosophiques* 1. *de la comparaison de l'homme avec le monde.* 2. *Du principe de la génération de l'homme.* 3. *De l'humeur melancholique*, Evreux 1603. 8°.*. Primus sermo lusus est ingenii: Ita lunæ hepar comparat, cerebrum jovi, linguam mercurio, marti hepar. Cum plantis etiam hominem comparat, ut arundines SALOMONIS gracilia sint

sene-

ſenecionum crura. Sed & machinas omnis generis in homine reperit. Aliquanto magis ſerius eſt alter de generatione ſermo, partiumque etiam continet anatomen, & multum græcæ lectionis. In ſerm. de melancholia varia exempla habet hominum per imaginationis errorem ſanatorum.

Federico ZERENGHI, Narnienſis, *breve compendio di Cirurgia e vera deſcrizzione del hippopotamo* Napoli 1603. 4°. D'ETREES. De eo animalia varia, etiam oſteologica dicitur docere, autoptes.

Elpidii BERRELARII *de riſu* Florent. 1603. 4°. LIND.

Sebaſtiani MEYRONIS (MEYER) *inſtitutiones medicæ primæ artis fundamenta* Friburg. 1603. 12°. B. THOMAS.

EJ. *laudes divinæ majeſtatis ſ. miracula in homine*, ibid. 1621. 4°. THOMAS.

Jacobi FONTANI *reſponſio ad diſp. reſcriptam* D. SERPILLONII *de uſu partium, de actione earum & de motu muſculari*, Avenione 1603. 8°.

EJUSD. *deux paradoxes apartenants à la chirurgie, le I. contient la façon de tirer les enfants de leur mere par la violence extraordinaire : l'autre eſt de l'uſage des ventricules du cerveau contre l'opinion la plus commune* Paris 1611. 12°. Ventriculorum cerebri deſcriptio ex præparatione *Petri* BONTEMS. PORTAL.

EJ. *Diſcours problematique de la nature, uſage & action du diaphragme* Aix 1611. 12°. M.S. ſervari in B. Regia PORTAL. Docere Cl. virum diaphragma inter inſpirandum contrahi.

Alberti le FEVRE & *Dionyſii* GUERIN *E. ſemen muliebre prolificum* Pariſiis 1603. 4°.

Petri LAFFILE & *Claudii* RABEUX *Ergo corporis temperamentum ſaluberrimum* Pariſ. 1603. 4°.

Jean le MERCIER & *Simon de* CUBES *Ergo duo tantum partus vitalis tempora* Pariſ. 1603. 4°.

J. BEHM μικροκοσμος *ſ. hominis encomium oratio* Lipſ. 1603. 4°. HEFT.

§. CCLXXIX. *Guilielmus* FABRICIUS,

A pago *Hilden* prope Coloniam nomen ſibi impoſuit HILDANI, celebris ſui ævi Chirurgus, Medicus etiam & Poliater Bernenſis, vir in inſtrumentis inveniendis ingenioſus, animoſus in tentandis adminiſtrationibus. Anatomen paſſim adtigit, tres ſceletos Coloniæ dedicavit (*q*), etiam Bernæ, adhuc ſuperſtites, rara eventa huc facientia collegit, ad quæ ampliſſima *praxis* & literarum diffuſum commercium ei viam aperiebat.

Primus libellus huc faciens eſt *de puellæ Colonienſis inedia*, qui apud P. LENTULUM editus eſt.

De

(q) *Nutz der Anatomey* p. 139.

De monstro Lausannæ equestrium exciso narratio Oppenheim 1614. 8°.

Inde in *observationibus Chirurgicis*, quarum centuria prima Basil. 1606. 8°. LIND. altera Genevæ 1611. 8°. tertia Oppenheim 1615. 8°. Prima, secunda & tertia Lugduni 1641. 4°. Quarta Oppenheim 1619. 4°.* quinta Francofurti 1627. 4.* sexta . . . . prodiit, etsi in universum sunt argumenti chirurgici, multa tamen huc facientia continent. Omnia recensere nimium foret: In prima ad oculi anatomen, nervos molles: duram membranam cerebro undique adhærere. In Cent. III. a nævo, ut putat, collum uteri cum vesicæ collo propendens. Costæ duæ osseæ callo conjunctæ. Negat callum confirmatum emolliri posse. (Redit etiam in l. de vulnere gravissimo). In Centuria quinta. Obs. 4. est de cerebro per plurimos annos incorrupto: obs. 33. de inedia prodigiosa puellæ Meursiensis; obs. 36. de vomitu semestri: obs. 40. de mensibus absque noxa retentis: obs. 47. de urina per vomitum & alvum rejecta. Ejusmodi plurima per totum opus sparguntur. Monstra etiam passim dixit in Cent. III. & alibi. In L. VI. obs. 39. ossa pubis & ilium in partu hiscere, & coccygem retrorsum cedere docet. Ureterem cavæ venæ insertum minus admiseris.

In *epistolarum Centuria* Oppenheim 1619. 4. edita * plurima huc pertinent. Epist. 15. est HELBLINI de oculo artificiali. Ep. 45. ARNISÆI de laxatis ossibus pubis in partu, de parenchymate hepatis excarnando: de foramine ovali & ductu arterioso in fetu patulis. Epist. 63. HILDANI de sceleto procera Ebroduni reperto. Epist. 68. de puero dentato. Epist. 69. & 77. de Apolloniæ SCHREYER abstinentia LENTULO dicta. Epist. 87. & 89. P. PAW de valvula coli, vero anulo. Epist. 88. HILDANI cum ea valvula facta experimenta.

EJ. *Kurze Beschreibung der Fürtreflichkeit, Nutz und Nothwendigkeit der Anatomey* Bern. 1624. 8.*. Numerosos narrat casus, qui ob ignoratam anatomen infauste evenerunt. Succedit Sceletopœja: icones ossiculorum auditus cum quarto ossiculo: collectio exemplorum fabricæ in ossibus rarioris, sceleti quadrupedum minorum & avium, larynx inferior anatis. Iconem propriam habet venarum brachii.

Opera omnia prodierunt Francofurti 1646. fol. 1682. fol.* & alias.

Deinde servantur in *Bibliotheca Bernensi* tres tomi, epistolarum 437. quas comparavi, & multas reperi ineditas esse.

Inter eas est G. *Christiani* STOUGAARD de vasis lacteis, quæ viderit in animale a morte persistentia anno 1632. Epist. XI. de sceleto, cujus enorme & giganteum femur Bernæ in Bibliotheca depictum servatur. Epist. 13. & 14. de fetubus absque ano natis. Epist. 30. anus vitiose in vesicæ collum patens. Epist. 41. fetus vaccinus cæsareo partu eductus, aqua in cellulosam telam effusa deformatus. Epist. 42. *Henrici* SCHOBINGERI fetus hirsutus. Epist. 44. nævi varii. Epist 51. iterum STOUGAARD de vasis lacteis, in capella potissimum visis. Ep. 64. & 73. de oculo suo artificiali HILDANUS. Ep. 66. J. BURGOWER

GOWER de puero, cui digiti in difforme tuber coaluerant. Ep. 120. qua dicitur *Ap.* SCHREYERÆ historiam veram esse. Epist. 176. eamdem ad cibum rediisse. Epist. 185. de nævo. Epist. 285. *Ludovici* SCHARANDÆI monstrum porcinum, ejus simile, quod descripsi. Epist. 313. *Franciscus* MONHEIM de abstinente Morsiensi. Ep. 340. VESLINGIUS, tendines in adultis hominibus parum acriter sentire. Epist. 353. HILDANUS, perforatis ossibus nitidiores se parare sceletos. Epist. 354. de sua anatomica suppellectile & rarioribus adnotatis, eadem quæ in l. *de util. anatomes.* Epist 367. Anatome agnæ monstrosæ cum melioribus iconibus, quam fuerant in editione Oppenheimensi 1615. Caput unicum, corpora duo. Epist. 432. *Andreas* SINGER de monstro. Additæ sunt nudæ novæque icones monstrorum varii generis. Legas etiam de ostiolo in membrana tympani, de erectione penis a vulnere musculi temporalis in puero facta. Sinistrum renem semper altiori loco poni, recte, contra recepta placita. Sanguis de ore naribusque feminæ mortuæ erumpens.

Denique inter codices posthumos est exemplum *vom Nutz der Anatomey* ad novam editionem ab ILL. AUCTORE paratum. Compendium anatomes tradit, suas incisiones corporum humanorum recenset. Varia experimenta, quæ videntur omnino aliquod in membrana tympani foramen demonstrare Vasa lactea sibi in capella a STOUGAARDO demonstrari passus est, septuagenario major; hactenus sapientior HARVEJO, qui ea vasa pertinaciter repudiavit. Renem sinistrum constanter altiorem esse & hic recte docet. Scapulas in tortura diffringi: ob quem sævissimum eventum judices monet, ne porro certo supplicio incertum crimen puniant.

Vitam viri descripsit *Christianus Polycarpus* LEPORIN Quedlinb. 1722. 4.*

§. CCLXXX. *Ludovicus* KEPLER,

Astronomus, magni ingenii vir, passim paradoxus, edidit Francof. 1604. 8. *paralipomena* ad VITELLIONEM, quorum quintum caput est de modo visionis. In eo humorum oculi usum contra scholas defendit.

Anno 1611. Pragæ (r) edidit *dioptricen s. demonstrationem eorum, quæ visui & visilibus propter conspicilla non ita pridem inventa accidunt*, recusam Londini 1682. 8°.*. Lentis vitreæ convexæ phænomena ad lentem crystallinam oculi adplicavit, ostendit eam lentem vitri convexi munere fungi, penicillum vero radiorum in retina convenire. Necesse esse, ut mutetur oculus, siquidem & remota & proxima distincte cernere debet: retinam adeo alterne ad lentem oculi crystallinam debere adduci, iterumque removeri: id officium tribuit processibus ciliaribus, qui vitreo humore repulso lentem antrorsum agant. Causam presbyopiæ & myopiæ declarat. Nostram in oculi lentem anterius sphæroideam, posterius hyperbolicam esse. Experimentum imaginis in retina expressæ. Inde lentis concavæ adfectiones. Plurima certe hic nova docet.

 Longe

(r) WOLF Augustæ Vindelicorum.

Longe alterius generis est *methodi conciliandarum sectarum in Medicina discrepantium.* S. I. Regiomont. 1628. fol. MOLLER. *Cimbr. lit.* in qua mathematica, metaphysica, cabbala & magia miscentur.

In *astronomicis* primus pulsuum in minuto numerum æstimavit, & bene.

Felicis ACORAMBONI *in* GALENI *librum de temperamentis .. quæ in his depravata erant ex antiquissimis codicibus græcis M. emendantur* Rom. 1604. fol. PLATNER.

Fabii PAULINI *universa antiquorum anatome tribus tabulis explicata, ex Rufo* EPHESIO, *cum matricis anatome ex* SORANO Venet. 1604. fol. THOMAS.

EJ. *in lib. artis medicinalis* GALENI *per tabulas Oeconomia* Hanau 1610. fol. LIND.

Henning ARNISÆI, Professoris Helmstadiensis, inde Archiatri Danici, *de generatione hominis* l. Francofurti 1604. BUTTNER.

EJUSDEM *Observationes anatomicæ, ex quibus controversiæ multæ medicæ & physicæ breviter deciduntur*, prodierunt Francofurti ad Viadrum 1610. 4°.*. De ventriculis cerebri: nervis, quos recte docet medulla constare; de usu urachi, felleæ vesiculæ, lienis. Ossa pubis in partu disjungi, proprio experimento docet, etiam post facilem partum (*s*). Caudam equinam recte describit, ex propria industria, & ex lumbis prodire nervos inferiores adnotat, cum medulla eo non producatur. Processus mammillares cavos esse negavit.

EJUSD. *de partus humani legitimis terminis* Helmstadii 1618. 4°.* diss. I. 2. 3. idemque *liber* Acc. *observationes & controversiæ anatomicæ* Francofurti 1641. 12.*. Pro partus tempore recipit finem mensis noni. Observationes adjectæ prius sunt opusculum. Ultimo loco sunt controversiæ anatomicæ, theses nempe physiologicæ variæ. Recte adnotat, in viris etiam mammaria vasa cum epigastricis uniri; medullam spinalem in summis lumbis desinere. Compendium fere priorum.

Observationes anatomicas dicemus, quæ sunt in G. HORSTII Obss.

Apud HILDANUM Epist. 45. ad musculos aliqua.

Icones anatomicas Helmstadii depingi curavit, potissimum musculorum, magnas & splendidas, quæ etiam nunc adservantur, præter feminarum imagines, quas anxius pudor jussit removere (*t*).

David CHABODIE *le petit monde où sont représentées les plus belles parties de l'homme* Paris 1604. 8°. D'ETR.

G. des INNOCENS *osteologie où histoire générale des os du corps humain*, Bourdeaux 1604. 8°. Vidi apud ILL. BERGERUM, peculiare quid continere non meminit.

Andreæ

(s) Repetit hæc de partus tempore p. 277. & in *Epist.* 45. ad HILDANUM.
(t) SCHMIDT de germanorum in anatome meritis.

Andreæ RICCII *Traumbüchlein* Magdeburg 1604. 4°. B. EXOT.

Andr. WILCKIUS *de humani corporis & animæ refectione & propagatione* Erford. 1604. BUTTNER.

And. le GROS & *Janus* PETIT *Ergo Lien expurgatur per urinas* Parif. 1604. 4°.

Jacob LETUS & *Car.* BOUVARD *E. mulieri quam viro venus aptior* Parifiis 1604. 4°.

Guil. LESCAILLON & *Georg.* ARBAUD *Non ergo mortis terminus prorogari poteſt* Parif. 1604. 4°.

§. CCLXXXI. *Gregorius* HORST,

Torgenfis, JACOBI filius, Profeſſor Gieſſenſis, medicus inde Ulmenſis. EJUS *de animæ facultatibus* diſſ. Witteberg. 1603. 4°.

EJUSD. *nobilium exercitationum de humano corpore & anima* lib. prodiit Wittebergæ 1604. 8. 1607. 8.

EJ. *de elementis & temperamentis* ibid. 1606. HEFT.

EJ. *de ſomno & ſomniis* ibid. 8. eod. anno. HEFT.

EJ. *de ſanitate corporis humani* ibid. 1606. HEFT.

EJ. *de partibus corporis humani & earum actionibus* ibid. HEFT.

EJ. *diſputatio de pulſibus* ibid. 1607. HEFT.

EJ. *ſcepſis an corpus humanum poſt mortem durare poſſit colore floridum & incorruptum, & an fluxus ſanguinis cadaveris humani occiſi præſentiam interfectoris indicet*, ibid. 1606. 8. D'ETR. 1609. 8. alii.

EJ. *de naturali conſervatione & cruentatione cadaverum* ib. 1608. 8. GUNZ.

EJ. *medicarum inſtitutionum compendium* ibid. 1609.

EJ. *obſervationum medicinalium ſingularium* L. IV. *Acceſſit epiſtolarum & conſultationum liber* Ulm. 1625. 4.* Norimberg. 1652. 4. Obſervationes fere ſunt ad ſeculi ingenium. In *Epiſtolis* paſſim aliqua huc faciunt. *Henricus* HOPFNER Lipſienſis negat in Sect. IV. dari certa virginitatis ſigna, HORSTIUS PINÆUM ſequitur. Bonus HILDANUS aniſi ſemen, carbones & pilos per urinam dejecta admittit, nævosque, ut putat alios. HORSTIUS de pilis agit, præter naturam naſcentibus. *Melchior* SEBIZ monſtroſam molam deſcribit; adfines caſus habet HORSTIUS, aliaque monſtra. *Andreas* HILDEBRAND de cruentatione cadaverum. *Joachim* TANCKIUS de liene hepatis ſimili. *J. Rudolphi* SALZMAN varietates anatomicæ, ut in pyramidalibus muſculis, in vena cephalica perforante bicipitis caput alterum. *Henning* ARNISÆUS de prægrandi liene.

 Iterum

Iterum *Andreas* HOPFNER de hepate ad ſeptum transverſum adnato, valvula coli pervia. *Henning* ARNISÆUS de viis fetus in adulto apertis. *Henrici* BOTTERI de SAMMICHELII vena bronchiali. De coalitu oris, & vulvæ. Urina per anum, per vomitum. *Michaëlis* DOERING quæſtiones anatomicæ. De muſculorum motu *Philippus* MÜLLER & alii. In Supplemento de atreta, cui rectum inteſtinum in vaginam patebat. Hernia umbilicalis congenita. Puella, quæ ſubmergi non poterat.

Poſteriores libri obſervationum ſucceſſerunt *cum ſecundo libro epiſtolarum*, Ulm. 1628. 4°.* Noriberg. 1637. 4°. Francofurti 1661. 4°. LIND. & *complementum* ad L. II. *epiſtolarum* Ulm. 1631. 4°.* Herborn 1631. 4°. LIND.

In *obſervationibus poſterioribus* multa ad morbos mulierum, menſes devios; hæmorrhagiam funeſtam ex gingivis gravidæ: fetus ex terrore monſtroſus, forte galea cranii deſtitutus: mus, ſi Diis placet, a virgine editus. In *chirurgicis* puellus pene impervio, puella nimis arcta. In *Epiſtolis* fætor cadaveroſus puellæ cætera ſanæ.

EJ. *de cauſa ſimilitudinis parentum* Gieſſæ 1619. 4°. 1628. 4°.* Marburg. 1642. 4°.*. Orationes ſunt & meræ theoriæ. Androgynam ibi dicit, viri ſimiliorem. Altera pars eſt de ſeptimeſtri & octimeſtri partu.

EJ. *Conciliatoris enucleati Pars medicinam theoreticam illuſtrans* Gieſſ. 1614. 4°.* 1648. Diſputationes tres, quarum pars major pertinet ad phyſiologiam.

EJ. *de corpore humano exercitationes* ibid. 1606. 12°. quæ ſunt de principiis, oſſibus, cartilagine, ligamento & aliis partibus ſimilaribus, tum diſſimilaribus, membris generationis, organis vitalibus & generationi ſervientibus: tum ſenſui & motui animali. Additamentum *obſervationum anatomicarum* redit in Epiſtolis.

Porro cum titulo *Diſputationis* III. *Coronidis* II. pariter XII. *diſputationes* in operibus ſunt *de* anima & ſenſibus, quæ conſtituunt librum II. de natura humana.

Hæ conjunctæ efficiunt *de natura humana* libros II. Witteb. 1607. 8°. LIND. Francofurti 1612. 4°.* excuſos. Phyſiologiæ compendium, plenum quæſtionum ſcholaſticarum, cum iconibus ex VESALIO ſumtis, PINÆO & FABRICIO.

EJ. diſſ. I. *de anatomia vitali & mortua* Gieſſæ, redit cum operibus.

EJ. *de natura amoris* Gieſſ. 1611. 4°.* Marpurg. 1642. 4°.*

EJ. *de natura motus animalis voluntarii exercitatio ſingulis* Gieſſæ 1617. 4°.* excuſa, *Jacobi* MULLERI reſp. opus ut videtur, redit inter Epiſtolas. Muſculum oſtendit, dum figuram mutat & craſſeſcit, eamdem aream ſervare, & tanto breviorem reddi, quanto fit craſſior. Transverſum abdominis muſculum unicum eſſe.

EJ.

Ej. *Centuria problematum medicorum. Accedit consultationum & epistolarum medicinalium* L. III. Ulm. 1636. 4°.*. Centuria practica est. In *Epistolis & consultationibus* de linguæ freno aliqua, quale vitiose magnum vidit. Ruminans homo. Pus de pulmone per urinam exiisse.

Aliquæ observationes de noctambulone & urina per alvum & os rejecta sunt inter obss. HILDANI.

Marcelli DONATI etiam historias medicas libro VII. auxit.

Opera omnia prodierunt Noriberg. 1660. fol. Goudæ 1661. 4°.*. Priora huc redeunt. L. II. de natura humana hic constituunt *Institutionum medicarum* Partem I. In *physicarum institutionum* L. II. aliqua sunt de anima. Prodierant 1637. 4°. Wittebergæ.

In T. II. sunt *Miscellanea de inediis miraculosis: de embryone putrefacto multis annis gestato, de nævis*, ex epistolis sumta. Observationes nempe & epistolæ in ordinem methodicum dispositæ hic redeunt.

§. CCLXXXII. *Paulus* LENTULUS,

Nobili gente natus, cum *G. Fabricio* HILDANO Poliater Bernensis. Ej. *historia admirandæ Apolloniæ Schrejeræ virginis in agro Bernensi inediæ* Bern. 1604. 4.*. Collectio accedit, in qua BUCOLDIANI libellus, & CITESIANA, & variæ ex J. LANGIO, J. PONTANO, J. COBOLDO, N. EBERO, *Al.* BENEDICTO, L. JOUBERT, J. WIERO, HILDANO, C. GEMMA, *Mart.* DEL RIO, CARDANO, aliisque adfines historiæ repetuntur. Ipsa triennalis illa abstemia, hebes animo, corpore vix moto, excrementis cessantibus, pene per annum cibum nullum admisit, custodibus adhibitis, nullo fæcum vestigio percepto. Eadem postea ad cibum sumendum rediit.

§. CCLXXXIII. *Johannes* RIOLANUS, JOHANNIS *Filius*,

Vir doctus, veterum scriptorum peritus (u), & acerrimus defensor, incisor hactenus exercitatus, & per quatuor annos in schola medica dissector (x), qui artem anatomicam Chirurgis male relinqui doleret (y), iconum osor, per quas VESALIUS excelluisset (z): ut ea ætas ferebat longævus, & ultra dimidium seculum Professor Parisinus, vir asper & in nuperos suosque coævos immitis ac nemini parcens (a), nimis avidus suarum laudum præco, & se ipso fatente anatomicorum princeps. Ad hunc RIOLANUM pertinuerint *duæ disputationes Non ergo conceptionis τεκμηριον lac in mammis* Paris. 1601. 4°. resp. *Antonio* ROUSSEL & *Ergo actionis causa ευκρασια* Paris. 1604. 4°. resp. *Claudio* CHARLES.

 Cum

(u) Legerat omnes *schol. anat. præf.*
(x) p. 68.
(y) *Anthropol.* p. 57. & in *præf Enchiridii.*
(z) p. 52. 53.
(a) PATINUS, amicus RIOLANO in *Epist.* 40. ad SPONIUM. Nimium vino addictus *Ep.* 133.

Cum tamen non ſatis certus ſim, non eſſe prioris RIOLANI, primum opus noſtri cenſeo *libellum de monſtro nato* Lutetiæ anno 1605. 8.* Pariſiis excuſum, fetus nempe duos femininos, pectoribus connatos, quales deſcriptos dedi. Cor duplicatum, quatuor ventriculis, venæ duæ umbilicales confluentes. Credulus monſtrorum hybridum defenſor.

Deinde anno etiam 1605. 8°.* Pariſiis edidit *Comparationem veteris medicinæ cum nova*, HIPPOCRATICÆ *cum hermetica*, *dogmaticæ cum ſpagirica contra Alchimiſtas*. Pro vera anatome contra poeticam illam alchemiſtarum anatomen.

EJ. *Examen animadverſionum* BAYCYNETI & HARVETI. Aquam non nutrire.

EJUS *Schola anatomica novis & raris obſervationibus illuſtrata* Pariſiis prodiit 1608. 8. cum annos natus non plus 27. (*b*), tamen per octo annos corpora humana incidiſſet. Primum magni operis rudimentum. Oſteologiam ſ. comm. in GALENI lib. *de oſſibus* continet, quæ præcipua hujus operis pars eſt; deinde muſculos; de vaſis aliqua, parteſque genitales mulierum cum fetu. Hymenem adſerit, fetus viſcera & oſſa cum adulto homine comparat. Recuſa hæc ſchola eſt Genevæ 1624. 8. non aucta, & Paris 1652.

Anatomen corporis humani Pariſ. 1610. 8. excuſam habet LINDEN.

EJUSD. *oſteologia ex veterum & recentiorum præceptis deſcripta*, in qua *Iſagogica de oſſibus tractatio*, *cum oſteologia infantium ad ſeptennium*, GALENI *de oſſibus* lib. *cum* J. SYLVII *commentario*, RIOLANI *explanationes apologeticæ pro* GALENO *adverſus novatores. Simiæ oſteologia & oſteologia ex* HIPPOCRATIS *libris eruta* Pariſ. 1614. 8.* 1613. 12. RAST. Primus libellus non redit in anthropographia, neque valde nova continet. Explanationes breviſſimæ & parvi momenti ſunt: Simiæ oſteologia aliquanto utilior. Manus a pede diſcrimen oſtendit, dentes fuſe deſcribit, cellulaſque ethmoideas & ſphenoideum ſinum. Oſteologia HIPPOCRATICA brevis.

Porro, cum *Nicolaus* HABICOT anno 1613. 8. edidiſſet *Gigantoſteologiam*, qua oſſa Tentobocchi gigantis ſe putabat deſcribere, prodiit Pariſ. 1613. 8°. *Gigantomachie pour repondre à la Gigantoſteologie.* Auctor ſe medicinæ ſtudioſum dicit, ſed ipſe erat RIOLANUS.

Cum reſpondiſſet HABICOT in *diſcours apologetique touchant la vérité des géants contre la Gigantomachie* Paris 1615. 8. rediit altera refutatio gigantum cum titulo *Gigantologie*, *hiſtoire de la grandeur des Géants*, *où il eſt démontré*, *qae de toute ancienneté les plus grands hommes & géants n'ont été plus hauts que ceux de ce tems* Paris 1618. 8. Recte RIOLANUS: fabula enim erat, quam HABICOTIUS defendebat.

EJUSD. RIOLANI *diſcours ſur les hermaphrodites où il démontre contre l'opinion commune qu'il n'y en a point de vrais* Paris 1614. 8. BUR. Contra hunc libellum ſcripſit *Jacobus* DUVAL.

EJUSD.

(b) *Oper.* p. 849.

EJUSD. ut putatur *Extrait des œuvres nouvellement imprimées de* M. HABICOT 1615. & *jugement* de HERACLITE & de DEMOCRITE 8. parvi libelli.

EJUSD. *Anthropographia ex propriis & novis observationibus concinnata* Paris. 1618. 8.*. Ipsum opus laudabo, quando de posteriori editione agam. Accessit huic editioni Anatomica fetus historia, ex collectione sumta, quam paulo prius diximus: tunc descriptio hymenis a se ipso visi: & gratiarum actio pro theatro anatomico, rogante A. LAURENTIO condito, cujus curam Archiater sibi commisisset: demum aliqua de theatri anatomici conditionibus. Denique observationes in viventibus animalibus anatomicæ. Motum cerebri vidit, & in vivis animalibus, & in hominibus, quibus morbus calvariam consumsisset. Recurrentes nervos resectos præter vocem ereptam animali non nocere. De cordis motu, non optime. Pulsum fieri a sanguine in arterias projecto.

Alia editio auctior successit Parisiis 1626. 4. adjectis opusculis osteologicis anno 1614. editis. Tertia ibid. 1649. fol.* edente *Guil.* PATIN. Titulus est *Opera anatomica*. Paucos annos anatomæ dederat auctor, inde decem integris annis peregre abfuerat cum *Maria* MEDICEA, exsule Regina, & plusculis annis nulla occasione usus fuerat incidendi. Quare in lectione potissimum scriptorum veterum & nuperorum operam suam posuit, & eruditissimum flosculisque undique sumtis ornatum opus contexuit, integram nempe anatomen, in plerasque corporis partis utiles aliorum scriptorum adnotationes congessit. Neque tamen propria fruge cassum dedit opus. Non possunt hic ex magno opere decerpi, quæ invenit, pauca sufficiat citasse. Omentum vidit hepati cavo insertum, & ejusdem finem dextrum intestinalem (*c*). Laxata sæpe vidit ossa pubis, & sacrum os ab ilium ossibus dimotum. Coracohyoideum musculum a costa superiori scapulæ nasci recte monet. Orbicularem palpebræ in tres musculos dividit; carunculam lacrumalem a glandula cognomine separat. Fibras musculares felleæ vesiculæ rejicit. Venarum longi tubuli. Unicum esse intestinum tenue. Appendicula vermiformis. Corpus HIGHMORI. Unicum vas epididymidis. Cor nihil patitur ligato nervo octavi paris. Hymenem restituit, carunculas ejus reliquias esse ostendit. Renis pelves duæ visæ. Sphincteres ani duo, quorum exterior vesicam comprehendit; hujus a calculis natæ cellulæ. Arterias umbilicales se de sua vagina retrahere, & eas relinquere innanes PORTAL. Fetus tubarius. Lienem situm mutare. Cartilagines semilunares. Vascula hepati cystica. Valvula in vena intercostali. Myloglossum rectius mylohyoideum vocat. Pro motu totius pelvis super ossa femoris. Quatuor ligamenta clitoridis. Arterias umbilicales ex aorta nasci. Tendines interosseorum & lumbricalium musc. conjungi. Psoas minor tendinea expansione majorem complectitur & iliacum. Variæ glandulæ conglobatæ. Appendices epiploicæ coli (*d*). Nigredinis Aethiopum sedem esse in cuticula. Ligamentum a processu styliformi in maxillæ angulum. Valvulas venæ sine pari vidit, & in origine venarum renalium alias. Clitoridis musculos sibi tribuit, fetumque in ovario vidit. Liga-

(c) Mesocolon tamen cum omento confundit.
(d) Hæc DOUGLAS.

Ligamentum inter ossa pubis (ischii ipse vocat). Ramos præcipuos arteriæ aortæ restituit, a prioribus turbatos.

Una prodierunt *osteologica*, quæ dixi. Deinde *opuscula anatomica nova*, quæ eodem etiam anno 1649. Londini 4.* prodierunt. Quæstio in hæc verba *Non ergo propter motum sanguinis in corde circulatorium mutanda* GALENI *methodus medendi* Paris. 1645. Circuitum sanguinis aliquem admittit, ex eo tamen ramorum minorum venæ portarum, cavæ & aortæ sanguinem excludit, quem negat, nisi in casu inediæ ad cor redire. Multo etiam lentiorem facit circuitum.

Inde porro de circulatione agit, quam primum se adfirmat invenisse novam, & multis HARVEIANUM circuitum tamquam impossibilem refutat, vestigia etiam circuitus ex veteribus recolit.

EJUSD. *notæ in duas* J. WALÆI *dissertationes*. Contra experimenta pugnat ratiociniis.

Tunc plerosque anatomicos sui seculi invadit; primum suum olim patronum *Andream* LAURENTIUM. De vena saphena aliqua. Arcum aortæ bene describit, & ejus arteriæ divisionem in superiorem & inferiorem truncum rejicit.

Inde *Casparum* BAUHINUM, a quo se compilari queritur.

Adrianum SPIGELIUM. Rectos abdominis musculos pelvim elevare. Motus peristalticus in homine visus.

C. BARTHOLINUM umbratilem anatomicum vocat, qui sua ex BAUHINO habeat, & ex Patavinis.

Casparum HOFMAN, acutum virum, sed qui sanguini manus non intinxerit.

VESLINGIUM, quem tamen reliquis præfert, in quos scripserat. Hic alternationem in anulis musculorum abdominis sibi tribuit, ut exterior quisque altior sit.

Aemilium PARISANUM, cum quo de diaphragmate litigat.

Raræ observationes anatomicæ. D. BEDEAU de viro, cui viscera in alterum latus transposita. Puella villosa. Homo, cui imperfectior alter de ventre prodibat.

Libellus *de monstro* recusus.

EJ. & J. *du* CLODAT disp. in hæc verba: *Ergo cor movetur in fetu* Parisiis 1621.

EJ. *fetus historia* ibid. 1628. 8.

EJUSD. *Enchiridion Anatomicum & pathologicum* Paris. 1648. 12. Leidæ 1649. 8.* Parisiis 1658. 8.* aliquantum auctum. Lipsiæ 1674. 8.* Francofurti 1677.

1677. 8. Lugduni 1685. 8. Gallice *manuel anatomique & pathologique démontré par l'usage* Paris 1661. 12. UFF. Lyon 1672. 12. 1682. 12. HOIN. vertente SAUVIN. In aliquibus editionibus, ut in Leidensi & Lipsiensi, adjectæ sunt tabulæ VESLINGII; alter vero tomus nunquam prodiit, quem RIOLANUS promiserat (e). Utile compendium, quo pleraque continentur, quæ auctor propria habet, etiam ad morborum sedem & causas: senile cæterum opus, in quo RIOLANUS totius longæ & laboriosæ vitæ inventa collegit. Multa etiam habet, quæ in magno opere desiderantur. Mireris post quam I. libro osteologiam dederat, sexto osteologiam suam recentem cum ligamentis & cartilaginibus redire. Osteogenia fere ex FALLOPIO & libro RIOLANI anno 1614. 8. excuso. In musculis nova nomina excogitavit. Myotomen subjecit myologiæ. Dentium anatomen docuit ex animalibus eruere. In pede lumbricales tres ad quinque reperiri, ortos ex tarsi ligamenti articulari. Interosseos musculos ab uno principio nasci, ex massa carnea ossium metacarpi cavum replente. Musculos auriculæ, nimis potius numerosos recenset. Ciliaris musculus. Fasciculus a sphinctere in levatorem ani. Tabulæ seorsim prodierunt Leidæ 1649. 4°. Francofurti 1677. 8°.

EJUSD. *opuscula anatomica varia & nova* Paris. 1652. 12.*. *De circulatione sanguinis & doctrina* HIPPOCRATIS *tractatus*. Novus libellus neque idem cum eo quem diximus, ejusdem tamen scopi. Repetit suam circulationem RIOLANEAM, in qua sanguis venæ portarum crassior ad cor non redit, neque per pulmones sanguis circumit, sed per septum cordis ex dextro ventriculo in sinistrum transit: dari vult tempora, quibus sanguis in arterias ex venis refluat. Mihi videtur vim veri sensisse, gloriam HARVEJI ferre non potuisse.

Notationes in I. exercitationem HARVEJI *de circulatione sanguinis*. Acerbum de HARVEIANIS exercitationibus judicium, absque experimento natum. Ossicula duo in carotide primum cranium ingrediente describit. Sanguinem vult per venas descendere. Experimenta HARVEJI & WALÆI evadere nititur.

HIGHMORI *anacephalæosis*. Errores potissimum angiologicos notat.

Anatome pneumatica, a flatu nempe adacto nata phænomena. Multa experimenta capere suadet, ex aliis recepta, neque sibi visa. Redit in sequente collectione.

Responsio ad HARVEJI *primam exercitationem de circulatione sanguinis*, scripta post editum *enchiridion*.

Responsio ad secundam Exercitationem de circulatione sanguinis, & ad tertiam.

Notationes in GASSENDUM *de circulatione sanguinis*.

(e) Contra GUIFFARTUM.

De transpositione partium naturalium ex sinistro latere in dextrum, visam in latrone Fraucœur.

Responsio ad nova experimenta anatomica PECQUETI, ut chylus hepati restituatur, aspera & frivola disp.

Admonitio ad Petrum GUIFFART *de cordis officio novo.*

Defensio adversus P. Marquard SLEGEL *de circulatione sanguinis.* Inanis.

Caput ex physiologia C. HOFMANNI inedita, contra circulationem HARVEJI. Spreverat inventum doctus, nec experimentis innutritus senex.

Ej. *opuscula nova anatomica &c.* Paris 1653. 8°.*. Plures asperrimi libelli, a docto sene ad memoriæ dictamen & absque novo experimento scripti. *Judicium de venis lacteis s. de unione vel synanastomosi venæ Portæ cum Cava*, & *Examen libri* T. BARTHOLINI *de lacteis thoracicis.* Chylum ad hepar tamen ferri. BARTHOLINUM præpropere ad unicum experimentum suum inventrem publicasse. Ductum qui nunc thoracicus dicitur, venam esse, quæ de mesenterica in cavam adscendat, & certis tantum sub conditionibus chylo repleatur. *Lymphatica* T. BARTHOLINI *refutata.* Inventa esse a HIGHMORO. *Hepatis funerati & resuscitati Querimonia ad medicos Parisienses. Animadversiones secundæ ad anatomiam reformatam* T. BARTHOLINI. Acribologia, ad auctoritates exacta, Valvulam (EUST.) se ex bove sumsisse, & C. STEPHANO. Se valvulas in vena sine pari demonstrasse. T. BARTHOLINI *dubia anatomica de lacteis thoracicis* a RIOLANO *resoluta*, RONDELETIUM, dum de vena dorsali dixit, intellexisse ductum thoracicum, (quod nullo modo probabile fit). *Commentatio adversus novum de venis lacteis commentum.* Venas lacteas chylum ad hepar vehere: si in homine reperiantur, quod incertum sit, esse ramulos venarum mesaraicarum.

Anno 1655. 8°.* prodierunt *Responsiones duæ prima ad experimenta nova* PECQUETI, *altera in duos Doctores Parisinos adversus sanguificationem in corde*, nec non RIOLANI *judicium novum de venis lacteis thoracicis.*

Ej. *E. hepar sanguificationis opifex* Paris. 1655. 4°.

EJUSDEM *opuscula quædam physiologico-medica* in Germania edita 8°.*, & cum *enchiridii editione Parisina* anno 1658. 8°.*. Continent *Commentarium adversus novum de venis lacteis commentum* PECQUETI. Non poterat ferre acer senex, hepar de dignitate sua detrudi, dum chylus ad cor, insalutato hepate traducebatur.

Additamentum in quo declaratur RIOLANI *judicium generale de motu sanguinis in brutis & in homine*, adversus SLEGELIUM. Volebat jam tunc acerbus judex experimentis in animalibus captis utilitatem negare, quam in homine iis HARVEIUS tribuebat. Alius est a priori in SLEGELIUM libello.

EJUSD. *de unguibus* parvus libellus, & alter *de pilis.*

De valvulis venarum. Historia inventi ab ipso retro DIONYSII ἐξανθισμῷ. Nervi & arteriæ femoris.

In

In editione *Enchiridii* Lugd. 1682. 8°. Gallica DOUGLASSIUS addit, prodiisse anatomen fetus humani & animalis viventis, observationes easdem puto quas indicavimus.

Lego Parisiis anno 1629. 4°. prodiisse *les œuvres anatomiques de* RIOLAN.

§. CCLXXXIV. *Varii.*

Georgii GRASSEK *examen microcosmici theatri s. de fabrica corporis humani* Argentorati 1605. 8°.*. Compendium collectitium. Renem duplicem describit. Morbos cum partium corporis humani historia conjungit. Germanice versum est cum titulo: *Summarische Erklärung der anatomischen Contrafaitur eines Mannsbildes* Strasburg 1606. 8°.

EJUSD. *vitæ humanæ delineatio jatrica* Spir. 1615. 4°. HEIST.

Menelai WINSEMII, Leovardiensis, *compendium anatomicum disputationibus triginta in illustri Franekerana propositum* Franeker. 1605. 4°. LIND. Conf. p. 203.

Joh. TALENTON *in rerum variarum & reconditarum thesauro* Francofurti 1605. 8°.*. Varia habet ad rem anatomicam, ut de ætate animalium humana breviori; de permutato hepatis & lienis situ: de pygmæis. Linguam solam gustus sedem esse.

Rafael GUALTEROTTI, nobilis Florentini, *scherzi degli spiriti animali dettati con l' occasione dell' oscurazione dell* a. 1601. Firenze 1605. 4°. B. *Bern.* Varia de sensibus, de cerebro, de spiritibus animalibus, de viribus imaginationis.

Jacques D'AMBOISE, Medici & Chirurgi, *an ab oculis contagio* Paris 1605. 4°. lego citari.

Jac. FABRICIUS *de urinis* Rostok. 1605. 4°.

EJUSD. *de tussi* ibid. 1626. 4°. RIV.

Thomæ BRUNI *discorsi academici delle grandezze del microcosmo* Venez. 1605. 4°. TREW. si huc facit.

Balthasar GITLER *de venarum & arteriarum vero & genuino exortu* Lips. 1605. 4°. BOEHM.

SCHERZ *de tactu, gustu & olfactu* Francof. 1605. VATER.

EJUSD. *de homine* Witteberg. 1606. 4°. VATER.

Dionys. GUERIN & *Albert.* GOLEMOFSKY *E. pulsuum cognitio medico necessaria* Paris. 1605. 4°.

Germani CLERSELIER *Ergo a pulmone in thoracem transmissio* Paris. 1605. 4°.

Rob. le SECQ & JAMOYN *E. semen a toto corpore deciduum* ibid. 1605. 4°.

Hieron. TACQUET & *Stephani le* FRONT *Ergo potest mulier non menstruata utero gerere* ibid. 1605. 4°.

§. CCLXXXV. *P. Paulus* SARPI,

Acerrimus jurium patriæ ſuæ defenſor eo tempore, quo plerique romanæ eccleſiæ adſeclæ nondum didicerant fulmina pontificia ſpernere, erecti ad verum percipiendum animi, & rectiſſimi judicii vir; dicitur anatomicis etiam experimentis eſſe delectatus (*f*). Ipſum ſanguinis circuitum ſunt, qui ſummo viro inventum tribuant (*g*), & exſtat teſtis (*h*), qui apud diſcipulum, & ſucceſſorem SARPII, FULGENTIUM, codicem M.S. ſe legiſſe dicat, quo is circuitus deſcriberetur. Hactenus hæc teſtimonia *Georgius* ENT admittit, ut ab HARVEJO SARPIUM habuiſſe contendat, quæ de circuitu noverat (*i*). Sed dudum ipſe adverſarius HARVEI RIOLANUS SARPII non eſſe tantum inventum oſtendit (*k*). Ipſe demum P. FULGENTIUS circuitum ſanguinis omnino amico ſuo & patrono non tribuit.

Valvulas vero venoſas IDEM utique a SARPIO inventas eſſe auctor eſt (*l*). Cum enim vir ILL. ſecum obſtaculum meditaretur, quod ſanguinem venoſum ſuſtineret, ne relaberetur, incidiſſe eum per experimenta in valvulas, quæ huic officio præfectæ eſſent. In hunc ſenſum & RIOLANUS ſcripſit, & WALÆUS, & alii, & in vita PEIRESCI GASSENDUS. Verum cum H. FABRICIUS anno jam 1574. valvulas venoſas invenerit, quo tempore SARPIUS vigeſimum annum non exceſſerat, cum potuerit a CANANI & SYLVII teſtimoniis ad valvulas inveſtigandas adduci, cum SARPIUS, alieniſſimis laboribus vitam impenderit, & nihil præſtiterit, quod ſpem faciat tanti inventi, nolim immenſis viri laudibus hanc adſuere (*m*). Neque HIERONYMUS verum inventorem valvularum diſſimulare ſuſtinuiſſet, ſi omnino a SARPIO, viro ſummæ auctoritatis, valvularum indicium accepiſſet.

EIDEM SARPIO motum uveæ inventum vitæ auctor GRISELINUS tribuit (*n*), & tribuebat utique H. FABRICIUS. Sed tota antiquitas ejus inventi particeps fuit. Vidit etiam SARPIUS, qua erat ſapientia, non eſſe in viſis corporibus adfectiones, quas in ſenſibus noſtris ineſſe perſuademur.

§. CCLXXXVI. *Varii.*

Scipion du PLEIX *les cauſes de la veille & du ſommeil, des ſonges de la vie & de la mort* Paris 1606. 12°. B. *Bern.* 1609. 12°. THOMASIUS. Juris C. & advocatus ex ſcholarum ſenſu hæc tractat, non ille expers ingenii.

J. Vincentii GOSII, Medici Taurinenſis, *tabulæ anatomicæ ex optimorum autho-*

(f) GRISELINI *vit.* p. 19.
(g) WALÆUS, LARVATUS *Joh.* LEONICENUS *apoll. & æſcul. metamorph.* p. 76. ULMUS, T. CORNELIUS. GEMMA *ital. letter.*
(h) VESLINGIUS in *Epiſt.* 26. *Cent.* I. BARTHOLINI.
(i) *Apolog. pro circul. ſang. præf.*
(k) In WALÆUM p. 613.
(l) In *vita* p. 28.
(m) Confer MORGAGNI argumenta in *Epiſt. Anat.* XV. n. 86. prolata.
(n) p. 27.

authorum sententia, quibus accesserunt chirurgicæ aliquæ operationes, quæ inter secandum demonstrantur Turin. 1606. 4°. Opus uberius CABROLIANO, fere similis scopi PORTAL.

Alfonsi de FREYLAS *Si los melancholicos pueden sabir lo que esta por venir con la fuerça de la imagination* Giennii 1606. 4°.

Ildephons NUNNEZ *L. de pulsuum essentia, differentiis, cognitione, causis & prognosticis* Salmantic. 1606. 4°. CHIV.

J. Ant. de FONTECCHIA *dictionarium medicum* Complut. 1606. 4. N. ANT.

Balthasaris SCHULZII, Uratislaviensis, *Synopsis historiæ naturalis de mundo*, item *de homine* Witteberg. 1606. 12°. LIND.

Filiberto Gherardo SCAGLIA *fisionomia naturale* Napoli 1606. D'ETR.

Philothei Eliani MONTALTI *optica de visu, de visus organo & objecto* Florent. 1606. 4°. PLATN. Genev. 1613. 4°. PLATNER Philippum vocat.

Christoph. STIMMEL *de singultu* Erford. 1606. 4°. RIV.

Christoph. PREIBIS *de sanitate & morbo* Witteberg. 1606. 4°. HEFT.

EJ. *de generationis simplicis & corruptionis natura* Lipsiæ 1620. 4°.*. Physici potius argumenti.

EJ. *fabrica corporis humani octo disputationibus in alma Lipsiensi comprehensa* Lipsiæ 1621. 4°. LIND.

Jacobi MARTINI *theorematum anthropologicorum f. exercitationes περὶ τῆς ψυχῆς* huc faciunt VII. *de vita & morte* Witteberg. 1606. 4°. VIII. *de potentia sensitiva* ib. IX. *de suprema cavitate* 1605. H. X. *de visu* ib. 1608. XI. *de auditu* ibid. XII. *de odoratu & gustu* ibid. XIII. *de sensibus internis atque de vigilia, somno & insomniis* ibid. 1608. 4°.

Alterius collectionis I. *in qua variæ theses explicantur* 1610. II. *omnium corporis humani ossium ligamentorum & unguium naturam declarans* 1611. HEFT. III. *de nervorum & arteriarum natura* ibid. 1611. 4°. IV. *Omnium corporis humani venarum naturam explicans* 1611. 4°. HEFT. V. *de panniculo, ligamento carne, tendine & pinguedine* 1611. VI. *de infimo ventre* 1611. HEFT. VII. *de medio ventre* eod. anno, H. VIII. *de ventre supremo* eod. anno, H. IX. & ultima *de humoribus & spiritibus* eod. anno.

Claudii CHARLES & *Lud.* DEMONCEAUX *Ergo solus sanguis fetum alit* Parisiis 1606.

Ludovici SEPTALII, Mediolanensis, docti viri, *lib. de nævis* Mediolan. 1606. Patav. 1628. 8°. 1651. Argent. 1629. 8°. Dordrecht 1650. 12°.* Genev. 1687.*. Nævorum sedes, proportiones partium humani corporis & mensuræ. Non agit de monstrifica fabrica per matris terrores inducta.

De morbis mucronatæ cartilaginis recenset LIND. Mediolani 1632. 8°. ubi fabricam ejus cartilaginis dicitur tradere.

In B. R. *Par. de partu octimestri* libellus continetur T. IV. n. 7014. & de eo libello L. SEPTALII epistola.

Commentariorum in ARISTOTELIS problemata 2. Vol. fol. prodierunt Francofurti 1602. Lugdun. 1631. fol.*. Vide in *Addend.*

§. CCLXXXVII. *Iterum* VARII.

Latini TANCREDI, Camerotani, Profeff. Neapolitani, *de fame & siti* L. III. Venet. 1607. 4°.*. Plurimas controversias proponit, & fere pro GALENO judicat. Appetitum nasci ex melancholia: calorem domesticum nostrum corpus non consumere. Aliquid de potu in pulmonem descendere. In hydrophobia catulorum imagines putat per urinam descendere.

Wilhelm GOEREE Pictor. Cum anno 1607. ediderit *inleydingh tot de practyk der algemeenen schilderkonst*, huc refero, etsi annum verum primæ editionis ignoro libri, ejus *natuurlyke en schilderkonstige ontwerp der menschkunde* Amstel. 1683. 8°. & 1730. 8°.* editum. Pro pictoribus scripsit. De proportionibus primum partium corporis humani, quas non vult nimis stricte observari. Inde de physiognomia tum gentili, tum ejus in facie humana cum animalium facie consensu: porro de signis adfectuum animi in facie expressis, de ossibus & musculis, ad quos icones addit VESALIANAS.

Thomæ CORNACCHINI *medicina practica rationalis & empirica* Venet. 1607. fol. Patav. 1609. fol. LIND. Aliquarum corporis humani partium anatomen dat, & de urinis & pulsibus agit.

Thomas GARZON Piazza *universale* Venet. 1607. fol. In ea est caput de anatomicis, cum ejus artis compendio: tum de memoria artificiali aliud.

Josiel ABRECH, Hunepæi, *ονειροκρισιος liber novus, in quo omne genus imaginum cerebro dormientium conceptæ evolvuntur: cum instructione de variis somniorum generibus, eorumque legitima interpretandi ratione* Tremoniæ 1607. 8°.

Girolamo INGEGNERI *fisionomia naturale nella quale si tratta del saper conoscere, delle fattezze esteriori, la vita natura e costumi di qualsivoglia persone* Milano 1607. 8°. D'ETR. Vicenza 1615. fol. RINK. alii Viterbo 1615. 8°. Padova 1623. 4°. ibid.

Conr. DECKER *theses ex universa anthropologia* Heidelberg. 1607. HEFT.

Aegid. Christoph. Henrich LOEBER *de vita & morte* Jen. 1607. HEFT.

STRAUCHII *de vita & morte* Witteberg. 1607. VATER.

Adam LUCHTEN *quæstio de adipe* Helmstad. 1607. 4°. LIND.

Joachimi OELHAFEN, Gedanensis, Anatomes Professoris, multæ sunt Disputationes. *De fetu humano* Gedani 1607. 4°. PRÆTOR.

Ej.

Ej. *de partibus abdominis continentibus* Gedan. 1613. 4°.*. Polypos cordis describit, & herniam uteri ex nixu ortam. Ossa pubis frequenter, sed etiam os sacrum ab osse ilium discedere.

Ej. *de hepate* ibid. 1614. 4°. VATER.

Ej. *de motu cerebri* ibid. 1615. 4°. PLATN.

Ej. *de usu ventriculorum cerebri* 1616. 4°. VATER.

Ej. *de usu renum* ἔνδοξα *&* παράδοξα ibid. 1616. 4°.*. Renes ad generationem & seminis præparationem facere. Non mala disputatio. Cum MEIBOMIO *de usu flagrorum* recusa est Hafn. 1669. 12°.*

Ej. *an ventriculi actio primaria sit chylosis* 1630. 4°. PRÆTOR.

Ej. *de corde & venarum principio* 1643. 4°. PRÆTOR.

Jean LANAY *réponse au paradoxe de M. Jacques de* MARQUE *où il dit que la moelle n'est pas la nourriture des os* Paris 1607. 8°. PORTAL.

Ej. *le triomphe de la moelle. pour replique au traité medullaire, où replique à M. J. la* MARQUE Paris 1609. 12°. Negat PORTAL intelligi posse.

Gellius SASCERIDES, Prof. Hafniensis, *de spiritu & calido innato* Hafniæ 1607. 4°.

Ej. *de corpore humano* ibid. 1609.

Ej. *de rebus non naturalibus, aere, alimento, excrementis* ib. 1610. 1611. 1612.

Petri SEGUYN & *Fr.* PLACET *Ergo suus cuique parti spiritus* Paris 1607. 4°.

Stephani la FRONT & *J. de* GORRIS *Non ergo homini certum nascendi tempus* Paris. 1607. 4°.

Quirini de VIGNON & *Gab.* BRARD *Non ergo potest immutari naturalis temperies* ibid. 1607. 4°.

Georg. ARBAUT & *Gregorii* CERTAIN *Ergo procreatrici reliquæ facultates famulantur* ibid. 1607. 4°.

§. CCLXXXVIII. *Ludovica* BOURGEOIS.

Louise BOURGEOIS dite BOURSIER, obstetricis Regiæ, *observations sur la stérilité, perte de fruits &c.* L. I. Paris 1608. & puto ex icone 1642. 8°.*. L. II. 1642. 8°.*. L. III. 1626. 8°.* 1644. 8°.*. Germanice *Hebammenbuch* Oppenheim 1619. 4°. & Hanau T. II. ibid. 1652. 4°. T. III. Frankf. 1648. 4°. Inter obstetricios casus multa habet pertinentia ad historiam fetus & graviditatis, & rariores circa partus eventus.

§. CCLXXXIX. *Thomas* FIENUS. *Alii.*

FIENI, Archiatri Archiducis ALBERTI, *de viribus imaginationis tractatus* Lovan. 1608. 8° LIND. Leid. 1635. 16.* Lips. 1657. 12°. Lond. 1657. 8°. OSB. Utique imagi-

imaginationem matris posse fetum mutare, & signare, tum in conceptu, tum per graviditatis tempora. Exempla adducit magna ex parte falsa, & absurda, ut fetus capite concham referente, tamen per undecim annos vitalis, ex amici narratione.

EJUSD. *de formatione fetus lib. in quo ostenditur animam rationalem infundi die tertio* Antwerp. 1620. 8°.* & L. II. *in quo prioris doctrina plenius examinatur & defenditur* Lovan. 1624. 8°. BOEHMER, & *pro suo de animatione fœtus tertio die Apologia adversus Antonium* PONCE SANTA CRUZ Lovan. 1629. 8°. BURET. Ipse titulus ostendit de rebus dici, quæ nullam demonstrationem admittunt. Potius thomistica disputatio, quam medica.

In *Semejotica s. de signis medicis* Lyon 1664. 4°. bono ordine ex veteribus agit de urina, & de pulsu.

In *Guilielmi* SALUSTI domini in BARTAS *premiere semaine* Geneve 1608. 12°.* sexta pars huc pertinet, qua hominis physiologia describitur, cum adjectis notis; tum aliqua ex IV. & V. die quo animalia recensentur. De morbis agitur in die I. hebdomadis secundæ.

Bernardini CAJI *de octimestri partu* Venet. 1608. 4°. 1610. 4°. LIND. cum lib. *de alimento.*

Hectoris SCLANOVII *diascepsis anatomica patavina de vasis umbilicalibus, & secundinis: tr. de partu Gabsheimensi nupero* Francofurti 1608. 8°.*. *Hieronymi* FABRICII discipulus & CASSERII sodalis: in priori libello nihil valde boni docet; duas venas umbilicales, & urachum in funiculum productum admittit. Inde fetum bicipitem ejus similem describit, qualem & ego vidi, tamen ut anatomen non adtingat: ut ejus originem a nescio quo matris anplexu derivet.

Julii GUASTAVINII *Commentarii in decem priores* ARISTOTELIS *problematum sectiones* Lyon 1608. fol.

Tobiæ KNOBLOCH (o), Marcobrettani, *Disputationes anatomicæ explicantes mirificam corporis humani fabricam & usum* Witteberg. 1608. 4°.* 1612. 8°.* hic auctius. Dissertationes sunt 24. quibus totus ambitus anatomes & physiologiæ absolvitur, anno 1607. defensæ, cum iconibus VESALIANIS, & nonnullis, nisi fallor, propriis, ut quatuor ventriculorum animalis ruminantis.

EJ. *Constitutiones anatomicæ & psychologicæ recens editæ* Witteberg. 1661. 8. add. ad DOUGLASS. idem puto liber.

Disputationem de ossibus Wittebergæ anno 1604. editam habet HEFTER, & *de partibus supremi ventris continentibus & contentis*, ejusdem anni.

Charles DESPAIGNE *table méthodique & sommaire de tous les muscles du corps humain* Tours 1608. 4°. Rouen 1652. 4°. PORT.

EJ.

(o) Alius est JOHANNES de KNOBLOCH, Professor etiam Francofurti ad Viadr. MOEHSEN.

Ej. *table méthodique pour acquerir parfaite connoiſſance du corps humain* Rouen 1652. Nomenclator Ib.

Anton. MERINDOL *diſſ. de poſſibili ſexuum metamorphoſi* Aix 1608. 12°. A teſtibus latentibus rem explicat, & negat eſſe androgynos.

Juſti CNUTII *compendium univerſæ medicinæ juxta doctrinam* HIPPOCRATIS & GALENI Vicetiæ 1608. Patav. 1666. 8°.

Joachim FLEISSER *de ſexu ſ. de natura maris, feminæ & hermaphroditi* Witteberg. 1608. 4°. BURKH.

Chriſtian BECMAN περὶ πωγονοφυΐας Jen. 1608. 4°.

Jac. WERNICHER *de viſu* Francof. ad Viadr. 1608. 4°.

Ej. *de vita & morte* Lipſ. 1606. HEFT.

Ej. *De partibus externis* ibid. 1611. 4°. HEFT.

Valentin RULAND *de procreatione hominis* Baſil. 1608. 4°. THOMAS.

Jacob WERENBERG *de corporis humani fabrica* diſpp. X. Witteb. 1608. 4°. Ej. *de anima* diſp. X. ibid. 1609. 4°. HAEN. & in diſput. GENATHI Dec. I. Baſil. 1618. 4°.

Caſp. FINCK *de monſtris* Gieſſæ 1608. 4°. HEFT.

Franc. PLACET & *Symphorian* HAUTIN *Ergo ſuus cuique humori ſapor* Baſil. 1608. 4°.

Renatier CHARTIER & *Henrici* BLACVOD *Ergo duo generationis noſtræ primordia* Pariſ. 1608. 4°.

Georgii CORNUTY & *Philiberti* GUYBERT *Ergo pulmonis motus naturalis* ibid. 1608.

Joh. de GORRIS & *Nic.* HENAULT *Ergo principes animæ facultates ſedibus diſtinctæ* ibid. 1608.

§. CCXC. M. MUNDINUS.

Mundini MUNDINI, Vicentini, *diſputationes de iis, quæ inter peripateticos & medicos controverſa ſunt de ſemine* Taneſ. 1609. 4°.

Ej. *de Genitura pro Galenicis adverſus peripateticos & noſtræ ætatis philoſophos diſputatio, in qua nova dogmata ſpectantia ad fetuum generationem, ſimilitudines, morbos hæreditarios, facultatem formatricem, animarum conceptibilium origines refellit, nec non animatio ſeminis adverſus recentiores defenditur* Venet. 1622. 4.

Ej. *ad diſputationem de genitura additamentum apologeticum* Venet. 1626. 4°.* potiſſimum contra A. PARISANUM. Non quidem iniquam ſententiam defendit,

 dum

dum ſemen de omnibus partibus decidere, earumque modulum repræſentare negat. Cæterum experimenta anatomica non invenio.

§. CCXCI. J. A. Schenk. *Alii.*

J. Andreas Schenk *Anatomia, oder künſtliche Auffchneidung und Zerlegung eines vollkommnen menſchlichen Körpers* Frankfurt 1604. fol. cum iconibus a Meriano ſculptis.

Lælii a Fonte *de modo viſionis* Francofurti 1609. 8°.

Ejusd. *de viſu num omiſſione fiat, num receptione* Francofurti 1609. 8°. *. Pro receptione.

J. Baptiſtæ de Gello, Florentini, *de naturæ humanæ fabrica dialogi X.* italice ſcripti, a J. Wolfio latine verſi Amberg. 1609. 12°. Thomas.

Theodori Baronii *de operationis mejendi triplici læſione & curatione* L. II. Papiæ 1609. 4°.*. Practici equidem argumenti. Hæmorrhoidum tamen ſanguinem ad vias urinæ verti, & per eas ſalubriter excerni recte vidit. Vias urinarias deſcribit, earumque phyſiologiam, undique Galeniſta. Venas habet a portis in veſicam euntes.

Wolfgang Waldung *de reſpiratione* Altdorf. 1609. 4°. Will.

Ej. *de monſtris* ibid. 1611. 4°. Will.

Tobiæ Tandler Democriti *de natura humana epiſtola* ad Hippocratem *perſcripta* Witteberg. 1609. Heft.

Ej. *de noctiſurgio* ibid. 1613. 8°.

Ej. *de humoribus corporis humani* ibid. 1616. 4°. Heft.

Nic. Abraham de la Framboisiere, vulgo Frambesarii, medici Regii, opera conjuncta prodierunt Parif. 1631. fol. B. *Bern.* Lyon 1644. fol. Bodl. In ea collectione etiam *ſcholæ medicæ* habentur *multo ampliores, in quibus de theoria & praxi diſputatur.* Phyſiologiam etiam continent.

Ejus *état des parties du corps humain* Paris 1609. 12°.

Trois livres de la ſanté fecondité & maladies des femmes pais du latin de J. Liebault *augmenté par* Lasare Pe *&c.* Paris 1609. 12°. Verſio ex *Johanne* Liebault. (Conf. p. 228.)

Claudii Boyvin & J. Cousin *Ergo corpus triplici facultate regitur* ib. 1609.

Phil. Hardouin & J. Pietre *Ergo fetus integra formatio diverſis temporibus abſolvitur* ibid. eod. anno.

Ej. & *Lud.* Savot *Ergo affectus animi res non naturales* ibid.

Nicolas

Nicolas MARCHAND & *Lud.* SAVOT *Non ergo chrystallinus humor præcipuum est visus instrumentum*, ibid.

Guil. BEARD & *Hieronymi* GOULU *Ergo a calore insito incrementum* ibid. eod. anno.

Demetrius CANEVARIUS circa hæc tempora scripsit. Ejus *Commen. de hominis procreatione* Venetiis editus citatur in *Bibl.* BODL.

§. CCXCII. *Nicolaus* HABICOT,

Non quidem eruditus homo, sed exercitatus incisor, plura quam eo seculo solebant cadavera dissecuit, hinc multa rectius aliis vidit.

EJUS *Semaine ou pratique anatomique par laquelle est enseigné par leçons le moyen de les assembler les parties du corps humain les unes d'avec les autres sans les interesser* Paris 1610. 8°. 1630. 8°.* 1660. 8°.* & Belgice vertente *Caspare* NOLLENS *de anatomische weeke ofte practyk — het mittel de partyen des menschelycken lighams sonder de eene of de andere te beschadigen van een te scheyden* Haag. 1629. 8°.*. Passim quidem errores aliqui admisti sunt, ut solida appendicula cæci intestini, allantoidea membrana flatu repleta, unicus ductus seminalis, pro novo invento, negati uvulæ musculi. Aliqua tamen vitia multis meritis redemit. Multa etiam subtilia vidit. Tria ligamenta vesicæ, ad pubem ac rectum intestinum euntia; conjunctionem vasorum phrenicorum cum brevibus, duo hepatis ligamenta. Levatorem ani intra pelvim præparare docuit: Eminentia dividens uterum. Arcum aortæ recte dixit, & veram coracohyoidei originem. Thyreopalatinus in cartilaginem scutiformem insertus. Foramen ovale sæpe in adulto homine patulum. Quatuor ossiculorum auditus ligamenta, mallei & stapedis duo, duæ incudes: vasa tympani, stylothyreoideus musculus. Verus ordo musculorum interosseorum, RIOLANO ignoratus (*p*), interni tres, externi quatuor. Musculos intercostales internos ad sternum continuari. Levator scapulæ duplex. Constrictor pharyngis fere ut apud ALBINUM, cum originibus, quales VALSALVA propriis nominibus distinxit. Ligamenta scapulæ, carpi, vertebrarum. Vasa pelvis non male: omnia ex propria industria, absque familiari eo ævo VESALII repetitione.

EJUSD. *Paradoxe myologique par lequel il est démontré contre l'opinion vulgaire que le diaphragmate n'est pas un seul muscle* Paris 1610. 8°. duos nempe musculos esse, dextrum & sinistrum.

EJUSD. *Gigantosteologie ou description des os d'un géant* Paris 1613. 8°.*. Nimis hic se credulum præbuit famæ rerum non visarum. TEUTOBOCCHI gigantis 30. pedum sceleton, in Gallia effossum esse referebatur, descriptum a PIERRE MESENGER, cum titulo *histoire veritable du géant* TEUTOBOCCHUS *lequel fut enterré aupres du Chateau de Chaumont* Paris 1613. & Belgice Utrecht 1614.

(p) Du CHANOI p. 43.

1614. Goulin. Tam enormem ſtaturam ut approbet, noſter rumores vaniſſimos quosque colligit, etiam Margaretæ Hollandicæ 365. pueros. Ipſum ſe gigantem quindecim pedes altum vidiſſe. Hæc, cum tamen fateatur, oſſa ſui Teutobocchi ab oſſibus humanis differre, etiam femoris obliquitate, trochanterum defectu. Inde per ſingula oſſa ſua deſcribit, & dentes, non nimios, cum ipſe alias dentem quadrilibrem viderit. De alio gigante 25. pedum in ſepulchro reperto.

Adverſus hunc libellum prodiit *l'impoſture decouverte des os humains fauſſement attribués aux Roi* Teutobocchus 1614. Proportiones non reſpondere humanis oſſibus. Sed etiam *Gigantomachiam* Riolanus ediderat. Reſpondit anonymus (q) *diſcours apologetique touchant la vérité des géants contre la Gigantomachie d'un ſoi-diſant eſchollier de médecine* Paris 1614. 8°. D'Etr. Defendit Chirurgos Pariſinos.

Prodiit etiam *Monomachie où réponſe d'un compagnon chirurgien nouvellement arrivé de Montpelier aux calomnieuſes inventions de la Gigantomachie de* Riolan anno 1614. vel 1615.

Contra priorem *apologiam* prodiit *réponſe à un diſcours apologétique touchant la vérité des géants par Nicolas* Habicot Paris 1615. 8°. D'Etr. Omittit gigantes, & cenſores ſuos adgreditur.

Et *Jugement des ombres d'Heraclite & de Democrite ſur la réponſe d'Habicot au diſcours attribué à* Guillemeau 1617. Hoc Riolano tribuitur.

Iterum repoſita eſt *Gigantologia* quam dixi Pariſ. 1618. 8°. & ad iſtam denuo Habicotius reſpondit in *Antigigantologie ou diſcours de la grandeur des géants par* N. Habicot Paris 1618. 8°. Houss. aut 1619. 8°. D'Etr. Sed vana res fuit, teſte Peiresco, neque eæ erant oſſium proportiones, quæ in homine (r).

Video etiam apud Cl. Portal *touche chirurgicale*, ſcriptum Habicoti 1618. contra Riolanum, *& correction fraternelle ſur la vie* d'Habicot, *où l'on fait voir en paſſant la critique de ſes ouvrages, & notamment de la gigantoſteologie* 1618. 8°. Ironia.

Ejusd. *Queſtion chirurgicale dans laquelle il eſt demontré que le chirurgien doit aſſurement pratiquer la bronchotomie* Paris 1620. 8°.*. Anatomen laryngis præmittit, in qua denuo ſtylothyreoideum reperias, & muſculum robuſtum a primæ colli vertebræ proceſſu transverſo venientem, quem vocat Acanthothyreoideum. Stylohyoideum muſculum in linguam inſeri docet, inque cartilaginem ſcutiformem.

In *problemes medicinaux & chirurgicaux* Paris 1617. 8°.* vix quidquam eſt, quod mereatur citari.

§. CCXCIII.

(q) Eſſe Chirurgum Guillemeau.

(r) *Merc. de France* 2. Contin. 1613. p. 2. ad p. 272.

§. CCXCIII. *Lambertus* SCHENKEL.

Gazophylacium artis memoriæ collectum studio Lamberti SCHENKELII Argentorati 1610. 8°.* D'ETR. recusum Lips. 1678. 8°. Gallice versum cum titulo *le Magazin des Sciences ou le vrai art de memoire découvert par* SCHENKELIUS, *traduit par A* *ien le* CUIROT Paris 1623. 12°. D'ETR. Similis tituli opusculum exstat *Petri* JUVERNAY Paris 1643. 8°. D'ETR.

Hunc libellum non contigit vidisse. Sed Lugduni anno 1618. & 1619. 12°.* prodiit *collectio*, quæ non potest ab opere SCHENKELII divelli. Auctor se vocat J. PAEPP *Galbaicum*, nomen autem in ipso opere passim legitur PAPEN. Primus libellus est εἰσαγωγη s. *introductio facilis in praxin artificiosæ memoriæ* 1618. Citat experimenta discipulorum, qui integras conciones repetierint, & triginta voces sibi prælectas, cum numeris ordinem exprimentibus. Utitur imaginibus pro syllabis & vocibus suppositis, ut *ala-band*, & *ensis* Alabandensem denotent. Inde literas convertit in homines, ut Eusebius ante Thomam vocem & exprimat. Iterum literas in ordines distribuit, ut quinque priores hominibus, quinque alias insigni aliquo, tertias instrumento, quartam classem actione aliqua exprimat. Reliqua sunt ex RAVENNATE. Postulat pro concionatore quatuor cubicula, in singulo locos centum, ut imagines suas ordinet. Eos locos eradere jubet, ut aliis imaginibus cedant.

EJUSD. *artificiosæ memoriæ fundamenta clarius quam unquam demonstrata* Lyon 1619. 16°.* Mutat signa in magnas imagines, suo ordine collocatas, quæ signorum connexio tota arbitraria mihi non videtur absque maximo labore obtineri posse. Laudat auctor GORAJUM, qui centum vocabula intra quartam horæ partem retineat, novique testamenti totum caput intra horam discat, qui plures quam quatuor epistolas dictet &c.

Incipit a centum & ultra rebus familiaribus, quas per angulos cubiculorum disponit: his alias res, retinendo destinatas, adponit, ut ordinem servent & numerum: ita cultrum cum J. CÆSARE conjungit, cum Tiberi TIBERIUM. Exemplum dat centum idearum, per quinque cubicula dispositarum. Deinde consilia sibi magis propria aperit. Alphabetum constituit nominum propriorum, quibus numeri idearum augeri possunt: dum cuilibet hominum, nam sunt homines, per manus pedesque quinque aut novem ideæ adnectuntur. Ex his hominibus vocabula componit, Anchoram ex Andrea, Conrado, Raphaele. Adjuvari putat memoriam, si his hominibus aliquæ actiones tribuantur, ut crescant, minuantur, artus amittant, adquirant. Ita ex uno CATONE varia agente, quatuor fiunt ideæ. Ordinem idearum obtinet per angulos cubiculi, & secundum lineas diagonales, ad imitationem literæ M. aut alterius dispositas. Declinationes & casus exprimit homine nudo, aut vestito, & quolibet casu in suum artum suamque corporis sedem inscripto. Finis operis iterum est in imaginibus.

Jani PHOSPHORI (iterum ut puto *J. Pæppii*) SCHENKELII *detecti editio*

 tertia,

tertia, in qua quidquid obſcuritatis præcedentes editiones habebant, candide aperitur Lyon. 1619. 12°.*. Fere priora noſter repetit paulo magis explicata, & in lectiones diviſa. Primo de locis, in quæ mens debet imagines diſponere. Altero l. docet ut imagines in ſententias coaleſcant. L. III. ut ab initio, ſi id ſolum retineri queat, reliqua ſponte fluant. L. IV. Vocabula ut per imagines exprimantur, per colores, per hieroglypha, numeri per res aliquas, quæ ejus ſint numeri. L. V. Ut integra concio in memoria retineri poſſit. Celeritatem putat obtineri per imaginum compendia, quæ multas voces exprimant: ex retentione ſolarum præcipuarum: ex repetitionibus. Ut per exercitium memoria convaleſcat. L. VI. iterum de locis, magis hic ornatis, in cubiculis, cælo, geographia, & de eorum evacuatione. L. VII. de cubiculis ſingula debere ſingulæ arti ſervare, aut artis parti. De retinendis citationibus: de pluribus epiſtolis una dictandis. L. VIII. de ſingulis artibus. L. IX. Ut poſſit artificioſa memoria adjuvari. Imagines melius operari motas, quam ſtabiles. Debere grandes eſſe: actiones vero fædas, aut ridiculas. Methodus ſtudendi per præparationem ad lectiones & repetitionem. SCHENKELII diſcipulum ſententias reddidiſſe 25. voces 25. deinde voces 300. ſententias 240.

Χρισις (κρισις) *Jani* PHOSPHORI *in qua* SCHENKELIUS *illuſtratur, memoriæ dignitas probatur* Lyon 1619. 12°.* Multa ſimilia priorum. Locorum & imaginum ratio ex veteribus, ipſis auctorum locis adductis repetit, & CICERO SCHENKELIO nimis obſcuro præfertur. Sequuntur iterum lectiones, & imagines per actiones connectuntur. JORDANUM BRUNUM anguloſas figuras pro LULLIANIS rotundis adhibuiſſe, nimis vero difficiles eſſe.

Hæc fuſe ut parum nota deſcripſi. Videtur exigua hujus artis eſſe utilitas, & ad extemporaneam tantum admirationem ſpectare, non ut ſtabilis ad remota tempora rerum memoria firmetur. Placet vero ob lucem, quam addit adſociationi idearum & indoli memoriæ.

§. CCXCIV. A. BRUXIUS. *Alii.*

Adami BRUXII *Simonides redivivus ſ. ars memoriæ & oblivionis tabulis expreſſa* Lipſ. 1610. 4°. BODL.

Henrici KORNMANN, Kirchhainenſis, *Sibylla trygandriana ſ. de virginitate, virginum ſtatu & jure tractatus* Francofurti 1610. 12°.* & ibid. 1696. 8°. Colon. 1765. 8°. Laſcivus & pruriens libellus, qui de hymene etiam aliisque virginum adtributis quærit.

EJUSD. *de miraculis mortuorum ex eccleſiaſticis & profanis hiſtoriis collectæ. Quæſtiones phyſicæ, medicæ &c.* Francof. 1610. 8°.* & ibid. 1696. 8°. BURCKH.

EJ. *miracula vivorum ſ. de varia natura, variis ſingularibus proprietatibus, & ſignis hominum vivorum* Francofurti 1614. 8°. PLATN. ib. 1696. 8°.

EJ. priora *opera* collecta Francofurti 1696. 8°.

Hiero-

Hieronymus PERLANUS *de morte, causa graviditatis, abortus & partus* Romæ 1610. 4°. 2. ed. PORTAL.

J. Georg. SCHENK's *Wunderbuch von menschlichen unerhörten Wunder- und Mißgeburten* Frankfurt 1610. 4°.* & latine ibid. 1609. 4°. Pars est libri observationum *Johannis* SCHENKII Germanice versa, multis exemplis undique aucta, & iconibus ornata a folio J. GEORGIO. Hominum monstra habet & animalium, nimis etiam multa & incredibilia.

J. Jac. CHIFLET *Asitiæ in puella helvetica mirabilis physica extasis* Vesontione 1610. 8°.

§. CCXCV. *Varia.*

Joh. HUCHER *de sterilitate utriusque sexus* Genev. 1610. 8°. DOUGL. Testium penisque anatome cum partus historia.

Henrici PETRÆI, Smalcaldensis, λογος εγκωμιαστικος *studii anatomici laudes & utilitates breviter complectens post exhibitam corporis virilis dissectionem recitatus* Marburg. 1610. 4°.*.

EJ. *agonismata medica Marburgensia* ibid. 1618. 4°.* prodierunt; quindecim disputationes, inter quas sunt physiologicæ *de temperamentis: natura & usu partium in genere: ossibus corporis humani: hepate atque liene: concoctione: vigilia & somno.*

EJ. *de origine formarum e seminio virtute plastica constructo* ib. 1612. 4°. HEFT.

Ernesti SONER *oratio de insomniis* Altdorf. 1610. 4°.* LINDEN.

Nicol. HUNNII *de calore vitali* Wittebergæ 1610. 4°. VATER.

David LIPSIUS *de homine* ibid. 1610. 4°.

EJUSD. ut puto *demonstratio posse hominem per complures annos absque cibo & potu vitam trahere*, cum SMETII *miscellaneis* prodiit.

Symphoriani HAUTIN & *Joh.* AKAKIA *Ergo pueri juvenibus calidiores* Paris. 1610.

Hieronymi GOULU & *Joh. du* VAL *Ergo qualis humor corpori talis color* ibid. 1610.

IDEM & *Ant.* JACQUET *Ergo est spiritus genitor* ibid. 1610.

Joh. COUSIN & *Franc. le* SAGE *Ergo triplex alimenti mutatio* ibid. 1610.

IDEM & *Guil.* DESDAMES *Ergo calor actionum omnium opifex* ibid. 1610.

§. CCXCVI. *Caspar* BARTHOLINUS *Senior*,

Malmogiensis, Medicinæ Professor Hafniensis, demumque Theologus, THOMÆ pater. Ejus *anatomicæ institutiones corporis humani utriusque sexus historiam &*

& declarationem tradentes Witteberg. 1611. 8°.* Roftock 1622. RINCK. Goslar. 1632. 8°.*. Alias editiones habet LINDENIUS Argentoratenfem 1626. 12°. Roftoch. 1626. 12°. Patavinorum & Bafilienfium difcipulus. Compendium anatomicum & phyfiologicum, ex more feculi, nullis propriis experimentis, non rejectis erroribus, neque proprio interpofito judicio. Paffim aliqua ex CASSERIO citat, etiam pronatorem teretem & anconeum. Pubis offa ab invicem difcedere. Offa dextræ manus ponderofiora.

IDEM opus filius THOMAS edidit Leidæ 1641. 8°.* cum figuris anatomicis VESALII, PINÆI, ASELLII, cumque magni momenti additamentis, ex SYLVIO & WALÆO potiffimum fumtis. Eam editionem alias dicemus, recufa eft Leid. 1645. 4°. SCHEURLEER. Germanice verfa curante S. PAULI Hafn. 1648. 8°.

EJ. *Problematum philofophicorum & medicorum exercitationes* Wittebergæ 1611. 4°.* & 8°.*. Exercitationes funt decem, auctoribus juvenibus, qui de cathedra refponderunt. Quælibet 4. 6. 10. problemata continet, quorum folutio fere ab auctoritate repetitur.

EJUSD. *Controverfiæ anatomicæ & affines nobiliores & rariores* Goslar. 1631. 8°.* Prius opus hic totum redit, tum plurimæ aliæ ad LAURENTII morem quæftiones, ubi rationes contrariæ producuntur, & de potiori fententia definitur. Lites pleræque obfoletæ, aliquæ tamen interfperfæ obfervationes.

EJUSD. *Opufcula quatuor fingularia de unicornu ejusque affinibus & fuccedaneis, de pygmæis &c.* Hafn. 1628. 8°.*.

EJ. *Enchiridion phyficum ex prifcis & recentioribus concinnatum* Argentorati 1625. 12°. Anatomica etiam continet.

§. CCXCVII. *Varii.*

Nicolaus NANCELIUS TRACHYENUS, Noviodunenfis, dedit Parif. 1611. fol. *Analogiam microcofmi ad macrocofmum, & proportionem univerfi ad hominem* TREW. Pofthumum opus a PETRO NICOLAI f. editum, recufum Parif. 1629. fol. cum titulo *promtuarii univerfi.*

Hieronymi DANDINI, *Cæfenatis, de corpore animato* L. VII. Parif. 1611. fol. Cat. rar. SARRY.

Bartholomæi PERDULCIS, Parifini, in *Jacobi* SYLVII *Anatomen & in lib.* HIPPOCRATIS *de natura humana commentarii pofthumi* prodierunt ex Bibliotheca *Gabrielis* NAUDE Parif. 1630. 4°. OSB. 1643. 4°.*. Auctor obiit anno 1611. Continet Phyfiologiam & anatomen, deinde doctrinam de pulfu. Eleganter fcriptum opus, fed ut proprii nihil habeat.

Profperi ALDORESII *Gelotofcopia* Neapoli 1611. 4°. BOEHMER.

Raphael EGLIN *conjectura halieutica characterum pifcium marinorum ad latera ftupendo prodigio infignitorum defumta* Hanov. 1611. 4°.

Henrici

Henrici SMETII *a* LEDA *miſcellanea medica* cum T. ERASTO, H. BRUCÆO, L. BATTO, *Johanne* & H. WEYERIS *communicata & in* 12. *libros digeſta* Francofurti 1611. 8°. maj.*. Profeſſor Heidelbergenſis. Liber X. potiſſimum huc facit, in quo plurimæ traduntur per 50. annos collectæ adnotationes, & cadaverum inciſiones non certe inutiles. Qui quotidie vomebat, absque malo. Ruſticus per nares cernens. Polypus cordis in principe. Anatome hominis capite truncati. Cæcum inteſtinum non eſſe tenuem appendiculam. Anulus rotundus pylori. Lobulus SPIGELII lieni adnatus. Membranula ventriculos cerebri veſtiens. Teſticondus. Valvulæ venoſæ anno 1582. viſæ. Virgo per ſeptem annos aſita, cum plena ejus rei geſtæ hiſtoria. Fetus ſemeſtris anatome. Hymen nimis amplus. Puer unico cum teſte natus. Principis nimis obeſi anatome: cor bilibre, ventriculus ampliſſimus. Sed nimis multa ſunt, quæ bona habet.

In L. VII. *de humoribus* agit. Libro VIII. *de calore.*

Ambroſii RHODII *optica* Witteberg. 1611. 12°.

Ej. *de ſpiritu reſluente* 1614. 4°. HEFT.

Ej. *diſſertationes ſuper medicinam philoſophicam* SEVERINI Hafn. 1643. OSB.

Jean MARCHANDOT, Chirurgi, *hiſtoire memorable d'une femme qui a produit un enfant par le nombril aprez l'avoir porté vint cinq mois & demi* Lyon 1611. 12°. PORTAL.

Vincent TAGEREAU *diſcours ſur l'impuiſſance de l'homme & de la femme* Paris 1611. 8°. PORTAL. anno 1612. 8°. ASTRUC. Advocatus, contra congreſſum.

Jacques DUVAL *des hermaphrodites, accouchemens des femmes & traitement qui eſt requis pour les retenir en ſanté, & bien elever leurs enfans. Avec les figures des laboureurs & verger du genre humain, ſignes du pucelage, defloration, conception, & la belle induſtrie dont uſe la nature en la promotion du concept & plante prolifique* Rouen 1611. 8°. 1612. 8°. D'ETR. Abſurdi & fanatici hominis opus PORTAL.

Ej. *reponſe au diſcours fait par le S.* RIOLAN *contre l'hiſtoire de l'hermaphrodite de Rouen*, Rouen 1615. 8°. PORTAL.

Michael DOERING *de medicina & medicis* L. II. Gieſſ. 1611. 4°.*. Cauſam orat anatomes.

Antonii de DOMINIS, Præſulis Spalatini, infelicis & ingenioſi viri, *de radiis viſus & lucis in vitris perſpectivis &c.* Venet. 1611. 4°.

Wolfgangi CORVINI *de dignitate, jucunditate & multiplici utilitate cognitionis partium corporis humani* Lipſiæ 1611. 4°. TREW.

Sigismundi GOETZ *oratio pro Philoſophis adverſus medicos, in qua corporum ſectiones carminat*, Argentorati 1611. 8°.

Joh. PIETRE & *Nic.* GIRAULT *Ergo viri mulieribus ſalubrius degunt* Pariſ. 1611.

Guil. de BAILLOU & *Guil.* GERBAULT *Ergo partium principum syntimoria* Parif. 1611.

Henrici BLACVOD & *Franc.* LESPICIER *Ergo sanguis humorum princeps* ibid. 1611.

Philiberti GUYBERT & *Jac.* PERRAU *Non ergo omne vivens calidum humidum,* ibid. 1611. idem puto GUYBERTUS cujus exstat *le medecin charitable.*

Gabriel BIARD & *Guil.* DUVAL *Ergo homo microcosmus* ibib. 1611.

Hæc cæterum tempora fuerunt *Galilei de* GALILEIS, magni experimentalis, ut nunc vocatur, physices restauratoris, cui etiam debemus distinctionem ejus quod sentitur, ab eo quod in re ipsa est.

§. CCXCVIII. *Fortunius* LICETUS,

Genuensis, peripateticus, professor Patavinus, inde Bononiensis, multorum librorum auctor. Videtur *de anima seminis humani gonopsanthropologiæ* titulo aliqua ad suum parentem scripsisse, occasione libelli anno 1599. editi p. 283. quæ nescio num sint excusa. Omitto ea quæ priora de anima numerosa scripsit. Dedit inde *de his quæ diu vivunt sine alimento libros quatuor* Patav. 1612. fol.* ubi in universum etiam de alimento, de functione nutritiva, de fame & siti, de calore nativo, de consuetudinis viribus in inedia agit.

EJ. *de perfecta constitutione hominis in utero* L. I. Patav. 1616. 4°.*. Semen multiplex statuit, virile, muliebre & menstruum sanguinem, ex quo partes fetus rubras generari putat. Tres porro animas distinguit, & tres in semine spiritus, qui partes ordinent. Rationalem animam a DEO addi, postquam aliquam jam perfectionem ejus organa nata sunt. Experimentorum nihil.

EJ. *de monstrorum causis, natura & differentiis* L. II. Patav. 1616. 4°.* auctius cum plurimis iconibus ibid. 1634. 4°.* & denuo plenius ex recensione *Gerardi* BLASII cum titulo *Fort.* LICETUS *de monstris* Amstelodami 1665. 4°.*. Monstra in classes disposuit, cuique classi ex theoria & veterum more dedit suas causas, descripsit externam faciem, absque ulla anatome, neque proprium adtulit experimentum. BLASIUS ex nuperorum adnotatione multa monstra addidit.

EJUSD. *de spontaneo viventium ortu* L. IV. Vicetiæ 1618. fol.*. Nulla experimenta, theoria mera.

EJ. *de feriis altricis animæ nemeseticæ disputationes, in quibus propulsantur ab olim culto mirabili mortalium jejunio oppositiones Asitiastis de Castro* Patav. 1631. 4°.

Athos perfossus s. rudens eruditus in Criomixi quæstiones de alimento dialogus prior Patav. 1636. 4°.

EJ. *de duplici calore* L. I. Uten. 1636. *Scritt. Lig.*

EJ. *de anima subjecto corpori nihil tribuente deque seminis vita & efficientia primaria in formatione fetus. Contra Antonium Ponce de* S. CRUZ Patav. 1 31 4°. BODL.

ULYSSES

ULYSSES *ad Circen s. de quadruplici transformatione, deque varie transformatis hominibus* Utin. 1636. 4°. BODL.

De quæsitis per epistolas a CL. *viris responsa* Bonon. 1640. 4°. & *de secundo quæsitis per epistolas* Utin. 1646. 4°. & *de tertio quæsitis per epistolas*, ibid. eod. anno.

De motu sanguinis, origine nervorum, cerebro leniente cordis æstum, imaginationis viribus quarto quæsitis ibid. 1647. 4°.

EJ. aliquæ sunt ad T. BARTHOLINUM epistolæ, argumenti physiologici, ut in Cent. I. de carnibus lucentibus, de sua sanguinis circulatione, excusatio tertii ventriculi cordis ARISTOTELICI.

§. CCXCIX. *Varii.*

Germain COURTIN *œuvres anatomiques & chirurgiques, edente Etienne* BINET, Paris 1612. fol.* 1656. fol. Septem priores tractatus compendium anatomicum efficiunt, fere undique ex GALENO sumtum: lectiones vero sunt ab anno 1578. ad 1587.

In *Petri* PIGRAI *Epitome præceptorum medicinæ chirurgicæ* Paris. 1612. 8°.* Gallice Rouen 1642. 8°.* in principio libri aliqua physiologia traditur.

Peter LOWE *discourse of the whole art of surgery* Lond. 1612. 4°. DOUGL. Habet etiam anatomica, figuras venarum cutanearum, sceleti, alia.

Johannis PISTORII, Nemausensis, *microcosmus s. liber cephale anatomicus de proportione utriusque mundi* Lyon 1612. 8°.

Caroli le CARON *Oratio habita Ambiani in dissectione corporis humani* Amiens 1612. 8°. De dignitate hominis.

Sigismundi EVENII *disputationes anthropologicæ* Witteb. 1612. 4°. B. TIGUR.

EJ. *de vita* Witteberg. 1613. 4°. HEFT.

Gaspar BRAYER & *Joh.* MAUNOIR *Ergo in nativo calido vita* Paris. 1612.

J. AKAKIA & *Ant.* BIMBAULT *Ergo respiratio voluntaria* Paris. 1612.

Guil. DUVAL & *Claudii* GERVAIS *Ergo vox vitæ radix* Paris. 1612.

Georg. CORNUTY & *Gabr.* HARDOUIN *Ergo ex habitu & functionibus æstimanda temperies* Paris. 1612.

Claud. CHARLES & *Joh. de* CLEVES *Non ergo fetus vivit primum vitam plantæ* Parisiis 1612.

§. CCC. *Sanctorius* SANCTORIUS,

Justinopolitanus, Professor aliquamdiu Patavinus (s). Ejus *oratio in Archilyceo Patavino* anno 1612. habita *. eo loco prodiit. De suis itineribus loquitur.

(s) THOMASIN *Gymn.* p. 293. ab a. 1611.

Inde edidit Venet. 1614. 12°. *medicinam* ſuam *ſtaticam*. (In *Cat.* ENDTERI annus dicitur 1612.) cujus operis innumeræ ſunt editiones, latinæ quidem Lipſ. 1626. 8°. HAENEL. Venet. 1634. 12°. ANDERSON. 1660. 4°. 1664. 4°. DOUGLAS. Leid. 1642. 8°. Haag. 1650. 12°. 1657. 12°. Lyon 1690. Lipſ. 1670. 8°. 12°. Cum BAGLIVII ad rectum ſtatices uſum canonibus Romæ 1704. 12°. Patav. 1713. 12°.* 1723. Leid. 1713. 12°. BURCKH. Argentorati 1713. 8°. Duisburg. 1753. 12°. cum A. RIDIGERI ſcholiis Lipſiæ 1762. 8°. Cum LISTERI notis Lond. 1700. 12°. 1716. 12°.*

Gallice vertente *le* BRETON Paris 1722. 8°. & cum DODARTII & KEILII libellis, cura *Petri* NOGUEZ 1725. 12°. 2. Vol.

Italice vertente *Franciſco* CHIARI Venet. 1743.

Anglice 1676. 12°. & cum QUINCY notis 1712. 8°. & Londin. 1720. 8°. 1723. 8°.*

Germanice vertente J. TIMMIO Brem. 1736. 8°.*

Veteres equidem inſenſilem tranſpirationem minime ignoraverunt, HIPPOCRATES etiam potiſſimum & GALENUS. Nemo vero priorum per experimenta menſuram ejus perſpirationis, & pro varietate ciborum, ætatum, ſexuum, rerum quas non naturales vocant, morborum denique diſcrimine diverſam ubertatem, adque cibum potumque proportionem definivit. Primus SANCTORIUS ad pondera eam revocavit, collectaque, quæ nusquam peculiariter recenſet, experimenta, in brevem libellum ſtipavit. Velles tabulam experimentorum dediſſet, qualem KEILIUS, & per ſingula ea pericula expoſuiſſet, quibus ſuas leges ſuperſtruxit. Calumnias equidem puto, quæ magni viri inventa ad Cardinalem (*t*) CUSANUM referunt. Negari tamen nequit, multa videri ad placita GALENI (*u*) efficta, multa incredibilia, aut certe difficillima expertu: ipſam in univerſum cibi potusque menſuram, quæ omnibus calculis eſt pro fundamento, nimiam eſſe, & pariter nimiam perſpirationis ad urinam portionem, ne in calidiſſima quidem regione per nuperiores ponderationes confirmatam: neque ullam inhalationis habitam rationem: ullam ſalivæ, ſputi, ſordium cutanearum: neque omiſſæ perſpirationis tantam eſſe noxam, quantam SANCTORIUS pronuntiat: aliqua etiam SANCTORII placita ſibi contradicere (*x*): demum a potu maximam perſpirationis partem pendere. Olim SCHELHAMMERUS eam excretionis minoris fecit.

Ad H. OBICII objectiones SANCTORIUS *breviſſimam reſponſionem* dedit, ſæpe recuſam & Leidæ 1713. 12°. BUR.

EJUSD. *Commentarius in* I. *Fen.* I. *libri Canonis* AVICENNÆ Venet. 1626. fol.*. Liber ſingularis. Maluiſſes, quidem vir ILL. minus ſe demerſiſſet in quæſtiones ſcholaſticas: multa tamen habet memorabilia, ut thermometrum ad calorem corporis

(t) Conf. SANCTORIUM in I. *Fen.* AVIC. p. 81, tum OBICIUM p. 71, 81. &c. Sed is Cardinalis in generalibus ſubſtiterat.
(u) SECKER *de perſpirat.* n. 6. 7.
(x) IDEM ibid. n. 26.

corporis humani definiendum. Hygrometrum: pulsilogium. Id motum, & quietem arteriarum, & differentias motuum 133. metiebatur (y), ostendit idem C. BARTHOLINO (z). Etsi magnam partem physiologiæ tractat, anatomica pauca habet, neque in iis excelluit. Adipem fluidum esse.

In artem parvam GALENI *commentatus est*, Venet. 1612. fol. 1630. 4°.* Lugduni 1632. 4°. Fusissimus commentarius, cujus magna pars occupatur in refutandis aliis scriptoribus, potissimum etiam ARGENTERIO. Ad physiologiam & anatomen plurima spectant, sed in quibus fatearis, vix utilitatem aliquam nostre ætati accedere.

In methodo vitandorum errorum Genev. 1631. 4°.* aliqua huc faciunt, ut experimentum, cujus ope femina prægnans a virgine distinguitur. Sphincterem vesicæ vix conspici posse.

§. CCCI. *Varii.*

Gabrielis BERTRAND, Chirurgus, auctor est libri *Refutation des erreurs contenues dans l'histoire de tous les muscles du corps humain de* C. GUILLEMEAU *par un écolier en chirurgie* G. B. Paris 1613. 8°. PORTALIUS non malum ait scriptum esse, negare buccinatorem inflare genas &c.

EJ. *les vérités anatomiques & chirurgicales des organes de la respiration & des artificieux moyens dont la nature se sert pour la préparation de l'air* Paris 1629. 12°. Diaphragma inter inspirandum contrahi, sternum adscendere. Pus per venam sine pari resorberi, & in vasa renalia atque urinam transire. PORT.

Paschasii le COQ *oratio de galli gallinacei natura* Pictav. 1613. si huc facit.

Rodolphi MAGISTRI (*le* MAITRE) Archiatri, *doctrina* HIPPOCRATIS *de limitibus humani partus* Paris. 1613. 12°.

Fr. AGULONII *optica* Antwerp. 1613. fol.

Hieronymi PERLINI *Institutiones medicæ, physiologicæ, pathologicæ & therapeuticæ, quæ binorum diversorum corporum muliebrium temperamenta, morbos & curationes spectant* Hanov. 1613. 4°. TREW. Accedit *Comm. de causa graviditatis, abortus & partus* LIND.

J. ZECCHII (ZECCA) *de urinis brevis & pulcherrima methodus* Bononiæ 1613. 4°.

Ejusdem sunt *consultationes medicinales* Francofurt. 1650. 8°.* 1677. 8°. cum quibus prodiit libellus *de pulsibus*.

Hieronymi NYMMAN *de imaginatione oratio* excusa cum T. TANDLERI diss. *physicis medicis* Wittebergæ 1613. 8°.

Camilli RUBRI *de natura ortus viventium* Macerat. 1613.

Roderici a FONSECA, Olyssiponensis, *de hominis excrementis* libellus Pisæ 1613.

(y) *Method. vit. error.* p. 289.
(z) *Probl.* 8. *Exercit.* 9.

1613. 4°.*. Lato ſenſu etiam menſes & lac comprehendit, ſed ad ſemejoticen potiſſimum pertinet. Veteres fere ſequitur.

Chriſtophori NUNNEZ *de coctione & putredine* Madrit. 1613. 4°. pathologici potius forte argumenti.

Ludovicus LUCIUS *de viſu* Baſil. 1613. 4°. PLATN.

J. Jod. LUCII & J. R. ZIMMERMANN *problemata miſcellanea generalia ex medicina theoretica & practica* Heidelberg. 1613. 4°.*.

Eorundem *problemata medica ſeparatim regionis naturalis & vitalis* Heidelberg. 1613. 4°.*. Phyſiologici argumenti.

Ananias WEBER *de viſu* Baſileæ 1613. 4°. PLATN.

EJUSD. *de voce & loquela* Lipſ. 1622. 4°. HEFT.

EJ. *de thorace ſ. media cavitate ejusque partibus vitæ & facultati vitali formulantibus* Lipſ. 1622. 4°.*.

EJ. *Oneirologia ſ. de inſomniorum natura & ſignificatione* Lipſ. 1624. 4°. PLATNER.

Quirini le VIGNON & *Michael de la* VIGNE *Ergo ſemen vir & potentia tantum* Pariſiis 1613.

Dionyſii GUERIN & *Fr.* GUENAULT *Eſtne major a parvo corde vivacitas* Pariſ. 1613.

Jac. LETUS & *J.* MERLET *Ergo lien vita* Pariſ. 1613.

Franciſci le SAGE & *Joh.* FOURNIER *Ergo ſolius ἐμψύχου nutritio* Pariſiis 1613.

Joh. RIOLANI (*a*) & *Guilielmi de* VAILLY *Ergo tot ſpiritus quot facultates* Pariſ. 1613.

Antonii le GROT & *Aegidii le* BLANC *Ergo ſemen & menſtruus ſanguis excrementa benigna* Pariſ. 1613.

Joh. le MERCIER & *Guil. de la* CLAYE *Ergo eodem tempore quatuor humores* Pariſ. 1613.

§. CCCII. *Iterum Varii.*

Hippolytus OBICIUS, Ferrarienſis, contra SANCTORIUM edidit *ſtaticomaſtigem ſ. demolitionem ſtaticæ medicinæ* Lipſ. 1614. LIND. Ferrar. 1615. 4°.* cum SANCTORIANO opere ſæpe recuſam, ut Leidæ 1713. 12°. Duisburg. 1753. 12°. Dialogus quo plurima SANCTORIO objiciuntur. Rem ipſam GALENO notam fuiſſe. Utilitatem non habere, cum SANCTORIUS inutilis partis perſpirationem ab utili non doceat ſeparare. Levitatem naſci a copia ſpirituum, gravitatem a ſpiritibus evacuatis. Mane corpus levius videri, non a perſpiratione, ſed ob regeneratos ſpiritus. A CUSANO ex quarto dialogo *Idiotæ* ſua SANCTORIUM habere. *Hierony-*

(a) p. 233.

Hieronymum THEOBALDUM medicum Venetum, in proprio corpore experimenta ſtatica capere, adeo exiguo fructu, ut fere quotannis ægrotet.

Aliam etiam epiſtolam contra SANCTORIUM OBICIUS ſcripſit, editam cum *deciſionibus de veſicantium uſu adverſus* CAJUM Vicetiæ 1618. 4°.

Chriſtophori PEREZ *de* HERRERA, Madritenſis, *Compendium totius medicinæ in tres libros diviſum ex veterum & recentiorum monumentis elaboratum* Madrit. 1614. 4°. LIND.

Joh. PINCIER *otium Marburgenſe in ſex libros digeſtum, quibus fabrica corporis humani deſcribitur* Herborn. 1614. 8°.* poëma, in quo phyſiologia & anatome traditur.

Philippi SECHTLINI *lapis lydius inediarum prodigioſarum quas plurimi in multos dies ſeptimanas menſas & canos protraxerint* Paderborn. 1614. 12°. HAENEL.

M. Fr. WENDELINI *harmonia Macrocoſmi & microcoſmi* Serveſtæ 1614. 4°. HEIST.

Theodor MAY *Urinbüchlein* Magdeburg 1614. 4°.

J. DISSAU *diſcours d'un monſtre* Auxerre 1614. 4°. cum icone PORTAL.

Nic. JACOBI *rechte Bienenkunſt in* 3. *Büchern, vermehrt durch Caſpar* HOEFLER Leipzig 1614. 8°. ſi huc facit.

Matthæi BACMEISTER *diſputationes medicæ.* Quinta *de vigilia & ſomno* 1614.

Sexta *de motu & quiete* Roſtoch. 1614. 4°. HEFT.

Septima *de ſuperfluorum expulſione* ibid. 1614. 4°.*

Octava *de animi adfectibus* ibid. 1614. 4°.*

Caſpar PAFF *de homine* Lipſiæ 1614. 4°. RIV.

J. Jacobus CRAFT *de excretione menſtruorum per os* dedit obſervationem cum Hildaniana Centuria III. Openheim 1614. 8°.

J. Georg NOTTER *de depuratione ſanguinis per renes* Argentor. 1614. 4°. BOEHMER.

Joh. de RENOU & *Michaelis* BOMMER *Ergo ex partium temperie virium robur* Pariſ. 1614.

Gab. HARDOUIN & *Petri* COMMUNY *Non ergo partus mulieri certo tempore contingit* Pariſ. 1614.

Petri PIIARE & *Joh.* MARTIN *Ergo pulſus reſpirationi proportione reſpondet* Pariſ. 1614.

J. MERLET & J. BOURGEOIS *Ergo ſpiritus ab elementis* Pariſ. 1614.

Nicolaus JABOT & *Claudius de* POIS *Ergo cum ſemine morbi* Pariſ. 1614.

Simon PIETRE & *Petr. de* BEAURAINS *Ergo facultas a materia* Pariſ. 1614.

§. CCCIII.

§. CCCIII. *J. Cæsar* BARICELLUS.

J. C. BARICELLUS, *a* S. MARCO, Beneventanus, edidit *de hydronosa* (hidronosa) *natura s. sudore humani corporis* L. IV. Neapoli 1614. 4°.*. Eruditionis in enodandis controversis quæstionibus multum, bonusque ordo. Sudoris omne genus, crassum, tenuem, paucum, multum, calidum, frigidum, coloratum, gustabilem, fœtidum, suaveolentem, diurnum, nocturnum, hibernum, stupentem etiam & silentem totidem capitibus considerat. De sudoribus etiam in morbis, hæc semejotica, & de sudoribus artificialibus. Naturam non satis consuluit.

EJUSD. *de lactis, seri & butyri facultatibus & usu opuscula* Neap. 1623. 4°.*. Pastoralia aliqua experimenta habet, de coagulatione varia lactis diversorum animalium. Suillum lac, parum notum, mite tamen, blande laxans, dulcem dare & aptum stomacho caseum. Vaccinum minime purgat, maxime caprillum. Ex lacte secundo coacto serum parari tenue. Multa collectanea.

§. CCCIV. *Caspar* HOFMANN,

Gothanus, Professor Altdorfinus, literator, vir eruditus, magnus Peripateticus, ut neque nuperos valde curet, neque ipsi GALENO parcat, quoties ab ARISTOTELE dissentit. Ad summum senium pervenit, & multa scripsit, scalpello vix unquam usus, acris tamen coævorum censor. Lego jam a. 1613. disputationem edidisse *de alimentis & excrementis*, Altdorf. 1613. 4°. THOMASIUS, & *de naturæ officio in sanitatis negotio* ibid. 1613. 4°.

De usu lienis secundum ARISTOTELEM, ib. 1613. 4°. Lips. 1615. 8°.* Leid. 1639. 16°.*. Erudite sed absque anatome scriptus libellus. Lienem chylum trahere & per venam, & per arteriam, lutosiorem & aqueum. Eo sanguine lienem ali; excrementa emittere in ventriculum, renem, alvum, neque tamen ventriculum a melancholia ad contractionem stimulari, appetitum utique cieri. Contra ULMUM, obstare ejus theoriæ valvulas.

De nervorum origine 1615. 4°. HEFT.

De venarum origine secundum ARISTOTELEM ibid. 1615. 4°. PLATN.

De usu venarum & arteriarum mesaraicarum Noriberg. 1615. 4°. PLATN.

De spiritibus ibid. 1616. 4°.

De ichoribus & in quibus illi adparent adfectus diatriba Lips. 1617. 8°. LIND.

De usu cerebri secundum ARISTOTELEM ibid. 1618. 4°. (1613. HEFT.) Lipsiæ 1619. 8°.

De usu venæ arteriosæ & arteriæ venosæ 1618. 4°. THOMASIUS.

De hepate ejusque usu secundum ARISTOTELEM, Altdorf. 1621. 4°. THOMAS.

De

De cerebro, medulla ſpinali & nervis cum biga problematum de motu & uſu cerebri, Altdorf. 1622. 4°.* reſpondente H. DIETRICH. Pro ARISTOTELE in GALENUM de ortu venarum ex corde, cerebri uſu &c.

De ſanguine Altdorf. 1622. 4°. THOMAS.

De pulmone ibid. 1622. 4°.

De regeneratione hominis ibid. 1623. 4°. THOMAS.

De ſomno meridiano ib. 1625. 4°.

De partibus ſimilaribus corporis humani ib. 1625. 4°.

De facultatibus naturalibus miniſtrantibus ib. 1626. 4°. THOMAS.

De calido innato ib. 1626. 4°. THOM.

Quod ſpiritus nutriantur externo aëre Hamburg. 1627. 4°.

Cur natura fecerit duo vaſa ſanguinea ſuperflua ib. 1627. 4°.

De natura pulſuum ib. 1628. 4°.

Hæ diſputationes. Inter opera majora primo loco ſunt *variarum lectionum libri* VI. Lipſ. 1619. 8°.*. Verſatur potiſſimum in emendandis veterum locis, & anatomica parce adtingit. GALENI loca aliqua corriguntur, ut oris ventriculi a ſtomacho diſtincti: de carne renum, ſanguine nutritio, meſenterio, venis meſentericis; δωδεκαδακτύλου a duodeno diſtinctione, hæc in libro II. Aliqua etiam HIPPOCRATICA loca emendat. De ichoribus pluſcula. De venarum origine ex TIMÆO, quas ex corde mavult oriri. Ex ARISTOTELE de ſemine, & de teſtibus. De GALENI in collo uteri inconſtantia. Debere χόριον ſcribi, non χώριον. Aliqua turpicula. Hæc ex libro VI.

EJ. *de Liene, cerebro & ichoribus* Leid. 1639. 12°.* Amſtelodami 1659. 12. Francofurti 1664. 12°. Tres ſunt priores diſputationes, ſed datæ anno 1615. De liene diximus. De cerebri uſu diatribe ad *Gregorium* HORSTIUM. Dolet animalium anatomen negligi & ARISTOTELEM; non probat, quod anatomici ſibi phyſiologiam tradendam ſumant. Cerebrum docet ſpiritus calidos temperare, ut ſenſitivi fiant, cordique ignem moderari.

De ichoribus varios locos veterum colligit.

EJ. *Apologia pro Germanis contra* GALENUM Amberg. 1625. 4°. THOMAS. & *Apologia apologiæ pro Germanis contra* GALENUM Amberg. 1626. 4°. THOMAS. ſi huc facit.

EJUSDEM *commentarii in* GALENI *de uſu partium libros* 17. Francof. 1625. fol.*. Doctum omnino opus, quo nuperiorum inventa cum GALENICIS comparat, & ſubinde aliqua paſſim a PRÆCEPTORIBUS ſuis effata admiſcet: ut ex ſuturarum defectu factam cephalæam.

EJUSD. *de thorace ejusque partibus commentarius tripartitus* Francof. 1627. fol.*.

fol.*. Contra GALENUM, animam docet unicam eſſe, in corde reſidere, a corde arterias, venas, & nervos oriri Sanguinem per arteriam pulmonalem ex dextro ventriculo prodire, perque venam pulmonalem in ſiniſtrum ventriculum tranſire: cordis ſeptum nusquam pervium eſſe. Dictio acuta, experimentorum parum.

EJUSD. *de generatione hominis adverſus Mundinum* MUNDINIUM Lib. IV. Francofurti 1629. fol.* & *de formarum origine ſecundum* ARISTOTELEM *ſententia, pertinens ad libros de generatione hominis* ib. Pro ARISTOTELE in GALENUM.

EJUSD. Cl. GALENI *de oſſibus ad tirones liber, cum notis perpetuis* Francofurti 1630. fol.*. Aliqua fere grammatica.

EJUSD. *relatio hiſtorica judicii acti in campis elyſiis coram Rhadamanto contra* GALENUM, *cum approbatione Apollinis* Noriberg. 1647. 12°.*. Varios errores GALENI redarguit, quoties ab ARISTOTELE diſceſſerat.

EJ. *Inſtitutionum medicarum* L. VI. Lyon 1645. 4°.*. Editionem dedicavit *Carolus* SPON. In præfatione profitetur HOFMANNUS, ſe veritatem, nempe, ut ſolet his vocibus uti, ARISTOTELEM contra GALENUM defenſurum. Singulo capiti ſubjicit *aberrationes*, invidioſum titulum, ſub quo ea colligit, quæ ſibi in aliis ſcriptoribus diſplicent. Alios enim Inſtitutionum auctores ubique carpit, etiam C. BAUHINUM, FALLOPIUM, & C. BARTHOLINUM. Rarius aliqua habet ſibi viſa, Patavii, aut Baſileæ, ut duram membranam cranio adhærentem: paſſim etiam contra verum pugnat. In phyſiologia ſolidas primum corporis partes, inde fluidas deſcribit: poteſtque pro bono lexico eſſe. Excrementa pituitoſa vidit per tubam deponi. Poros cordis rejicit. Nomina arteriæ venoſæ & venæ arterioſæ emendat.

Epitome Inſtitutionum in VI. *libros digeſta, ex auctoris autographo* Pariſiis 1648. 12°. Francofurt. 1670. 12°. Heidelberg. 1672. 12°.

EJUSD. *de circulatione ſanguinis digreſſio* apud RIOLANUM in opuſculis 1652. 12°.* editis. Sprevit nobiliſſimum inventum, etiam cum contemtu, H. DIETERICI teſtimonio, & *G. Hieronymi* WELSCHII (*b*).

Poſt mortem Cl. viri prodiit ejus *Apologia pro* GALENO Lyon 1668. 4°.* ironice dicta, quæ ſit pro ARISTOTELE adverſus GALENUM oratio, cum perpetua hujus viri confutatione. Multum eruditionis græcanicæ, & in vocabulis laboris, placebitque ei, qui litium obſoletarum inter Peripateticos & ſcholas nuperiores ſtudioſus fuerit. Acute GALENUM carpit, arguit inconſtantiæ, omnia ſua ab aliis habere criminatur, & modo huic adhærere veterum, modo alteri. Circulationem minorem per pulmones & hic adoptat & alias, ſeptique cordis foramina rejicit. Venam umbilicalem in vitulo ſe inmittere in ſinum venæ Portarum, hoc recte; & ductum venoſum brevem latumque in hepate excarnato vidit. Varietates ſepti cerebri in animalibus. Cæterum parum habet anatomes.

Præfatio

(b) *Vindiciani ſomn.* p. 27.

Præfatio data eſt anno 1635. Codicem amici redemit & edidit *Guido* PATINUS, paulo ante ſuam mortem.

Pro veritate Adraſtea GALENI. *Exercitationes juveniles adverſus Pariſanum aliosque* 18. *neotericos. Anti Argenterius & Anti Fernelius.* Accedit *Auguſtini* BUCCII, *Ludovici* BUCCAFERREÆ & J. C. CLAUDINI *de ſede facultatum principum* Pariſ. 1647. 4°. maj. TREW.

Iſagoge medica Cur. Variſcor. 1661. 12°. edente J. P. BRUNNER Lipſ. 1664. 12°. LIND. 1678. 12°. NICOLAI.

De calido innato & ſpiritibus ſyntagma Francofurti 1667. 4.

EJ. *collatio doctrinæ* ARISTOTELIS *cum doctrina* GALENI *de anima* Pariſiis 1647. 4°. maj. TREW.

De partibus ſimilaribus liber ſingularis defectum ſuppleturus libri ejusdem argumenti, quem GALENUS *ſe ait ſcripſiſſe* Francofurti 1667. 4°. LIND.

Exſtant etiam C. HOFMANNI epiſtolæ, tum apud C. HORNUNG editæ Noriberg. 1625. 4°.* tum ad REINESIUM Lipſiæ 1660. 4°.* in quibus aliqua ſunt anatomici argumenti, ut de FOLII opinione. REINESIUS, doctiſſimus vir, vitio dat CASPARO, quod obiter res tangat, neque exhauriat. Hiſtoriam medicam, quam moliebatur (*c*), non perfecit, & GALENI nova editio, ad quam ſcribendam aptiſſimus acceſſerat, nunquam prodiit. Latebat apud VOLCAMERUM (*d*), nuper ab *Antonio* ASKEW emta.

Vitam Cl. viri dedit *J. Georg.* VOLCAMER in oratione Francofurti 1668. & 1680. cum vita medica edita, bona & æqua.

§. CCCV. *Petrus* PAVIUS.

Petrus de PAUW, H. FABRICII diſcipulus, Profeſſor Leidenſis, theatri anatomici conditor, itineribus per Galliam & Italiam exercitatus, melancholicus homo, valuit acri ingenio & memoria valida (*e*). EJUS *de oſſibus primitiæ anatomicæ* prodierunt Leidæ 1615. 4°.* & figuras aliquas proprias habent ſinuum pituitariorum cranii. Tubam EUSTACHII bene deſcripſit: negavit oſſa pubis in partu diſcedere.

EJ. *Succenturiatus anatomicus cum Comm. in* HIPPOCRATEM *de vulneribus capitis & in* 4. *priora capita* libri VIII. CELSI Leid. 1616. 4°.*. Oſteologica etiam continet, & icones oſſium numeroſas.

EJ. *obſervationes anatomicæ* 31. pleræque morboſorum corporum prodierunt cum *centuria* III. & IV. *hiſtoriarum* BARTHOLINI Hafniæ 1657. 8°.*. Urachum in

(c) MEIBOM *de ſcribend. hiſt. med.*
(d) BAIER *vit. Prof. Altdorf.*
(e) Apud *Ever*, VORST. *ſermo funeb.*

in funiculo umbilicali non reperiri recte monet. Ventriculus anguſtiſſimus poſt ventris dolores. Polypus cordis. In lumbis pro medulla ſpinali funiculi unice nervei. Urina per penem in fetu expreſſa. Varietates aliquæ venarum. Hepatis ad Diaphragma nexus celluloſus. Caput fetus ſuperioribus oſſibus deſtitutum: teſtes in lumbis fetus. Aneuryſma venæ cavæ. Aliqua parum probabilia, ut defectus arteriarum ſpermaticarum, venæ emulgentis.

EJUS *Methodus anatomica* M.S. exſtabat in Bibliotheca *Franciſci de* VICK LINDENIO teſte. Meminit ejus in promiſſorum indice, qui prodiit cum *Primitiis.*

Notas & commentaria dedit in editionem *Epitomes anatomicæ* VESALII, quæ Amſtelodami anno 1616. 4°. L. & 1633. 4°.* prodiit. Adnotationes numeroſæ, potiſſimum oſteologicæ.

De valvula coli agit apud HILDANUM, uti diximus.

Orationem funebrem dicatam memoriæ P. PAVII edidit *Everardus* VORST Leidæ 1617. 4°.*.

§. CCCVI. *Jacobi* SCHALLING. H. CROOKE &c.

J. SCHALLING *ophthalmia ſ. diſquiſitio hermetico Galenica de natura oculorum* Erford. 1615. fol.* prodiit, germanice & latine. In principio habet aliquam oculorum anatomen, cum figuris VESALIANIS. Homo cæterum Roſencruzianus.

Helkiah CROOKE *microcoſmographia or a deſcription of the body of man, collected and translated out of all the beſt autors of anatomy eſpecially out of Gaſpar* BAUHINUS *and* A. LAURENTIUS London 1615. fol. GUNZ. 1618. fol * 1631. fol. GUNZ. Vaſtum opus cum iconibus VESALIANIS, paucis aliis ex PLATERO, & LAURENTIO ſumtis, & controverſiis ad A. LAURENTII morem. Ipſe corpora non videtur ſecuiſſe, cum deprecetur, quod de partibus genitalibus egerit aut figuras dederit.

Stephani Michaelis SPACHER, Tirolenſis, *pinax microcoſmographicus* 16. tabularum nempe explicatio 1615. 4°. & *Elucidarius tabulis ſynopticis microcoſmi in laminis inciſis æneis, literas & characteres explicans* ibid. 1614. 4°. TREW. Mea editio eſt Amſtelodamenſis 1634. fol. gr.* alia 1645. fol. ALB. cum titulo *Pinacis microcoſmographici.* Tabula cutaneorum vaſorum eſt LAURENTII, deinde tres tabulæ viſcerum & muſculorum per ſtata ſe ſubſequentia ex VESALIO. Habet ALBINUS in add. ad DOUGLASS. editionem priorem anni 1613. fol. cum titulo κατοπτρον μικροκοσμικον *viſio prima, ſecunda, tertia.*

Idem omnino opuſculum eſt J. REMMELINI, Ulmenſis, *catoptrum microcoſmicum* Aug. Vindelic. 1619. fol. Ulm. 1639. fol. DOUGL. Francof. 1660. fol.* cum VITI nomine. Verus inventor eſt REMMELINUS, etſi prior edidit SPACHERUS, acceptas a REMMELINO icones. Anglice prodiit *A ſurvey of the microcoſm or the anatomy of man and woman by Michael* SPACHER *and* REMMELINUS, *corrected by Clopton* HAVERS

HAVERS London 1702. fol. visiones 4. Priorem editionem anni 1675. video citari in Cl. FOLKES Bibliotheca. Germanice *kleiner Weltspiegel oder Abbildung göttlicher Schöpfung* Ulm 1632. fol. edente *J. Lud.* REMMELINO auctoris filio, 1720. fol. Ulm 1744. fol. Institutum idem, quod *Nicolai de* SABIO.

§. CCCVII. *Varii.*

Theodori COLLADONIS, Biturigis, *adversaria s. commentarii medici* T. I. Genevæ 1615. 8°.*. Totus fere liber in *Andream* LAURENTIUM scriptus est, cujus placita ubique refutat. Cæterum auctor græce & latine doctus, BAUHINI & H. FABRICII discipulus, magnus veterum est admirator, iniquior in nuperos. LAURENTIUM carpit ob philautiam, ob plagium, ipsam præfationem ex CÆLIO RHODIGINO sumtam esse objicit. Habet aliquas præceptorum suorum observationes, & cadaverum nonnullas dissectiones. Ictericos non videre flava.

Curtii MARINELLI *de morbis nobiliores animæ facultates obsidentibus* . . . . *Opusculum continens aliquas controversias, inconstantias & admirationes* GALENI Venet. 1615. 4°.*. Rationes suas non adeo ex natura, sed ex libris & ARISTOTELE repetiit. L. I. agit de anima, cerebro, sensibus internis. Melioris animæ sedem in cerebro ponit, non in ventriculis. In L II. de motu agit, de musculi fabrica, differentia, partibus quærit: earum præcipuam facit nervum, carnem distinguit a fibris, negat omnem musculum in tendinem abire, qua se ossibus inmittit. L. III. de sensu, sensoriis, nervis, sensuum propugnaculis.

In posteriori opere ostendere suscipit, GALENUM sua ex aliis, vetustioribus, medicis sumsisse: inconstantias vero ad seculi morem meris ratiociniis nixus carpit.

Johannes DUVAL, Pontisianus, scripsit *Aristocratiam humani corporis* Paris. 1615. 8°. LIND.

Caspar DORNAVIUS *Menenium Agrippam s. corporis humani cum republica perpetuam comparationem, obss. historicis, ethicis, politicis, œconomicis, medicis illustratam* edidit Hanau 1615. 4°. LIND.

Caspar. CUNRADI *prosopographia medica* Francofurti 1615. 8°.

Antonii MERINDOLI, Aquensis, lib. *de calido innato & humido primigenio* Lyon 1615. 8°. LIND.

J. SISINII AMABILIS *de natura fœtus disputatio* Rom. 1615. 8°. LIND.

Antonii ZARA *anatome ingeniorum & scientiarum* 1615. Valde laudat *le* CAMUS. Habet causas corporeas in spiritum operantes.

Francisci TIDICÆI *microcosmus s. descriptio hominis & mundi parallela: quomodo universa rerum natura in homine per imaginem expressa sit. Quanto jure veteres parvum mundum dixerint* Lipsiæ 1615. 4°. LIND. 1638. 4°. IDEM.

Gio. Anton. GRIFFONE *fisionomia del cavallo, del bove* Venez. 1615. 12.

Aegidius ROMANUS *de formatione corporis humani in utero* Parif. 1615. 4°. LIND. IDEM forte qui COLUMNA de quo in *add.*

J. Petr. AUCHTERUS *de tussi* Bafileæ 1615. 4°. RIV.

Balthasar SIMON *de humani corporis humoribus* Francof. & Lipf. 1615. 4. HEFT.

Samuelis FUCHSII, Cuftrinenfis, *Metopofcopia & Ophthalmofcopia* Argentorati 1615. 4°. cum iconibus æneis 50. GUNZ.

La Fauconnerie de Charles D'ARCUSSIA *de Capre Seigneur d'Efparron ou un traité de la nature, maladies, anatomie & chaffe aux faucons*, Paris 1615. 4°. MARTIN.

Joh. STEINMEZ *oratio utrum femina in fexum mafculum per naturam mutari poffit*, Jenæ 1615. 4°. THOMAS.

Georgii CORNUTI & *Antonii le* RAT *Ergo cuivis humori certo tempore dominium* Parif. 1615.

Claudii BOIVIN & *Roberti* TULLOUT *Ergo omnium partium fimul conformatio* Parif. 1615.

Philippi HARDOYN & *Guilielmi* GUYON *Ergo a pituitæ permixtione bilis vitellina* Parif. 1615.

EJ. & *Barth.* BARALIS *Ergo certo tempore fomnus convenit* Parif. 1615.

Nicolai MARCHANT & *Lazari* PENA *E. folo fanguine nutrimur* Parif. 1615.

Michael de la VIGNE & *Caroli le* CLERQ *Ergo fanguineis actiones perfectiffimæ* Parif. 1615.

Francifci DUPORT & *Dionyfii* ALLAIN *Ergo viventis & mixti temperamentum unum* Parif. 1615.

Joh. BEAUCHESNE & *Barthol.* BARALIS *Ergo fetus per umbilicum nutritur* Parif. 1615.

Johan. HUTIN & *Joh.* TERIER *Ergo fetus octimeftris vitalis* Parif. 1615.

§. CCCVIII. *Petrus* LAURENBERG. *Alii.*

Roftochienfis. EJUS *difpp. quinque de vifu, auditu, odoratu, guftu & tactu* prodierunt Hamburgi 1616. 4°. MOELLER.

EJ. diff. *de pinguedine* Hamburg. 1617.

De tribus corporis regionibus fpeciatim de cute, ibid. eod. anno.

De Mefenterio, venis mefaraicis & pancreate, ibid. 1618. 4°. HEFT.

EJUSD.

EJUSD. *Procestria anatomica, in quibus proponuntur pleraque quæ ad generalem Anatomiæ & partium contemplationem attinent & A. LAURENTII historia anatomica multis locis castigatur* Hamburg. 1619. 4°.*. Ad viscera abdominis, musculos, communia corporis involucra. Non indiligens vir in legendis libris, a natura alienior.

EJ. *de natura* Rostoch. 1633. 4°. HEFT.

EJUSD. *Collegium anatomicum XII. disputationibus in Rostochiensi Academia propositum* Rostoch. 1636. 4°.* & cum titulo *Anatomiæ corporis humani* Francof. 1665. 12°.*. Diss. I. est de anatome in genere, partis definitione, & præcipuis partium differentiis Rostoch. 1635. 4°.

Exer. II. *de distributione corporis in regiones, cuticula & cute pinguedine* 1635.

Exer. III. *de panniculo carnoso, musculis abdominis, peritonæo.* 1635.

Exer. IV. *de umbilico & omento, mesenterio, venis & arteriis mesaraicis antiquis & novis lacteis* ASELLII 1635.

Exercit. V. *de intestinorum generali & particulari historia* 1635.

Exercit. VI. *de renibus, ureteribus, vesica*, eodem anno.

Exercit. VII. *de liene, jecore, vesicula fellea, ventriculo*, eod. anno.

Exercit. VIII. *de partibus generationi inservientibus, testibus, utero*, eod. anno.

Exercit. IX. *de thorace, mammis, musculis, pleura, mediastino, diaphragmate*, eodem anno.

Exercit. X. *de Pericardio, corde, pulmonibus, aspera arteria*, eod. anno.

Exercit. XI. *de capite in genere, pericranio, meningibus, cerebro, sensoriis* 1636.

Exercit. XII. *de ossibus generatim* 1636. Seorsim etiam prodierunt, & aliquæ penes me sunt. Novis usus HARVEJI experimentis, circuitum sanguinis per pulmones verum docet: septum cordis impervium adfirmat. Neminem auctorem citat. Solos dissecuisse boves RIOLANUS (*f*).

Εισαγωγην ανατομικην edidit, quam diximus p. 111.

In *lauro delphica* Leid. 1621. 4°. Witteberg. 1628. 12°. edita laudat suam in arte Mnemonica peritiam.

EJUS in Mnemonica CICERONIS proloquium exstat in E. N. C. Dec. I. ann. 3. app.

Fabius COLUMNA, magnum in botanicis nomen, cum altera parte suæ *stirpium Ecphraseos* Romæ 1616. 4°. edita, aliqua de animalibus marinis habet, tum de hippopotamo ejusque dentibus. In l. *de purpura* Romæ 1616. 4°.* animalia

(f) *Authopograph.* p. 32. in C. B. p. 688.

animalia in teſtis marinis habitantia deſcribit. In iis, quæ ad *Fr.* HERNANDEZ hiſtoriam addidit, de zibeto agit, & de modo atque menſura, qua de animale educitur.

Chriſtianus MOLDENARIUS edidit *exercitationes phyſiognomicas* IV. *libris comprehenſas, quorum* I. *de corporis agit* II. *Chiromantiam* III. *Metopoſcopiam ſ. frontis contemplationem* IV. *Oneirocriticam proponit* Wittebergæ 1616. 8°. BODLEYANA.

In *Franciſci* PECCETII *Chirurgia* Florent. 1616. fol.* breves deſcriptiones partium adfectarum reperiuntur.

Stephani MANIALDI, Medici Burdigalenſis, non ineruditi, *de partu prodigioſo qui viſus eſt in agro Gradiniano juxta Burdigalam* anno 1595. Burdigalæ 1616. 8°.*. Multipara femina concepit, fetum retinuit, iterum concepit, iterum fetum retinuit: utrumque partum & per abſceſſum, & per vulnus a chirurgo inflictum reddidit. Aliud exemplum partus ventralis, per inciſionem educti.

EJUSD. HIPPOCRATIS *Coi chirurgia* Pariſ. 1619. 8°.* Paſſim partes adfectas deſcribit, & ad HIPPOCRATICAS deſcriptiones commentatur.

In *Franciſci* JOEL *operibus omnibus* Hamburgi 1616. 4°. Roſtoch. 1630. 4°. editis *. Tomus I. continet *univerſæ medicinæ compendium*, editum a *Matthia* BACMEISTER. In principio Phyſiologiam & anatomes compendium.

J. Caſp. BLASSIUS *theſes medicæ de humoribus corporis humani* defendit præſide *Sim.* OBSOPOEO Heidelbergæ 1616. 4°.

EJ. diſp. *de mulierum ſterilitate* Baſil. 1628. 4°. SCIH.

Guil. GUYON & *Franc.* MANDAT *Ergo cor appetentiæ ſedes* Pariſ. 1616.

Maurit. de MONTREIL & *Simon le* LETIER *Ergo ventriculo calidis carnes frigidæ* Pariſ. 1616.

Philiberti GUYBERT & *Joh.* BEVAULT *Ergo a color ſexus differentia* ib. 1616.

Jean PIETRE & *Fr.* BOUJONNIER *Ergo ſeptenario conceptus partus eſt vita* ibid. 1616.

Abraham HEINECCIUS *de hominis generatione & conceptione* Wittebergæ 1616. 4°. HEFT.

EJ. *quæſtionum anthropologicarum decas* ibid. 1617. 4°. HEFT.

EJ. *de temperamentis* ibid. 1626. HEFT.

EJ. *de oſcitatione* ibid. 1627. 4°. HEFT.

J. Rupert. SULZBERGER *de reſpiratione* Lipſ. 1616. 4°. HEFT.

EJ.

Ej. disp. *de osteologia* Lipsiæ 1624. 4°. HAENEL.

Georgius LOTHUS *de usu partium nutritioni inservientium in coctionibus facultati cum harum excrementis* Regiom. 1616. HEFT.

Ej. *de hominis generatione* ibid. 1617. 4°. HEFT.

Ej. *de urinarum differentiis earumque causis* ibid. 1623. 4°. HEFT.

Ej. *de hepatis structura* ibid. 1650. HEFT.

§. CCCIX. *Varii.*

Clementis TIMPLER *optica, systema methodicum, & physiognomia humana* Hanau 1617. 8°. LIND.

Bernardi SUEVI *trias progymnasmatum medicorum* Basileæ 1617. 4°.*. Pro clysteribus nutritiis.

Roberti FLUD, Angli, alias *de fluctibus dicti, utriusque cosmi majoris & minoris metaphysica* T. I. *de microcosmi historia, de ejus generatione ortu & progressu. De supernaturali naturali, & præter naturali, & contra naturali microcosmi historia. Internum s. anima. Externum s. corpus. Animæ in corpore operatio. Tectonica microcosmi interni & externi historia. Ars memoriæ: physiognomia, chiromantia. De morte. De uromantia s. divinatione per urinam. Pulsus s. nova & sacra arcana pulsuum historia ex sacro fonte extracta* Openheim. 1617. fol. MARTINI.

T. II. *anatomia triplex, homo nutritus anatomia visibili & invisibili bifariam dividitur* Openheim 1623. fol. TR.

In T. II. refert Cl. CLEMENT *de supernaturali, naturali, præter naturali & contranaturali microcosmi historia* Openh. 1619. fol. Nonne IDEM, quod modo dixi.

Ej. *universale medicinæ catoptricon* Francofurti 1631. fol. LIND. Continet præter alia physiognomiam, chiromantiam, considerationem excrementorum, urinæ, sudoris, sputi, pulsuum.

EJUSD. *anatomiæ amphitheatrum effigie triplici nunc & conditione varia designatum* Francofurti 1623. fol. 1635. fol. cum figuris PL. An IDEM cum *anatome triplici.*

EJUSD. *pulsus s. nova & arcana pulsuum historia e sacro fonte radicali extracta & medicorum ethnicorum dictis comprobata* 1629. fol. CLEM. absque anno. Thermometrum excogitavit factum ex sphæra, tuboque longo, aqua semipleno. Pulsum dixit expansionem esse DEI in vasis habitantis. Monochordi rationem musicam cum temperamentis comparavit.

Homo fanaticus, Rosencruzianus, qui se noluit intelligi.

Lazarus RIVERIUS, Medicus & Professor Monspeliensis, chemicorum & calidiorum medicamentorum ope arabicis medicaminibus robur addidit. Ejus sunt *Institutiones medicæ* L. V. Lipsiæ 1654. 8°. Lugduni 1656. 4°. LIND. Haag. 1657. 8°. maj.* quarum pars I. est Physiologia, qualem ea ætas ferebat.

In centuriis 4. *observationum* & *in communicatis observationibus* passim reperias aliqua ad physiologiam facientia. Ventriculum vitiose in thoracem irrepsisse.

EJ. *quæstiones medicæ* 12. Monspelier 1617. 4°. Huc faciunt *An vitiosi & morbosi partus eadem sit causa.*

J. Casimir JORDAN *de monstris* Heidelberg. 1617. 4°. HEFT.

Johannis BOURGEOIS & *Joh.* BOMPAIN *Est ergo cuique parti facultas sua insita* Paris. 1617.

Henrici BLACVOD & *Mart.* ROBICHON *Ergo similarium temperies facultatum basis* Paris. 1617.

Gabr. BIART & *Pauli* GYRON *Ergo a semine calidiore mares* Paris. 1617.

Caroli le CLERCQ & *Fr.* QUIQUEBOEUF *Non ergo sine semine virili mola* Paris. 1617.

Georg. SCHARPE in *quæstionibus medicis* 12. quærit, an certa sint signa, quæ virginitatem, fetus conceptionem, sexumque notent Monspel. 1617. 4°.

ABERNETHEE in suarum *quæstionum* prima quæsivit, an vulnera occisorum præsentibus occisoribus sanguinem fundere possint naturaliter, atque occisores indicare. In Quæst. 7. an conceptio fieri possit absque voluptate Monspelier 1617. 4°.

GENESTET in *quæstione* I. An noctambuli & somniantes delirent, dum loquuntur, vident, aliasve functiones humanas exercent Monspel. 1617. 4°.

SAILLER in *Quæstionum medicarum* 12. *editar.* Monspel. 1617. 4°. quinta quærit an singultum sanet sternutatio & vomitio? Hæc PORTAL.

§. CCCX. *Carolus* GUILLEMEAU.

Carolus GUILLEMEAU, RIOLANI discipulus, Chirurgus Parisinus Parisiis 1618. 8°.*. edidit *Ostomyologie s. discours des os & des muscles du corps humain.* Integra fragmenta præceptoris sui RIOLANI, potissimum myologica, operi suo inseruit; alia se didicisse ait a REDON, qui sit ex optimis sui seculi anatomicis. In ossibus, inque sceletis præparandis, se omnino exercuit, & ossa in scholis chirurgicis demonstravit, cæterum rarius naturam consuluit. Nihil se posteris dicendum reliquisse putat, fusus cæterum, verbosus & amans controversiarum. In musculis sæpe COLUMBUM sequitur. In biventre & coracohyoideo veram fabricam vidit. Minutiores musculos passim rejicit, & habet pro

pro ligamentis, ut in uvula. In leonum ossibus aliquam medullam reperit. Puellas gallicas fere dextra scapula esse altiori, ut RIOLANUS. Interosseos musculos recte habet.

L. de la grossesse & des acouchemens des femmes Paris 1620. 8°. paternum ipse reddidit, & addidit icones aliquas.

EIDEM tribuitur *discours apologetique touchant la vérité des geans contre la gigantomachie d'un certain médecin*, Paris 1615.

Et cum respondisset HABICOTUS, *reponse à un discours Apologetique touchant la vérité des geants*, noster reponsuit *Jugement d'Heraclite & de Democrite sur la réponse d'Habicot au discours attribué à* M. GUILLEMEAU. Ita PORTAL, quem vide, tum p. 316.

§. CCCXI. J. R. SALZMAN.

J. Rudolphi SALZMAN, per multos annos anatomes Professoris in Academia Argentoratensi, CASSERII discipuli & BAUHINI, *disp. de natura sanguinis* Argentor. 1618. 4°.*

EJUSD. *de anatomicis quibusdam observationibus epistola* cum HORSTIANIS Ulm. 1620.

EJ. *exercitationes medicæ ex* FERNELIO. Earum *Quinta* est *de supremi ventris partibus animalibus* Argentorat. 1623. 4°.*.

EJ. *de difficultate respirationis* ibid. 1635. 4°.

EJ. *discursus psychologicus de vita & morte hominis* 1642. 4°. B. THOM.

EJ. *de vita & morte hominis* 1648. 4°. HEFT. annon idem.

EJ. *de uromantia* 1651. 4°.

EJUSD. *συμπαθεια rerum naturalium* Argentorati 1661. 4°. BURCK. nisi junioris est SALZMANNI.

EJ. *observata anatomica hactenus inedita* Amstelodami 1669. 12°.*. Brevis libellus, sed totus ad naturam factus, cadaverum quidem inprimis morbosorum, tamen etiam eo solo fine susceptarum incisionum historiam tradit, ut aliqua melius innotescerent. Icones viarum fetui propriarum ad C. BAUHINUM misit. Ossiculum auditus unicum avium habet. Puer atreta; ejus renes tuberculosi. Intersectiones in musculis transversis abdominis. Varietates vasorum pectoralium, renalium. Urachus cæcus. Vena lienalis porosa. Valvula venæ jugularis externæ, adscensui sanguinis contraria. Uterus puerperæ crassus; ossa pubis in partu non laxata. Ventriculi cerebri descendentes. Pori nervi optici. Noduli ARANTII.

§. CCCXII. *Varii.*

J. Dan. MYLII *opus medico-chymicum, tres continens basilicas. In I. physiologia antiqua Hippocratica* Francofurti 1618. 4°.

Hannibalis ALBERTINI, Cesenatis, *de adfectionibus cordis* L. III. Venet. 1618. 4°.*. Primus liber est de adfectionibus naturalibus s. physiologia cordis. Cor animæ sedem esse: in systole longius fieri, a fibris rectis & obliquis moveri. Multa cæterum ex scholarum sensu & more.

Petri BERRETTINI, Cortoniensis, celebris pictoris, tabulæ anatomicæ, quarum *J. Maria* CASTELLANUS auctor esse videtur. Sculptæ sunt a. 1618. ut non sint VESLINGII. Eum CASTELLANUM opus de venæ sectione in fol. & 4°. Romæ edidisse L. ALLATIUS auctor est, magnumque opus anatomicum in fol. paratum reliquisse: id opus putat esse BERRETTINI Cl. MOEHSEN, quod in eo venæ, quæ secari solent, omnes repræsententur (*g*).

EJUSD. certe CASTELLANI *phylacterium phlebotomiæ & arteriotomiæ* recusum Argentorati 1618. 8°.* figuras etiam continet venarum & arteriarum totius corporis. Inter eas duæ icones utique sunt eædem, quæ in BERRETTINI tabula, nisi quod valvulæ in ista desiderentur. Conf. G. RIVA a. 1670.

Francesco ARCADIO *parafrasi sopra la medicina santoriana nella quale brevemente si dichiara l'arte suddetta in aforismi ridotta dall E. Santorio* Parma 1618. 12°. MAZUCHELLI.

Petri LOPEZ *poësis philosophica in sex* l.l. *digesta de rebus non naturalibus* Conimbricæ 1618. 4°. CAP. de VIL.

EJ. *flosculus medicinæ tribus libris comprehensus & totidem rebus quas corpus humanum continet* Olyssipon. 1620. 8°. Malacæ 1635. 4°. LIND.

Joh. MANELPHI *de fletu & lacrumis* Rom. 1618. 8°. LIND.

EJ. *urbanæ dissertationes in I. Problematum* ARISTOTELIS *sectionem* Rom. 1630. 8°.

J. SCHOENLIN *de visus nobilitate & conservandi modo* Monach 1618. 16°. LAURENTII opus latine redditum.

Thomas GIANNINI in l. *de substantia cæli stellarum* agit etiam de infelicitate partus octimestris, & de stigmatibus, quibus in utero obsidetur, Venet. 1618. 4°.

Antonii CÆLII *tract. de pulsibus* Messin. 1618. 4°. LIND.

Scipionis PORTII *opus physiologicum, in quo varia quæsita discussa elucidantur* Massa 1618. 4°. commentatur in I. l. de auditu ARISTOTELIS; agit de sanguinis tempe-

(*g*) MOEHSEN *Bildnüsse* p. 102.

temperamento, quod ſit calidum; ad quem ſenſum dolor ſpectet. Ad ſcholarum saporem.

Jacobi MÜLLER *de natura motus animalis & voluntarii ex principiis phyſicis, medicis, geometricis, & architectonicis deducta* Ulm. 1618. 4°. LIND. & in HORSTIANIS, Conſ. p. 300.

Eraſmi POSTHII *poſthuma pietas h. e. carmina & epitaphia in obitum* J. POSTHII *patris ſui* Francofurt. 1618. 8°.

Antonius VARUS *de uſu lienis* Francof. ad Viadr. 1618. 4°. BOEHMER.

Chr. RHORBORN *de vita & morte* Lipſ. 1618. 4°. THOMAS.

Valentin HARTUNG *de lienis natura & ſtructura* Lipſ. 1618. 4°.

EJ. *de hepate* ibid. 4°. eod. anno, HEFT.

EJ. *de corde* ibid. 1619. 4°. HEFT.

EJ. *de ſimplici trino ut alimento medicamentoſo, lacte, melle, vino* Lipſiæ 1625. 4°. HEFT.

Theoph. AENETIUS *de partibus principalioribus ad corporis humani ſtructuram mirabilem concurrentibus* Jen. 1618. 4°. HEFT.

EJ. *Num anima humana ſit forma adſiſtens vel informans, num formæ in homine ſint plures* Jen. 1622. 4°. HEFT.

Claude GIGOT *an coitus a ligatura arceatur* Monpelier 1618. 8°. Ita putat.

Jacobi COUSINOT & *Claudii* QUIQUEBOEUF *Ergo Melancholia divinior* Pariſiis 1618.

Lazarus PENA & *Petr.* GIRARDET *Ergo ſanguis putreſcens in alios degenerat humores* Pariſ. 1618.

§. CCCXIII. *Chr.* SCHEINER.

Chriſtophori SCHEINER S. I. *oculus h. e. fundamentum opticum in quo ex accurata oculi anatome, abſtruſarum experimentiarum ſedula perveſtigatione &c. radius viſualis & ſua viſionis in oculo ſedes eruitur, ſua viſioni in oculo ſedes decernitur &c.* Oeniponti 1619. 4°.* Lond. 1652. 4°. Bonum opus. Poſt KEPLERUM Auctor ſedem viſionis lenti cryſtallinæ eripuit, cujus vim refringentem dixit, cataractæ ſedem definivit, retinæ dignitatem reſtituit, cauſas presbyopiæ & myopiæ in lentis cryſtallinæ figura poſitas, neceſſarias oculi interni mutationes demonſtravit. Multa ad inverſiones & everſiones imaginum adque angulum opticum pertinent. In uvea tunica fibras eſſe muſculares. Lentem a proceſſu ciliari convexiorem reddi. Anatomen oculi dedit; retinam pellucidam, chorioideæ membranæ internam faciem in aliis aliisque animalibus aliter coloratam eſſe. Corneæ majorem convexitatem icone expreſſit, nervique ingreſſum multo interiorem quam axis

axis est visus: denique lentis crystallinæ inæquales duas convexitates. Experimento ostendit, in retina imaginem pingi.

§. CCCXIV. TARDINUS. GLANDORPIUS. *Alii.*

Johannis TARDINI, Turnonensis, *de pilis disquisitio physiologica* Turnoni 1619. 8°.*. Fusissime, sed absque proprio experimento scripsit, cum innumeris controversiis.

EJUS l. *de undecimestri partu* Turn. 1640. nuper Parisiis recusus est 1765. 8.*. Contra partum undecimo a morte mariti mense, ex Hippocraticis fere auctoritatibus.

Aegidii GUTMANN *Offenbarung göttlicher Majestät &c.* Hanau 1619. 4°. & Halberstatt 1675. 4°. Commentarius est in quatuor capita priora Geneseos: In eo circuitum sanguinis tangi lego.

Matthias GLANDORP, Medicus Bremensis, *Hieronymi* FABRICII & A. SPIGELII discipulus, chirurgica fere opera reliquit. Inter ea *speculum chirurgorum* Bremæ a. 1619. 8°.* edidit, quo vulnera omnium partium universi corporis persequitur. Solet autem cujusque partis anatomicam descriptionem, sed perbrevem addere.

In tr. *de paronychia* Brem. 1623. 8°.* manus anatome traditur. Sic in tractatu *de polypo* Brem. 1628. 4°.* narium fabrica, brevissime quidem.

In *Gazophylacio polyplusio* Brem. 1633. 4°.* figuræ sunt, sed omnino mutuatitiæ, quæ venas subcutaneas anteriores & posteriores exprimunt, musculosque subcutaneos. Eo fusior autem est Auctor, quo quisque liber posterior prodiit.

Opera omnia recusa sunt Londini 1629. 4°.*.

Johannis VARANDÆI *Physiologia* cum aliis libris prodiit Hanau 1619. 8°. Montpelier 1620. 8°. ENDTER, & in operibus omnibus Lyon 1658. fol. ENDTER.

Guilielmi DUVAL, Medici & Professoris Parisini, *Synopsis analytica doctrinæ peripateticæ* Paris. 1619. DOUGLASSIUS. Mulierum testes vesiculis esse referto docuit. Conf. p. 323.

Isoardi GUIGNON *autopsiomma cum ejusdem oculi actionibus & utilitatibus* Turin. 1619. 4°. *le* TELLIER.

Francisci Matthæi FERNANDEZ, Pacensis, *de facultatibus naturalibus, disputationes medicæ & philosophicæ* Granat. 1619. LIND.

Traité de la physiognomie Paris 1619. 8°.

Sebastiani PRENNER *groß Planeten-Buch, samt der Geomantie, Physiognomie und Chiromantie, auch einen besondern Tractat von der Chiromantie, so aufs neue dazu kommen* Strasburg 1619. 8°. PL.

Pedis admiranda Paris. 1619. 8°.

Michael

Michael MAIER *de volucri arborea absque patre & matre : de ortu miraculoso potius quam naturali vegetabilium, animalium, hominum &c.* Francofurti 1619. 8°.*. Bernaclam ex concha nasci, etiam se ipse teste.

Dirk KLUYT *spreckinghe van de byen haar orspronk natuer en zeldsame werken, wonderlyke politien en ordentliche regeering* Utrecht 1619. 8°. BURCKH. Reginam apum habet.

Josephi SCALIGERI *loci cujusdam* GALENI *difficillimi explicatio doctissima*, edita a JOACHIMO MORSIO Leid. 1619. 4°.*. De præconis voce.

J. Caspar HELBLING *de oculi structura* Ep. in Cent. I. Epistolarum HILDANI Openheim 1619. 4°. & in operibus.

EJ. *de facultatibus corporis humani* Friburg. Brisg. 1619. HEFT.

J. SIGLICIUS *de anatomia scientiæ medicæ oculo* Lipf. 1619. 4°. PL.

Zachar. BRENDEL *de temperamentis* Jen. 1619. 4°. THOMAS.

J. Jac. BRUNN, Prof. Basil. *de humoribus corporis humani* Basil. 1619. 4. HEFT.

J. HARTRANFT *disp.* XX. *de corpore humano* Lipf. 1619. 4°. HEFT.

Renati MOREAU & *Valentini* HYERAULME *Ergo ex physiognomia corporis constitutio* Parif. 1619.

EJUSD. *diss. an oculi amorum illices & indices* Paris 1619. 4°. MURR.

§. CCCXV. *Fabricius* BARTHOLETTUS,

Bononiensis, Professor Mantuanus, EJUS *anatomica corporis humani descriptio per theses disposita* prodiit Bonon. 1619. fol. MAZUCHELLI.

EJ. *Prælectio anatomica habitu Bononiæ e subsellio anatomico* Bonon. 1620. 4°. MAZUCHELLI.

EJ. *Encyclopædia* HERMETICO *dogmatica* P. I. Physiologia Bonon. 1619. 4°.* Ex scholarum sensu contra Hermeticos.

EJUSD. *Methodus in dyspnœam s. de respirationibus* L. IV. Bonon. 1633. 4°.* posthumum opus. In P. IV. multa bona habet, in cadaveribus incisis visa, glandulas etiam bronchiales. In P. V. animam humanam suadet in magna vitra colligere, in quibus abeat in crystallos. Tæniam bene describit.

EJ. *Anatomiæ magnæ partem secundum* inpressam esse, nondum vero publicatam . . . . MAZUCHELLI. T. III.

Michaëlis ZANARDI *disputationes de triplici universo cælesti, elementari & mixto parvo homine* Venet. 1619. 4°. Colon. 1620. 4°.*. Brevem physiologiam continet, cum physiognomia conjunctam, ex scholarum sensu. Ita cellulas duas uteri retinet, masculiferam, & alteram destinatam feminis.

§. CCCXVI.

§. CCCXVI. *Daniel* SENNERTUS,

Uratislaviensis, Professor Wittebergensis, clinicus equidem, & in decerpendis libris, bonoque ordine compilandis felix, conciliator novæ philosophiæ cum vetere, multa scripsit, quæ eo ævo maximo plausu excepta fuerunt.

EJ. *disputatio de pilis* Wittebergæ 1620. 4°.

EJUS *institutionum medicinæ* L. V. Witteberg. 1620. 4°. Paris. 1631. 4°.* & alias editi (h). In L. I. brevis physiologia traditur. L. III. de pulsu agit, bono ordine.

Epitome institutionum medicarum Witteberg. 1634. 12°. & alias.

EJ. *de singultu* Witteberg. 1624. 4°. RIV.

In *medicina practica* Paris. 1632. 4°. subinde locos adfectos describit, ut in exemplo cartilaginem mucronatam. Ossicula (WORMIANA) triangularia PARACELSI a DOERINGIO reperta fuisse. De mensium varietate, de virginitate, de alieno partus tempore, formatione fetus, nævis ab imaginatione materna natis. Et sic in aliis etiam organis physiologica & anatomica cum morborum cura conjunxit.

In lib. *de Chymicorum cum Aristotelicis & Galenicis consensu* Paris. 1633. 4°.* de anatome etiam agit & de physiologia.

In *Epitome naturalis scientiæ* Paris. 1633. 4°.* in l. VII. breviter de anima, de sensibus internis, externis, de animalibus, de homine, de corpore humano cum brevi physiologia.

EJ. *hypomnemata physica* Francofurt. 1635. 8°. LIND. Eorum quartum est de generatione viventium, quintum de spontaneo viventium ortu.

EJ. *de origine animarum in brutis* Francof. 1638. 8°. Cat. HEID. brevis libellus in J. FREYTAG.

Epitomen s. tabulas institutionum medicinæ D. SENNERTI *summam exhibentes* scripsit *Christian* WINKELMANN Wittebergæ 1635. fol. 1673. fol.

§. CCCXVII. *Varii*.

Thomæ CAMPANELLÆ, Stylensis monachi, hominis singularis, ex libris potius & ingenio quam ex contemplata natura docti, *de sensu rerum & magia* L. IV. Francofurti 1620. 4°. Omnia sentire, etiam inanimata.

EJ. *de sensu rerum & magia* L. IV. *defensi & correcti* Paris. 1637. 4°. CLEM.

EJUSD.

(h) Editionem video citari 1611. 4. sed vitio procul dubio typographi.

EJUSD. *medicinalium juxta sua principia* libri VII. Lyon 1635. 4°.*. Inter reliqua physiologiam habet, in L. I. & II. ex scholarum sapore scriptam. Animæ etiam in febres imperium adgnoscit. Bilem ex liene derivat.

J. Dominici SALAE, Patavini, & in urbe patria Professoris, *Ars medica, in qua methodus & præcepta medicinæ conservatricis & curatricis explicantur* Venet. 1620. 4°.*. Physiologica etiam continet.

Joh. COMBACHII, Wetterani, l. *de homine, de nobilissimæ creaturæ essentia, partibus & ordine ad* DEUM *universum & alias creaturas* Marpurg. 1620. 8. LIND.

Francisci Antonii CASERTÆ, Neapolitani, *de natura & symptomatis motus animalis* Neapoli 1620. 4°.*. Bona fruge vacuus.

Gabrielis ILLEFONSI, Villa Braximensis, *de viri & feminæ comparanda fecunditate* Villa Braximæ 1620. 4°. LIND.

David de PLANISCAMPI *discours de la phlebotomie* Paris 1620. 8°. Venas describit, quæ secari solent, DOUGL. app.

Pablo BONET (balet servant de su Majestad) *reduction de las letteras y arte para ensennar a hablar a los mudos* Madrit. 1620. 4°. CAP. de VIL. (*i*). Artem loquendi mutos docuit.

Wolfg. SCHALLER *brevis & generalis infimi ventris contemplatio* Witteberg. 1620. 4°. BURKH.

EJ. *de viribus imaginationis* Witteberg. 1624. 4°. HEFT.

J. Georg. GROSS *compendium medicinæ ex s. scriptura depromtum* Basileæ 1620. 8°.

Petri ROBINET & *Car. le* SCELLIER *Ergo ex seminum mixtione sexus* Paris. 1620.

Franc. BOUJONNIER & *J. Cæcilius* FREY *Ergo medico oneiromantia* Paris. 1620.

Dionys. GUERIN & *Franc.* PIJART *Ergo torpor ventriculi omnium confusio* Paris. 1620.

Val. HYERAULME & *Nic.* ROLAND *Ergo indefinitum pariendi tempus* Paris. 1620.

§. CCCXVIII. *Franciscus* PLAZZONUS,

Patavinus, ex castris in academiam vocatus, SPIGELIO collega additus, immatura morte anno 1624. abreptus est (*k*).

EJUS *de partibus generationi inservientibus* libri II. prodierunt Patav. 1621. 4.* Leidæ recusi 1664. 12°. cum ARANTII l. *de fetu.* Minus inanis, quam vulgo scribi-

(i) Apud MORHOF *stent. byaloclast.*
(k) TOMASIN *Gymnas.* p. 80. 447.

ſcribi ſolebant libellus, etſi magna pars ex veterum eſt ſententia. Varietates aliquas vaſorum ſpermaticorum vidit, & lacunas, quæ ſunt circa urethræ oſtium. Tubas male cæcas dixit, vaſa vulgo deferentia dicta recte plena eſſe monuit, & vera ligamenta, negatque in uterum aperiri. VAROLII tamen & LAURENTII ductum deferentem in cervicem uteri apertum admittit. Rugas vaginæ per ætatem evaneſcere. Vaginam turgere poſſe docet. Puncta nigricantia per quæ menſes fluant.

§. CCCXIX. *Varii.*

Camilli BALDI, Bononienſis, *in phyſiognomica* ARISTOTELIS *commentarii ab Hieronymo* TAMBURINO *editi* Bonon. 1621. fol. Idem forte opus eſt *de humanarum propenſionum ex temperamento prænotionibus tractatus* Bonon. 1629. 4. LIND.

Ej. *de naturali ex unguium inſpectio præſagio commentarius* Bonon. 1629. 4°. LIND. Utrumque Bonon. 1664. 4°. BURKH.

Ej. *de ratione cognoſcendi mores, ſ. de humanarum propenſionum differentiis* Bonon. 1664. 4°. idem, ut puto opus, quod ad a. 1621. & 1629. diximus.

Paolo Emilio BIANCHI *de partu hominis pro medicis & Juriſperitis* Papiæ 1621. 4°. MAZUCHELLI T. IV.

Salvator Ardevinus ISLA ſcripſit *fabrica univerſal y compoſition del mundo major y minor* Madrit 1621.

Johannes COLLE, Bellunenſis, Medicus, Profeſſor Patavinus, ſcripſit *elucidarium anatomico chirurgicum ex Græcis, Arabibus & Latinis ſelectum* Venet. 1621. fol.*. Habere foramen tympani PORTAL.

In *facili præparatione alimentorum* Venet. 1628. Transfuſionem ſuaſit ſanguinis.

Jacob-HASEBARD *quæſtio an lac in mammis mulierum ſit ſufficiens conceptionis indicium* Hafn. 1621. cum reſponſo *Olai* WORM. In *ciſta Hafn.*

Georgii MYLLER *idea hominis* Lipſ. 1621. 4°.

Emanuelis STUPANI *de corporis humani partibus* Baſil. 1621. 4°. THOMAS.

Ej. & ZIEGLER *de lacte* Baſil. 1629. 4°.

Euſebii SCHENK *problematum medicinalium decas* Jen. 1621. 4°.* intercedunt etiam anatomica.

Nicol. REGNIER & *Frid.* FRANÇOIS *Ergo a corde juventus* Pariſ. 1621.

Anton. le GROS & *Ant.* CHARPENTIER *Ergo partus dolor maximus* Pariſ. 1621.

§. CCCXX.

§. CCCXX. P. ZACCHIAS.

Pauli ZACCHIÆ, archiatri pontificii, *quæstiones medico legales: in quibus omnes materiæ medicæ, quæ ad legales facultates pertinere videntur, pertractantur & resolvuntur* L. I. Romæ 1621. 4°. LIND. L. II. ib. 1625. Id. L. III. ibid. 1628. L. IV. ib. 1628. Libri IV. priores Lipsiæ 1630. 8°. B. *Bern.* Lib. V. Romæ 1630. 4°. TREW. L. VI. ibid. 1634. L. VII. ib. 1635. L. VIII. & IX. conjuncti Amstelodami 1650. fol. ENDT. Lyon 1661. fol. 1674. fol. ENDT. Francofurti 1666. fol. 1698. fol.* curante *J. Daniele* HORSTIO, deinde *Georgio* FRANCO, cui editioni *Henricus de* COCCEJI notas & additiones aliquas adjecit; & denuo Noriberg. 1726. fol. PL. Lugdun. 1726. fol. MART. Doctum opus & magno judicio scriptum, communem plausum meruit, & maxima parte ad nos spectat, ut L. I. titul. I. de ætatibus hominis. Titulus II. de partu vitali & legitimo tempore partus naturalis, de fetuum numero. Titulus III. de graviditate & superfetatione. Tit. V. de similitudine parentum, veroque pueri patre. L. VI. titul. I. de iis qui diu absque sensu vivunt. Tit. III. de sterili, & arcta, & mensium varietate. L. III. tit. I. de necessariis ad concipiendum, de impotentibus, hermaphroditis. L. IV. de virginitate & ejus signis. L. V. de jejunio & asitia. In T. II. Consiliorum multa ad rem physiologicam spectant. De monstris etiam & partubus male fabricatio aliqua habet.

§. CCCXXI. *Varii.*

Helvicus DIETERICUS, Medico-Chirurgus, vir a vanitate non purus (*l*), disputavit *de cerebro* Altdorf. 1622. 4°. MOELLER.

EJ. *elogium planetarum cælestium & terrestrium Macrocosmi & microcosmi* Argentorat. 1627. 8°. MOELLER.

EJ. *vindiciæ adversus* TACHENIUM Hamburg. 1655. 4°.*. C. HOFMANNO dudum, & anno fere 1622. se aperuisse circularem sanguinis motum, aque eo joco quodam fuisse deterritum, ne inventum publicaret. Verum etsi plurimis vivorum canum dissectionibus se vacasse addat, nullo tamen alio invento meruit, ut tanti inventi gloriam ei tribuamus.

Francisci PELLEGRINI *discorsi d' astrologia e fisionomia naturale* Vicenza 1622. 16°. CINEIL.

Wolfgang HILDEBRAND *magia naturalis* Darmstatt 1622. 4°. Erford. 1664. 4. B. *Bern.* Habet etiam monstra aliqua.

Cum J. NEANDRI *antiquissimis medicinis natalitia &c.* Brem. 1623. 4°. etiam anatomes historiam continent.

(l) Vide, ut CHRISTIANUM Daniæ principem curandum susceperit, & re infecta, parva cum gratia, dimissus fuerit WORM. *ep.* 468. 511. 539.

Cum ejus *tabacologia* Leid. 1622. 4°.* 1626. 4°.* Utrecht 1644. 16°.* prodierunt epistolæ aliquæ, hactenus anatomici argumenti. Inter eas est *Guilielmi de* MERA Ep. qua negatur cerebrum a fumo tabaci denigrari, experimento etiam facto: contra P. PAW qui nigrum a tabaci usu cerebrum dicebatur reperisse. In alia de appendice ilei intestini dicit, quam vidit, & officula in falce duræ membranæ cerebri.

Ibidem bene magna sequitur epistola *Adriani* FALKENBURG, Leidensis anatomici. In ea docet, foramina pro fumo tabaci ad cerebrum admittendo patere, ad glandulam usque pituitariam. Nervos olfactorios cavos vult se vidisse. IDEM non potuit glandulas renales invenire, quas ipsi præsenti P. MOTH ostendit (ep. ad WORM. 575.). Idem poros in cordis septo demonstrabat, teste PLEMPIO. Ex his speciminibus non putes, multum fidei viro tribui posse. Cavum mediastini nullum adgnovit, nisi *potentiale*. In excessum A. FALKOBURGII oravit M. Z. BOXHORN Leid. 1650. 4°.

Guillaume DONCIEN *Singularités de la memoire* Lyon 1622. 12°.

Ricardi BANISTER, Chirurgi ocularii, *a treatise of the eyes* Lond. 1622. 8°. OSB. Continet etiam anatomen.

Franciscus SPINÆUS *de hominis procreatione* Macerat. 1622. 4°. LIND.

Joh. KNYPHÆI *Augentrost, nützliche Kunst und Vortheil zu den Augen* Darmstatt 1622. 8°. THOMAS. si huc facit.

J. GERHARD *de generatione hominis* Rostoch. 1622. 4°. HEFT.

RETZER *disquisitio totius scepsios anatomicæ* Tubing. 1622. 4°. OSB.

Sebastiani BLOSSII, Ulmensis, *disquisitio totius scepseos anatomicæ* Tubingæ 1622. 4°. LIND. Idem forte libellus.

Justus CRAFT *de cardialgia* disputavit. Vide GENATHI *disp.* dec. VI. Basileæ 1622. 4°.

Petri SEGUYN & P. SAVARRE *an fetus ex superfetatione vitalis* Paris. 1622.

Petri PIJART & *Joh.* FAYOLLE *Ergo biliosi sanguineis deteriores* Paris. 1622.

Histoire merveilleuse & épouvantable d'un monstre engendré dans le corps d'un homme Paris. 1622. 8°. absurda fabula ex hispanico gallice versa PORTAL.

§. CCCXXII. F. BACON.

Francisci BACON, Baronis de Verulamio, Vicecomitis S. Albani *historia vitæ & mortis* Londin. 1623. 8°.* Dillingen 1645. 12°.* sæpe in collectione cum aliis edita, Anglice Lond. 1650. BODL. etiam gallice vers. cum titulo NANCY *recherches & observations sur la durée de la vie de l'homme* Paris. 1714. 8°. quæ vitiosa

tiosa est versio, & mutila. Liber etiam nobis utilis. In corpore animalis putat vir Ill. spiritum habitare, puriorem aere, igne mitiorem, obrutum particulis viscidioribus. Eum erodere paulatim & consumere sua vincula, & exhalare, hanc esse causam mortis naturalis. Spem longævitatis poni in moderando impetu, excludendo aere, renovandis succis, inviscando spiritu, obstruendis poris per quos exhalat. Eo facere vitam minus actuosam, debilitantem victum, nitrum, opium. Hæc magnam partem vera illustrat exemplis longævorum homines inter & animalia. Animalia diu gestata, lente crescentia, carne se nutrientia, diutius vivere. Vitæ denique stadia persequitur, & mortis exhibet phænomena.

Ej. *Sylva Sylvarum*, *s. historia naturalis* Cent. X. London 1638. fol. 1652. 8°. edente *Wilh.* Rawley, Amstelodami 1651. 12°.* 1661. 12°.* vertente in latinum sermonem *Jacobo* Grutero. Plurima faciunt ad physiologiam corporis animalis. In Cent. I. a sumtis purgantibus venas mesaraicas liquorem plorare. De iis quæ maxime nutriunt. De sanguine ex vulneratis arteriis erumpente, compescendo per impositum digitum. Cent. II. de extensione vocis humanæ, quam intra octavam restringit. De vocis articulatione. De configuratione oris ad certas literas exprimendas. De sonorum quorumdam per proprias literas expressione. Centuria III. de imitatione sonorum, qua homo pollet & aviculæ. De speciebus visibilibus aliquamdiu persistentibus. De adminiculis auditus. Cent. IV. Phænomena Chamæleontis. Pulsus ad tempus metiendum adhibiti. Cent. VII. de oscitatione, sternutatione, singultu, venere. Omnes reliquos sensus habere quæ sibi displiceant, visum non habere. Cent. VIII. de adfectuum animi physicis phænomenis: de gestationis in animalibus varietate. Cent. X. fuse de imaginationis viribus, nimis aliquanto credule admissis.

In l. *de augmentis scientiarum* Amstelodami 1652. 12°.*. Liber IV. f. de homine huc facit. Admirabili perspicacitate vir summus desideria physiologica perspexit. Historiam anatomes comparatam, & ex multis cadaveribus, requirit, tum vivarum bestiarum sectiones, eo tempore nimis raras, plurium animalium incisiones, historiam sensuum, motus vitalis, alia.

Redeunt hæc in operibus omnibus *Guilielmi* Rawley cura Londin. anno 1638. fol. editis, & anno 1740. fol. splendidius recusis, etiam Francof. 1665. fol. Lipsiæ & Hafniæ anno 1694. fol. Amstelodami 1696. & 1730. 12°. 7. Vol.

§. CCCXXIII. *Varia.*

Ludovici Gardinii, Professoris Duacensis, *quæstio de animatione fetus*, *in qua ostenditur quod anima rationalis ante organisationem non infundatur* Duaci 1623. 8°. Lind.

Ej. *anima rationalis restituta in integrum s. altera refutatio opinionis, quæ sibi persuadet, animam rationalem ante omnem organizationem in semen infundi* Duac. 1629. 8°. ex catal.

Ej. *Manuductio per omnes Medicinæ partes, s. institutiones Medicinæ* Duac. 1626. 8°.* 1634. 8°. 1674. 3.Vol. Totam anatomen & physiologiam continet.

Marini MERSENNI *quæstiones celeberrimæ in Genesin* Paris. 1623. fol.*. Passim anatomica & physiologica tanguntur.

Jacobi CARANTÆ, Cuneatis, *de natura visionis L. unicus, in quo demonstratur visionem fieri extra missione* Savigliani 1623. 4°.*. PLATONIS opinionem restituere conatur.

J. HEINZ *anatomicæ artis studium commendat in Oratione* Lips. 1623. 4°. HEFT.

Christ. MULLER *de sensu in genere* Lips. 1623. 4°.

Daniel WILDBOLZ *de tussi* Basil. 1623. 4°. RIV.

Jacques PURY *le propagatif de l'homme & secours des femmes en travail d'enfans* Paris 1623. 8°. Non laudat credulum PORTAL.

Ph. HARDOUIN & *Franc.* MALLET *Ergo humorum incrementa a luna* Parisiis 1623.

Joh. BEAUCHESNE & *Phil.* HARDOUIN *Ergo medico αἱματομαντεία* Paris. 1623.

Petri GIRARDET & *Jac.* JOUVAIN *Ergo prægnantibus duriores mammæ præstant gracilibus* Paris. 1623.

Francisci PIJART & *Herm. de* LAUNOY *Ergo exterius apposita nutriunt* Parisiis 1623.

Ant. CHARPENTIER & *Jac.* JOUVAIN *Ergo datur sudor sanguineus* Paris. 1623.

§. CCCXXIV. *Aemilius* PARISANUS.

Aemilii PARISANI, Romani, Medici Veneti, *nobilium exercitationum L. XII. de subtilitate accessit Par & sanius judicium de seminis proventu a toto, ac de stigmatibus* Venet. 1623. fol.* & cum alio titulo 1633. fol.*. Duodecim libri sunt. Lib. I. & II. agunt de genitalium semine. L. III. de similitudine parentum. L. IV. de calido innato. L. V. de materie fetus & caussis eamdem efficientibus. L. VI. de procreationis modo & ordine. L. VII. de respiratione. L. VIII. de cerebro. L. IX. de musculis & spontaneo animalium motu. L. X. de visione. L. XI. de auditus organo. L. XII. de tactu & ad ipsum facientibus.

Ej. *Epilogi Dei Epilogi epilogus.* EJUSD. *par & sanius judicium*, de semine contra MUNDINUM.

EJUSD. *nobilium exercitationum de subtilitate pars altera. Lapis lydius de diaphragmate ad* RIOLANUM: *de seminis a toto proventu & de stigmatibus ad* MUNDI-

MUNDINUM (ubi ARISTOTELIS vita & gesta), *de calido innata* ad SALAM, CREMONINUM, CAIMUM, & SANCTORIUM: *de cordis & sanguinis motione ad* HARVEJUM *& contra eum* Venet. 1633. fol.* 1635. fol. Leidæ 1639. 4°.*.

EJ. *de microcosmica subtilitate* P. III. Venet. 1638. fol *. De seminis a toto proventu, de principiis generationis ad *J. Gallego della* SERNA, de visione ad A. LAURENTIUM italice; & RIOLANI de visione refutatio latine.

EJUSD. *nobilium exercitationum &c.* P. IV. *Microcosmi salus. Cosmica subtilitas* Venet. 1643. fol.*. L. II. de semine & anima. L. III. potissimum contra FOLII, quam dicemus, de usu foraminis ovalis sententiam.

Spissa volumina peripateticæ ratiocinationis plena, absque experimento.

Scriptum contra HARVEJUM sæpe recusum est.

§. CCCXXV. *Melchior* SEBIZ,

Vir eruditus, per plurimos annos Professor Argentinensis. Recenset *J. Ant. v. der* LINDEN Ejus viri *exercitationes medicas in alma Argentoratensium Academia propositas* Argentorat. 1624. 1631. 1636. 4°. 1674. 4°. collectionem ut videtur.

EJUSD. *de discrimine corporis virilis & muliebris* Argentor. 1629. 4°.* seorsim, quæ est differt. 46.

Prodierunt etiam *Miscellanearum quæstionum medicarum fasciculi* 53. Argentor. 1630. 8°. UFF.

EJ. *prodromus examinis vulnerum singularium corporis humani partium* P. IV. Argentor. 1632. 4°.* Habet etiam descriptiones partium.

GALENI *ars disputationibus triginta resoluta* ib. 1633. 8°.

EJ. *de notis virginitatis* ib. 1630. 4°. Ter in teneris puellis se vidisse hymenem. Cum PINÆO excusus est anno 1641. 12°.*.

Quæstiones ex GALENI L. I. *de elementis desumtæ* ib. 1641. 4°.*.

EJ. *de concoctione alimentorum* ib. 1642. 4°.*.

Disputationes III. de respiratione ib. 1643. 4°. PL.

De dentibus disputationes IV. ib. 1644. 4°.*.

De facultatibus naturalibus ib. 1644. 4°.

De senectute & senum statu, & conditione ib. 1645. 4°.*.

EJ. *de conditura s. balsamatione cadaverum humanorum* ib. 1645. 4°.*.

EJ. diss. *duæ de pilorum humani corporis nominibus, definitione, meliore forma & efficiente fine* ib. 1651. 4°.

EJ. *de dolore* ib. 1652. 4°.

EJ. *de fame & siti* ib. 1655. 4°. HAENEL.

Ej. *de marasmo, macilentia & corpulentia, crassitie & magnitudine morbosa &c.* Argentor. 1658. 4°.*.

Ej. *de singultu* ib. 1659. 4°.*.

Ej. *de ventriculo* ib. 1660. 4°.

Plus ubique eruditionis, quam cum cadaveribus consuetudinis.

Librum *de alimentorum facultatibus* Argentor. 1650. 4°.* hactenus huc referas, ob animalium humores.

§. CCCXXVI. *J. Rudolphus* CAMERARIUS,

Professor Tubingensis, vir equidem magis clinicus, quam incisor, edidit *memorabilium medicinæ & mirabilium naturæ arcanorum Centurias* IV. Augustæ Trebocorum 1624. 12.*.

Centuriam V. ibid. 1626. 12°.

Centuriam VI. ibid. & eod. anno.

Centuriam VII. ib. 1627.

Centuriam VIII. Argentorati (Silberdinæ) 1627. 12°.

Centuriam IX. Augustæ Trebocorum 1627. 12°.

Centuriam X. Silberdinæ 1629. 12°.

Centuriam XI. ib. 1630. 12.

Centuriam XII. ib. & eod. anno, 12.

Cent. XIII. XVI. Silberdinæ 1630. 12. & 1652. 12.

Centuriæ XX. Tubing. 1683. 8.*.

Plurima compilatio, etiam ex vulgatissimis & parum fidis fontibus. De adfectuum animi effectibus memorabilibus: de nævis ex imaginatione natis. Colores imaginarii, scintillæ quæ de pilis animalium emicuerunt. Sternutationis effectus: ἀσφυξία. De visu, auditu, somno; somniis. Numerus pulsuum, ex KEPLERI *epit. astronomica* recte satis a 60. ad 80. definitus. Sed omnia enumerari nequeunt.

§. CCCXXVII. *Thomas* REINESIUS,

Gothanus, vir ad miraculum eruditus, librorum omnis generis, etiam barbarorum, accuratissime lectorum succo innutritus, non quidem anatomicus; ut tamen ad conparanda veterum loca, adque etymologias & nomenclaturas, nemini cederet. EJUS *de vasis umbilicalibus eorumque ruptura* observatio singularis Lipsiæ 1624. 4. LIND.

EJUSD.

EJUSD. *variarum lectionum* L. III. *priores* Altenburg. 1640. 4.* liber doctissimus, quo potissimum veteres, etiam imæ latinitatis auctores excutit, de eorum ætate, de sensu eorum & analogia disputat, & profundissime ubique in id studium se demergit. Ad anatomen multa faciunt. Gurgulio veteribus latinis pro larynge dictus. De secundis. Oculus imagines non reddens, index mortis. Hymen ὑπεζωκως a barbaris deformatus. Lien nothum, hepar. Fel hyænæ ut dulce dictum sit. Venarum brachii nomina. Ceruminis antiquitates, Ruma. Typhloteron, radius pro pene. Osculatio pro anastomosi. Sed omnino eruditus medicus hoc libro carere nequit.

EJ. defensio variarum lectionum Rostoch. 1643. LIND.

In epistolis ad C. HOFMANNUM passim aliqua huc faciunt, quæ Lipsiæ anno 1660. 4.* prodierunt. Fuse FOLIUM refutat, & cordis meminit absque ventriculis solidi.

§. CCCXXVIII. *Varii.*

Stephani a SCHOONEVELD *ichthyologia* Hamburg. 1624. 4°.*. In egregio opere passim aliqua intercurrunt de generatione spontanea, anatome Aselli (Kohlmulen), harengi, mustelæ, siluri.

Henricus v. HEER *observationes medicæ oppido raræ* Leodii 1631. 8°. 1624. 8°. LIND. Leid. 1685. 12°.* & alias editæ, aliqua ad rem anatomicam continent, ut de oculis reparatis ab agyrta, qui gallo gallinaceo oculum conpungebat & imposito succo gallarum ulmi velocissime redintegrabat.

J. Conrad RHUMELIUS scripsit *partum humanum s. diss. perbrevem de humani partus natura, temporibus & causis* Noriberg. 1624. 8°. BOECL.

EJUS *philosophia animalis carminice descripta* Nuremberg. 1630. 8°. LIND. si huc facit.

Antonii Ponce SANTACRUZ, Archiatri Hispanici, *Opuscula medica & philosophica* Madrit. 1624. fol. lego & 1622. fol. Inter ea sunt dispensationes in primum Avicennæ, in quo multa anatomica & de semine lites, de temperamentis, de pulsibus, de facultatibus, de spiritibus. ARABES contra ARGENTERIUM defendit. In L. III. agitur *de pulsibus*.

Antonius SAPORTA *de tumoribus* Lyon 1624. 8°.* arteriam vidit contrahi & dilatari. Mors ex paracentesi, cum aqua subito emissa fuisset.

Gilbert JACCHÆI *Institutiones medicæ* Leid. 1624. 12°.* 1627. 12°.* 1631. 12°. L. I. Brevis etiam physiologia hic reperitur, ad scholarum saporem.

Daniel BECKHER *de calido innato* Regiomont. 1624. 4°. HEFT.

EJ. *de lachrymis* ibid. 1634. 4°. HEFT.

Ej. *anatome imi ventris duodecim disputationibus delineata* ibid. 1631. 4°.

Ej. *Medicus microcosmus s. spagyria microcosmi exhibens medicinam ex corporis hominis docte eruendam* London 1660. 12°.* editio II. De succis corporis humani, lacte, sanguine, menstruis, urina, & physiologica aliqua.

Christophorus CELLARIUS *de sensibus internis* Jenæ 1624. 4°. HEFT.

Michael KALERTUS *de visu* Lipsiæ 1624. 4°. PL.

Mauritii BLUM *problematum medicorum* Witteberg. 1624. 4°.* aliqua anatomica sunt.

Henrich INICHENHÖFER *hypnologia s. de somni natura* Witteberg. 1624. 4°. HEIST.

Joh. HEINSTIUS *diascepsis de pilis eorumque natura* Arnstad. 1624. 4°. LIND.

Claudii QUIQUEBOEUF & *Urb.* ROBINAU *Non ergo lac in mammis certum corruptæ virginitatis indicium* Paris. 1624.

Ludovici ROBILLART & *Remigii* l'EVEQUE *Ergo ex solo sanguine nutritio* Paris. 1624.

Nicolai REGNIER & *Philippi* MORISOT *Ergo actio a temperamento* ib. 1624.

Joan. de CLEDAT & *Anton.* SUART *Ergo ab ortu surdi etiam muti* ib. 1624.

Eliæ BEDÆ & *Guid.* PATIN *Ergo feminæ in virum mutatio ἀδύνατος* ib. 1624.

§. CCCXXIX. J. GERMAIN.

Parum notus liber Neapoli prodiit 1625. fol.* curante *Ludovico* RICCI Canonico. Medicum chirurgum fuisse lego, inde *minimum* ex religione *Francisci de* PAULA. Titulus est *Breve e sustatiale trattato intorno alle figure anatomiche delli piu principali animali terrestri aquatili e volatili.* Sceleti sunt humanæ & plusculorum animalium, cum aliqua eorum animalium historia.

§. CCCXXX. J. HORNUNG. *Alii.*

Medicus Principis Badensis, potissimum ex *Sigismundi* SCHNIZER Ulmensis Bibliotheca edidit Noribergæ 1625. 4°.*. *Cistam medicam*, in qua epistolæ clarissimorum Germaniæ medicorum familiares adservantur. Annum alii faciunt 1626. sed chronostichon auctoris annum dicit 1625. Clinici quidem scopi sunt, & a medicis scriptæ epistolæ, eo ævo in Germania anatomen parce exercentibus. Intercurrunt tamen aliqua ad nostrum finem. Catella non imprægnata, quæ lac tamen in uberibus habuit. Calculi coli equini: calculi fellei CLEMENTIS VIII. Gemelli diversi sexus. Vagitus uterini exemplum. LIBAVII de partibus similaribus, & humoribus præter naturam sex epp. Fetus capite difformi & galea cranii destitutus. Calculi in pulmone & hepate. Ovorum miracula.

Louis de SERRES *discours de la nature, cause & signes & curation des empechemens de la conception & de la stérilité des femmes*, Lyon 1625. 8°. D'ETR. Collectio de sterilitate.

Filippo

Filippo FINELLA *fisionomia naturalè* Napoli 1625. 8°. D'ETR.

Josephi GEOPHYLI *novissima de causis & prognosticis pulsuum methodus* Venetiis 1625. 12°. B. THOMAS.

Conr. DIETERICH'S *Disours von nächtlichen Träumen* Ulm 1625. 4°. Bibl. THOMAS.

J. PAGES *l'œconomie des trois familles du monde sublunaire animale, végétale & minerale, & particulierement de la nature de l'homme* Paris 1625. 8.

Tob. BURCHARD *de quinque sensibus interioribus* Lipsiæ 1625. 4°. HEFT.

Georg NÖSLER *de nutritione* Altdorf 1625. 4°. B. THOMAS.

EJUSD. *de sensibus* ibid. 1640. 4°. B. THOMAS.

EJ. *de analogia microcosmi & macrocosmi* Noriberg. 1635. 4°.

Hier. REEKLEBEN *de vita & morte* Lipsiæ 1625. 4°. B. THOMAS.

Phil. HARDOUIN & *Cl.* SEGUYN *sunt ergo distinctæ facultates in viventibus* Paris. 1625.

Hermanni de LAUNAY & *Jacobi* CORNUTI *Ergo ex vultu partium totiusque temperies* Paris. 1625.

Jacobi ADAM & *Jac.* THEVART *Ergo κραιοταργια sanitatis vindex* Paris. 1625.

Petri SAVARRE & *Fr.* FOUQUE *Ergo Melancholicorum in medendo præstantior αγχινοια* Paris. 1625.

Gabr. BIARD & *Remig.* L'EVEQUE *Ergo somnus a cibo* Paris. 1625.

§. CCCXXXI. J. B. CORTESIUS,

CORTESE, Bononiensis, per plurimos annos Professor Messanensis. Edidit *Miscellaneorum medicorum* Decades X. Messan. 1625. fol.*. Magna pars hujus operis pertinet ad anatomen & physiologiam. Decas I. ad anatomen activam. De cerebri anatome in hac decade agit, & figuras dat proprias, non quidem elegantes, ut non mireris sperni a TARINO (*m*). Pontem tamen non male designat; nervum quarti paris pro nono pare depingit, & originem pone testes natesque. Corpus callosum a parte inferiori cum septi lucidi origine. Cornu ventriculi anterioris posterius & inferius; arbuscula medullaris cerebelli; ossicula carotidis. Porro ossicula auditus suo in situ cum membrana tympani & anulo. Cæterum addit, edere se ista ante 40. annos elaborata, rogatu C. BAUHINI, & in Sicilia vix duo vel tria cadavera se nactum esse. Sibi tamen tribuit inventam novam cerebri dissectionem, præter VAROLIUM, qui breviter de ea egerit. Cerebrum nempe inversum dissecat, remota undique cranii basi, ut cerebrum tamen dura membrana conprehensum maneat (*n*). Id vero mihi videtur absque maxima cerebri concussione non posse obtineri.

(m) *Advers.* p. 18. 19.
(n) *Dec.* I. n. 7.

Decas II. de anatome contemplativa & Decas IV. anatomen fere tradunt & humorum historiam. In Decade V. huc faciunt de somno, vigilia, motu & quiete. Dec. III. tota est de curtis resarciendis. Decas VI. de pulsu & urina. Decas nona de via, qua aqua ex hepate in abdomen elabatur, & de alia via, qua materia in thorace contenta per urinam effundatur. Num sanguificatio fiat in jecoris parenchymate: Nullam esse membranam allantoideam, neque cavum esse urachum.

Apud ALDROVANDUM incisiones avium reperiuntur, quæ sunt CORTESII. Inter eas est Aquilæ, in qua aliquid membranæ pupillari simile vidit.

Commentarium in HIPPOCRATEM *de vulneribus capitis* edidit Messan. 1632. 4.*

In *institutione ad universam chirurgiam* Messan. 1633. 4°.* brevem habet osteologiam.

§. CCCXXXII. J. FABER.

Etsi collectio nobilium libellorum ad plantas Mexicanas pertinentium anno 1651. demum prodiit Rom. fol.* non potest tamen serius recenseri, cum a. 1625. hæ chartæ paratæ fuerint, quæ diu posthumæ apud NARDUM RECCHUM & apud PETILIUM ejus heredem latuerunt. Inter eas sunt ergo J. FABRI Bambergensis, de Lynceorum academia, notæ *Nardi Antonii* RECCHII imagines & nomina jam anno 1625. Romæ data. Ut quodque animal Mexicanum recenset, ita de ejus historia naturali, sæpe & de physiologia & anatome minime vulgaria profert. Occasione tauri accuratam vituli monstrosi dat anatomen. De motu cordis & bilis propria experimenta habet, tum de partibus fetui propriis, & de ruminatione. Inde de avibus, earum etiam sceletos suas citat. Porro de chamæleonte, ejusque phænomenis; de testudine ejusque corde minime male, phænomena in animalibus cæsareo partu natis; ventriculi ruminantium & cibi iter: de incubato ovo cum nonnullis figuris. Iterum anatome lupi. Sceleti animalium a *Theophilo* MOLITORE præparatæ. Una prodiit *Fab.* COLUMNÆ epistola ad FABRUM de animali cibethico, & folliculo odorato ei proprio.

In Principis CÆSII conjunctis tabulis sapores recensentur.

§. CCCXXXIII. *Cæsar* CREMONINUS,

Centensis, acris peripateticus. EJUS *apologia dictorum* ARISTOTELIS *de calido innato adversus* GALENUM Venet. 1626. 4°. prodiit LIND. aut anno 1627. CLEM. & *Apologia doctrinæ* ARISTOTELIS *de origine & principatu membrorum adversus* Venetiis 1627. 4°.*. Fuso opere ARISTOTELIS sententiam defendit; cor unicum organum princeps esse, in eo habitare omnes facultates, neque hepar venarum esse principium, nervos ipsos a corde originem habere. Experimenta nulla, dictio dura & scholastica.

Recusi sunt libelli cum titulo C. CR. *de calido innato & semine pro* ARISTOTELE *adversus* GALENUM Leidæ 1634. 16.*. Calidum innatum a calore elementali non differre. Semen feminas non habere.

EJUSD.

EJUSD. *tractatus de sensibus externis, internis & de facultate appetitiva* Messan. 1637. 4°. LIND. Venet. 1644. 4°. VOGT. & B. THOMAS. CLEM.

EJUSD. *quæstio utrum animi mores & facultates sequantur corporis temperamentum* M.S. in B. R. P. IV. n. 5644.

J. Hieronymi BRONZERII *de innato calido & naturali spiritu, in quo pro rei veritate* GALENI *doctrina defenditur* 1626. 4°.*.

EJUSD. *disputatio de principatu hepatis ex anatome lampetræ* Patav. 4°. absque anno *. Ex hepate lampetræ viridi satis videbat AUCTOR, sanguinem in hepate colorem suum non adquirere, & tamen etiam eo libello GALENI opinionem defendit; spiritum naturalem cum genitali conjungit.

EJUSD. *de principio effectivo semini insito* Venet. 1627. 4°. TREW.

Pompejus CAIMUS *de calido innato* L. III. *in quo* GALENICA *doctrina a neotericorum objectionibus vindicatur* Venetiis 1626. 4°.

§. CCCXXXIV. *Adrianus* SPIGELIUS.

SPIEGEL, Bruxellensis, Professor Patavinus ab anno 1616. (o) ad annum 1625. quo ex vulnerato a vitio digito ante diem periit, vir splendidus & eloquens. Nihil puto, dum vixit, anatomici argumenti edidisse. Sed post mortem viri *Liberalis* CREMA gener edidit opus posthumum, quo *l. de formato fetu*, & *duæ epistolæ* continentur Patav. 1626. fol.*. Physiologici quidem potius quam anatomici argumenti sunt, quæ in L. de formato fetu scripsit. Membranam allantoideam conatur fetui humano restituere, secutus VESALIUM. Umbilicum neque sentire, neque nervum habere. Inde fetus sequitur anatome. Differentiam eum inter & adultum hominem exponit. Intestinum cæcum magnum habere. Osteogenia aliqua. Exemplum partus sedecimestris. Epistolæ breves sunt. Negat absque corde hominem vivere posse, & latuisse putat sub adipe, quoties in victimis desiderabatur. Deinde quod flammis non potuerit destrui. Recus. Francofurti 1631. 4°.

Altero anno, eodem *Liberali* CREMA curante, tum D. BUCRETIO, prodierunt *de humani corporis fabrica* Libri X. Venetiis 1627. fol.*. Ex VESALIO, cive suo, multa habet, propria pauca, neque lobulus, qui dicitur SPIGELIANUS, priscis ignotus fuit. Dictionis puritate se commendat, & practicis adnotationibus. Tres in cervice vesiculæ felleæ valvulas habet, & aliquid de vasis lymphaticis suboluisse videtur, quando chylum rubrum sæpe se dicit vidisse (p). Venæ sine pari anastomoses cum venis renalibus dicit; & venam dorsalem cutaneam, a summo dorso ad imum decurrentem, quæ utiliter secetur, quam etiam RONDELETIUS dixerat. Eam venam RHODIUS testis est, a SPIGELIO esse demonstratam (q). Septum cordis impervium esse. Bilem de hepate primum in vesiculam fluere. Tabulas XX. BUCRETIUS dicit se auxilio pictoris & sculptoris

(o) TOMASIN p. 80.
(p) L. V. c 3.
(q) ROLFINK *diss.* p. 981.

SPIGELIANIS adjecisse: earum aliæ sunt ex VESALIO, aliæ ex *Pentæsthesejo* CASSERII. Additionibus SPIGELII opus potius corrupisse criminati sunt (*r*). Recuderunt Francofurti 1632. 4°.

Opera omnia viri prodierunt cura *J. Anton. von der* LINDEN Amstelodami 1645. fol. gr.* multis additis. Accessit hic SPIGELIANA, a RHODIO communicata, figura hymenis. Laminæ æneæ sunt eædem, quæ in editione Veneta.

De incerto tempore partus epistola prodiit Patav. 1618. cum PLAZZONO 1664. 12°. recusa.

Catastrophe Anatomiæ publicæ in L. Patavino ab A. SPIGELIO feliciter absolutæ Padua 1624. 4°.* sunt versiculi plausivi nationis germanicæ.

§. CCCXXXV. *Varii.*

J. ELER *de partu* Luneburg. 1626. 4°. HEIST.

Joach. POLLIO *de insomniis* Lipsiæ 1626. 4°. PL.

Philippus SALMUTH HENRICI filius, Medicus Anhaltinus, reliquit *observationum medicarum centurias tres*, quas anno 1648. *Hermannus* CONRING Brunsvicæ edidit 4°.* obierat autem anno 1626. Passim aliqua habet nostri argumenti, pilos albos in cadavere in nigros mutatos: uterum in partu ruptum. Varietates in testibus, in vasis spermaticis, quas putat auctor ad venerem fecisse: partum vesicularum. Scintillæ igneæ oculis obversantes, virginem lactantem, homines ruminantes &c. credulus enim fuit. Infantem per os redditum a præpostera venere III. n. 94.

P. Hieron. PRÆTORII *de modo & ratione videndi* Lips. 1626. 4°. PL.

EJ. *de sensibus interioribus, sensorio communi, phantasia* Jen. 1633. 4. HEFT.

Alberti MENZEL *de præcipuo ventriculi officio ac vitio* Ingolst. 1626. 4°.

Caspar HORN *de vomitione* Altdorf. 1626. 4°, RIV.

Theod. ILLING καρδιολογια sive *cordis natura & essentia* Lips. 1626. 4. HEFT.

Dionysii GUERIN & *Guid.* PATINI *Non datur certum graviditatis signum ex urina* Paris. 1626.

Jac. CORNUTY botanici & *Nic.* BRAYER *Ergo a bile insania* Paris. 1626.

Lazari PENA & *Georg.* JOUDOUYN *Ergo fetus nutritio a sanguine menstruo* Paris. 1626.

Petr. de BEAURAINS & *Hug.* CHASLES *Non ergo congressus publicus utilitatis virginitatisque examen* Paris. 1626.

Caroli GUILLEMEAU & *Petri* GUENAULT *Ergo utraque bilis excrementitia utilis innoxia* Paris. 1626.

Valentini CHARSTADT *de sanitate ejusque subjecto* Argentorat. 1626. 4°.

EJ.

(r) RIOLAN. in SPIGEL. p. 735.

Ej. Diſſert. III. *de functionibus corporis humani*, ibid. 1627. 4°. Heft.

Ej. Diſſ. duæ *de ſanitate ejusque ſubjecto* ib. 1627. 4°.

Zacharias Rosenbach addidit ad *Alſtedii* compendium Lexici philoſophici Zodiacum ſ. animalium indicem *& anatomiam partium corporis humani*, Herborn. 1626. 8°.

§. CCCXXXVI. *Hermannus* Conring,

Nordenſis ex Oſtfriſia, vir eruditiſſimus, qui ſub ultima tempora vitæ ſuæ totum ſe dedit hiſtoricis ſtudiis; lectione librorum idem magis valuit, quam corporum animalium diſſectione, magnus Peripati ſectator. Leidæ diſputavit pro gradu *de calido innato* 1627. 4°. Trew.

Ejusd. *de reſpiratione animalium* Helmſtatt. 1634. 4°. Burck.

Ej. *de ſomno & vigilia animalium* ibid. 1635. 4°.

Ej. *de motu animalium ſecundum* Aristotelem Helmſt. 1635. 4°. Burck.

Ej. *de nutritione hominis* ib. 1639. 4°. Pl.

Ejusd. *de aquis* ib. 1639. 4°. 1680. 4°. Burck. ſi huc facit.

Ejusd. *de ſanguinis generatione & motu naturali* octo diſſert. 1641. 4°. 1642. & conjunctim Helmſtadii 1643. 4°. Leid. 1646. 8°. Pro circuitu ſanguinis.

Ej. *de calido innato & igne animali* L. I. Helmſtatt 1647. 4°. calorem animalem habitare in ſepto cordis, inde per univerſum corpus ſe diffundere. Addit Lind. ed. Leid. 1631. 8°. Nova ut videtur editio *diſſertationis inaug.*

In Lib *de hermetica veterum Aegyptiorum medicina* Helmſtatt 1648. 4°.* 1669. 4°.* auctius recuſo, agit de anatomica Aegyptiorum exercitatione, quam minimi facit. Cum poſteriori editione prodiit *reſponſio ad* Borrichii *objectiones.*

Ej. *de lacte* Helmſt. 1649. 4°. recuſ. ib. 1678. 4°.* *R. Val. Henric.* Vogler.

Ej. *de germanicorum corporum habitus antiqui ac novi cauſis diſſertatio* Helmſt. 1645. 4°. Lind. 1652. 4°.* ed. 2. 1666. 4°. Trew. cum multis additamentis *J. Philippi* Burggravii recuſa Francofurti 1727. 8°.*. Habitum a moribus & alimento pendere, cum totis gentibus communis ſit. Brevis deſcriptio corporis humani a Burggravio addita. De proceritate: eam Conringius ad 7. pedes admittit, gigantes habet pro fabuloſis, quibus B. favet. De candore cutis germanorum mechanice interpretando B. De oculis germanorum cæruleis; de longo capillitio. De cauſis vetuſti & novi germanorum habitus. De cauſis priſcæ proceritatis, ejusque diminutæ. De cauſis quæ candorem, oculorum colorem pilorumque longitudinem mutarunt.

EJUSD. *de fermentatione* Helmst. 1657. 4°.*.

EJUSD. *de natura & dolore dentium* Helmst. 1662. 4°.*.

Introductio in universam artem medicam Helmst. 1645. 4°. sæpe recusa, ut Halæ 1726. 4°.* Continet historiam anatomes, non sine anecdotis & minus notis rerum monumentis.

§. CCCXXXVII. *Varii.*

Gregorii NYMMAN, Wittebergensis, diss. *de vita fœtus in utero, in qua demonstratur infantem non anima matris, sed sua ipsius vita vivere, & matre exstincta sæpe vivum & incolumem ex ejus ventre eximi posse &c.* Witteb. 1627. 4°.*. Motum sanguinis in fetu a proprio corde produci, etiam per experimenta. Malles non docuisset etiam respirare. Recusus est cum PLAZZONO Leidæ 1664 12°.*.

Alexandri ALEXII *epitome pulsuum* Patav. 1627. 4°.* brevissimus libellus.

Andreæ EMMENII, Medici Zittaviensis, *Abbildung und Beschreibung zweyer Wundergeburten, die erste zweyleibig anno* 1618. *zu Drausendorf, die andre zweyhäuptig anno* 1625. *zu Wilgendorf* Leipzig 1627. 4°.*. Anatome hactenus satis accurate. Partus alter pectoribus coalitis, alter umbilicis.

Vincentius Alsarius a CRUCE. EJUS est *disquisitio ad historiam fœtus emortui nonimestris editi mole valde exigua, ut vix quadrimestris fuerit æstimatus*, Rom. 1627. 4°. BODL.

COEFFETEAU *tableau des passions humaines* Paris 1627. 8°. B. *van der* AA.

Francesco PONA *la maschera jatropolitica overo cervello e cuore principi rivali* Milano 1627. 12°.

J. Nicolai THOMING *de somno adfectione animalis* Lipsiæ 1627. 4°.

Sebastian MEYER *Augustæ laudes divinæ Majestatis a* 139. *miraculis in homine e divinis* GALENI *de usu partium libris* Friburg. Brisgov. 1627. 12°. LEUW.

J. Stephan. STROBELBERGER, Ratisbonensis, in thermis Carolinis medici *adumbratio systematis universæ medicinæ* Lipsiæ 1627. 16°.* aliqua ad anatomen ejusque historiam.

In l. *de dentium podagra*, aliqua habet ad anatomen dentium.

Aloysius ALBERTUS, Patavinus, *de nutritione, augmento & generatione disputationes, in quibus* ARISTOTELES *defenditur adversus* GALENUM Venetiis 1627. 4°. LIND.

François HEDELIN *traité des satyres, monstres & demons* Paris 1627. 8°. D'ETR.

Jacobi

Jacobi MOCCII, Friburgensis, *disquisitio calidi innati & influentis* Marpurg. 1627. 4°. LIND.

Godofr. CANDISII *de ossibus* Lipsiæ 1627. 4°. B. THOMAS.

EJ. *de auditu* Witteberg. 1628. 4°. HEFT.

EJ. *de viris* ibid. 1629.

EJ. *de mulieribus* ibid. eod. anno. Theoriam suam ex LAURENTIO sumit.

Johannis TEXIER & J. VACHEROT *Ergo quibus rariores dentes βραχυβιοτεροι* Paris. 1627.

Philippi MORISSET & *Nic.* HELIOT *Ergo μικροκεφαλοι prudentissimi* Parisiis 1627.

Guil. DUPRE' & *Joh.* COMPLAINVILLE *Ergo μεγαλοφωνοι calidiores* Parisiis 1627.

Rob. TULLOUE & *Sebast.* RAINSSANT *Ergo a prima venere vocis mutatio* Paris. 1627.

REMIGII L'EVEQUE diss. *an ex oculis de mentis & animi pathematis fides* Paris 1627. 4°. ita lego, neque enim exstat *in catalogo* authentico.

LIBER VI.

ANIMALIUM INCISIONES.

§. CCCXXXVIII. *Caspar* ASELLIUS.

Circa hæc tempora anatome corporum humanorum, quæ hactenus potissimum in Italia viguerat, cepit declinare. Patavii enim respublica Vineta, ut sumtibus parceret, incisiones corporum publicas intermisit, quæ ipsa causa fuit, cur VESLINGIUS relicta Academia Cairum petierit. Germania nondum theatris anatomicis instructa, præterea a crudelissimo bello vastabatur. In Anglia medici vix ad corpora secanda accesserant (*s*). Leidæ aliquæ, solennes, sed parum numerosæ dissectiones instituebantur. Novus forte ob eam ipsam rationem, anatomes animalium colendæ ardor increvit, ut fere per quadraginta annos in anatome comparata, inque vivorum etiam potissimum animalium, medicorum scalpelli occupati fuerint. Nocuit equidem hic nimius animalium amor veræ & minutæ musculorum, ossium, & reliquarum partium humani corporis cognitioni, quam eo toto tempore paucissimi incisores excoluerint: magnorum tamen inventorum fuit occasio, neque alio ævo ad nova vasa, humorumque per ea motum plus lucis ad fusum est.

Primus *Caspar* ASELLIUS, Cremonensis, Anatomicus Ticinensis, memorabili invento se illustravit. Edidit *de lactibus s. lacteis venis quarto vasorum mesaraicorum genere, novo invento dissertationem, qua sententiæ anatomicæ multæ, vel perperam receptæ convelluntur, vel parum perceptæ illustrantur* Mediolan. 1627. 4°.* Basil. 1628. 4°.* Leid. 1640. 4°.* & cum SPIGELIO Amstelodami 1644. fol.* & *in theatro anatomico* MANGETI. Posthumum opus, cum auctor anno 1626. obierit. Cum vir Cl. in vivis animalibus de chyli itinere quæreret, incidit in vasa lactea mesenterica, ab ipsis HEROPHILI & ERASISTRATI temporibus a nemine repetita. Ea ab intestinis ad hepar, ut putabat, persecutus est, docte descripsit, iconesque tribus coloribus distinctas artificiosas edidit, quas, qui imitati sunt, fere corruperunt. Sed neque valvulas earum venarum ignoravit. Male derisit novum inventum, nimis parcus sanguinis, *Caspar* HOFMAN (*t*): & doleas HARVEJUM hæc vasa, ne suæ de venis mesentericis reducentibus sententiæ nocerent, constanter rejecisse (*u*), ut soli lymphæ vehendæ ea dicaret.

Cæterum

(s) Conf. CAJUM l. pr. p. 171. b. CROOKE.
(t) *Apolog. pro* GALEN. L. II. c. 133.
(u) *De generat. anim. & in epistola ad* HORSTIUM.

Cæterum ASELLIUS, cum animalibus uteretur, congeriem glandularum mesentericarum, in canibus magis conspicuam, pro Pancreate habuit, & verum pancreas pro glandula ignota depinxit. Inde nomen *Pancreatis* ASELLII, & multa in historia vasorum lacteorum obscuritas. Deinde vasa lymphatica hepatis pro lacteis vasis habuit, & depinxit, verumque iter chyli ignoravit.

§. CCCXXXIX. *Guilielmus* HARVEY.

Ex ea ipsa Anglia, in qua hactenus anatome fere nulla fuerat, exstitit novum artis lumen, cujus nomen ab ipso retro HIPPOCRATE in medicina secundum est. *Guilielmus* HARVEY H. FABRICII discipulus, & Doctor Patavinus, excitatus, ut videtur, nupero valvularum venosarum invento, confirmatus per sua in vivis animalibus experimenta, ab anno 1616. ad annum 1618. Londini, cum lector esset anatomes, de circuitu sanguinis prælegit (x), anno certe 1619. si serius malis eas prælectiones factas esse (y). Diu tamen illustre inventum pressit, & anno demum 1628. Francofurti 4°.* edidit *Exercitationem anatomicam de motu cordis & sanguinis in animalibus.* In aureo opusculo, per sola experimenta nato, cordis primum motum describit, qualem in vivis animalibus viderat: deinde arteriarum, & auricularum, & veram successionem motus in dextra auricula, ejus lateris ventriculo, auricula sinistra, & sinistro ventriculo: cordis in motu pertinaciam, auriculæ dextræ privilegium. Inde circuitum minorem per pulmonem, per valvularum fabricam, septique cordis imperviam soliditatem demonstravit. Tunc circuitum illum majorem, necessarium omnino, cum alioquin nullo modo dextræ auriculæ cordique suppeteret ea sanguinis copia, quæ per experimenta demonstratur, & ad quam reparandam solus ab hepate chylus nunquam posset sufficere. Deinde per arterias quidem ex veterum placitis sanguinem de corde in partes universas humani corporis exire: per venas vero ad cor redire docuit, cum vincula sanguinem eam viam sequi manifesto demonstrent. Ab eo eventu, & a contrariis effectis vinculorum arteriis injectorum sequi ostendit, sanguinem ex arteriis in venas transire, non vicissim. Eadem confirmare sanguinem arteriosum a venoso non differre, a valvularum in venis natura, quæ sanguinem ad cor euntem admittant, a corde redeuntem sustineant, & intercipiant. Recusa est hæc exercitatio cum refutatione PARISANI Leidæ 1639. 4°.* 1647. 4°. Patav. 1643. 12°. DOUGL. & cum SPIGELIO Amstelodami 1645. fol.* *in collectione* Leidæ 1647. 4°.* tum Roterodami 1661. 12°. 1671. 12°.* cum sequente & in B. MANGETI.

Inde cum J. RIOLANUS anno 1649. suum *opusculum anatomicum & pathologicum* edidisset, Cl. HARVEJUS *secundam & tertiam Exercitationem de circulatione sanguinis* reposuit.

In ea summa cum modestia (z), archiater nunc regius & mille modis iracundo adversario major, I. ejus objectiones resolvit, ejus partialem circuitum

(x) *Univ. Magazin* T. XII. *Supplem.*
(y) TAYLOR *Orat.* HARVEY. 1756.
(z) Laudat ipse modestiam adversarius ejus NARDIUS *noct. genial.* p. 273.

tum refutat. Anaſtomoſes rejicit, ſanguinem ex arteriis in venas per parenchyma tranſire putat. CARTESII efferveſcentiam ſanguinis emendat, ſanguinem arterioſum adeo inſigniter a venoſo diſtare negat. Inter partes extremas & vinculum venam damæ multum ſanguinem dediſſe, nullum vinculum inter & cor, coram Rege expertus eſt. Ligatis venis cor quieſcere. Arterias non micare, niſi ſanguine a corde impulſo: ſubtracto ſanguine cordi & auriculæ pulſum ſubtrahi. Nomen arteriæ venoſæ venæque arterioſæ in meliora nomina reformavit. Prodierunt hæ exercitationes Roterodami 1649. 12°. curante *Zach.* SYLVIO, tum 1661. 12°. 1671. 12°.* Cantabrigiæ 1649. 12°. DOUGL. Pariſ. 1650. 12°.* Lond. 1660. 8°. Anglice *The anatomical exercitations of* W. HARVEY Lond. 1653. 8°.* tres exercitationes, una cum BACKIO.

Cæterum novum inventum HARVEJI univerſam Europam medicam ad arma excivit. Qui GALENI theorias, venarumque delectum, videbant a novo invento funditus ſubverti, qui præterea in dignitate conſtituti nolebant fateri, ſe errores meros per omnem vitam ſuam docuiſſe, ii univerſi undique in novatorem ſuos calamos ſtrinxerunt. Eorum aliqui non novum eſſe demonſtrare ſunt conati, quo HARVEJI nomen clareret inventum, ſed aut ab omni antiquitate notum fuiſſe, aut certe ab aliis dictum, quorum ſingulorum argumenta expendimus. Ad HIPPOCRATEM multi retulerunt, J. NARDIUS (*a*), *J. Antonius van der* LINDEN totis 29. diſputationibus Leidæ ab anno 1659. excuſis. *Philippus Jacobus* HARTMAN *de peritia vett. anatomica. Joh. ab* ALMELOVEEN (*b*); *Petrus* BARRA (*c*); *Car.* DRELINCOURT (*d*); *Carolus* PATIN (*e*), *Noël* FALCONET (*f*), *Laur.* HEISTER (*g*), P. REGNAULT (*h*); G. C. STENZEL (*i*); L. DUTENS (*k*). Alii ad SALOMONEM (*l*), PLATONEM (*m*), veterum SCHOLIASTEM (*n*), ad NEMESIUM hoc inventum retulerunt, ut Editor editionis Oxonienſis & J. G. BERGER (*o*), ad Sinenſes vel Perſas alii (*p*). Multi ad P. SARPIUM (*q*), *Thomam* HARRIOTUM, celebrem mathematicum, alii (*r*) ad *Honoratum* FABRUM S. J. qui anno 1638. in diſput. publica, ante quam HARVEJI librum edidiſſet, eum circuitum docuerit (*s*). Alii *Aegidio* GUTHMANN, homini

(a) *Noct. gen.* X.
(b) *Invent. nov. jant.*
(c) HIPP. *de la circulation du ſang.*
(d) *Epimetra ad diſſ. de lienoſ.*
(e) *Circulat ſang. veter. notam fuiſſe.*
(f) Cum l. *des fievres.*
(g) *An ſanguinis circulatio veteribus ignota fuerit.*
(h) *Orig. antique de la phyſ. moderne.*
(i) *De veſtig. circulat. ſang. apud* HIPPOCR.
(k) *Découv. des modernes.*
(l) J. MURALT &c. vide *Elem. phyſ.* p. 241.
(m) HEISTER *progr.* anno 1720. *ann.* Jul. l. p. 146.
(n) IDEM. (o) *Natur. human.* p. 55.
(p) *Elem. Phyſiol.* T. I. p. 247.
(q) ULMUS. WALÆUS, T. CORNELIUS, LEONICENUS perſonatus, J. VESLING. ad BARTHOL. *ep.* 26.
(r) *v. d.* LIND. n. 196. WOTTON p. 251. (s) *Eſſays de phyſiq.* p. 426.

mini fanatico (*t*); *Helvico* DIETERICO (*u*), aut *Jacobo* RUFF (*x*) illuſtre inventum tribuerunt.

Horum hominum plerique nunquam animalia inciderant, & de omnibus audivimus (*y*) rationes advocatorum.

ALII, meliorem hactenus viam ingreſſi, rationibus & experimentis in HARVEJUM pugnarunt, primus *Jacobus* PRIMIROSE, tunc *Aemilius* PARISANUS, J. RIOLANUS, C. HOFMANN (*z*), *Eccardus* LEICHNER, aliique, de quibus ex ordine audiemus. Nuper omnino *La* CAZE, J. T. BORDEU, ROBERTUS, aut infirmare magnum inventum conati ſunt, aut elevare (*a*).

Mihi quidem, cum plurima in eam rem legerim & meditatus ſim, non dubium videtur, circuitum minorem multis innotuiſſe, majoris tenue veſtigium apud CÆSALPINUM reperiri, neminem vero ante HARVEJUM experimentis & ratiociniis, quæ virum peritum vincant, eum circuitum demonſtraviſſe, vocesque CÆSALPINI per ſemiſeculum publicatas neminem ad verum adgnoſcendum moviſſe, ſed ne quidem H. FABRICIO viam aperuiſſe ad intelligendam veram valvularum venarumque functionem.

Continuo vero, ut multos adverſarios, ita adſeclas numeroſos vis veri ſibi paravit, inter quos WALÆUS eminet, alter certe ſtator inventi, qui ſuis copioſis experimentis HARVEJANA confirmavit. Sed etiam *Renatus des* CARTES, cujus eo ævo ſumma fuit auctoritas, eam vim veri inter primos ſenſit. Verum hæc per ſingula ſcripta videbimus. HARVEJUS ipſe ſe vivo vidit verum a ſe inventum ab univerſa Europa adoptari. Statuam jam anno 1663. ei poſuiſſe cives BORRICHIUS (*b*) ſcribit, etſi alii a R. MEADIO in collegio demum CUTLERIANO buſtum marmoreum dicunt dedicalum fuiſſe (*c*).

Cum J. BETTI lib. *de ortu & natura ſanguinis* prodiit Lond. 1669. 8°.* HARVEJI diſſectio corporis T. PARRE, viri qui ad ſummam ætatem 150. annorum vixerat. Brevis libellus, & memorabilis, etſi nulla tam raræ longævitatis cauſa in cadavere detecta eſt. Repetitur in *Phil. Tranſ.* n. 44.

Alterum immortale magni viri opus, *Exercitationes de generatione animalium, quibus accedunt quædam de partu, de membranis ac humoribus, de conceptione &c.* prodiit Londini 1651. 4°.* recuſum Amſtelodami eodem anno 12.* & 1662. 12°. Patavii 1666. 12°.* Haag. 1680. 12°. HUTH. & in MANGETI Bibliotheca. Anglice *anatomical exercitations on the generation of living creatures* Lond. 1653. 8°. OSB. Seni ſuarum rerum negligenti, & litium pertæſo, quas

 paſſus

(t) G. W. WEDEL.
(u) Conf. p. 347.
(x) GARENGEOT, *de la* FAYE.
(y) Conf. *Elem. Phyſiol* T. I. p. 240. ſeqq.
(z) *Apolog. pro* GALENO L. II. *ſect.* IV. c. 8. *digreſſ. de circulat. ſanguinis* Pariſiis 1647. 4. 1652. 12.
(a) Nimii fieri BORDEU *pouls* p. 175.
(b) ap. BARTH. IV. p. 92.
(c) *Tour through great Brit.* II. p. 135.

paſſus erat, has ſchedas *Georgius* ENT extorſit, mutilas, amiſſis per bella civilia ſummi viri de generatione inſectorum experimentis. Eximia vero ſunt, & per plurima experimenta nata. Gallinarum organa genitalia, renes, ovi incubati mutationes ſuos per dies, cordis formationem aliarumque partium longe quam ARISTOTELES minutius & accuratius expoſuit, etſi aliquid ſuperſit, quod emendes. Scripta erant circa anno 1633.

In formatione quadrupedum etiam plura præſtitit, quam in damis a Rege ſibi permiſſis contemplatus eſt. Quadrupedibus manticam pro ovo eſſe, cætera liquore plenam. Celebre Problema in hoc opuſculo propoſuit, cur quæ reſpiraverunt animalia, non poſſint absque aeris uſura vivere. Ut fetus partes paulatim evolvantur, ſic in homine. Partus, in quo oſſa pubis monet diſcedere: de vi propria uteri & fetus. Urachum cæcum eſſe confirmat, nullamque tunicam allantoideam.

Ex utraque zoogonia confirmat, omnia animalia ex ovo naſci, membrana nempe liquore plena. Multa etiam alio pertinentia utiliſſime tradidit, ut ventriculos animalium, eorumque functionem. Sed infinita ſunt, quæ nova & meliora vidit. Et injuſtum nuperi auctoris eſt judicium, qui nihil habere, niſi ab ARISTOTELE, præter omnem cauſam criminatus eſt (*d*).

Ejus anatome practica periit, quam promiſerat (*e*).

Hæc opera cum præfatione B. S. ALBINI prodierunt Leidæ 1737. 4°. 2. Vol.

Omnia, quæ de HARVEJO ſuperſunt, cura Collegii medici Londinenſis prodierunt Londin. 1766. 4°. maj.* quæ ſplendida eſt editio.

Epiſtola ibi exſtat anni 1651. ad M. SLEGEL, in ea circumeuntem per pulmonem ex dextro ventriculo in ſiniſtrum aquam deſcribit. Contra anaſtomoſes inter fines arteriolarum, & venarum initia. Ad MORISONUM de vaſis lacteis & ductu PECQUETI, quos incredulus rejicit, anno 1652.

Sic in epiſtola ad *J. Dan.* HORSTIUM a. 1655. tum altera ejusdem anni (*f*).

Ad C. HOFMANNUM, qui novum ſanguinis circuitum deſpiciebat, a. 1636.

Reliquas epiſtolas omitto.

In faſtis Societatis regiæ excuſæ ſunt theſes phyſiologicæ & anatomicæ aliquæ (*g*). Incidiſſe etiam hirundines ſub aqua merſas, neque aut motum deprehendiſſe aut calorem.

§. CCCXL. *Varii.*

Victoris CARDELINI *de origine fetus* L. II. *in quibus luculentis Græcorum auctoritatibus calidum a calore dirimitur ac expeditur quid ſignificet cum adfectione innati,*

(d) BUFFON *hiſt. natur.* T. II. p. 79.
(e) *De motu cord. & ſang. Exercit.* II. p. 174.
(f) Exſtat inter epiſtolas J. D. HORSTII Francof. 1656. 4.* excuſas.
(g) BIRCH IV. p. 535.

innati, vitalis, naturalis, genitalis & animalis, quidve ſit archigonum Vincentiæ 1628. 4°.*. Semen femininum negat, & menſes materiem fetui præſtare ex ARISTOTELE contendit. Adlaborat oſtendere, feminas ſemen in coitu non emittere, & minorem, quam viri, voluptatem percipere. Pleriſque dum concipiunt, negat clitoridem rigere.

J. Baptiſta NAVARRO, ex diœceſi Dertoſana, *Commentarii in* GAL. *de pulſibus ad Tirones & ſpurium* l. *de urinis* Valent. 1628. 8°. Aucti a *Luca* FUSTER ibid. 1651. 8°. & 1693. 4°. CAP. de VIL.

Alphonſi a CARANZA, J. C. Hiſpani, *tractatus novus de partu naturali & legitimo, de partus conceptione, formatione, de fetu in utero, de poſthumis, de conditione partus, tempore partus vario, abortivo, monſtruoſo, numeroſo partu, ſuperfetatione, generatione* Madrit 1628. fol. Genev. 1630. 4°.*. Juriſconſulti opus, acuti viri, & eruditi, ſed noſtris in ſtudiis non innutriti, & in juridica parte fuſiſſimum.

Michaelis DOERING de muſculorum uſu epiſtola.

Jac. MULLER de eodem argumento, & *Henrici* HOPFNER de virginitate. Hæ Epiſtolæ exſtant cum G. HORSTII obſervationibus Ulm. 1628. 4°. Conf. p. 341.

Martin LEUSCHNER & PRÆTORIUS *de partibus corporis humani ſimilaribus* Stettin 1628. 4°.* & 1629. 4°.* & *diſſimilaribus* ibid.

J. Henrici TONSOR & MONACHI *de nutritione* Marpurg. 1628. 4°.*.

Gottfried RASPE diſp. XXma *de ſomno & inſomniis* Lipſ. 1628. 4°. HEFT.

Pauli SLEVOGT *de identitate potentiarum vitalium inter ſe & cum anima* Jen. 1628. 4°. ZOCHA.

Petri PIIART & *Nic.* HELIOT *Ergo lac recens recenti puero bonum* Pariſ. 1628.

Cypriani HUBAULT & *Guil.* PUYLON *Ergo natorum ſimilitudo a vi formatrice & imaginatione* Pariſ. 1628.

Nic. BRAYER & *Dionyſii* BAZIN *Ergo in venis αἱματοσυμπηξις* Pariſ. 1628.

Cl. des POIS & *Cl.* MARTIN *Ergo ab aere ſanitas, morbus* Pariſ. 1628.

Petri le CONTE & *Nicolai* MATHIEU *Ergo cor omnium facultatum principium* Pariſ. 1628.

Guil. de VAILLY & *Guil.* GUERIN *Ergo a temperamenti viventis mutatione ætatis temperamenta* Pariſ. 1628.

§. CCCXLI. *M. Aur.* SEVERINUS.

Marcus Aurelius SEVERINUS ſolebat ſe Thurium ſcribere & Crathigenam, Profeſſor anatomes & botanices Neapolitanus, vir acris ingenii, maſculæ chirurgiæ reſtitutor, non mediocris ſuo ævo anatomicus, potiſſimum animalium inciſor.

Ejus

Ejus exſtat, quam non vidi, *hiſtoria anatomica & obſervatio medica eviſcerati corporis Marcelli* SACCHETTI Neapoli 1629. 4°. PLATN.

Inde Noribergæ, VOLCAMERI cura, prodiit *Zootomia Democritea ſive anatome totius animalium opificii* 1645. 4°.*. Anatomen equidem conparatam non bene ſupra humanam anatomen extollit, cæterum numeroſas habet animalium diſſectiones, breves, neque per intima, & icones rudiuſculas. Multa tamen hic reperias nova & inexſpectata, ut vas ex capſulis renalibus VALSALVIANUM, glandulas PEYERI, muſculos bronchiales avium aquaticarum, ſeptum pectiniforme penis aſinini, inteſtinorum aliorumque viſcerum paſſim fabricam. Machinas cum animalibus comparat. Excarnationem viſcerum ſibi tribuit, anno 1617. inventam, & ejus primum tentamen in jecore (*h*) factum. In fele glandulas bronchiales vidit: monticulos veſicæ craſſiores habet. Canalis hepaticyſticus in veſiculam fellis inſertus.

Ej. *de viperæ natura, veneno, medicina, demonſtrationes & experimenta nova* Patav. 1651. 4°.*. Senile opus & confabulatorium, pauciſſima habet propria, bonas tamen VESLINGII & HODIERNÆ de viperæ anatome obſervationes. Parere, ut reliqua animalia, recte docet. Ipſa initia embryonis & pulſum micantis corculi ex VESLINGIO. Dentes venenatos mobiles eſſe, ut quietum animal eos recondere queat. Veſiculam tenui flavoque veneno plenam deſcribit. Dentes innocuos eſſe, ſolumque ſuccum nocere docuit.

EJUSD. *ſeilophlebotomia caſtigata*, in *collegio anatomico* Hanau 1654. 4°.* & Francofurti 1668. 4°.* edita. Anatomen tradit univerſæ venæ axillaris, & præcipue etiam venæ, quæ digitos minimum & minimo proximum adit, & vulgo ſeilem audit. Ejus deinde venæ, & ſalvatellæ privilegia, & cauſam refutat, cur ea potiſſimum vena præ aliis aperiatur. Nullum eſſe lieni cum peculiari aliqua in brachio vena commercium recte oſtendit. Venæ portarum cum phrenicis communicationem confirmat.

Porro ejusdem SEVERINI pro ſua *ſeilomaſtige* Epiſtola ad CASTELLUM.

EJUSD. *Antiperipatias* h. e. *adverſus Ariſtotelicos de reſpiratione piſcium diatriba. Phoca illuſtratus. De radio turturis marini, ejusque vi, medicina, veneno* Neapoli anno 1659. fol.* a morte SEVERINI, quem anno 1654. peſtis exſtinxerat. In Antiperipatia primum defendit, piſces utique reſpirare, & per branchias ſuas aerem ſpiritumque cum aqua commiſtum haurire: ſed etiam pulmonem poſſidere, trilobum, a diaphragmate adusque imum ventrem extenſum, quem primum in polypo viderit. Ab anguilla ſe vidiſſe bullas in aqua & reſorberi, & denuo proferri, ſic in lampetra. Icon pulmonis piſcium periit, videtur autem a piſcibus vero pulmone præditis nimiam concluſionem ad omnes piſces extendiſſe. De veſica natatoria fuſe. Arterias branchiarum absque venis eſſe. Piſces calere adfirmat. Altero libello agit de piſcibus in ſicco viventibus. Tertio phocam deſcribit, & in eo ductum arterioſum & concurſum duorum ramorum tum venæ cavæ tum aortæ. Inde divagatur ad anaſtomoſes in

(h) p. 404.

in universum, quas per universum corpus humanum reperiri contendit. Lapillos in proprio sacculo piscium conprehensos, primus ni fallor, dixit, & eorum aliquem cum malleo comparavit (*i*). Circulationem HARVEIANAM rejicit, & contra eam se scripturum esse minatur (*k*). Icones desiderantur, etsi spatium pro iis nudum relictum est.

In *efficaci medicina* Francofurt. 1646. fol. 1671. fol. arteriæ & venæ recensentur, quæ per singula membra secari possunt.

In observationibus *de abscessibus novissimis* testimonium exstat, tendines parum sentire.

Anno 1650. vasa lactea demonstravit.

Plurimos codices M.S. ineditos reliquit, ut symbola anatomica, & quatuor discursus in quæstiones *Julii* JASOLINI, quos inter etiam erat de utero & fetu sermo.

§. CCCXLII. *Varii.*

Tiberio MALFI *de Montesarchio, nuova pratica della decoratoria manuale e della sangria* Napoli 1629. 4°.*. In L. II. venarum habet nomina, quæ secantur. Aliqua de arteriis & nervis vicinis breviter scripsit, ut nihil proprii habeat. In L. III. quærit, cur tonsores sint anatomici. Aliqua de venis brachii, quæ secantur. Venam pollicis alias a basilica provenire, alias a sola cephalica.

Caroli Annibalis FABROTTI, Antecessoris Aquisextiensis, *exercitationes duæ de tempore partus humani & numero puerperii.* Datæ sunt Aquis Sextiis anno 1629. 4°.* LIND. editæ cum CARANZA Genev. 1630. 4°.*. Eruditi viri ex veteribus collectanea.

Claudius SALMASIUS, vir eruditissimus, in *Plinianis ad* SOLINUM *exercitationibus* Paris. 1629. fol. Ultraject. 1689. fol.* editis, multa dedit ad naturam animalium, ad partes corporis animalis, ad philologiam pariter pertinentia.

EJ. *de annis climactericis* Leid. 1648. 8°.* spissum & doctissimum opus, aliqua parte huc pertinet ob doctrinam de crisibus & annis periculosis.

EJ. *Epistola* ad *Andr.* COLVIUM *super* I. *ad Corinth.* XI. *de cæsarie virorum & mulierum coma* Leid. 1644. 8°.

Leo ALLATIUS hoc anno edidit latine versam EUSTATHII, Episcopi Antiocheni, lib. *de Engastromythis, & syntagmate illustravit* Lyon 1629.

Balthasaris FABRICII *opusculum physiologicum & medicum libris tribus distinctum tractans* I. *corporis humani temperamenta: deinde res non naturales* Amstelodami 1629. 8°. LIND.

Antonii SANTORELLI *postpraxis medica s. de medicando defuncto* L. I. *in quo explicantur, quæ medicus debet defuncto præstare,* Neapoli 1629. 4°. LIND.

EJUSD.

(i) p. 95.
(k) *Epist.* VII. ad SIGER. de quidditate lymphæ Bartholinianæ.

EJUSDEM *de sanitate naturali* L.L. XXIV. Neapoli 1643. fol.* Libri XX. ad physiologiam pertinent. Auctor scholasticus, plurimum utitur D. THOMA.

In *Pantheo hygiastico Claudii* DEODATI analysis aliqua sanguinis traditur, oleum rubrum, quinta essentia, & lamellæ quasi talci, quæ ex capite mortuo cum spiritu suo, igne subjecto destillant.

Joh. GUTIERREZ *de* GODOY *disputationum super lib.* ARISTOTELIS *de memoria & reminiscentia* L. II. Lovanii 1629. 4°. MANGET.

EJ. *tres discursos para probar que estan obligados a criar a sus hijos alos pechos todas las madres, quando tienen buena salud, buen temperamento, buena leche y fuerzas para alimentarlos* Gienn 1629. 4°.

Giovanni ARTISCO *pedis admiranda* Paris. 1629. 8°. CIN. Conf. p. 342.

Ramires de CARION in *mervellas de naturaleça* PONTII habet inventa, ad docendos loqui surdos.

Secco SPONTONI *la metoposcopia* Venet. 1629.

PERSII ROSSII *de humanarum propensionum ex temperamento præventionibus ex* CAM. BALDI *sermonibus excerptus* l. Bonon. 1629. 4°.

C. HORNII *elephas* Norimberg. 1629. 4°. HUTH. Si huc facit.

Petri GUENAULT & *Vict.* PALLU *Ergo μαλακοσαρκοι ingeniosi* Paris. 1629.

Fr. GUENAULT & *Car. du* PRE' *Ergo semen αψυχος* Paris. 1629.

Gab. HARDOUIN & *Ans.* BICQUET *Ergo ut spiritus sic flatus a calore* Parisiis 1629.

Mich. de la VIGNE & *Petri* HOMMETZ *Ergo magnum caput parvo præstantius* Paris. 1629. Conf. p. 334.

Simon le LETIER & *Lancelot de* FRADE *Ergo corporis & animæ mutua sympathia* Paris. 1629.

§. CCCXLIII. *Vopiscus Fortunatus* PLEMPIUS,

Discipulus SPIGELII, Amstelodamensis, qui Lovanium se contulit, & cathedræ præfectus, in ea academia consenuit. EJUS *verhandelingh der Spieren* prodiit Amstelod. 1630. 8°.* cum nomine solo FORTUNATI. Musculorum descriptio cum nonnullis adjectis, quæ ad chirurgicas administrationes pertinent, in quaque parte suscipiendas. Aliquantum a præceptoribus PAVIO, FALCOBURGIO & SPIGELIO profecerat, propria vix habet, neque vulvæ, neque aurium internarum & externarum musculos unquam viderat. Bicipiti brachii musculo duos esse tendines, tenuem alterum, alterum teretem, pro re nova (*l*).

EJUSDEM est *ontleeding des menschelycken lighaams beschreeven door* B. CABROL *nu verduytschd en met byvoegzelen als och figuren verrykt* Amsterdam 1648. fol. min.*. Icones corrasit ex PAVIO & VESALIO, proprii nihil addidit.

EJUSD.

(l) p. 127.

EJUSD. *de fundamentis medicinæ* L. VI. *acribologia ſcholaſtica accurati* Lovan. 1638. 4°.* 1644. fol.*. Scholaſticas quæſtiones agitat, & anatomici parum habet. Valvulas ureterum refutavit. Duas habet diſtantia aliqua ſeparatas tympani membranas. Ligato nervo octavi paris cor nihil pati. In ſpongia pulſum ſuffocari. Iconem ductus pancreatici dedit, quam anno 1644. SYLVIUS Amſtelodami delineari curaverat, eamque ſatis bonam. Hactenus candidus, quod HARVEJI inventum, in priori editione repudiatum, nunc in poſteriori admiſit, & experimentis confirmavit, poroſque ſepti cordis rejecit. Foramina papillarum renalium deſcripſit, in quæ ſtylum inſeruerit.

Alias video editiones citari Lovan. 1653. fol. cum VERMOOSTII apologia UFF. & ibid. 1665. fol. BEUGHEM. & Amſtelod. 1659. 4°.

EJUSD. *ophthalmographia ſ. tractatus de oculo* Amſtelod. 1632. 4°. OSB. Lovan. 1638. 4°.* (*m*) ed. III. 1659. fol.*. Juvenis opus, octodecim annos nati, minime tamen inutile. Multum KEPLERO uſus eſt & SCHEINERO: Acute ſcripſit & latine; in judicando perſpicax, etſi ſcholarum methodum ſequitur. Recte poſt KEPLERUM retinam eſſe organum viſus, non lentem cryſtallinam: in ea lente reſidere cauſam myopiæ & presbyopiæ: eam loco moveri neceſſe eſſe. Problemata magno ingenio ſolvit.

In noſtra editione *Gerardi* GUTSCHOVII mathematici animadverſiones repeṛiuntur, cum PLEMPII reſponſione.

IDEM AVICENNÆ Canonis L. I. & II. edidit Lovan. 1658. fol.* & ſcholia etiam anatomica adjecit.

§. CCCXLIV. *Stephanus* RODERICUS,

Caſtrenſis, Profeſſor Piſanus. EJ. *Aſitia tractatus* Florent. 1630. 8°. 1647. 8°. BUR.

EJUSD. *de ſero lactis tractatus* Florent. 1632. 4°. vel 1631. ut LIND. Norimbergæ 1646. 12°.

EJUSD. *commentarius in* HIPPOCRATEM *de alimento* prodiit Florent. 1635. fol.

In variis exercitationibus medicis Venet. 1656. 4°. huc facit unica de tempore expurgandis lochiis deſtinato.

EJ. *tractat. de natura muliebri ſ. diſputationes ac lectiones Piſanæ* Hanau 1654. 4°.* Francofurt. 1668. 4°.* liber a filio FRANCISCO editus. De ſexuum diſcrimine: de temperamento mulierum, quod frigidum facit; de conſtitutione corporis muliebris; num ſexus permutari poſſit. An menſtruus ſanguis ad generationem fetus neceſſario requiratur? eum ſanguinem minime malignum eſſe oſtendit. Porro de notis virginitatis, de conceptione: quid ſemen ad generationem faciat, omnia ex ſcholarum ſententia.

(*m*) Negat exſtare BOERNER *relat.* I. p. 50.

§. CCCXLV. *Werner* ROLFINK,

Hamburgensis, suo ævo vir insignis & publice utilis. Linguas orientales tenebat, & artis universum ambitum. Academia Jenensis ei theatrum anatomicum debet, & hortum medicum, & laboratorium chemiæ destinatum, cujus artis primus in Europa Professor fuit publicus; sed etiam chirurgicorum instrumentorum magnam vim collegerat. Anatomen ipse novo penitus instituto exercuit, ut nomen viri in anatome apud vulgus hæserit. Patavii etiam pro H. FABRICIO aliquoties Germanis studiosis cadavera incisa demonstravit (*n*), & in Palatio (*o*) Contareno nervos, & medullam spinalem. Cum tamen non sufficerent cadavera, non potuit multa detegere. Vasa lactea anno 1626. primus post ASELLIUM vidit (*p*). Libros scripsit undique doctos, anatomen dedit collatitiam, potissimum etiam ex VESALIO. Disputationes plurimas edidit,

Anatome medicinæ oculus.

Anatome microcosmi commentata Jenæ 1631. 4°. VATER.

De chylificatione & circulatione sanguinis Jen. 1632. 4°. MOELLER.

De innato calido Jen. 1635. 4°. BURCKH.

De natura cervi ibid. 1639. 4°. B. THOMAS.

In disp. a. 1642. proposita, defendente *J. Th.* SCHENK, primus Professorum Germanorum circulationem sanguinis defendit. Poros tamen cordis retinet (*q*).

De arteriis Erford. 1651. 4°. aut 1653.

De fundamentis microcosmi Jen. 1652. 4°.*.

De chylo & sanguine ibid. eod. anno 4°.*.

De hepate ex veterum recentiorumque observationibus concinnata, & ad circulationem sanguinis accommodata diss. Jenæ 1653. 4°.*.

De corde ex veterum & recentiorum propriisque observationibus concinnata, & ad circulationem sanguinis accommodata diss. Jen. 1654. 4°.*.

De fetu ibid. 1658. BURCKH.

De sanguificatione læsa ibid. 1659. 4°. MOELL.

De tussi ibid. 1663. 4°.

De pollutione nocturna ibid. 1667. 4°.

EJUSD. *dissertationes anatomicæ synthetica methodo exaratæ* prodierunt Jenæ 1656. 4°.*. Ex Græcis, & locis ARISTOTELIS & GALENI, non sine eruditione arabica. In l. I. collegit priora programmata, quæ ad anatomes commendationem faciunt. In reliquis ossa, musculos, vasa & nervos descripsit, cum plurimis controversiis. Quartum par nervorum, quod linguam oportuerat adiisse, ait

(n) *Diss.* p. 909.
(o) *Diss. anat.* p. 381.
(p) *Otto* SPERLING in *præf.* ad ROLFINKII *genital.*
(q) SCHENK *schol. part.* p. 57.

ait se vidisse ad occiput reflexum. Valvulas venæ sine pari sibi tribuit. Ossiculum auditorium quartum aliter a SYLVIO describit. Musculum CASSERII membranulam esse recte monuit. Membranam musculorum in intima penetrare.

Eas diss. volebat recusas multo dare auctiores, sed labori intermortuus est (r).

EJUSD. *ordo & methodus generationi dicatarum partium per anatomen cognoscendi fabricam* Jen. 1664. 4°.* alii Francofurt. Loci græci ARISTOTELIS, GALENI amicorum; proprias vero adnotationes vix habet.

EJUSD. *de sexus utriusque partibus genitalibus Specimen, cum microcosmo Johannis v.* HORNE prodiit Lipsiæ 1675. 12°.

Vitam viri dedit G. W. WEDEL Jen. 1673. 4°.

§. CCCXLVI. *Jacobus* PRIMIROSE. *Alii.*

Burdigalensis, in Anglia Medicus regius, inclaruit suis in HARVEJUM scriptis, & quod primus in novum inventum insurrexerit. Ergo *exercitationes & animadversiones in librum de motu cordis & circulatione sanguinis* edidit Londini 1630. 4°.* recusas Leidæ 1639. 4°.*. Subtilitatis satis, & cavillorum, experimentorum nihil. Ipsi Præceptori suo RIOLANO, magno HARVEJI adversario „ minime satisfecit.

Inde cum J. WALÆUS eximia exercitatione HARVEJI experimenta suis confirmasset, PRIMIROSIUS porro *in eam disputationem medicam, quam pro circulatione sanguinis* HARVEIANA WALÆUS *proposuit, animadversiones suas* edidit Leidæ 1640. 4°. ni fallor, recusas in collectione Leidensi anno 1656. 4°.*. Multum laborat, ut HARVEIUM inter & WALÆUM dissensum aliquem detegat. Cavillum arctius ligatæ venæ repetit, quam laxare oporteat, ut sanguinem det incisa. Totus vanus & scholasticus.

In eadem causa edidit porro *animadversiones in theses, quas pro circulatione sanguinis Henr. le* ROY *disputandas proposuit* Leidæ 1640. 4°.* 1644. 4°. & cum iste respondisset, *Antidotum adversus Henrici* REGII *spongiam* Leid. 1644. 4°.* recusam ibid. 1656. 4°.* qua suas in HARVEJUM exercitationes defendit.

EJUSD. *de usu lienis sententia* Leidæ 1639. 4°.* & 1656. 4°.* cum animadversionibus in WALÆUM. Factum esse ad receptionem humoris atrabilarii.

Edidit porro *destructionem fundamentorum medicinæ* V. F. PLEMPII Roterodami 1657. 4°.*. Puto ob invidiam admissi circuitus sanginis in PLEMPIUM insurrexisse. Negat sanguinem perpetuo moveri. De vena secta plus sanguinis fluere, quam aorta suppeditare possit. Sanguinem profluere de vena cor inter & vinculum incisa. Carpit PLEMPIUM, quod LAURENTIUM exscribat. Multa scholastica. Inde in WALÆUM arma vertit, quem tamen PLEMPIO præferat. Negat sanguinis in singulo pulsu aliquid emitti vel recipi: effluere etiam de vena ligata, si cor inter & vinculum incideris. Contra vim veri eo confugit, ut

(r) MOELLER I. p. 565.

DRAKEUM arteriam ſpermaticam, PLEMPIUM coronariam non reperiſſe, his viris exprobret. Ubique oſtendit ſe expertem anatomes.

In lib. II. *de vulgi erroribus in medicina* Londin. 1638. OSB. Amſtelod. 1639. LIND. & auctius Amſtelodami 1659. 16°.*. Anglice Londin. 1651. Gallice Paris 1689. 8°. pugnat contra vana ex urina præſagia.

Danielis WINKLER, Medici Uratislavienſis, *animadverſiones in tractatum qui inſcribitur diſſ. de vita fœtus in utero* Jen. 1630. 4°.*. Vitam fetus a matre eſſe, absque experimentis contendit.

J. Petri LOTICHII, viri eruditi & eloquentis, *Gynaicologia ſ. de nobilitate & perfectione ſexus feminei contra Maſtiges διασκεψις phyſica* Rinteln 1630. 8°. GUNZ.

J. Phil. BURGGRAV *biolychnium* Francofurt. 1630. 8°. RAST.

J. Henricus ALSTEDIUS in *Encyclopædia* Herbornæ 1630. fol. (1626. fol. GRON.) edita habet in L. XXVII. phyſiologiam, in L. XXIX. aliqua anatomica. In compendio Lexici medici Herborn. 1626. 8°. *Zachariæ* ROSENBACH aliqua ſunt, quæ recenſui.

Janus Cæcilius FREIUS, Pariſienſis, edidit Pariſ. 1630. 8°. LIND. *phyſiognomiam, chiromantiam, oneiromantiam.*

Jacques ROLAND *de* BELLEBAD *deſcription d'une bouche ſans langue, laquelle parle & fait naturellement toutes ſes autres fonctions* Saumur 1630. 8°. BUR. & *défenſe du titre du dit livre* ibid. 1630. 8°. BUR. Latine in E. N. C. *Dec.* I. *ann.* III. append. vertente *Carolo* RAYGER. Puer linguam per gangrænam ex variolis natam amiſerat: ejus pueri os deſcribitur, deinde linguæ reliquiæ: tunc anatome linguæ ſecundum naturam ſe habentis. Inde quæritur, quomodo ſine lingua homo loqui, guſtare & deglutire poſſit.

John LEVETT *the ordening of Bees, or the true hiſtory of managing them* London 1630. 4°. ſi huc facit.

Jacobi RITZENII *exercitationum medicarum faſciculus de cerebro & ei adnexis* Leidæ 1630. 8°. BOEHMER.

Hugues BABYNET *l'art de guerir les deſcentes* la Haye 1630. 12°.* Dari ligamentum in peritonæum ab inguine euns, quod inteſtinum & epiploon ſuſtentet.

David HERMAN *manuale anatomicum* Norimb. 1630. 12°. HEIST. niſi error eſt.

Anonymi Beſchreibung des menſchlichen Körpers Nürnberg 1630. 12°.

Georg RÖSLER *de ſenſibus internis* Altdorf 1630. 4°.

EJ. *de ſenſibus* ibid. 1640. 4°.

Adam GRUNINGK *de inſomniis* Lipſiæ 1630. 4°. PL.

J. Georg SWALBACH diſſ. *de ciconiis & hirundinibus, quo exeunte æſtate avolent, & ubi hiement* Spir. 1630. 4°. phyſici potius argumenti.

Jac. BARTSCH *theſes inaug hippocraticæ* Argent. 1630. 4°.*. Habet etiam anatomica & phyſiologica.

Joh.

Joh. BONIER & *Petri le* CONTE *Ergo homo est καθολου* Parif. 1630.

Dionyf. BAZIN & *Petri* YON *Ergo fenilis juventa οκυμοιριας indicium* ib. 1630.

Vict. PALLU & *Cl.* GERMAIN *Non est ergo calor viventis caufa μαρανσεως* ibid. 1630.

§. CCCXLVII. *Varii.*

Hoc anno obiit *Johannes* PREVOT, Helvetus, Profeffor Patavinus, cujus posthumus *de urinis* tractatus prodiit Patav. 1661. 12°. LIND.

J. Baptista RUSCHIUS *de visus organo* L. IV. fcripfit, item *palæstram de oculi dignitate* Pifis 1631. 4°. LIND.

In l. *la physique & la science des choses naturelles* Paris 1631. 8°. etiam de monftris agitur.

Malachias GEIGER in *kelegraphia f. descriptione herniarum* Monachii 1631. 8.* Germanice Stutgard 1661. 12°. Ulm 1696. 12°. etiam de partium fabrica agit, & peritonæum a vafis fpermaticis negat perforari.

J. Dominici MAGLIOCCA *disputationum medicarum physiologicarum &c.* T. I. Neapoli 1631. fol. BOEHMER.

J. RONCONII *de* MUTIGLIANA *de fero lactis ejusque usu f. præparatione* Florent. 1631. 8°.*. Pro deftillati feri ufu. Practici potius & diætetici argumenti. De lactis & feri qualitatibus ad fcholarum faporem.

Difputationes 32. anni 1631. *Francisco* BURGERSDYCK tribuit Cl. HEFTER Leidæ 1631. defenfas. In B. B. exemplum eft anni 1637. 4°. Inter eas difputatio 18. eft de temperamentis. Vigefima de animato corpore animæque effectu. Vigefima fecunda de vita & morte. Vigefima tertia de nutritione & accretione. XXIV. de generatione viventium ex femine. XXIV. app. de generatione fpontanea. XXIV. app. altera de monftris. XXV. de anima fentiente & fenfu in genere. XXV. de fenfibus externis. XXVII. de fenfu interno. XXVII. de appetitu fenfitivo &c. Theoriæ.

Paul. MUHLMAN *de memoria* Lipfiæ 1631. 4°. B. THOMAS.

J. C. DENNHAUER *de memoria* Argent. 1631. 4°.

Guilielmi PUYLON & *Math.* ALTON *Ergo a spirituum influxu pupillæ dilatatio* Parif. 1631.

Anselmi BICQUET & *Fr.* BLONDEL *Ergo parvæ mulieres magnis fecundiores* Parif. 1631.

Claud. CHRETIEN & *Lud.* RENOUARD *Ergo a femine mores* Parif. 1631.

Car. DU PRE' diff. *an oculi omnis & mortis indices* Paris 1631. 4°. Non eft in catalogo authentico.

§. CCCXLVIII.

§. CCCXLVIII. *Michael Rupert.* BESLER,

Medicus Noribergensis, BASILII filius, *de sanguine secundum & præter naturam* Altdorf. 1631. 4°.*.

EJUSD. *admirandæ fabricæ humanæ muliebris partium generationi potissimum inservientium & fetus fidelis quinque tabulis hactenus nunquam visa delineatio* Noriberg. 1640. fol. atlant.*. Ova bene, & verior de uracho cæco sententia, deque carnosa umbilici substantia. Icones cæterum satis rudes. Anulum foraminis ovalis habet.

EJUSD. *Gazophylacium rerum naturalium ex regno vegetabili, animali & minerali depromptarum fidelis repræsentatio* Noribergæ 1642. fol.*. Varia habet anatomica, ut lyncis dentes, cranium, os hyoides ramosum, lienem. Cygni cranium, os hyoides, sternum perforatum. Recusum est Lipsiæ 1716. fol. maj. TREW. varie auctum.

EJUSD. *observatio medica singularis mulieris tres filios enixæ* 1642. 4°.*. Placenta unica. Cordis vasa in fetu usu esse promiscuo: fetum potissimum per vasa dorsalia nutriri.

§. CCCXLIX. *Johannes* SPERLING,

Professor Wittebergensis, Peripateticus, & ab anatome alienus. Ejus numerosissimæ sunt disputationes, *Osteologia* Witteberg. 1631. 4°. B. THOMAS.

De facultate nutritiva Witteberg. 1634. VAT. 1635. B. THOMAS.

De pilis Witteb. 1636. VATER.

De homine Witteberg. 1636. VATER.

De respiratione piscium ibid. 1637. VATER.

De somniis 1637. 4°.

De viribus imaginationis 1639. B. THOMAS. 1643. BURCKH. VATER. rectius ut videtur.

De modo visionis 1640. PL.

De speciebus sensibilibus 1643. 4°. VAT.

De somno & somnio 1645. VAT.

De caussis corporis humani 1646. VATER.

De capite humano 1648.

In SCALIGERUM *de partibus & generatione ex* VI. *sect. aph.* 12. 13. 1649.

De anima 1649. HEFT.

De generatione 1649. HEFT.

De visu 1650. 4°. PL.

Nutritio primus vegetativæ actus 1650. HEFT.

De

De sanguine 1650. 4°. VATER.

De appetitu rationali 1654.

De monstris 1655. HEFT.

De pulmone 1655. PL.

De generatione æquivoca 1657.

De anima rationali 1658. HEFT.

De appetitu sensitivo 1658. HEFT.

De homine 1658. HEFT.

EJUSD. *de formatione fetus in utero* Witteb. 1641. VATER. 1661. 8°.* addit LIND. annos 1655. 1672. Arguta dictio, aliquantum ad SCALIGERI saporem; multum quæstionum parum utilium, & responsionum parum docentium. Anatomes nihil.

EJUSD. *anthropologia physica* Witteb. 1647. 8°.*. LAURENTIUM sequitur & SPIGELIUM, absque anatome.

EJ. *Zoologia physica* Lipf. 1661. 8°.* Witteb. 1667. 8°.*. Undique collecta.

EJUSD. *de semine* Witteberg. 1651. 8°.* una excusa est *perturbatio calumniatoris*. Contra ZEISOLDUM. Noster defendit, semen in utero continuo animari, animam ab utroque parente advenire. Bellum incivile, & auctoritates datæ pro rationibus.

EJ. *de calido innato pro Dan.* SENNERTO *contra* FREYTAG Witteb. 1634. 8°. Lipf. 1666. 8°. LIND. & *de origine animarum pro* D. SENNERT. *contra* FREYTAG ibid. eod. anno.

EJ. *de origine formarum* Witteberg. 1634. 8°.

EJ. *meditationes in* SCALIGERUM *de subtilitate* Witteb. 1656. 8°.

EJ. *Institutiones medicæ* Witteb. 1672. 8°.

§. CCCL. J. JOHNSTON.

EJ. *Thaumatographia naturalis in decem classes distincta* prodiit Amstelodami 1632. 16°.* 1633. 16°. LIND. 1661. 16°. 1665. 16°. LIND. nitidissime excusa. Libri quinque posteriores huc pertinent, quibus animalium historia continetur. In ultimo, quo de homine agitur, potissimum gigantes recensentur, pygmæi, monstra, asiti, edaces, & qui alio modo aliquid habebant insoliti. Deinde viscera singula, generatio, aliæ actiones humanæ. Indicium limatum ne exspectes. In *historia animalium*, cujus duo tomi in folio apud MERIANUM anno 1649. 1650. & 1652. 1653.* provenerunt, compendium quoddam habetur ALDROVANDI, singularis nempe cujusque animalis cibus, generatio, partus, monstra, subinde aliqua anatome.

§. CCCLI. *Varii.*

C. Geo. QUECCII *Anatomiæ philologicæ* P. I. *de nobilitate & præstantia hominis contra iniquos conditionis humanæ æstimatores* Noribergæ 1632. 4°. Lipsiæ 1654. 4°. LIND. Poetica & philologica farrago: de partu aliqua, & de brevitate vitæ &c.

Vincentii ROBIN *Synopsis rationum* FIENI *& adversariorum de tertia die fetus animatione, ex quibus constabit, antiquitatis opinionem de fetus formatione deserendam esse,* FIENI *vero amplectendam* Dijon 1632. 4°. PAPILLON.

Joh. FREYTAG disput. *de calidi innati essentia* Groning. 1632. 8°. MÖLLER.

EJ. *de formarum origine* ibid. 1633. 8°. ex Catal.

EJ. *refutatio sectæ* SENNERTO *Paracelsicæ, qua antiqua veritatis oracula & Aristotelicæ & Galenicæ doctrinæ fundamenta convellere moliuntur* Amstelodami 1636. 8°. 1637. 8°. LIND.

Petri SERVII, Spoletani, Professoris Romani, *Institutionum, quibus tyrones ad medicinam informantur* L. III. EJ. *prolusiones duæ ad inflammandos Tyrones accommodatæ* Rom. 1638. 12°.*. Prima pars est philologica cum aliqua anatome.

EJ. *ad lib. de sero lactis Stephani* RODERICI *Castrensis declamationes, s. privatæ exercitationes* Paris. 1632. 12°. LIND. Rom. 1634. 8°.*. Ingeniosus homo & latinus, in refutando subtilissimus. Scopus est ostendere, dari in sero lactis particulas subtiles, nitrosas, calidas, purgantes, tum alias refrigerantes. Destillasse se serum ait, & nitrum subsedisse: serum destillatum valde laudat. Aquam marinam ante omnes nuperos simplici destillatione dulcem reddidit. Nomen sibi faciebat *Persii* TREVI.

EJ. *de odoribus dissertatio philologica* Rom. 1641. 8°.*. Zibethi etiam animal describit.

In EJ. *tract. de unguento armario* Rom. 1642. 8°. LIND. & in *Theatro sympathetico* Noriberg. 1662. 4°.* exstant historiæ cruentati ad occisoris adventum vulneris.

J. MULLER *de corpore ejusque partibus similaribus & dissimilaribus in genere* Lipsiæ 1632. 4°.

Joh. ITTIGII *de phantasia* Lips. 1632. 4°. B. THOMAS.

EJ. *de memoria & oblivione* ibid. 1644. 4°.*.

EJ. *de sensu* ibid. 1655. 4°. PL.

Salom. FISCHER *de sanguine* ibid. 1632. 4°. B. THOMAS.

Nicolai RITTERSHUSII diss. *de feminis hirsutis & sua sponte fecundis* Noribergæ 1632. 4°. B. THOMAS.

Guil. GUERIN & *Joh.* CHARTIER *Ergo* ισ φρονησιν το αιμα Paris. 1632.

Fr. BLONDEL & *Jac.* BARELIER *Ergo primi partus vivaciores* Paris. 1632.

§. CCCLII. *Iterum Varii.*

J. STEPHANI *comm. in* HIPPOCR. *de structura hominis*, exstat inter opera Venetiis excusa 1633. 4°.

Joh. GALLEGO *de la* SERNA, Malacensis, Archiatri Philippi III. & IV. *opera physico-medica*. Tract. I. *de principiis generationis omnium viventium*. Tract. II. *de conservatione fetus in utero, de summo naturæ artificio in partu* Lyon 1633. fol. LIND.

EJUSD. *de naturali animarum origine, invectiva adversus* D. SENNERT Bruxell. 1640. 4°.*. Ex scholarum more, & absque experimento.

Sebastianus Georgius FROES, Professor Conimbricensis. EJUS sunt *commentaria super Galeni l. de naturalibus facultatibus*. Tr. *de Anatomia Regni animalis*. *Comm. super Avicennæ Fen. I. Comm. in L. IX. Razis ad Almanzorem* anno 1633. vel 1634.

N. BEAUGRAND *le marechal expert, tr. du naturel des bons chevaux avec une description de toutes les parties & ossemens du cheval* Lyon 1633. 8°.* habet icones ligneas ossium equi.

Matth. ALTON & *Petri* YVELIN *Non ergo sola menstrualis fecunda* Paris. 1633.

Petri le CONTE & *Fr.* VIGNON *Ergo hominis* εκ των συγγεγονοτων *systema musicum* Paris. 1633.

Ludov. RENOUARD & *Matth.* DENYS *Ergo ex titillatione risus* Paris 1633.

Germ. PREAUX & *Joh.* PIETRE *Ergo temperamentum melancholicum heroicum* Paris. 1633.

§. CCCLIII. *Joh. v.* BEVERWYCK,

Medicus & Consul Dordracenus, & ad *Status Generales* Deputatus, vir doctus & poëtici ingenii, multa edidit physiologici argumenti. EJUS *epistolica quæstio de vitæ termino fatali an mobili cum doctorum responsis* primum Dordraci anno 1634. 8°. LIND. inde multo auctior Leidæ 1636. 4°. & denuo ib. 1651. 4°.* prodiit, quæ mea est editio. Pars II. est epistola SALMASII. Pars III. excusa est Leid. 1639. 4°.* 1651. 4°.* LIND. cum ejusdem argumenti libello J. ELICHMANNI & *Annæ Mariæ* SCHURMANN: in I. vero tomo *Arnoldi* de RECK, C. BARLÆI, *Cornelii van* SOMEREN, medicorum, epistolæ exstant. Etsi multi medici symbolam suam contulerunt, hoc tamen opus theologici potius est argumenti, quo de causa quidem naturali mortis inquiratur.

EJUSD. *idea medicinæ veterum* Leid. 1637. 8°.* apud ELZEVIR. Physiologiæ compendium continet.

EJUSD. *epistolicæ quæstiones cum doctorum responsis* Roterodam. 1644. 8°.*. Aliquæ argumenti sunt anatomici & physiologici. Ita epistola J. BEVEROVICII ad B. LYDIUM defendit „ non dari vera & certa signa virginitatis: cum LYDIUS contrariam sententiam tueatur.

Otho HEURNIUS anno 1632. refert, ut valvulam coli certo & indubitato demonstraverit, quæ etiam aërem contrario ductu meantem retineat: IDEM duo valvulæ labia recte dicit (*s*).

Guidonis PATINI & *Lud.* COURTOIS diss. in hæc verba: *Ergo totus homo a natura morbus est*, hic tota repetitur.

In EJUSD. *Schat der gezondheit* Amsterdam 1652. 4°.*. Germanice Amsterdam 1671. fol. Frankfurt 1674. fol.* exigua pars operis huc pertinet. De rebus sex non naturalibus agit & de partu.

In P. II. *Schat der ongezondheit* Dordrecht 1641. Belgice, & 1644. 8°. & Germanice cum priori editione, continet anatomes encomium, & occasione morborum aliquam etiam singularum partium corporis humani descriptionem.

In *Chirurgia s. heylkonst* Francf. 1674. fol.* inque parte secunda agitur de cute, musculis, tendinibus, pilis, vasis sanguineis, ossibus, cum iconibus anatomicis mutuatitiis.

In libello *Steenstuk* . . . anatome partium genitalium traditur.

Opera omnia Belgice prodierunt Amsterdam 1652. 1672. 4°. 1680. 4°. LAMB. *Chirurgia & anatomia* Gallice Dordraci 1645. 8°.

§. CCCLIV. *Olaus* WORM,

Aarhusiensis, Archiater, Professor Hafniensis, vir doctus, & historiæ patriæ studiosus, etiam rerum naturalium thesauros collegit, non expers anatomes.

Controversias medicas edidit Hafniæ 1634. 4°.* quarum aliquæ apud me sunt. In octava agitur de exemplis asitiæ.

De renum officio diss. cum H. MEIBOMII *de usu flagrorum in re venerea* Hafn. 1669. 8°.*. Sanguinem in renibus præparari, ut semen in testibus commodius perficiat.

Institutionum medicarum epitome Hafn. 1640. 4°. LIND.

Catalogus Musæi WORMIANI Hafniæ curante *Georgio* SEGER 1653. 4°.*. A morte auctoris splendide recusus est, multumque auctus, titulo *Musæi* WORMIANI s. *historiæ rerum tam naturalium quam artificialium, quæ in ædibus auctoris adservantur* Leidæ apud ELZEVIR 1655. fol.*. Dum animalium spolia recenset, passim aliqua miscet, quæ ad anatomen, aut ad physiologiam faciunt, ut sirenis manum, cranium balænæ monocerotis (quæ mihi bicornis videtur), ova aliqua, equinam mandibulam, quæ ramum quernum perforat, passim etiam de cibo, latibulis, & generatione animalium aliqua. Inter humanæ fabricæ peculiaria exempla, etiam recenset cranium rotundum cerebrum recepturum duplo humano majus, cum tamen sit alterius animalis. Sceletum muris migratoris hic depingit. Anatome apri indici.

EJ. *Historia animalis quod in Norvegia quandoque e nubibus decidit, & sata* &

(s) p. 228.

& gramina celerrime depascitur Hafniæ 1653. 4°.*. Mus maculatus, peregrinator, hic describitur, cum sceleto, etiam cum ossiculis auditus. Eos mures noster serio credit de nubibus decidere, etiam in naves.

In *Epistolis ad* BARTHOLINUM Cent. I. n. 25. describit cranium monocerotis.

EJ. *& ad eum doctorum virorum epistolæ, medici, anatomici, botanici, physici & historici argumenti* Tomi II. Hafniæ 1728. 8°. prodierunt, cura J. ROSTGAARD, & cum incendium urbis pleraque exempla destruxisset, recusæ sunt cura J. GRAMMII Hafn. 1751. 8°. 2. Vol.*. Plurima hic reperias anatomici argumenti, & historiam quamdam medicinæ ab anno retro 1610. In Epist. 96. & 98. describit WORMIUS furnum Danicum, ad excludendos pullos adhibitum. In Epist. 29. sua ossicula dicit. HENNINGUS ARNISÆUS de signis prægressi partus. *Henrici* FUIREN vena azygos duplex, ossicula inter duas meninges. *Pauli* MOTH fetus anatome, cui ductus bilarius inserebatur in ventriculum, & meconium in ventriculo & appendicula cæci erat, & de capsulis FALCOBURGIO ostensis. *Thomas* BARTHOLINUS ex itinere ad WORMIUM scripsit de appendice lienis: de vasis lacteis a TULPIO anno 1639. in cadavere strangulati hominis quinto die visis: de renibus ternis in cane, de appendice ilei: de ductu pancreatico nuper invento. Idem pro circuitu sanguinis dicit. *Olai* WORM propria etiam sunt, eaque varia, etiam cordis polypi anno 1608. visi. Ossicula WORMIANA, sex anno 1628. primum inventa, ubi GUINTHERUS citatur, qui simile ossiculum viderat. OLAI etiam ibi legas de circuitu sanguinis dubia, cui invento a. 1640. & 1643. fidem nondum adhibuit. Descriptio capitis ceti monocerotis. De carnibus lucentibus. Notæ ad BARTHOLINUM de unicornu. Scintillæ de principis regii capillis, & de tergo reginæ natæ. Serio contendit (Ep. 281.) feminam ovum peperisse albumine præditum & vitello, deinde alterum. S. C. Gratiano politanum de puero ab absente marito concepto fabulosum esse. Acris cæterum vir, neque tolerans errorum.

§. CCCLV. J. NARDIUS.

J. NARDIUS, Florentinus, vir eruditus, non quidem anatomicus, dedit Florentiæ 1634. 4.* *lactis physicam analysin.* Fuse serum, etiam destillatum, defendit contra OBICIUM, eique frigidam tribuit naturam cum nonnullis calidis particulis. Butyri antiquitates: eo romanos caruisse, quod oves potissimum mulgerent, quarum lac minus butyrosum sit. De caseo aliqua. Totius libri sapor peripateticus, & absque experimento.

EJUSDEM *posthumæ noctes geniales.* Earum annus I. prodiit Florent. 1656. 4.* Multa huc faciunt. In nocte I. de organo tactus. In II. de semine non animato, ex ARISTOTELIS sententia contra SCALIGERUM. Nihil esse in semine, præter motum a parente communicatum, & innato calori commissum. De animæ ortu, gratis dicta omnia, & pene nullam demonstrationem admissura. In nocte IV. de noviter repertis, ut de lacteis vasis, quæ contendit priscis nota fuisse: tum de sanguinis circuitu. Nocte V. num homo aliunde quam per

os poſſit nutriri: num enemata nutriant. Nocte VI. de lacte, butyro, caſeo. Fetum puriori ſanguine nutriri. De caſtratione. Nocte X. Commentarius in HIPPOCRATIS lib. *de corde:* deinde quæſtiones aliquæ phyſiologicæ: an ſanguis natura in arteriis & venis contineatur. De motu cordis & arteriarum. Contra HARVEJUM & ſanguinis circulationem. Aliquid tamen de potu in aſperam arteriam deſcendere. Omnia abſque experimentis.

EJUSD. *apologeticon in Fortunii* LICETI *Mulctram vel de duplici calore* Florent. 1638. fol. & 4°. LIND.

In LUCRETII editione, præter phyſiologica varia, deſcribit pollincturam ægyptiam, ſolis bituminibus graveolentibus contentam.

§. CCCLVI. *Gabriel* NAUDE'. *Alii.*

G. NAUDÆUS, vir eruditus, polyhiſtor, magnus nocentium defenſor, etiam lanienæ Pariſinæ. Ejus eſt diſputatio in hæc verba *Ergo vita homini hodie quam olim non brevior* Ceſenæ 1634. *le* TELLIER, Genev. 1647. 8°. RIV.

EJ. *de fato & fatali vitæ termino* Genev. 1647. 8°.*. Multum hinc & inde ratiociniorum. Redit in BEWERWYCKIANIS.

IDEM edidit *Barth.* PERDULCIS *opera* Pariſ. 1643. 4°.*.

Alexandri READ *the manual of the anatomy or diſſection of the body of man* London 1634. 12°. OSB. 1642. 8°. OSB. 1638. 12°. BODL. 1650. 12°.*. Ex RIOLANO, LAURENTIO aliisque compilatus.

EJUSD. *treatiſe of all the muſcles of the body of man* Lond. 1659. 4. tert. edit.

EJ. *phyſical works* London 1650. 4°. OSB.

Alexandri de VINCENTINIS *de calore per motum excitato atque de cæli influxu in ſublunaria* Veron. 1634. 4°. BURCKH.

EJ. *Epiſtola ſitne eorum, quæ ex putri mucoſaque materie, & eorum, quæ ex ſemine derivata fluxere, ſpecies eadem* Veron. 4°.

Franciſci LEIVA, Cordubani, *Antiparadoxa de motu duplici* Cordubæ 1634. 4°. LIND.

Andreæ GONZALES *Simbolo de la aſtrologia con medicina* Medina 1634. 4°.

In *Caroli* BATTI, Medici Dordraceni, *Handtboek der Chirurgyen* Amſterdam 1634. 8°.* ſceleti illæ minores Veſalianæ recuduntur. In eo, qui una prodiit, *Petri* HASSARDI commentario ad HIPPOCRATEM de vulneribus capitis, aliqua pertinent ad ſuturas, & capitis oſſa, cum nonnullis figuris. Vetuſtum librum eſſe non ignoro, ſed prima editio non eſt ad manus.

Jacobi van der GRACHT *Anatomie der uyterlyke deelen van het menſchelyk ligham* s'Gravenhaag 1634. fol. cum iconibus, & 1660. fol.

Abraham LEHMANN *de monſtris* Wittebergæ 1634. 4°. HEFT.

Claud. de POIS & *Petri* LEGIER *Ergo alimentum corpus, animum mutat* Parisiis 1634.

Quirini le VIGNON & *Petri le* MERCIER *Ergo calor nativus ηθοποιος* Parif. 1634.

Dionysii GUERIN & *Nicolai* RICHARD *Ergo a lacte & solo morum & humorum diversitas* Parif. 1634.

Joh. CHARTIER & *Claudii* GUERIN *Ergo membrana το αισθητηριον* Parif. 1634.

§. CCCLVII. T. MOUFFET. *Car.* BUTLER.

Insectorum s. minimorum insectorum theatrum olim ab Eduardo WOTTON, *Conrado* GESNERO *Thomaque* PENNIO *inchoatum, tandem Thomæ* MOUFETI *Londinensis opera perfectum* Londini 1634. fol.*. Aliqua ad generationem horum animalium, ad mel, ad cibum.

Caroli BUTLER *feminine Monarchy &c.* Lond. 1634. 4°. OSB. Anglice excusa: recusa est cum titulo *Monarchiæ femininæ s. apum historiæ:* a R. RICHARDSON latinitate donata Londin. 1673. 8°. min.*. Auctor ineunte seculo XVII. vixit. Regulum vere Reginam esse intellexit, sed omnes pariter præter fucos apes feminas fecit. Anatomen dedit, non perfectam, bifidam tamen linguæ thecam non ignoravit. Curam, moresque apum sollicite descripsit. Sonum reginæ junioris supplicem distinxit, quæ a matre veniam petit educendi examinis. Numerum apum inivit. Pleraque ad historiam naturalem potius pertinent.

Augerii CLUTII (KLUYT) *hemerobium ephemerum & majalis vernis* Amsterdam 1634. 4°.*. In anatome ephemeri erraffe SWAMMERDAMIUS.

§. CCCLVIII. J. WALÆUS,

Professoris Leidensis. EJUS & *Petri* SPARKII disp. *de humoribus alimentariis* prodiit Leid. 1635. 4°. MOELLER. Lac in anseris sanguine vidit.

EJ. *disp. medica quam per circulatione sanguinis harviana proposuit, una cum* EJUSD. *de usu lienis adversus medicos recentiores sententia* Amst. 1640. 4. GUNZ.

EJUSD. *Epistola I. de motu chyli & sanguinis ad* T. BARTHOLINUM, *cum ejus viri editione Institutionum anatomicarum patris sui* Leid. 1641. 8°.* & porro in omnibus aliis editionibus recusa; tum Leidæ 1656. 4°.* in collectione, & cum A. SPIGELII operibus Amstelodami 1645. fol.*. Quæ WALÆUS dedit, ea eximii sunt pretii. Vincula plurimis venis, etiam pulmonali injecit, reperit omnino, partes inter extremas & vinculum sanguinem congeri, atque adeo ad cor redire. Ad objectiones motas respondit. Mutationem ciborum in ventriculo accurate adnotavit. Celerem sanguinis circuitum confirmat, & auricularum cordisque motum exponit. Ad naturam ubique. Epistola data est IV. Cal. Octobr. 1640.

EJUSD.

EJUSD. *de motu sanguinis* Epist. II. eodem anno data kalendis decembribus & una excusa cum priori. Ad aliquas objectiones respondet, ostendit cur laxetur in venæ sectione vinculum.

Capsulam GLISSONII primus indicavit.

Utraque epistola exstat in MANGETI Bibliotheca.

Opera omnia WALÆI edidit C. IRVIN Londin. 1660. 8°.*. Prælectiones sunt in medicas institutiones, a discipulo Cl. viri editæ, vix ullis ditatæ experimentis, in quibus multa veteris scholæ vestigia, ut calor vitalis, alia. Duæ epistolæ priores una recuduntur. IRVINUM aliena WALÆANIS illevisse WELSCHIUS (*t*).

§. CCCLIX. *Varii.*

Josephi BUA, *Sebastiani* PETRAFITTA, & *Stephani* BALDI *tripus delphicus, in quo uno in lebete apollineo medica quædam philosophico igne coquuntur* Neapoli 1635. 4°.*. J. B. CORTESII discipuli. Quæstio I. est utrum chylificatio fiat deductis ad minima alimentis. Pro CORTESIO in SANTORELLUM & alios. Quæst. II. fiatne elixatio in ventriculo tamquam in lebete. Quæstio III. num coctio in ventriculo nequeat absque potu fieri. Hæc & reliquæ quæstiones omnes pertinent ad ventriculum, ad quas ex scholarum sapore respondetur.

Honorati BOUCHE *de morbo scelesto* (Epilepsia) *addita in eumdem consultatio* Avignon 1634. 8°.*. Spiritum vitalem, non animalem, embryonem formare.

J. Pharamund RHUMEL *Compendium hermeticum de macrocosmo & microcosmo* Francofurt. 1635. LIND.

Martini HORTENSII *oratio de oculo ejusque præstantia habita* Amstelodami ibid. 1635. 4°.*.

J. Marci MARCI *v.* KRONLAND, Alchemistæ, *idearum operatricium idea s. hypotyposis & detectio occultæ virtutis quæ semina fecundat & ex iis corpora organica producit*, Pragæ 1635. 4°. Francof. 1676. 4°.

EJUS *de proportione motus s. regula sphygmica, ad celeritatem & tarditatem pulsus ex illius motu ponderibus geometricis librato absque errore metiendum* Prag. 1639. 4°. RIV.

EJ. *philosophia vetus restituta, in qua de statu hominis secundum naturam agitur* Francof. & Lips. 1676. 4°. LIND.

An huc diss. *de pluvia purpurea* Prag. 1647. 8°. PL.

EJ. *Othosophia s. philosophia impulsus universalis, in quo genesis progressus ad res impulsas in animalibus, tum in liquidis & solidis corporibus explicantur* Prag. 1682. 4°. Posthumum opus edidit *J. Wenceslaus* DOBRZENSKY.

Theophili GELEE, Medici Dieppensis, *anatomie françoise en forme d'abregé revue, augmentée d'un discours sur les valvules* Rouen 1635. 8. 1664. 8.* oportet

(t) *agagropil.* II. p. 53.

tet autem multo antiquiorem dari editionem, quam ignoro. RIOLANUM fere ſequitur. Recuſa eſt anno 1683. 8. cum libello D. SAUVAGEON de vaſis lacteis & *Gabriel* BERTRAND de veritatibus anatomicis & chirurgicis PLATN. denique anno 1742. Non improbat PORTAL. Oſſiculorum in fetu partem cartilagineam eſſe.

Henry de BOYVIN *de* VAUROUY *la phyſionomie* Paris 1635. 8°. D'ETR. alibi 1636.

Fab. VIOLET *la parfaite & entiere connoiſſance du corps humain* Paris 1635.

Chriſtian WINKELMANN *tabulæ inſtitutionum medicinæ* D. SENNERTI *in tyronum guſtum* Witteberg. 1635. fol. LIND. 1636.

Paul CAILLER *le tableau du mariage preſenté au naturel* Orange 1635. 12. ſi huc facit.

Theodor HOEPINGH *meditatio de notis naturalibus genitivis & gentilibus* Marpurg. 1635. 4. B. THOMAS.

C. FINSINGER *de anima ſentiente in genere* Lipſ. 1635. HEFT.

J. CHARTIER *an Melancholicis oculi nigri* Paris 1634. 4. Non exſtat in catalogo authentico.

Petri LEGIER & *Petri* CONSTANT *ergo calidum naturale* ἀεικίνητον Pariſ. 1635.

J. BOURGEOIS & *Nicol.* CAPPON *Ergo anima ſedendo prudentior* Pariſ. 1635.

Matth. DENYAU & *Nicol.* COLLETET *Ergo ſplendor ſiccus animus ſapientiſſimus* Pariſ. 1635.

Fr. le VIGNON & *Dur.* FRYON *Ergo amor mutat ingenium* Pariſ. 1635.

Petri IVELIN & *Nic.* COLLETET *Ergo fluor muliebris ſemper ab utero* Pariſ. 1635.

§. CCCLX. *Marini* CUREAU *de la* CHAMBRE.

De la CHAMBRE *nouvelles conjectures ſur la digeſtion* Paris 1636. 4. D'ETR. neque enim alterius *la* CHAMBRE opus fuiſſe putem.

EJ. *de l'inſtinct & de la connoiſſance des animaux & du raiſonnement des bêtes* Paris ante annum 1646. quo refutatum ſit a P. CHANET, recuſ. 1662. 4°. BODL. Germanice nuper verſum *Betrachtungen über der Thiere Erkenntniß, Naturtrieb und Abſcheu* Leipzig 1751. 8.*. Contra CARTESIUM non male ſcripſit; animalia oſtendit cogitare, judicare, experiri, & experientiam ſuam in uſus ſuos convertere. Memoria novas generat imagines. Verſio Germanica non bona.

EJ. diſſ. *ſur la chiromance* ibid. 1653.

EJ. *de l'amitié & de la haine qui ſe trouve entre les animaux* Paris 1667. 8. & Germanice Leipzig 1751. 8. ſi a priori diverſum eſt.

EJ. *art de connoitre les hommes* Paris 1660. 4. *Kunſt und Art die Menſchen zu erkennen* Frankfurt 1672. 8.

Ej. *Systeme de l'ame* ibid. 1664. 8.

Ej. *les characteres des Passions* Paris 1640. & 1662. 4. 5. Vol. Bodl.

Ejusd. *extrait d'une letre qui contient les observations faites sur un grand poisson* Paris 1663. 4. Videtur anatome Galei, quæ exstat inter incisiones Academicorum Parisinorum.

§. CCCLXI. *Franciscus* Sanchez,

Bacarensis, Professor Tolosanus, Scepticus. Ejus *summa anatomica, in qua breviter omnium corporis partium situs, numerus, substantia, usus & figura continetur*, ex Galeno & A. Vesalio *collecta. Additæ sunt adnotationes, quibus* Columbi & Fallopii *repugnantia cum* Galeno & Vesalio *continetur & inter se* Tolos. 1636. 4. spissum volumen Lind.

Ej. in *lib.* Galeni *de pulsibus ad tyrones* Tolos. 1636. 4. Lind.

Ejusd. *de longitudine & brevitate vitæ* Tolos. 1636. 4. Lind. Lyon 1649. 16.* Roterdam 1649. 16. brevis libellus, cum classibus longævorum & causis.

Una in editione Lugdunensi prodiit *commentarius in* Aristotelis *de divinatione per somnum & physiognomica*. In operibus Tolosæ 1634. 4. conjunctim excusis B. B. reperias l. de locis in homine, summæ anatomicæ l.l. IV. & de longitudine & brevitate vitæ.

§. CCCLXII. *Varii.*

J. Sophronii Kozak, Bohemi, *anatome utilis microcosmi, in qua naturæ humanæ proprietates &c. explicantur* Brem. 1636. 4. Grau.

Alessi. Venturini *zomista overo secretario degli animali* Rom. 1636. 12. Falc. si huc facit.

J. Caspar Zopf *de homine* Lipsiæ 1636. 4. Heft.

Claud. Guerin & *Martini* Akakia *Ergo mutua omnium corporis partium concordia quædam & consensio* Paris. 1636.

Petri Richer & *Mich.* Maret *Ergo ex utero matris exstinctæ vivus infans suapte vi non potest in lucem prodire* Paris. 1636.

Matth. Denyau & *Cl. le* Vasseur *Ergo heroum filii noxæ* Paris. 1636.

Fr. le Vignon & *Franc.* Paiot *Ergo a temperie ingenium* Paris. 1636.

§. CCCLXIII. *Renatus* Des Cartes,

Vulgo Cartesius, nobilis Gallus, militiam secutus, inde in Belgico secessu meditationi se dedit, analyseos peritus, vir acuti ingenii, deditus hypothesibus, etiam in dissectionibus vivorum animalium non inexercitatus. Holmiæ obiit anno 1650.

Ejus *la méthode, la dioptrique, les météores & la Géometrie* prodierunt Leyde 1637.

1637. 4. CARLSON, & 1658. 4. CHION, ſæpe etiam latine, ut in operibus Amſterdam 1656. 4. CHION Leid. 1677. 4.* Amſt. 1692. 4. BURCKH. Philoſophica omitto. Dioptricen pro optimo operum Cl. viri NOLLETUS habet (u), & veram utique de partium oculi muneribus ſententiam ſecutus eſt, etſi in cauſa refractionis contrariam veræ opinionem propoſuit. Lentem cryſtallinam a proceſſu ciliari convexiorem reddi, & oculum longiorem. Pupillam ad propiora arctari, ad remota laxari. Oculi fabrica, Experimentum pictæ in expanſa retina imaginis. De ſenſatione in univerſum & de nervorum fabrica. Auxilia vitrorum convexorum & concavorum. Multa eo tempore parum nota.

Inter *Epiſtolicas quæſtiones* T. BEVEROVICII Roterdam 1644. 8.* excuſas, aliquot ſunt CARTESII ad medicum Lovanienſem datæ. Is defendebat, vim pulſificam per membranas arteriæ influere, negabat ſanguinem rarefactum de corde prodire, & circuitum ſanguinis HARVEIANUM refutabat. Contra eum CARTESIUS bene longam epiſtolam anno 1637. ſcripſit, en experimentum GALENICUM refutavit, quod fit calamo in arteriam inſerto. Calor inſitus cordis. Sanguinem de ligata arteria vidit proſilire, dum ea diſtendebatur: baſin cordis diu ſupervivere reſecto mucrone: defendit ſanguinem de corde prodire, dum relaxatur. Circuitum HARVEJANUM ex primis recepit & tuitus eſt. Auricularum frequentiorem micationem ad unum cordis pulſum recte vidit. Cor anguillæ calore fotum ad motum redire.

Non ſunt ad manus *Letres de Mr.* DESCARTES *où ſont traitées les plus belles queſtions de la médecine* . . . Paris 1675. 4°. 3.Vol. WASSENAER.

EJUSD. *les paſſions de l'ame* Amſterdam 1650. 8°. BURKH. Sæpe recuſus liber & Pariſ. 1679. 12°. *B. v. der* AA, tum latine Amſtelodami 1650. 12°. 1656. 4°. 1664. 4°. 1692. 4°. & cum aliis operibus Leidæ 1677. 4°.*. Hic mechanica habetur explicatio, qua ratione anima & ſenſuum impreſſiones recipiat, & excitatis motubus corpus regat. Motus in corpore humano ex ſenſationibus mechanice oriri, fere ut nuper D. HARTLEY, ut nervea fibra ab externo objecto perculſa, fibram in motum cieat, quæ ad aliquem muſculum tendit, absque animæ opera. Conjectura etiam hic reperitur de ſede animæ in glandula pineali poſita, quæ ſola in cerebro impar ſit. Adfectionum animi mechanica ratio. Amorem odium &c. interpretatur per celeriorem chyli in ſanguinem mutati adfluxum in cor, aut viciſſim tardatum. Id fieri per nervum octavi paris, & a miſſis ſpiritibus in muſculos, qui ſunt circa ventriculum & inteſtina.

EJUSD. poſthumus lib. *de homine* figuris & latinitate donatus a *Florentio* SCHUYL, qui paulo poſt in Academia Leidenſi botanicen publice docuit Leid. 1662. 4°.* 1664. 4°. B. B. SCHUYLIUS codices M.S. ab *Alphonſo* PALOTTI, & *Antonio* STUTLER *van* SURK habuit. Opus etiam in faſtis ingenii humani memorabile, ex quo intelligas, quam exigua maximi ingenii ſit utilitas, ſi præter experimenta ex ſolis conjecturis rerum naturalium cauſas ſibi conſtituere ſumſerit. Mechanicam nempe rationem CARTESIIS dedit, qua in corpore humano ex mero

(u) *Expér. de phyſ.* T. V. p. 245.

ro mechanifmo officia vitæ humanæ perficiantur, potiffimum vero fenfus, memoria, motus animalis, fomnus, vigilia. Hic redit conarium, animæ fedes, cum omnibus corporis humani partibus per nervos connexum. Harmoniam effe inter matris conarium & fetus. Motus mufcularis per canales inter antagoniftas mufculos mutuo commeantes explicatur, in quibus fuæ fint valvulæ. Motus cordis, ut in prioribus, ut cor in relaxatione inaniatur. Infomnia deduxit a parte aliqua cerebri libera, & BOERHAAVIUM habuit adfeclam. Icones addidit FLORENTIUS.

Alia editio eft, aliquanto amplior, *Ludovici de la* FORGE Amfterdam 1677. 4°.* cum perpetuis editoris notis. In præfatione, ex Gallica editione repetita, *Claudius* CLERSELIER aliquos SCHUYLII errores caftigat. Eos in hac editione adeo correctos putes; additæ etiam funt Cl. GUTSCHOVII & *Lud. de la* FORGE numerofæ figuræ, accuratius mentem CARTESII reddituræ, & magis compofitæ. Notæ Cl. viri ex hypothefi natæ funt.

Gallicas editiones curavit Cl. CLERSELIER, quas reperio Amftelodami 1664. 4. GUNZ. 1677. 4°.* BUR. 1680. 4°. prodiiffe (MARTIN.) & Genev. 1725. 12°. HO.

EJUSD. lib. *de formato fetu* Amftelodami 1672. 4°.* & denuo 1677. 4°.*. Gallice Parif. 1664. 4°. CHION. 1677. 4°. BURCKH. Amfterd. 1680. 4°. MARTIN.

Mechanice tentat explicare, ut ex utroque femine effervefcente, fibique cuticulas inducente, absque ullo modulo, ullave potentia plaftica, corpus humanum generari queat. Contra HARVEJUM fuam de motu cordis fententiam tuetur. Caufam fenii acute vidit, quæ eft in incremento partium folidarum, & in pororum anguftia.

In *operibus pofthumis phyficis & mathematicis* Amftelodami 1701. 4. quæ non folius funt CARTESII, potiffimum a Cl. viro urgetur, non effe in corporibus colores, odores, quos anima percipit.

§. CCCLXIV. *Francifcus* SYLVIUS *de la* BOE,

Hanovienfis. Vir nobilis, & apud ægros gratiofus, celeberrimus Leidenfium Profeffor, numerofos difcipulos ex univerfa Europa collegit, & in practicis potiffimum ftudiis novam fectam condidit, phyfiologicis placitis fuperftructam. Anatomen junior ftudiofe exercuit, & fuper centum cadavera incidit (x), experimenta etiam in vivis canibus numerofa fecit (y), nullo lucro fuo (z); & BARTHOLINO (a) plura cadavera aperuit; idem auctor fuit utilis inftituti, ut corpora in nofodochio Leidenfi defunctorum a morte inciderentur. Ex primis idem fuit circuitus fanguinis defenforibus. Hoc unum ei fuit vitii, quoties probabilitatis aliquid videbat, fuperftruebat ei theoriam, quam difcipuli pro certa recipiebant, rejectis, quæ SYLVIUS aliqua cum dubitatione propofuerat, cautionibus.

Difpu-

(x) *Difput.* V. p. 61.
(y) Conf. *Difp.* V.
(z) *Diff* VIII.
(a) *Anat. pract.* p. 11.

Disputationem primum inauguralem recenseo *de animali motu ejusque læsionibus* Leid. 1637. 4.*. Brevissimæ sunt theses.

Inde cum Institutionibus anatomicis C. BARTHOLINI, a filio THOMA editis, Leid. 1641. 8°.* exstant *notæ de cerebro* F. S. signatæ, quæ sunt F. SYLVII, tunc maxime in cadaveribus incidendis occupati. Nullum esse communem quatuor sinuum priorum concursum. Alveus, particula prope aquæductum parum nota. Ventriculus septi lucidi. Venas a cerebro ad sinus nullas venire: arterias esse, quæ se in sinum aperiant. Fissuram descripsit, quæ nomen inventoris retinet. Sinum Quintum pro novo dixit, tunc laterales minores, qui sunt venæ tentorii. Ventriculos anteriores eorumque cornu descendens plenius descripsit, & limbum invenit. Pedunculos glandulæ pinealis notos habuit. Novas icones cerebri BARTHOLINO suppeditavit.

Ductus etiam Pancreatici bonam figuram ad PLEMPIUM misit.

Vasa lymphatica anno 1640. in hepate jam demonstravit (*b*).

Inde, cum cathedram Leidensem conscendisset, dixit anno 1658. *de hominis cognitione*, quæ oratio in operum omnium collectione redit. Pauca habet physiologica.

Tunc *disputationes* cepit edere *medicas*, quibus potissimum theoria auctori propria continetur. Prima fuit *de alimentorum fermentatione in ventriculo* respondente *Abrahamo* QUINA, anatomico, Leid. 1659. 4°.*. Fermentationem a saliva excitari.

De chyli a fæcibus alvinis secretione atque in lacteas venas propulsione in intestinis perfecta ib. 1659. 4°.*. Effervescentiam cieri inter bilem subalcalinam, & succum pancreaticum, ita fæces præcipitari.

De chyli mutatione in sanguinem, circulari sanguinis motu, & cordis arteriarumque pulsu 1659. 4°. Ignem in corde habitare, eum sanguinem receptum rarefacere, & perficere: sed a cordis tamen contractione sanguinem in arterias expelli.

De spirituum animalium in cerebro cerebelloque confectione, per nervos distributione, atque usu vario Leid. 1660. 4°. Cerebrum describit & aquæductum, qui etiam nunc SYLVIANUS dicitur. Spirituum magnam partem in vasa lymphatica, nuper inventa, transire.

De lienis & glandularum usu ibid. 1660. 4.*. *Adolphum* VORSTIUM circuitui sanguinis adversum, convicit: vasa brevia nihil ad lienem vehere, vinculo injecto, ostendit, sanguinem in liene ulterius elaborari, & adfusis spiritibus plusquam perfici hic docuit, ut in tincturam aut fermentum abeat. Glandularum hic classes constituit, conglomeratas, conglobatas; capsulasque renales.

EJUSD. *de bilis & hepatis usu* 1660. 4.*. Bilem non ex venoso sanguine præparari, sed ex arteriis vesiculæ, & ex vesicula partim in duodenum intestinum

(b) *Diss.* VI. p. 84.

num propelli, partim in hepar. Bilem multum ſalem lixivialem continere: ad ſanguinem admiſcere, & vitale cordis incendium ſuſtinere. Vaginam (nuper inventam GLISSONII) id iter bilis adjuvare. Inflatum aërem ex ductu bilario hepatico in ſanguinem penetrare, & ex arteria hepatica in veſiculam felleam.

De reſpiratione uſuque pulmonum 1660. 4. Hic dilucide docet, ignem vitalem accendi ex ſanguinis amara bile miſti conflictu cum ſubacida lympha, a ductu thoracico veniente. Eum ardorem ab aëre temperari, ſanguinem condenſari, pro ratione nitri ſui. Aërem verum ſanguinem ſubire. Reſpirationem perite deſcribit. Motus venæ cavæ.

De vaſis lymphaticis & lympha 1661. 4.*. Ea vaſa cum valvulis ſuis deſcribit, verumque ductum lymphæ ipſe injecto vinculo demonſtravit. Lympham a ſpiritibus animalibus oriri, hinc acidam partim eſſe, partim volatilem.

Hæ *diſputationes* cum tit. *Diſſ. Medicarum ſelectarum* P. I. Amſtelodami 1663. 12°.* 1670. 12°. LIND. &c. prodierunt, cum præfatione in A. DEUSING & BILSIUM. Nonne ſunt eædem exercitationes Jen. 1674. 12°. Francof. 1676. & Patavii excuſæ LIND.

Dedit etiam *Epiſtolam apologeticam improbas* A. DEUSINGII *& aliorum ejus farinæ hominum calumnias perſtringentem* Leid. 1664. 12°.* 1666. 8°. LIND. iracundam, ut ex titulo adparet. Nihil habet publice utile.

In EJ. & VERMEIREN diſput. *de cordis palpitatione* Leid. 1664. 4°.* exſtat experimentum inflati per ductum thoracicum cordis.

Praxis medica, cujus L. I. Leidæ 1667. 12°. LIND. L. II. 1672. 8°. OSB. Amſterdam 1674. 12°. LIND. L. III. ibid. eodem anno. L. IV. Amſt. 1679. 4°. prodiit, & in *operibus omnibus*. Placita hic phyſiologica repetit, etiam aliquanto confidentius, cum acido hoſtili tamquam febrium cauſæ fere totam ſuam praxin ſuperſtruat.

Sic in *methodo medendi* poſthuma, in *operibus omnibus* excuſa, ſucci pancreatici acidam naturam & reliqua ſua dogmata repetit.

Una etiam in operum collectione exſtant *dictata in* C. BARTHOLINI *inſtitutiones anatomicas*, nunc primum edita, breve compendium anatomicum. Oſſiculum quartum auditus invenit (*c*), poſt aliqua apud priores ſcriptores veſtigia.

Opera omnia prodierunt Pariſiis 1671. 8°. OSB. Amſtelodami 1679. 4°. Ultraj. 1695. 4°.* quæ nitida eſt editio, tum Genev. 1680. fol. Venet. 1637. fol.

Cum obſervationibus *Juſti* SCHRADERI aliquæ cadaverum inciſiones recenſentur, quas F. SYLVIUS adminiſtravit. Ductus choledochi duo in duodenum aperta oſtia. Nervuli glandulæ pinealis.

§. CCCLXV. *Nicolaus Claudius* FABRI *de* PEIRESC,

Vulgo PEIRESCIUS, Senator Aquiſextienſis, qui a. 1637. obiit. Nihil quidem ſcripſit, ſed in vita viri, a *Petro* GASSENDO anno 1639. ſcripta, & Pariſ. 1641.

(c) LINDANO, C. BARTHOLINO & KYPERO teſte *Anthropol.* p. 185.

1641. 4.* edita, tum alias, & Quedlinburg 1706. 8.* numerosa monumenta exstant curiositatis, etiam anatomicæ. Oculos plurimos dissecuit. Imaginem in retina repræsentari vidit; & duos angulos, quibus in thynno lens crystallina sustentatur: convexitatem ejus lentis in variis animalibus variam contemplatus est. Imagines clathrorum coram oculis sibi aliquamdiu superesse expertus est. Chamæleonis phænomena, ossiculum cujus ope linguam suam gubernat: ejus anatome. Testudinis anatome: epiglottis nulla, asperæ arteriæ rami undique ad renes usque & vesicam missi, geminus ductus choledochus. Vasa lactea in homine visa, quod primum, nisi fallor, in homine exemplum est. Cæterum dissimulari nequit, & ex ævi vitio excusari debet, viri credulitas, qui catulos putat in urina reperiri hominum, quos rabidus canis momordit (*d*).

§. CCCLXVI. *Varii.*

The abstemious life of Henry WELBY, *who lived* 44. *years unseen to any*, Lond. 1637. 4. BODL. si huc facit.

Beschreibung und Erzählung aller Glieder des menschlichen Körpers Danzig 1637. 12. Nürnberg 1646. 12. BOEHM.

Emanuel MARTINEZ, Professor Complutensis, *de rebus naturalibus nounaturalibus & contranaturalibus* L. III. Complut. 1637. fol. CAP. de VIL.

Joh. MASIUS *de hominis & reliquorum animalium ex semine generatione* disputavit Præside *Christoph.* TINCTORIO Regimont. 1637. 4.

EJUSD. *de mutatione fetus, quam utero adhuc inclusus suscipit a phantasia materna* Regiomont. 1640. 4. Utramque habet MOELLER.

Petri le MERCIER & *Cl.* BREGET *Ergo jecur primum vivens* Paris. 1637.

Nic. RICHARD & *Dion.* JONQUET *Ergo aurora veneris amica* Paris. 1637.

Nic. CAPPON & *Flor.* LANGLOIS *Ergo sola menstrualis femina fecunda* Parisiis 1637.

Petri CONSTANT & *Rob. de* BONNAIRE *Non ergo fortunatiores homines, qui galeati nascuntur* Paris. 1637.

Leo le TOURNEUR & *Jac.* GAVOIS *Ergo ideo mulieri sanguis redundat, quia ad gignendum alendum fœtum nata* Paris. 1637.

Nic. HENAULT & *Jac.* GAVOIS *Ergo ingenii stimulus ira* Paris. 1637.

§. CCCLXVII. *Joh.* VESLING,

Mindanus Westphalus, Patavium se contulerat, ut anatomicis studiis se daret. Cum vero anno 1628. Respublica veneta sumtus sectionum publicarum detrectaret (*e*), Cairum abiit, consulis veneti medicus. Redux Patavii anatomen

(d) Vit. p. 74.
(e) ad HILDAN. *ep. med.* 329.

men docuit, magno cum fructu, sed immatura morte abreptus est a. 1649. (*f*). Neque vero sola humana cadavera in usum scholarum inciderat, sed innumeras animalium vivorum, aut alioquin rariorum, incisiones administraverat.

Edidit primo Patavii 1638. 4.* *de cognato anatomici & botanici studio* Orationem: cum ipse in utraque arte esset inter principes.

Inde *Syntagma anatomicum publicis dissectionibus diligenter aptatum* Patav. 1641. 4.* Francofurt. eodem anno excusum 12.*. Tum multo auctius Patav. 1647. 4.* cum figuris, quam editionem *Gerardus* BLASIUS recusam dedit, multis additionibus auctam Amsterdam 1659. 4. TREW. 1666. 4.* Ultraj. 1696. 4.* quæ editio non differt, & 1677. 4. nuper etiam Patav. 1728. 4. repetitam B. WASSENAAR. In editione 1677. WELSCHIUS BLASII commentarios reddidit, adjecta VESLINGII anatome gravidæ, & notabilibus in sceleto a LEONCENA adnotatis, atque tabulis fetus anatomicis. Germanice etiam prodiit *Künstliche Zerlegung des menschlichen Leibes durch Gerard* BLAS. *ins Deutsche übersetzt* Leiden 1652. 4. HEIST. Nürnberg 1676. 8. 1688. 8°. MOELLER. & Belgice *konstige entleeding des menschelycken lighams int nederduytsch vertaalt door* G. BLASIUS Leiden 1661. 8. HOTTON. Anglice vertente CULPEPER London 1653. fol. Italice *Tavole anatomiche del* VESLINGIO *spiegate in lingua italiana* Padova 1709. fol. B. BOEHMER. Compendium est anatomicum, breve, purissime scriptum, ut quamque partem corporis integre absolveret, cum suis vasis, nervis, musculis, visceribus, ossibus. Propria pauca quidem habet, neque erat iis locus; hymenes in eadem virgine duos; indicatorem musculum in os metacarpi insertum. Vesicæ lunatam eminentiam, duas ureterum insertiones conjungentem, prostatam unicam. Pulchre delineata dedit ossa auditus, cochleam, processum longissimum mallei, ossa fetus, cordiformem diaphragmatis aponeurosin, laryngis cartilagines: cerebri fornicem, anum, vulvam, eminentias mammillares; officulum quartum auditus, chordam tympani suo in situ; etiam valvulas cordis venosas, & nervos in funiculos minores solutos, plexus semilunares, ventriculos laryngis. Truncum communem vidit arteriæ cœliacæ & mesentericæ: Quatuor venas pulmonales. Musculum stapideum. Primus vasa lactea in homine depinxit & quatuor venæ pulmonalis ramos. Icones cæterum in universum non bonæ, aut Casserianæ, aut propriæ.

Exstat etiam *pro* SPIGELIANA *doctrina apologeticon adversus* SEVERINUM in collectione Hanoviensi & Francofurtensi 1654. 4.* 1669. 4.*.

Multo majoris facio posthumum viri opus, *observationes anatomicas & epistolas medicas, quas ex schedis Cl. viri, a* J. RHODIO *servatis*, T. BARTHOLINUS edidit Hafn. 1664. 8.* Haag. 1740. 8. aureum undique opusculum, cujus non licet hic divitias omnes decerpere. Ad generationem & evolutionem partium pulli in Aegypto observatam: ad ovi incubati phænomena & incrementa: ad anatomen viperæ valde accuratam, & ad crocodili incisionem & hyænæ. De lacteis vasis, etiam in homine visis, plurima experimenta habet, & anno 1647. duplicem

(f) TOMASIN p. 63.

duplicem ductum chyliferum vidit. Vidit & lymphatica (*g*) vasa a liene ad pancreas tendentia. Aliqua etiam eristica intercedunt, ut adversus C. CREMONINUM de semine, & contra sanguinis circuitum. Tum adnotationes variæ, de infante a morte matris in lucem edito. Vasorum varietates. Vasa lactea ventriculi. Aqua pericardii de vulnere manans. Cœliacæ & mesentericæ arteriæ communis truncus. Tendines omnes in sene ossei vidi. Ductum pancreaticum pro suo candore *Chr.* WIRSUNGO tribuit. Spurium nomen pancreatis ASELLII abrogavit.

Aliquæ passim VESLINGII epistolæ sunt inter HILDANIANAS ineditas, alibique.

Anno 1649. *Mauritio* HOFMANNO aperuit „Vasa sibi sub pancreate apparuisse, a quibus rami ad hepar, cor & thymum abierint, ipsissima vasa lymphatica (*h*). Lymphatica etiam vasa a ventriculo ad lienem euntia, & ad hepar vidit (*i*).

§. CCCLXVIII. *Petrus* CASTELLUS. *Alii.*

Romanus, Professor Messanensis. EJUS *hyæna odorifera* prodiit Messan. 1638. 4.* recusa Francofurti 1668. 12.*. Duas species zibethiferi animalis depingit, & alterius folliculos unguentiferos, tum sceleton: eosdem porro folliculos accurate describit, cum glandulis id unguentum parantibus, & penis officulo. Aliqua etiam de castoris folliculis. Laminæ lentis crystallinæ.

In *epistolis medicinalibus* Patav. 1626. 4.* editis, ubi acida medicamenta laudat, etiam ventriculi digestionem ab acido pendere docet.

In collectione Hanoviensi 1654. 4.* & Francofurtensi 1669. 4.* reperitur ejus ad SEVERINUM *de venæ seilem phlebotomia adversus* SPIGELIUM *dissertatiuncula.* Ratiocinia. EJ. *Emetica de vomitu & vomitoriis* L. I. Rom. 1634. fol.

§. CCCLXIX *Varii.*

Petri NUNNEZ, Complutensis, *libro del parte humano en el qual se contienen remedios mirabiles i usuales para el parto difficultuoso de las mugeres* Cesaraugust. 1638. 8.

A. de POURS *le racourcissement des jours où examen si en cet age acourci nos jours peuvent être abbregés & accourcis où sont du tout déterminés* Amsterdam 1638. 4. WASSEN.

T. WHITAKER *tree of human life* Lond. 1638. 8. OSB.

Valerii MARTINI *Epistola de monstri generatione* Venetiis 1638. fol. LINDcum subtilitatum veriloquiis.

J. Petri MARTELII l. *de natura animalium, in quibus explanatur* ARISTO-TELIS

(g) Tribuit VESLINGIO GALOIS ad BOURDELOT *entret. perf.*
(h) M. HOFMANN in diff. *de sanguine ejusque observatione.*
(i) Id. *de vasis lacteis.*

TELIS *philosophia de animalibus*. Ej. *tractatus qua demonstratur animi humani immutabilitas* Paris. 1638. 4. BURCKH.

Georgius SHARPIUS, Scotus, scripsit *institutiones medicas*, quas CLAUDIUS filius edidit Bonon. 1638. 4. LIND.

Hermanni BOCCO *dubiorum anthropologicorum de principibus corporis humani partibus πλειαδες tres s. diss.* XXI. Lips. 1638. 4. RIV.

Daniel WEISSMANN *de somno* Lips. 1638. 4. B. THOMAS.

Danielis MÜLLER *θεωρια duorum exteriorum sensuum visus & auditus specialis* Lipsiæ 1638. 4. PL.

Ej. *de olfactu, gustu & tactu* Lips. 1639. 4. B. THOMAS.

J. BALDOVIUS *de sensibus internis* Lips. 1638. 4. B. THOMAS.

Ej. *de sensibus externis* 1638. 4.

Polycarpi LYSERI *de sensibus internis* Lips. 1638. 4. B. THOMAS. An forte idem.

Mart. HEINSIUS *de motu spontaneo* Witteberg. 1638. 4. HEFT.

Samuel AVENARIUS *de somno ejusque adjuncto, insomnio & opposito vigilia* Lips. 1638. 4. HEFT.

J. HOPPIUS *de temperamentis* Lips. 1638. 4. HEFT.

Ej. *διασκεψις ventriculi humani physiologica & pathologica* ibid. 1649.

Christ. GUEINZIUS diss. *ανθρωπολογικη* I. *de capite* Hal. 1638. 4. HEFT.

Diss. II. *de thorace* ibid. 1638. 4. HEFT.

Diss. III. *de abdomine* ibid. 1645. 4.*.

Ej. *de artubus, humoribus, spiritibus*, ib. eod. anno, & 1646. 4. HEFT.

Hartmann SCHACHER *de vita hominis* Lips. 1638. 4. B. THOM.

Matth. SCHNEIDER, *portenta Dresdensia*, h. est, *elegidion breve, de prodigiis sanguinis, quæ adparuerunt Dresdæ*, Dresd. 1638. BURCKH. Si huc facit.

Mart. AKAKIA & *J. de* MONTREUIL *Ergo generatur lac in virginibus* Parisiis 1638.

Rob. de BONNAIRE & *Car. le* BRETON *Ergo geminorum est primogenitus, qui prior in lucem editur* Paris. 1738.

§. CCCLXX. *J. Daniel* HORST,

GREGORII Fil. Professor Marpurgensis, Archiater Darmstadiensis, aliquamdiu anatomen exercuit.

EJUS *positionum academicarum decades X.* prodierunt Marpurg. 1638. 4.*.

EJUSD. *Programma ad anatomen canis gravidæ* Marpurg. 1639. 4.* cum icone & descriptione uteri, placentæ &c.

EJUSD. *Anatome corporis humani tabulis comprehensa* Marp. 1639. 4. LIND. quæ eadem fuerit *deutsche Anatomie anno* 1629. *gehalten* Marpurg 1679. 8.

EJUSD. *anatomia oculi* Marburg. 1641. 4.* cum figuris sibi impositis.

EJ. *Manuductio ad medicinam* Marpurg. 1648. 8. 1657. 12. & aucta Ulm. 1660. 12. LIND.

EJUSD. *dubia de lacteis thoracicis ad* BARTHOLINUM exstant in BARTHOLINI *ep.* 58. *Cent.* II. & inter ejus viri *dubia.*

EJUSD. *decas observationum anatomicarum & decas epistolarum* Francofurti 1656. 4.*. In observationibus reperio alterni lateris resolutionem a cerebri vulnere: vasa lymphatica cordis in femina visa, abortum ex gracilitate vasorum umbilicalium, calculos felleos. Cæterum corporum morbosorum sunt incisiones.

EJ. *judicium de chirurgia infusoria* 1665. 12.*. Repetitur hic prodromus MAJORIS; additur de eo judicium HORSTII, quatenus pertinet ad speratam suscitationem moribundorum.

§. CCCLXXI. *Petrus* GASSENDUS,

Philosophus, atomorum defensor, æmulus CARTESII, idemque doctior. Passim ad physiologica etiam se dimisit. Exstat ejus libellus *de septo cordis pervio*, datus anno 1639. 12. LIND. excusus cum PINÆO & aliis Leid. 1641. 12.*. Poros cordis a PAGANO repertos recipit, & contra sanguinis circuitum producit.

EJUSD. *de nutritione animalium*, *de venis lacteis*, *de pulsu*, *de respiratione*, *de circulatione sanguinis.* In T. III. *de philosophia Epicurea* Lyon 1649. fol. & inter opera omnia 1658. fol. Multa contra HARVEJUM. Valvulas venarum non factas esse ad dirigendum motum sanguinis, sed ad tardandum. Cor micare in diastole. Ciborum in ventriculo statum in animale adnotavit a pastu inciso, de quo liquidiora jam se separaverant. Ductum choledochum chylum de intestino sugere & ad hepar ferre. Vasa lactea vidit in strangulato.

In *operibus omnibus* Lugduni 1658. fol. 6. Vol. editis B. B.

In *syntagmate philosophico*, quod tomo II. continetur, integram tradit œconomiam animalem: de partibus similaribus & dissimilaribus, earum usu, formatione & nutritione fetus, sensibus, pulsu, motu, volatu, gressu, temperamentis, anima, ejus adfectibus, vita, mente. In tr. de sensibus veram de cataractæ in lente crystallina sede sententiam dicit, eam sibi ab eximio chirurgo gallo traditam. Non esse pelliculam. Lentem opacam posse deturbari visu non corrupto.

Veram etiam anatomen habet organi auditus. Celeritatem soni facit 230. hexapedarum in minuto secundo. Oculo unico nos videre. Ductum thoracicum

cum se anno 1654. vidisse & vasa lymphatica. Partus serotinos recenset, etiam 18. & 23. mensis. Senatum Parisinum partum 14. mensis pro legitimo declaravisse.

In T. III. f. opp. de apparente magnitudine aliqua habet optica de sensu magnitudinis, distantiæ: effectu telescopiorum, microscopiorum, axibus opticis.

In T. VI. Operum exstant epistolæ, quæ passim argumenti sunt physiologici. Ad FIENUM de origine animæ in fetu. Ad J. B. HELMONTIUM, hominem non esse animal carnivorum. De dentibus fuse. Etiam nunc foramen in septo cordis se vidisse; idem PAGANUM demonstrasse. Ad D. BERNIER de ductu PECQUETI anno 1652. Ad NEURÆUM, cui anatomen Phocæ commendat. Ad PRATÆUM de poro choledocho, vasis lacteis, sanguine. Queritur de SORBERIO, qui suum de trajectione chyli & circulatione sanguinis libellum gallice absque auctoris nomine ediderit. De poro choledocho, vasis lacteis, sanguinis circuitu. Contra EPICURI sententiam, qui causas finales rejicit.

PEIRESCII vitam dedit Parif. 1641. 4. &c. in qua non minima pars ad ipsum spectat, qui cum eo viro vivebat, eumque consiliis suis juvabat. Cornua gallorum.

§. CCCLXXII. *Paulus Marquard* SLEGEL. *Alii.*

Hamburgensis, Professor Jenensis, inde Hamburgensis hactenus incisor, ut etiam terrori ab alapa a cadavere inflicta mortem suam dicatur debuisse, etsi ea historiola fabulosa est (*k*). Parisiis etiam anatomen docuit.

EJUS est *de dentibus* disputatio Jen. 1639. 4.

EJ. *Ophthalmographia & opsioscopia* Jen. 1640. 4.*.

EJ. & J. T. SCHENK *De natura lactis* ibid. 1640. 4.*. H.

EJ. *de saluberrimo delectu venarum in corpore humano* Jen. 1641. 4. MOELL.

De sanguinis motu commentarius, in quo præcipue in J. RIOLANI *sententiam inquiritur* Hamburg 1650. 4.*. Circulationem RIOLANEAM refutat, civilis cæterum adversarius.

Programma administrationi Anatomicæ præmissum Hamburg 1653. 4. & inter *Memorabilia Hamburgensia* J. A. FABRICII Hamburg 1715.

Problema an spiritus externo aëre nutriatur Altdorf 1627. 4. præsidi C. HOFMANNO tribuerim.

Renatus CHARTIER, Medicus Parisinus, HIPPOCRATIS & GALENI opera edidit Parif. a. 1639 fol.*. Adjecit vitam GALENI: in T. V. anatomica cum censuris librorum, & notulis ad variam lectionem spectantibus. Adjecit GALENI fragmenta ex NEMESIO & THEMISTIO, HIPPOCRATIS ex PHILONE.

§. CCCLXXIII.

(k) PLACCIUS apud MOELLER.

§. CCCLXXIII. *Gottfried* WELSCH,

Professor Lipsiensis. Ej. est *anatome cerebri humani* Lipsiæ 1639. 4. HEFT. lego etiam 1674. 4.

Ej. *de ratione vulnerum lethalium* Lips. 1660. 8.* de quo alias.

Ej. *de nutritione infantis ad vitam longam* HELMONTIANA ibid. 1667. B. THOMAS.

Vertit etiam *Scipionis* MERCURII *commare* cum titulo *Kindermutter oder Hebammenbuch* Lips. 1652. 4.* variisque additionibus, emendationibus, etiam iconibus auxit, partim ex CASSERIO & VESLINGIO sumtis, etiam propriis. Anatomen pelvis & genitalium partium de suo addidit.

Ej. *diss. de anatomicorum & chymicorum inventis casu magis quam consilio detectis* Lips. 1681. 4. PLATN.

Jacob TAPPE (TAPPIUS), Professor Helmstadiensis, *de usu & officio lienis contra vulgarem opinionem* disputavit Helmstadii 1639. 4. BURKH.

Ej. *de somno naturali ejusque causis* ibid. 1664. 4.*.

Joh. LOESEL, Professoris Regimontani, *de ventriculi fabrica, actione ejusque affectibus potioribus* disp. Regiomont. 1639. 4. HEFT.

EJUSD. *de pulmonum fabrica* Regiomont. 1640. 4. HEFT.

EJUSD. *scrutinium renum ac schema aberrantis structuræ vasorum emulgentium & spermaticorum, cum appendice observatorum in anatome corporis strangulati administrata* Regiomont. 1642. 4.*. Non inutile opusculum. Continet varietates vasorum seminalium & renalium, adnotata varia, ventriculum ingentem, valvulam coli, cujus loco apud FALCOBURGIUM vidit anulum: hepar immane gallinæ.

§. CCCLXXIV. *Varii.*

In *tre trattati del secundo Giovanne* FRAGOSO Panormi 1639. fol.* excusis plures sunt quæstiones anatomicæ. Defendit plures esse quam quatuor oculi musculos. Num sutura sagittalis in solis feminis per frontem producatur. Lac in mammis non certo demonstrare graviditatem.

Paul. FELWINGER *de temperamentis* Altdorf 1639. B. THOMAS.

Melchior POLIS *de cute* Francofurti 1639. 4. B. THOMAS.

Ej. & *Sig. Rup.* SULZBERGER *tussis natura & curatio* Lips. 1655. 4.*.

Christian LANGE *de respiratione* Lips. 1639. 4. BOEHM.

Ej. *de lacte humano* ibid. 1653. 4*. LANGIUM ductum PECQUETI demonstrasse.

Christophori TINCTORII *problemata anatomica* Regiomont. 1639. 4.

J. KLINGER *de primario ſenſitivæ facultatis inſtrumento* Lipſiæ 1639. 4. B. THOMAS.

Felicis PLATER (junioris ut puto) *theoria viſus* Baſil. 1639. 4.

Matthiæ Andr. LAURENTII *ſcepſis menſtruorum* Lipſ. 1639. 4. PL.

J. Conrad. SCHRAGMÜLLER *de monſtris* Marburg. 1639. 4. BOEHM.

J. MUSÆUS *de generatione hominis* Jen. 1639. 4. HEFT.

Seb. Gottfried STARKII *contemplatio oculi* Lipſ. 1639. 4. B. THOMAS.

Samuel HABERREUTER *de anima ſentiente & facultate ejus apprehendente & ſenſu externo* Genev. 1639. LEUW.

EJUSD. forte cum titulo *Samuel* HAFENREFFER *Monochordon ſymbolico biomanticum abſtruſiſſimam pulſuum doctrinam ex harmoniis muſicis dilucide figurisque oculariter demonſtrans, de cauſis & prognoſticis inde promulgandis fideliter inſtruens, & jucunda per medicam praxin reſonans* Ulm. 1640. 8. RIV.

Franc. BLONDEL & *Petri* BOURDELOT *Non ergo partium typus eſt ηθοποιος* Pariſ. 1639.

Claudii BREGET & *Quintin* THEVENIN *Non ergo poteſt in tuba fetus generari* Pariſ. 1639.

Nicolai MARES & *Euſebii* RENAUDOT *Ergo formoſi temperatiſſimi* Pariſ. 1639.

Jac. GAVOIS & *Claudii* PERRAULT, celebris inde viri, *Non ergo ut corporis ita animæ ſenectus* Pariſ. 1639.

§. CCCLXXV. *Henricus* REGIUS,

Le ROI, Profeſſor Ultrajectinus, *theſes pro circulatione ſanguinis propoſuit* anno 1640. 4°. Nam ad eas reſpondit PRIMIROSIUS anno 1640. 4°. Eas non legi.

Vindicavit ſe contra PRIMIROSIUM in *ſpongia qua eluuntur ſordes animadverſionum* PRIMIROSII Leidæ etiam anno 1640. edita *. ſæpe recuſa, & in collectione Leid. 1656. 4.*.

EJUSD. eſt *phyſiologia tribus diſputationibus propoſita* Ultrajecti 1641. 4.*. In hoc libello primum CARTESIANA philoſophia ad medicinam traducta fuit.

EJ. diſp. *de affectibus animi* Ultraject. 1650. 4.*.

EJ. *de generatione hominis* ibid. 1677. 4.* auctor dicitur in titulo *Henr. Chriſtian* HENNING.

EJ. *Epiſtola pro circulo* CARTESIANO in Epiſt. 4. Centuriæ IV. BARTHOLINI.

EJUSD. *philoſophia naturalis* Amſtelodami 1654. 4.* edita, & prius a. 1646. Integram phyſiologiam continet, cum iconibus anatomicis, etiam propriis. A CARTESIO multa ſumſiſſe criminatur Cl. CLERSELIER.

EJUS

EJUS *opera medica cum explicatione mentis humanæ* Ultraject. 1657. 4. LIND. & *explicatio mentis humanæ* Ultraject. 1659. 4. LIND.

Roger DRAKE præside WALÆO defendit anno 1640. *theses de circulatione naturali s. de cordis & sanguinis motu circulari pro* HARVEJO Leid. 1640. 4. & in collectione Leid. 1656. 4°.*. Conf. p. 383.

EJUSD. *vindiciæ contra animadversiones Jac.* PRIMIROSII Lond. 1641. 4.* Leid. 1647. 4. & in collectione Leidæ 1656. 4.*. Potius ratiocinia quam experimenta.

§. CCCLXXVI. *Cæcilius* FOLIUS,

Professor anatomes Venetus. EJUS *sanguinis e dextro in sinistrum cordis ventriculum defluentis facilis reperta via*, *cui non vulgaris in lacteas nuper patefactas venas animadversio præponitur* Venet. 1639. 4.* Francof. 1641. 12.* Leidæ 1723. 8.*. Primum se in cadaveribus humanis vasa lactea ostendisse: eorum valvulas versus truncos motum chyli dirigere adnotavit. Foramen ovale & ductum arteriosum etiam in adulto patere. Vas lacteum vult vidisse, quod in hepar venerit. Ad latus foraminis ovalis alter tubulus minor.

EJ. *discorso sopra la generazione ed uso della pinguedine* Venet. 1644. 4.*. Pinguedinem ex lacte generari, non ex sanguine.

EJ. *nova internæ auris delineatio* Venet. 1645. 4.* & in epistolis BARTHOLINI recusa, tum inter meas *disputationes selectas*. Mera explicatio figurarum, in quibus canales semicirculares, hic primum osse nudati, superioris & posterioris canalis commune ostium, cochlea ex osse soluta, processus mallei longissimus, & musculus anterior ei insertus exprimuntur. Denique quartum auditus ossiculum, & musculus stapideus.

EJUS exstat epistola 62. Cent. I. BARTHOLINI; in ea hepar cum liene connatum describitur, & fellei calculi. Ductus excretorius lienis.

GALENI & BOTALLI *placita de via sanguinis in corde* Venetiis 1640. 4. & GALENI *sententia de nupero Botallianorum invento* Patav. 1640. 4. LIND. Putes in FOLIUM scripta esse.

§. CCCLXXVII. *Varii.*

Joseph COQUILLARD *chirurgien operateur* Lyon 1640. 8.*. Partium corporis humani, in quibus curandis versatur, aliquam tradit anatomen.

J. BELOT *œuvres en Chiromance, physionomie &c.* Rouen 1640. 8. *B. v. der* AA. 1669. 8.

Petr. Terrer MORANO *flor de anatomia* Madrit. 1640. 8. *Nic.* ANT.

Joh. IMPERIALIS, Vicentini, *Musæum historicum & physicum*, — *imagines virorum illustrium* — *ingeniorum naturæ & differentiæ causæ ac signa. Adeo ut artis loco esse possit dignoscendi ad quam quisque artem & scientiam sit habilis* Venet. 1640. 4. LIND.

J. MAU-

J. MAUKISCH *de morte* Lipsiæ 1640. 4. B. THOMAS.

Nicolai LANGLOIS & *Gabr. de* BRIOUDE *Ergo a thorace motus pulmonis* Parisiis 1640.

Cl. CHRESTIEN & *Nic.* CRESSON *Ergo in homine sano a solo sanguine nutritio* Paris. 1640.

§. CCCLXXVIII. *Thomas* BARTHOLINUS.

Suo ævo non aliud nomen celebrius fuit. CASPARI filius, longis per Belgium, Germaniam, Italiam itineribus nova inventa nuperorum addidicit, sibique amicos conciliavit. Idem in summa auctoritate constitutus a numerosis discipulis percepit, quæ in omnibus academiis memoria digna agitarentur. Per varia quidem studia, etiam per antiquitatum patriarum cognitionem, se diffudit, ab anatome tamen potissimum inclaruit. Ex primis circuitum sanguinis recepit, & MONSPELII odia subiit, ob disp. de lacteis, & sanguinis circulationem (*l*). Numerosa Cl. viri scripta exstant.

Primum patris CASPARI *Institutiones anatomicas* edidit Leid. 1641. 8.* novis recentiorum opinionibus & observationibus auctas. Hæc editio utique WALÆI, SYLVIIQUE potissimum, sed & aliorum ejus ævi Cl. virorum, inventis aucta est, ita ut filius suam operam a paterna distinguat. Icones in universum VESALIANÆ sunt, aliquæ ex VESLINGIO & CASSERIO sumtæ. Anatome viscerum studiosius descripta, in musculis, nervis vasisque minus sibi placuit. Novum psoam parvum tamen dixit, in ossis ilium marginem superiorem insertum, aut in tendinem alias degenerantem. Hæc editio a SYLVIANIS in cerebri inventis pretium habet, WALÆI epistolæ cum omnibus editionibus recusæ fuerunt.

Institutiones anatomicæ secundum locupletatæ prodierunt Leid. 1645. 8. Germanice redditæ a S. PAULI Hafn. 1648. 8. HEIST. Gallice versæ ab *Abrahamo* PRATÆO Paris 1646. 8. Italicis versibus ab *Hostilio* CONTALGENO Florentiæ 1651. 12. (*Catal. operum* BARTHOLINI *in anat. pract.*)

Inde titulus datus *Thomæ* BARTHOLINI *Anatomia ex parentis institutionibus, omniumque recentiorum & propriis observationibus tertium ad sanguinis circulationem reformata* (*m*) Leid. 1651. 8. Haag. 1655. 1660. 1663. (MART.) 1666. 8.* Leid. & Roterd. 1669. 8. Belgice vertente *Th.* STAFFART Leid. 1653. 8. 1668. 8. Haag. 1658. 8. Anglice London 1668. fol. Anno 1666. adhuc distinxit, quæ patris erant, & adjecit lacteorum vasorum historiam, etiam ex orbe pisce; tum lactea thoracica, ex libello ejus tituli desumta.

Multo auctior est editio *ad circulationem* HARVEJANAM *& vasa lymphatica quartum renovata, curante Ger.* BLASIO, Leid. 1673. 8.* 1686. 8. TREW. Lyon 1677. 8.* quæ a Leidensi differt, ut tamen sit simillima, & paginæ respondeant, denique Lyon 1684. 8. Germanice versa *Neuverbesserte künstliche Zerlegung des menschlichen Leibes*.

(*l*) WORM. *ep.* 872. ann. 1641.
(*m*) Ita certe titulus est in edition. 1660. TREW. in mea 1666. & 1669. RUY.

Leibes, übersetzt durch El. WALNERN Nürnberg 1677. 4. TREW. Indice a *Francisco* BERNIER versam fuisse, ipse BARTHOLINUS. In hanc editionem transierunt nova inventa anatomica N. STENONII, J. SWAMMERDAM, *Regneri de* GRAAF, etiam RUYSCHII: ductus salivales noviter detecti, experimenta ad vasa lymphatica, alia. Solus nunc filius THOMAS loquitur. Ipse præter lymphatica vasa & ductum thoracicum parum de suo addidit, paucis enim annis anatomen exercuit, ad annum fere 1656. (*n*). Anno vero jam 1661. honorarius nunc Professor anatomen totam deseruit (*o*), ad aliud vitæ genus transiit, inque villa multum tempus trivit aliisque in studiis. Utut sit, classici aliquamdiu libri locum iste tenuit. Glandulas renales fetui majores esse, cruentum liquorem continere. Unicum esse thoracicum ductum. In thymo succum lacteum esse. Valvulosum circulum ad venarum hepaticarum insertionem, alium in renalibus, alium in mesentericis describit. Capsulas renales cavas esse adnotavit. Primam ductuum lacteorum mammæ iconem dedit.

De monstris in natura & arte Basil. 1645. 4°. disputatio inauguralis.

EJUSD. *de unicornu* Patav. 1645. & auctius a filio C. BARTHOLINO Amsterdami 1678. 12°.*. Vix huc pertinet. Aliqua habet de hominibus cornutis, de animalibus præter legem naturæ cornua alentibus, de unicornu vario, præsertim cetaceo, quo unicornu offic. revocat, etsi asininum cornu unico admittit.

De luce animalium L. III. *admirandis historiis novis rationibus referti* Leid. 1647. 8°.* Hafniæ 1669. 8°.*. De splendore ex animalibus & humano corpore emanante maxima collectio, occasione carnium lucentium macelli Monspeliensis.

EJUSD. *Anatomicæ vindiciæ Casparo* HOFMANNO *opposita & animadversiones in Anatomica* HOFMANNI Hafn. 1648. 4°.*. HOFMANNUS, vir doctus, sed parum anatomicus, *Casparum* BARTHOLINUM lacessiverat. Noster nuper ab itineribus redux, acriter in adversarium paternum invectus est, & rerum cognitione superior, & in his anatomicis literis: judicio plerumque vero, ut tamen passim fallatur, ut in spatio, quod inter cranium & duram cerebri membranam vult intercedere. Recte ostendit docto viro, prostatam a vesiculis seminalibus differre. Fidem etiam facit, CASPARUM aliqua ex paternis institutionibus mutuatum esse, tum ex STEPHANO & SCHERBIO. Malam theoriam refutat, chylum per vasa mesenterica ad lienem ferri.

EJ. *Collegium anatomicum disputationibus* XVIII. *adornatum* Hafn. 1651. 4°. *Anat. pract.*

EJUSDEM *de lacteis thoracicis in homine brutisque nuperrime observatis disputatio respondente Michaele* LYSER Hafniæ 1652. 4°.* sæpe recusa, Parisiis 1653. 8°.* Leid. 1654. 12°. Londin. 1652. 12°.* Ultraject. 1654. 12°. Hafniæ 1670. 8°.* cum aliis & in *Siboldi* HEMSTERHUYS messe aurea Heidelb. 1659. 8°.* inque collectione MUNIERI Genua 1654. 8°.* atque in B. MANGETI. In

(n) Anat publica ultima, quæ est oratio 36.
(o) *Ep. Cent.* III. n. 50.

In fure ductum thoracicum viderat & hic delineat, nuper a PECQUETO descriptum. Glandulas lumbales pro lacteis habuit, & vasa lymphatica lumbalia pro lacteis depinxit. Caeterum tres ductus thoracici insertiones adscendentes, & reliqua non bona: recte tamen in solam subclaviam sinistram ductum ducit chyliferum. Urinae aliqua ab H. PORNE accepta analysis hic habetur.

EJ. *Vasa lymphatica nuper in animantibus inventa & hepatis exsequiae* Hafn. 1653. 4°.* & 1670. 8°.* Paris 1653. 8°.* tum in *Messe aurea*, inque MUNIERI collectione, & in B. MANGETI. Brevis libellus, quo vasa lymphatica describit 15. Dec. 1651. & 9. Jan. 1652. in canibus inventa, tum 28. Febr. 1652. cum sodale *Michaele* LYSER. A VESLINGII schedis nostrum excitatum fuisse putes, qui vasa lymphatica, lacteorum nomine, saepe viderat. Vidit BARTHOLINUS vasa pellucido liquore plena, circa axillas, in lumbis, & in hepate, deinde & alibi. Hepatis munus, quo sanguinem dicebatur coquere, ex eo invento cadere facile perspexit, cum non essent lactea vasa, quae putabantur ad hepar venire, neque adeo chylus ad hepar feratur. Hepar adeo perspicax vidit chylum non recipere, neque in sanguinem coquere. In homine fibrillas circa hepar aliquas jam tunc viderat.

EJUSD. *Dubia de lacteis thoracicis, & an hepatis funus immutet methodum medendi* Hafniae 1653. 4°.* 1670. 8°.* Paris 1653. 8°.* & in *Messe aurea*, & in B. MANGETI. J. RIOLANI objectiones solvit. Vasa lactea mammarum describit, tum in utero alia, quae facile videas de lymphaticorum classe fuisse.

EJUSD. *Vasa lymphatica in homine nuper inventa* Hafn. 1654. 4°.* 1670. 8°.*. Ea vasa eodem a. 1654. mense Januario in hepate vidit. Nomen vasorum serosorum refutat, quod RUDBEKIUS imposuerat, melius certe, si ad vim sermonis respicias. Addit aliqua de hydatidibus, de vasis lymphaticis in aliis & aliis animalibus visis. Tangit, sed brevibus, RUDBEKIUM, alterum inventorem horum vasorum.

EJUSD. *Defensio lacteorum & lymphaticorum & dubiorum anatomicorum contra* RIOLANUM Hafniae 1655. 4°.* 1670. 8°.*. Fusior libellus & acris adolescentis in famam viri contra senem in maxima auctoritate constitutum. Accedit *de lacteis venis sententia Cl. G.* HARVEJI *expensa*.

Ne separemus conjunctas ex sua natura opellas, addemus *Spicilegium I. ex vasis lymphaticis* Hafniae 1657. 4°. & *secundum* 1660. 4°. utrumque recusum Amstelodami 1661. 12°.* & Hafniae 1670. 8°.*.

In priori *Spicilegio* Hafniae 1655. 4°. excuso, expenditur GLISSONII sententia, & PECQUETI. GLISSONIUS lymphae partem ab arterioso halitu nasci scripserat, in partium interstitiis coacto, partem ex nervis. Contra ea noster multis disputat. Aliqua ad RIOLANI postremas objectiones reponit.

In *Spicilegio* II. Hafniae 1660. 4°. primum edito, *Jacobi* BACKII, hepatis defensoris, sententiam refutat, tum *Isaaci* CATTIER, qui nolebat omnem chylum per ductum thoracicum ad cor ferri. *Caroli le* NOBLE experimenta recenset. Cl. TARDY refellit, qui tamen partem chyli ad hepar ferri defendebat, tum

tum T. WHARTON, qui recte monebat, glandulas lumbales non esse chyli receptacula. In CHARLETONUM addit, neminem de JOLIVIO inaudivisse, lympham nunquam albam esse. In BILSIUM.

EJUSD. *Responsio de experimentis anatomicis Bilsianis & difficili hepatis resurrectione* ad *Nicolaum* ZAS Hafniæ 1661. 8°.* 1670. 8°.* Amstelodami 1661. 12°.*. Belgice, vertente J. BLASIO, ibid. 1661. 12°. Contra BILSIUM, non valde tamen acriter, uti neque in RUDBEKIUM unquam acerbe scripsit. Exempla cadaverum diu incorruptorum.

Castigatio epistolæ maledicæ BILSII, *ubi Bilsianæ artes deteguntur, & Professoria dignitas vindicatur* Hafn. 1661. 8°.* Amstelod. 1661. 12°.*. In *anatome practica* hic libellus BARTHOLINO tribuitur, qui titulum fert *Nicolai* STEPHANI. Exstat etiam inter *Orationes* BARTHOLINI Hafn. 1668. 8°.*. BILSIUM multum suæ nobilitati tribuentem, acriter repellit, & avaritiam viro objicit, & mumias de fama quotidie amittere exprobrat.

EJUSD. *Diss. anatomica de hepate defuncti novis Bilsianorum observationibus opposita* Hafniæ 1661. 8°.* & in collectione Hafniensi 1670. 8°.*. Nempe BILSIUS contendebat, tamen chylum ad hepar venire. Eam sententiam tuebatur *Antonius* DEUSING. Contra eum BARTHOLINUS scribit. Lac cum sanguine mistum rubrum colorem augere. Vulneris ductus thoracici meminit, ex quo chylus stillabat. BORRICHII experimenta infusoria describit, coloresque sanguinis a variis admistis salibus mutatos. Sanguinis venarum mesentericarum colorem cinereum non demonstrare, chylum ei sanguini esse admistum. Siccata aliqua & incorrupta cadavera describit.

EJUSDEM *Hepatis exautorati desperata causa* Hafniæ 1666. 8°.* & in collectione Hafniensi 1670. 8°.*. Iterum contra BILSIUM & DEUSINGIUM: Ductum thoracicum omni chylo vehendo sufficere. Subcineritium sanguinis colorem, in vasis mesentericis visum, non demonstrare chylum in ea vasa receptum fuisse. Contra novam VATTERII œconomiam corporis, qui pro hepatis sanguifica vi scripserat, quam noster studebat hepati adimere. Inde ad EVERARDI, LEICHNERI, aliorum, pro tuendo hepate argumenta. Lactea vasa ad uterum & mammas ferri porro docet. De sanguine in fervida coacto.

Hæc *opuscula nova anatomica de lacteis thoracicis & lymphaticis vasis in unum volumen comprehensa, aucta & recognita*, excusa sunt Hafniæ 1670. 8°.*.

Redeo ad reliqua T. BARTHOLINI opera. Inter ea eminent *historiæ anatomicæ*, *quarum centurias* VI. edidit, primam & secundam Hafniæ 1654. 8°.*, & in aliis exemplis Amstelodami 1654. 8°.*. Germanice recusas vertente G. SEGER 1657. 8°. Etsi multa minus firma ex credulitate seculi admisit, plurima tamen memorabilia hic reperias. Vagitus uterinus, ovum a femina partu editum, glis a puerpera, vomitus mirifici, gigantum ossa, gallus oviparus, sirene, septum cordis pervium, hæc suspecta. Meliora tamen alia intercedunt. Monstra aliqua obiter indicata, puellæ nuper natæ anatome, sudor sanguineus, menses ex pedibus, polypi cordis, varietates vasorum renalium, aliorum, fu-

turarum: ductus thoracici duæ descriptiones, fibræ lienis, ova humana f. vesiculæ satis bene descriptæ. Psoas minor novus musculus, flexoris peculiaris digiti minimi pedis duo tendines. Glandulæ ad anum, diversæ a civetticis; lienes grandes, vasa lactifera mammæ primum depicta; orbis piscis anatome, cum vasis lacteis, multæ hominum incisiones, & animalium, inter ea xiphias (*p*), tursio, caprea, chamæleon, porcus, mus norwegicus, cygnus, lepus, Babyrussa; ductus arteriosus in adulto patens, prima initia inventorum vasorum lymphaticorum, ren unicus, semilunaris. Facile animadvertas, inventa sua a BARTHOLINO in diversis scriptis repeti.

Centuria III. & IV. successit Hafniæ 1657. 8°.*. Idem de istis judicium redit. Bona passim. Vasa lymphatica in homine visa, monstra, corporum humanorum incisiones. Medullæ spinalis fissura, vasa interna, latro cor suum evulsum contemplatus; scintillæ ex capite emanantes, pulli fimi ope exclusi, anatome civettæ, gruis, gulonis, leonis, superfetatio, vasa lymphatica in capite visa. Vasorum sceleti. Cranium WORMII quod habet pro monstroso; de vena dorsali superficiali RONDELETII. Androgynus absque sexu certe natus. Duo penes. Gruis aspera arteria in sternum demersa. Contra repudies parientem androgynum, quæ femina fuerit majori clitoride. Ita non visus in nuper nata puella hymen, spectra funesta, septum cordis pervium. Una prodierunt P. PAVII *observationes aliquæ.*

Centuria V. VI. Hafniæ 1661. 8°.*. Hic anatome civettæ feminæ, martis. De secundis educendis fuse. Ovum gemello cortice. Pulli exclusi in furno Danico. Ossa emollita, ventriculus in thorace. Fetus in ventre.

Non perinde laudem merentur prolapsus vaginæ non intellectus. Homo ruminans. Felis per os pariens. Spurius HIPPOCRATIS de pustulis libellus, transplantatio morborum. Fabula Gratianopolitana de concepto ex imaginatione puero. Embryo prægnans.

Una prodierunt RHODII *observationes anatomicæ*, de quibus alias.

EJ. *de integumentis corporis humani* Hafniæ 1655. 4°. Francof. 1656. 4°.

EJ. *de usu thoracis & ejus partium* Hafniæ 1657. 4°.

EJUSDEM *cista medica Hafniensis variis consiliis aliisque ad rem medicam, anatomicam, botanicam & chymicam spectantibus referta. Acc. ejus domus anatomica brevissime descripta* Hafniæ 1662. 8°.*. Pauca huc faciunt, fere ex genere forensi: De superfetatione. Num lac sit certum indicium graviditatis.

In *domo anatomica* dat historiam theatri Hafniensis, in quo primus S. PAULI cadavera humana secuit, & sceletos paravit. Catalogum dat rerum anatomicarum, ab *Henrico* FUIREN legatarum: tum *Henningi* ARNISÆI. Demum sua dona, inter quæ sunt tabulæ splendidæ, quas naturali magnitudine ad humana cadavera depingi curaverat, pro anatome augusta, quæ nunquam prodiit.

EJ. *de pulmonum substantia & motu diatriba* Hafniæ 1663. 8°.*. Fieri ex mem-

(p) Negligenter describi olim HARTMANN de xiphia p. 19.

membranaceis vesiculis. Patulis foraminibus in avibus patere; a thorace, aut a diaphragmate motum habere, non a corde. Contra circulum CARTESIANUM. Adjecta est MALPIGHII *de pulmone epistola.*

EJUSDEM *epistolarum medicinalium a doctis vel ad doctos scriptarum Centuria* I. & II. Hafniæ 1663. 8°.* & nuper Haag. 1740. 8°. Grata hic varietas, neque certe sterilis. Prima epistola est anni 1639. dabatque in ea BARTHOLINUS ex itineribus suis ad *Olaum* WORM aliosque patronos eorum aliqua indicia, quæ nova viderat. Vasa lactea ergo describit, a se visa. De pygmæis fabulosis cuniculorum subterraneorum custodibus. Monspeliensibus doctoribus ignaris & invitis vasa lactea demonstravit a VESLINGIO visa. Castoris anatome, folliculi, sceletus. De carnibus lucentibus. Ad HARVEJUM aliqua, a. 1642. data, contra circuitum sanguinis, & locus ubi VESLINGIUS dicitur in chartis a P. FULGENTIO conservatis se F. PAULI SARPII de invento sanguinis circuitu locum vidisse. Iconem novi ductus pancreatici ad WORMIUM misit. De F. LICETI circuitu sanguinis duplici, alio arteriarum, venarum alio, ut ex una classe ad alteram nihil transeat, sed Euripi modo huc illucve fluat. Contra tertium cordis ventriculum ARISTOTELICUM. Pro circuitu sanguinis ad dubitantem WORMIUM anno 1643. Ductum pancreaticum nunc vidit anno 1644. Ad C. FOLIUM, mirari se quod quartum suum ossiculum aliud a SYLVIANO faciat, non recte, nam FOLIANUM quartum ossiculum est musculus stapideus. Ad A. PRATÆUM contra circulum CARTESII. De valvula coli: de novo chyli receptaculo. PECQUETIUM excusat, qui non viderit lactea vasa ad hepar euntia. LYSERUM accusat, quod artem incidendi vulgaverit. Satis frigide de suo lymphaticorum vasorum invento. Aliqua contra BACKIUM. Cæterum post *Centuriam* I. reliqua fere omnia sunt discipulorum, sua inventa suosque labores cum BARTHOLINO communicantium; & pretiosa sæpe monumenta *Nicolai* STENONIS *F. Olai* BORRICHII, *Henrici v.* MOINICHEN, *Michaelis* LYSER, quæ suis locis laudabimus. Vix quidquam in anatome ab anno 1639. ad annum 1667. gestum est, cujus non primos nuncios, & inventorum semina his in epistolis reperias.

Centuria III. & IV. prodierunt Hafniæ 1667. 8°.*. De femina duabus vaginis instructa, per quarum alteram pepererat. De fetu mussipontano sententiam dicit. Iterum de ovo quod mulier peperit. De superfetatione tergeminorum. Agnus androgynus. Partus, BOERHAAVIO laudatus, ovi integri. Ex circuitu sanguinis invento tolli selectum venarum. De RUFI codice, quem ex FLORENTINO habeat, diverso ab editis. Duo fetus per abscessum umbilici editi. Vasa lactea ad mammas euntia nunc fatetur se non certo vidisse. Ova gravida.

EJ. *de insolitis partus humani viis* diss. Hafniæ 1664. 8°.*. Occasionem libello dedit duorum gemellorum per ulcus umbilici exitus, decimo octavo post conceptionem anno. Inde compilatio plurima de fetibus per os, si Diis placet, per umbilicum, hypochondria, ilia, anum exclusis: de partu ventrali, de fetubus gravidis.

Ej. *de cometa consilium medicum, monstrorum nuper in Dania natorum historia* Hafn. 1665. 8°.*. Fetus tumore cranio adnato, nullo oculo, naso nullo: alius, pro monstro habitus, unice ob cellulosam telam aqua ebriam deformatus.

Ejusd. *de cygni anatome, ejusque cantu, olim a J. Jac.* Bewerlino *subjecta, nunc ex schedis paternis a filio* Casparo *aucta* Hafniæ 1668. 8°.*. Sceleton depingit, & nodos duorum ramorum asperæ arteriæ; osteologiam ad sceleton quam *Simon* Pauli paraverit; deinde viscera, cæcas adpendices, asperæ arteriæ gyrum sternalem. Musculi pulmonum a *Nicolao* Stenonis f. inventi. Tum plurima philologica. Cantum cygni defendit.

Ej. *Orationes varii argumenti* Hafniæ 1668. 8°.*. Harum orationum multæ anatomici sunt argumenti, sed breves, neque legenti multum profuturæ. Titulos dicam. De C. Hofmanni *laudibus & nævis* 1648.

De corde apud Veteres 1648.

De capitis dignitate 1648.

De morte Veslingii *atque* Walæi 1649.

De ventriculo & intestinis 1649.

De mesenterio & pancreate 1650.

De lacteis 1650.

De jecoris extispicio 1650.

De lienis dignitate 1650.

De renum monstris 1650.

De ureteribus 1650.

De circulatione sanguinis 1650.

De ossibus 1651.

De lacteis thoracicis 1652.

De dubiis lacteis 1653.

Anatome cadaveris feminini 1653.

De vasis lymphaticis 1655.

Anatome ultima publica 1656.

De usu partium 1656.

De usu thoracis 1657.

De lymphaticis 1660.

In Bilsium *invectiva* 1661. quam diximus.

Ej. *de flammula cordis epistola* Hafniæ 1669. 8°.* brevissimus libellus.

Ej. *de cerebri substantia pingui & oculorum suffusione* Hafn. 1669. 4°.* cum Burrhi Epistolis, & cum Sculteto.

Ej.

Ej. *de flagrorum usu in re venerea* Hafn. 1679. 12°.* cum opusculo *J. Henrici* MEIBOM. Philologica.

Ej. *de sanguine vetito* Hafn. 1673. 8°.* theologici potius argumenti. Præceptis legis Mosaicæ nos pariter putabat teneri.

Idem cœpit anno 1671. edere *acta Medica & Philosophica Hafniensia*, quorum duo anni prodierunt Hafniæ 1673. 4°.*. In iis multa sunt aliorum, discipulorum fere auctoris nostri, aliqua tamen ei propria. Huc ergo Ungues monstrosi. Leonis anatome. Maculæ ex sanguinis ebullitione natæ. Monstra animalium. Molæ uterinæ volatiles (fabulosæ). Anatome cercopitheci *Mammonet*. Moschi folliculus.

Acta anni 1673. s. Vol. II. prodierunt anno 1675. 4°.*. Corymbus (Peruque) in fetu. Catuli ex vacca. Anatome cercopitheci. Ova galli. Oculus & dentes balænæ. Fetus a morte matris editus.

Anni 1674. 1675. 1676. prodierunt Hafniæ 1677. 4°.* cum titulo Vol. III. IV. In III. de Billiana corporum conservatione. Monstrum agninum. Femina cornuta.

Anni 1677. 1678. & 1679. s. Vol. V. prodierunt anno 1680. 4°.*. Tota sunt juniorum, quos laudabimus, scriptorum.

In *Lib. de peregrinatione medica* Hafn. 1674. 4°.* aliqua ad historiam anatomes: de infelicitate anatomicorum. Anatomen fatetur suo ævo Patavii florere & Parisiis.

EJUSDEM *de anatome practica ex cadaveribus morbosis adornanda consilium* Hafniæ 1674. 4°.*. Morbosorum nempe cadaverum. Quam adornaverat, eam incendium villæ abstulit: Quæritur de odiis in patria ob incisa cadavera contractis.

Multa aliorum Cl. virorum *opuscula* IDEM edidit, quæ suis locis laudavimus, VESLINGII potissimum & LYSERI.

Obiit anno 1680. & vitam viri dedit *Wilhelmus* WORM Hafn. 1681. 4°.* & *Oligerus* JACOBÆUS ibid. 1681. 4°.* & *Georgius* HANNÆUS Hafn. 1680. 4°.

Exstat ejus epistola *de viis lacteis & de vasis lymphaticis cum* HARVEJANARUM *contra vasa lactea objectionum resolutione*, inter epistolas HORSTIANAS.

Passim in *Actis Naturæ curiosorum* aliqua edidit.

Dec. I. *Ann.* I. *obs.* 1. de conceptu imaginario, cum femina se gravidam putasset.

Obs. 36. de ovo prægnante.

Obs. 123. de pilis demortuorum.

Obs. 124. Sensus superstes, cum motus abolitus esset.

Obs. 125. Asellus androgynus.

Ann. II. *obs.* 72. Trimammis femina.

Obs. 160. Mola volatilis, animalis informis sceletos, ex avium genere.

§. CCCLXXIX. *Simon* PAULI,

Collega BARTHOLINI, qui primus in theatro anatomico Hafniensi corpora humana dissecuit (*q*), multis etiam sceletis idem ornavit. *Orationes* etiam plusculas anatomici argumenti edidit. Primam, *cum* GALENUM *de ossibus publice ad sceleton esset interpretaturus* Hafniæ 1641. 4°. MOELLER; Germanice cum versione tabularum CASSERII recusam Frankfurt 1656. 4°. Alteram *de anatomes origine, præstantia & utilitate* Hafn. 1643. 4°.* tum aliud programma anno 1644. 4°. pariter cum tabulis CASSERII recusum; & duo anni 1645. cum *domo anatomica* a BARTHOLINO recusa, & in editione tabularum C. CASSERII.

EJUSD. *Machina anatomica s. descriptio accurata instrumentorum ad sceleta compingenda cum artificio ossa præsertim trunci dealbandi, ut nitore ebur superent, cum figuris æneis* Hafn. 1668. 4°. & recusa in MANGETI *theatro anatomico.* Adest etiam in Act. Hafn. Vol. II. n. 18. ejusdem argumenti epistola SIMONIS, in qua ossa in lapide fissili pluviæ & aëri exponere jubet: & alia epistola de coctura ossium, & potissimum sterni ibid. n. 113. Blando igne jubet coquere. Utrumque de sterno & ossibus coquendis opusculum redit in B. MANGETI.

EJUSD. *Anatomisches Bedenken über ein Reitpferd* Frankfurt 1674, 4°.* potius pathologici est argumenti.

Julii CASSERII *anatomische Tafeln und Adriani* SPIGELII *Unterricht von der Frucht in Mutterleibe.* Germanice reddidit Frankf. 1632. 4°.* 1707. 4°.

§. CCCLXXX. *Nicolaus* TULPIUS,

Medicus Amstelodamensis, solidi ingenii vir, consul urbis patriæ, quam servavit, ne anno 1672. Gallis traderetur, peritura nisi venerabilis senex fortissimo sermone turpia consilia refutasset (*r*). Ejus *observationes medicæ* limpido sermone breviter & mascule scriptæ prodierunt Amstelodami apud Elzevir 1641. 8°.* tum anno 1644. 8°. 1652 8°. LAMB. 1672. 8°.* 1716. 8°.* 1739. 8°. nonnullis adjectis, & inter ea auctoris vita, tum alias, Belgice etiam Leid. 1730. 4°. In editione 1716. *Abrahami Salomonis van der* VOORT Biographia auctoris præfixa est; in nostra alia vita a *Ludovico* WOLZOGEN scripta. Accessit in editione utraque 1716. & 1739. A. S. *van der* VOORT index locorum, in variis scriptis reperiundorum, quibus declarandis observationes TULPIANÆ usui esse possunt.

(q) Putes aliqua ex æmulatione factum esse, ut WORMIUS *Simoni* PAULI exprobret intra biennium ne canem quidem eum secuisse *epist.* 562.

(r) CRAFTSMAN I. p. 162.

ſunt. Cæterum in aureo opere, uti multa ad phyſiologiam utiliter adhiberi poſſunt, ita paſſim aliqua pure ſunt anatomica. Vaſa lactea anno 1639. & inter primos vidit. Pedes talpini; Reſpiratio per aures; lac ſanguini innatans. Mira feminæ gravidæ voracitas, valvula coli, quam nonnulli TULPIO inventam tribuunt, monſtra pluſcula, juvenis balans. Sed totum opus debet elegantiori medico notiſſimum eſſe.

§. CCCLXXXI. *Georgius* ENT,

Medicus, Eques, magnus cauſæ Harvejanæ defenſor. Edidit jam 1641. 18°.* Londini *Apologiam pro circulatione ſanguinis, qua reſpondetur Aemilio* PARISANO, quam multo auctiorem reddidit Lond. 1685. 8°.*. Auctor acuti ingenii homo, cum ignem cordi inſitum defenderet, in multas pro illo biolychnio contra LOWERUM & MAYOWIUM concertationes, & in varios errores incidit, ut etiam cordis motum a ſanguinis fermentatione naſci perſuaderetur. Alia tamen bona habet: lienem per varia animalia perſecutus ejus viſceris in eorum quoque diſcrimina adnotata dedit, tum ventriculi equini & bubuli. De lienis officio cum PARISANO & ULMO decertavit; arterias cum venis anaſtomoſi quidem continuari, arteriam tamen paulum ultra venam produci docuit, ut aperiri poſſet. Contra SARPIUM ita HARVEJUM defendit, ut ab iſto legatum venetum circuitus ſanguinis inventum habere, & quatuor ante mortem annis SARPIO aperire potuerit. PARISANUM facile repulit.

EJ. *Antidiatriba in Malachiam* THRUSTON *de reſpirationis uſu primario* Londin. 1679. 8°.* 1682. 8°. LEHMANN. Animadverſiones ſuas G. ENT manuſcriptas cum THRUSTONO communicaverat. Eas M. THRUSTON cum ſua *diatriba* Lond. 1670. 8°.* edidit, tum Leidæ 1671. 8°.* recuſas, & una ad eas reſpondit. Eas ergo reſponſiones hic reperias, cum animadverſionibus, & cum novis ENTII objectionibus. Scopus eſt ENTIO, THRUSTONI theoriam refellere, qui ſanguinem in pulmone volebat conteri. Verum non ſatis habet experimentorum, neque firmas objectiones protulit, in manifeſtos etiam errores incidit, ut ſeptum transverſum immobile faceret, & negaret ex arteriis quidquam in ureteres urgeri. Ad varia etiam divagatur. Mucum villoſæ inteſtinorum tunicæ putat ſuccum eſſe alibilem, qui per eos villos reſorbeatur. Totum corpus fieri cavis fibrillis. Negat a ſpiritibus vim motricem in animalibus provenire. Vidit ſerum lactis in arteriam pulmonalem injectum, continuo in ventriculum ſiniſtrum penetraſſe. Recuſum dedit MANGETUS in B. ANAT.

Hæc duo opera conjuncta ſunt in *operibus phyſico-medicis* ENTII Leidæ 1687. 8°.* recuſis.

Exſtant præterea *Georgii* ENT aliqua cum G. CHARLETON *exercitationibus de differentiis & nominibus animalium* Londin. 1677. fol.*. Mantiſſam enim anatomicam noſter addidit, in qua anatome continetur ranæ piſcatricis, galei piſcis, & ranæ vulgaris. In ea pulmones ab officio reſpirationis removet, qui meræ ſint natatoriæ veſicæ. Renes etiam animalis dixit, & urinariam veſicam.

In *Phil. Tranſ.* n. 194. de pondere hiberno & verno & perſpiratione teſtudinis agit.

In codicibus ASHMOLIANIS ſunt etiam *George* ENT's *anatomical lectures* M.S.

§. CCCLXXXII. *Varia.*

In *Nicolai* FONTANI . Medici Amſtelodamenſis, *analectis rariorum obſervationum* Amſterdam 1641. 4°.* editis, aliqua huc faciunt, ut cranium monſtrificum, longa appendice occipitis, fronte gibboſa.

Chriſtiani LUPI, Yprenſis, *apologia pro anima ſenſitiva ovi contra Univerſitatem Marpurgenſem in Haſſia, in qua oſtenditur, quod ovum fecundum anima ſenſitiva inſtruatur, quodque ſit verum animal*, Lovan. 1641. 4°. *le* TELLIER.

Pauli VECCHII *obſervationum ex omni genere eruditionis in divinam ſcripturam* L. II. In primo l. obſervationes ſunt phyſiognomonicæ. In ſecundo obſervationes medicæ &c. Neapoli 1641. 4°. LIND.

J. Jac. BOCCARDI *il mangiaſaſſi* Paris 1641. 4°. FALC.

Gisberti VOETII *de vitæ termino diſſ.* Utrecht 1641. 8°. & cum BEVERWYCKIO.

Michael Raphael SCHMUTZEN *kurze Handlung von des menſchlichen Leibes Wundergebäu* Nürnberg 1641. 4°. B. THOMAS.

Gilberti PUYLON & *J. Le* PREVOT *Ergo membrana auri obtenſa omnium ſicciſſima* Pariſ. 1641.

J. de MONSTRUEIL & J. COUSIN *Ergo κανάριον ſenſus communis ſedes* Pariſ. 1641. adeo jam prævaluerat CARTESIUS.

§. CCCLXXXIII. *Varii.*

Ezechiele de CASTRO *tr. di coloſtro, dove ſi tratta de' diverſi mali di bambini* Venet. 1642. 4°. recuſus cum *Scipione* MERCURIO. De meconio.

Simon a CAMPO *Comm. in artem medicam* GALENI Neapoli 1642. 4. 1647. 4.

Victoris PALLU *quæſtiones medicæ an riſus vitam producat* Turonibus 1642. 8°. *le* TELLIER.

Friderici MONAVII *de tegumentis* Regiomont. 1642. 4°. SCHEFFEL. In ejus viri *bronchotome* Regiomont. 1644. 8°. Greifswald. 1654. 8°. Jenæ 1711. 8°.* exſtat laryngis anatome.

Hans Jurge de WAHRENDORF circa hæc tempora chirurgiam infuſoriam exercuiſſe lego, & canes inpulſo in venas vino inebriari, apud J. D. MAJOREM *Memor.*

Alberti LINEMANN *viſionis natura phyſicis & opticis rationibus explicata* Regiomont. 1642. 4°. H.

Henr. MEYER *viſus theoria* Lipſiæ 1642. 4°. PL.

Georg.

Georg. LEHMANN & *Georg.* HOEPNER *de ſomniis* Lipſiæ 1642. 4°. H.

EJ. *de ſomniis* ibid. 1647. 4°. B. THOMAS.

Georg. JOUDOUIN & *Cl.* TARDY *Ergo decimeſtris partus perfectiſſimus* Pariſiis 1642.

Hug. CHASLES & *Simon* BOULLOT *Non ergo motus ſanguinis circularis* Pariſiis 1642.

Rol. MERLET & *Guill.* PETIT *Ergo ſignatura fetus ab imaginatione* Pariſiis 1642.

§. CCCLXXXIV. *Zacutus* LUSITANUS, SINIBALDUS,

Judæus, Medicus Amſtelodamenſis, longævus, obiit anno 1642. Huc refero, quæ ſunt in operibus omnibus phyſiologici argumenti, etſi ea demum prodierunt Lyon 1649. fol.* 1657. fol.*. Inter *Quæſtiones* aliquæ huc faciunt, ut 60ma utrum ſpiritus animatus generetur in ventriculis cerebri, utrum in rete mirabili. Q. 107. utrum ſuccus melancholicus acidus ſit, tum n. 108. atra bilis.

In *hiſtoriis*, quæ ſunt ex veteribus collectanea, varia huc faciunt, ut de fetu, cum coitus, & genitalium ſingularibus, de obeſitate.

J. Benedictus SINIBALDUS, Archiater & Profeſſor Romanus. Ejus *geneanthropia ſ. generationis hominis pentateuchon* prodiit Rom. 1642. fol.* & Francofurti 1669. 4°.*. Nulla anatome, quæſtionum, aetiologiæ confabulationis, obſcuritatis plus ſatis. Ex propria praxi aliquas obſervationes addit, non certiſſimas. Hiſtoria puellæ, quæ vir erat.

§. CCCLXXXV. *Conradus Victor* SCHNEIDER,

Profeſſor Wittebergenſis, magnus ſed cum judicio conpilator, fuſiſſime undique congeſſit, quæ utcunque ad ſuam materiam faciant, non tamen ipſius naturæ imperitus, & qui multa utiliter viderit. Id incommodum habet, quod longa fragmenta ſcriptorum in textum ſuum recipiat, ut difficulter caveas, ne pro auctoris placitis habeas, quæ ſunt aliorum. EJUS video citari Diſp. *de ſanguine ut de corporis parte principe* Witteberg. 1629. VATER. neque vero temporis ratio eum annum admittit, & annum 1649. facit HEISTERUS, magis probabilem, ſed alii omnino 1679.

Vetuſtiſſimum auctoris, quod apud me eſt, opuſculum eſt *de liene* Witteberg. 1641. 4°.*.

De corde agit Witteberg. 1642. 12°.*. Ridiculam litem Heidelbergenſem narrat, cum de cordis in pectoris ſitu medici diſſentirent, & alii in medio thorace poni adfirmarent, alii in ſiniſtro latere, manifeſto argumento neglectæ anatomes; denique experimento in porcello capto evictum eſt, cor in ſiniſtro latere poni, & dimiſſus ex aula medicus, qui in medio pectore poſuerat. Hydropem pericardii ſibi in tabido homine viſum deſcribit, cum in aliis corporibus nullam in ea membrana aquam reperiret. Fetum varie deformem dicit.

De capite Diff. I. & II. ibid. 1643. 12°.*. Officula falcis duræ meningis habet & osteogeniam capitis.

De hepate ibid. 1643. 12°.

Osteologica I. ibid. & II. 1649. 12°.* de offibus in genere cum futurarum tabula. De finuum pituitariorum ufu. Sternum coqui poffe, ut tamen identidem de aqua eximatur.

De offe frontis ib. 1650. 12°.*. Offa dicit triangularia in conjunctione coronalis futuræ cum fagittalis, tum ad lamdoideam.

De offe occipitis ib. 1653. 12°.*.

De offibus fincipitis ib. 1653. 12°.*. Suturam frontalem vult dici debere, quam dicimus fagittalem, eamque ab ifta negat provenire.

De offibus temporum ib. 1653. 12°.*.

EJUSD. *de offe cribriformi*, *& fenfu ac organo odoratus*, *& morbis ad utrumque fpectantibus* Witteberg. 1655. 12°.* & in Bibl. ANATOMICA MANGETI. Ex infpectis cadaveribus & craniis animalium fe librum fuum defcripturum recipit, multum tamen mifcet eruditionis. Experimenta fecit in bove, cane, anfere. Duos epidemicos errores etiam refutat, alterum quo docebatur, particulas odoras venire in ventriculos cerebri, & ibi fenfum excitare: alterum a cerebro per os cribrofum excrementa in nares defcendere. Nervi ab olfactorio pare in nares euntes non effe, ut in brutis, cavos.

EJ. *de lacrymis* R. J. *Daniele* MAJOR Witteberg. 1656. 4°. Pl.

EJUSD. *de catarrhis* vaftum opus. L. I. quo agitur *de fpecie catarrhorum & de offe cuniformi, per quod catarrhi decurrere finguntur* Witteberg. 1660. 4°.*. Pathologica omitto. Quærit primum de vocibus *larynx & pharynx*, quæ valde promifcue a veteribus fumtæ fuerunt. Inde os cuneiforme defcribit, & ejus antiquitates enarrat. Deinde de foraminibus veris & imaginariis fellæ pituitariæ, quæ ad palatum negat patere.

L. II. *quo Galenici meatus catarrhorum perfpicue falfi convincuntur*, ibid. eod. anno 4°.*. Opiniones veterum fufiffime recenfet: recte monet, duram membranam cerebri fortiffime cranio adhærere; adeoque foramina offis cribrofi claufa effe. Cerebri in variis animalibus pondera. Nequaquam in ventriculis cerebri catarrhos colligi: eosque ventriculos anterius claufos effe, nullamque ab iis viam ad os cribriforme patere: nihil per infundibulum defcendere, nihil per pituitariam glandulam. Ejus glandulæ pondus in numerofis animalibus adnotat, ab adminiftro anatomico fibi curatum: inde adparet, eam glandulam non fequi molem cerebri, minimamque effe in homine & in animalibus carnivoris: majorem in ruminantibus. Ad tonfillarum anatomen in hecticis multam effe aquam pericardii. Quatuor VESALII canales refutat, & fellæ equinæ foramina; & oftendit, nihil poffe per foramina cribriformis offis, aut per vaforum meatus tranfire. Sed neque aërem per os cribriforme in cerebrum venire, neque

neque tabaci fumum. Neque ſpiritus eo modo generari, quo in alembico aqua ſtillatitia adſcendit. Materiem catarrhorum nullas vias habere, per quas de cerebro deſcendat, neque vapores per cranii ſuturas exhalare. Optime certe de genere humano meruit, qui hos ſcholarum errores de mentibus hominum exſtirpavit.

L. *tertius, quo novi catarrhorum fontes demonſtrantur* Witteberg. 1661. 4°.*. Hoc princeps Cl. viri opus eſt. Inmiſcuit quidem alia plurima. A ſanguine, in quo vita ſit, omnes in corpore humano humores naſci. De ſanguinis circuitu, & de chyli in venas, etiam in arterias meſentericas (*s*) reſorbtione. Deinde in ſecunda ſectione membranam pituitariam deſcribit, non illam ignoratam veteribus, plenius autem a SCHNEIDERO dictam, cujus etiam nomen ei velamento impoſitum eſt. Eam ex animalibus diverſarum claſſium deſcribit, ab oſſe retro occipitis, per nares, laryngem, œſophagum. Tonſillarum etiam & glandularum ad radicem linguæ hiſtoriam exponit, ad adminiſtrationes cæterum chirurgo miniſtro uſus (*t*). In ea glandula mucum generari, & catarrhorum ſedem eſſe primus oſtendit. Glandulas tamen muciparas non adgnovit.

L. IV. *ubi generalis catarrhorum curatio ad novitia dogmata & inventa paratur* Witteberg. 1661. 4°.*. Hic iterum in capite quarto dixit contra aëris per os cuneiforme & cribriforme iter.

Liber *de catarrhis ſpecialiſſimus* Wittebergæ 1664. 4°.* iterum plurima habet huc facientia. Nares ad cerebrum non patere: in coryza equina dudum ante *la* FOSSE vidit cerebrum, & proceſſus mammillares ſanos eſſe, & membranam pituitariam anteriorem, non poſteriorem ſolam, corrumpi. Membranæ pituitariæ ab aliis membranis diverſitas. De ſternutatione. De deglutitione, eam per muſculos fieri. De medulla ſpinali, ejus vaſis; de viis, quibus ad eam de cerebro humor venit. Sibi vaſa lymphatica inventa tribuit.

EJ. *de morbis capitis ſ. cephalicis ſoporoſis, & de horum curatione* Witteb. 1669. 4°. Fuſe de ſomno: de ejus cauſa, quam ex privata animæ facultate deducit. Facultates animæ; earum per totum corpus humanum conſenſus, indeque orta ſymptomata &c.

EJUSD. *de apoplexia, lipopſychia, paralyſi* Francofurt. 1672. 4°.*. Spiſſum volumen. Sedem apoplexiæ non in cerebro ſolo eſſe, ſed in vitali facultate. Ventriculorum cerebri antiquitates. De arteriis carotidibus, iisque injecto vinculo, de earum valvulis. De ſinubus cerebri, & torculari, de ſinuum duræ membranæ numero. Conſenſus partium corporis humani. De facultatibus animæ. Infinita ubique ſcriptorum loca collecta.

EJ. *de ſpaſmorum natura & ſubjecto nec non de cauſis ſpaſmorum & motuum ſpaſticorum, qui in recens defunctis & in occiſis corporibus maxime militum manifeſtantur* Witteb. 1678. 4°.*. Eorum motuum poſt mortem ſuperſtitum exempla adfert. Fuſe contra *Nicolaum* CHESNEAU, qui catarrhos ex ſcholarum

 doctrina

(*s*) p. 63. (*t*) p. 514.

doctrina ex cerebro per os cribrosum ad nares duceret. De musculorum fabrica. Motus animalis & vitalis diversi, ille musculorum, iste cordis.

§. CCCLXXXVI. G. Ballonius. J. H. Meibom. *Alii.*

Guilielmus de BAILLOU, magnus hippocraticæ doctrinæ laudator & imitator, in practica quidem potius medicinæ parte dicetur. Passim tamen aliquas particulas anatomes aut physiologiæ adtigit, ut in L. *de mulierum & virginum morbis* Paris. 1643. 4.* in L. *de urinarum hypostasi* ibid. 1643. 4°.* & alibi.

J. Henricus MEIBOM, vir eruditissimus, *de usu flagrorum in re medica & venerea* scripsit libellum Leidæ 1643. 4°.* (*u*) excusum, deinde a T. BARTHOLINO repetitum Francofurti vel Hafniæ 1669. 4°.*. Exemplum proprium habet viri ad venerem flagris excitati, id similibus historiolis ornat. Aliquam dat lumborum anatomen, in iis veneream cupidinem residere putat. Renes aliquid ad venerem facere. Anglice versus 1718. 8°.

Giacinto GIORDANO *Theorica medicina* S. THOMÆ *patrum & scripturæ s. locis illustrata, physiologica &c.* Neapoli 1643. 4°.

Martini SCHOOK, Professoris Groningensis, *diss. de ovo & pullo* Utrecht 1643. 12°.*. Habet, at aliunde, ovi per uteri partes iter, formationem pulli per suos dies.

EJUSD. *de signaturis fœtus* Groning. 1659. 8°.*. Nævorum compilatæ historiolæ.

EJ. si huc velis facere, *de butyro* tr. & *de aversatione casei* Groning. 1658. 12°. L. deinde in altera editione aucta & vindicata ibid. 1664. 12°.*. Antiquitates butyri, in Palæstina patriarchis non ignoti. Populi qui lacte vitam sustentarunt. Butyri in belgio præparatio. Serius ad Romanos & Græcos ejus usus pervenit. Usus medicus. Butyrum ex lacte humano. Lac in belgio prius acescit, quam in butyrum fiat.

In altero libello multa exempla congesta hominum hunc illumve cibum aversantium, aut male ab eo adfectorum. Casei ex lacte coctio, præparatio. Aversationem oriri, quando nutrix impraegnatur, dum lactat, cujus eventus exempla producit. Mihi non alia præter fœtorem causa est aversationis.

EJ. *de fermento & fermentatione* L. Groning. 1660. 12°. De fermentatione ventriculi, quem rejicit, cibosque ait a solo calore coqui, multis undique collectis experimentis.

EJ. *de ciconiis ad altera auctior* Amsterdam 1661. 12°.*. Habet aliquam anatomen & de volatu aliqua.

Erici PUTEANI *ovi encomium* Leid. 1643. 12°.*. Aliqua etiam anatomica & physiologica.

Leonhardi URSINI *de corporis humani proportione* Lips. 1643. 4°. B. THOM.

Fridér.

(u) Epistola data est anno 1639.

Frider. Wilhelm. LYSER *de risu* Lipf. 1643. 4°. BURCKH.

Claudii SEGUYN & *Andreæ* GUYET *Ergo decimus mensis heroum natalis*, Parif. 1643.

Petri BOURDELOT & *Pauli* COURTOIS *Ergo quæ serius nubunt difficilius pariunt* Parif. 1643.

Sim. le LETTIER & J. FORESTIER *Ergo biliosi præstantissimi* Parif. 1643.

Sebast. RAINSAINT & *Petri* MOREAU *Ergo oculi sunt animi ut corporis indices* Parif. 1643.

Lancel de FRADES & FORETIER *Ergo sanitas firma servatur, quæ a pluribus observatur* Parif. 1643.

Jac. MANTEL & *Andr.* GUYET *Ergo gemelli mente & corpore minus validi* Parif. 1643.

§. CCCLXXXVII. *J. Georg* WIRSUNG.

Bavarus, VESLINGII discipulus, inde incisor & æmulus (*x*) circa hæc tempora novum inventum publicavit, ductum nempe pancreaticum, anno 1642. inventum (*y*). Nihil quidem scripsit, sed *figuram* sculpi curavit *ductus cujusdam cum multiplicibus suis ramulis noviter in Pancreate inventis in diversis corporibus humanis* Padua 1642. fol.*. Eam iconem anno 1643. 7. Jul. ad RIOLANUM misit (*z*).

Id inventum anni fuerit nondum elapsi, cum numerosa cadavera & varia animalia ad eum finem incisa (*a*) aliquot omnino menses consumsisse necesse sit.

Paulo post missam ad RIOLANUM iconem industrius juvenis ab inimico Dalmato interfectus occubuit die 22. Aug. 1643. (*b*). Non certe vel VESLINGII technis (*c*), etsi eum WIRSUNGUS hactenus irritaverat (*d*), neque Monspeliensis (*e*) sodalis, cum WIRSUNGUS Patavii suum ductum invenerit.

§. CCCLXXXVIII. *Mauritius* HOFMANN,

Furstenwaldensis, Professor Altorfinus, & theatri anatomici conditor, hospes WIRSUNGI, multis testibus (*f*) ductum pancreaticum autumno anni 1642. invenit, in gallo indico, & occasionem dedit WIRSUNGO inveniendi in humanis

(x) BARTHOLIN. *præf.* ad LYSER.
(y) Sibi anno 1642. ostensum T. BARTHOLIN.
(z) RIOLAN. p. 811. *seqq.*
(a) IDEM p. 812.
(b) MORGAGN. *Epist. anat.* p. 83. 85.
(c) GRAAF de S. *pancr.* GOERICKE &c.
(d) Negaverat ei præceptori suo iconis conspectum BARTHOLIN. l. c.
(e) DUIDIER *anat. raif.* p. 364.
(f) BARTHOLIN. qui eodem tempore Patavii vixit, *anat. reform.* p. 113. deinde nuperis plurimis. Conf. FRANK *bon. nov. anat.* & *Magnus Daniel* OMEIS ap. SCHMIDT *de Germanorum in anatome meritis.*

nis cadaveribus ejusdem ductus (*g*), quem ei MAURITIUS in ave ostenderat, neque tamen nisi casu invenerit (*h*). Publico etiam convivio quotannis audio hoc illustre inventum Altdorfii celebrari.

IDEM a. 1643. d. 10. Martii in canalem inter septi transversi crura ad thoracem migrantem se incidisse scribit, ductum nempe thoracicum (*i*). Vasa demum lymphatica vidit, & discipulis ostendit a. 1646. lactea nempe a cerebro mesenterii ad lienem euntia (*k*).

Altdorfium redux nihil valde anatomici argumenti edidit, praeter *physiologicas aliquas theses, de nutritione & usu partium eidem praefectarum* Altdorfii 1648. B. THOMAS.

EJ. *de palpitatione cordis* Altdorf. 1644. 4°.*. Cordis anatome.

EJ. *de nutritione & usu partium eidem inservientium* R. STOBERLIN Altdorf. 1648. 4°.*. De suo ductus pancreatici invento: de varietatibus ejus ductus in animalibus visis.

EJ. *de generatione & usu partium eidem inservientium* Altdorf. 1650. 4°.*.

EJ. *de venis lacteis oculatioris aevi anatomicis decantatis* Altdorf. 1650. 4°.*. Vasa lactea se vidisse, discipulis demonstrare; etiam ad lienem a centro mesenterii euntia, & ad abdominis musculos.

EJ. *anatome corporis humani partiumque praecipuarum usum demonstrans* R. BRENDEL. Altdorf. 1651. 4°.*.

EJ. *de motu cordis & cerebri, sanguinis ac spirituum animalium pro vitae continuatione per corpus commeatu* 1653. 4°.

EJ. *notitia Dei ex cadavere humano* Altdorf. 1657. 4°.*. Laudat sceletos animalium servatas Altdorfii.

EJ. *de transitu sanguinis per medium cordis septum impossibili contra* GALENUM & RIOLANUM 1659. 4°.*.

EJ. *de transitu sanguinis per medios pulmones facili* Altdorf. 1659. 4°.*.

EJ. *de sanguine ejusque observatione* 1660. 4°.*. De ductu thoracico dudum a se viso, quem anno etiam 1656. chylo turgentem vidit.

EJ. *de alimentorum coctione prima s. fermentatione chylosi dicta salva & laesa* 1662. 4°. Non vidisse se ductum bilarium in lupo ventriculo insertum.

EJ. *de lacrumis* 1662. 4°.*.

EJ. *anatome corporis feminini* Altdorf. 1662. 4°.

EJ. *de naturali & praeternaturali mammarum constitutione* 1662. 4°.*.

EJ. *prudentia medica ex sanguine pro salute mortalium exagendorum ratione expo-*

(g) SCHENK *exerc. anat.* p. 345.
(h) *De nutritione & usu partium eidem inservientium* R STOBERLIN 1648. 4.
(i) *De sanguine ejusque observatione.*
(k) *De venis lacteis* Altdorf. 1650. 4.

exponentis fundamento 1662. 8°. HEIST. junctim 1672. 8°. 1690. 8°.*. Erant perbreves disputationes omnino 25. ab anno retro 1662. propositæ, cum nonnullis corollariis.

EJ. *Synopsis institutionum anatomicarum ex sanguinis natura* 1661. 8°. & auctius 1681. MERKL.

EJ. *Synopsis institutionum medicinæ* Altdorf. 1661. HEIST.

EJ. *Synopsis medicinæ ex sanguinis natura vitam longiorem artem breviorem promittens* 1663. 8°. Patav. 1664. 8°.

EJ. *Theatrum anatomicum Altdorfinum* HEIST.

EJ. *structura partium humanarum utilis & jucunda* Altdorf. 1667. 4°.

EJ. *structura corporis humani non minus utilis, quam jucunda* ib. 1669. 4°.*.

EJ. *de meliceria s. articulorum læsorum inundatione aut diluvio* ib. 1670. 4°.*.

EJ. *de lactis ex chylo statu, tum naturali, tum præternaturali* ib. 1673. 4°.*. De vasis lacteis, nempe lymphaticis, quæ ad mammas male dicantur tendere.

EJ. *structura partium corporis masculini* ib. 1674. 4°.*.

EJ. *anatome partus cerebro carentis* E. N. C. *dec.* I. *ann.* II. *obs.* 36.

EJUSD. *anatome vituli monstrosi* ib. *ann.* IX. & X. *obs.* 4. Caput unicum, corpora duo.

EJUSD. *anatome vituli bicipitis* ibid. *obs.* 5. Colla duo, corpus simplex, aspera arteria cum œsophago confusa. Utraque anatome redit in BLASII *obs.*

EJ. & filii J. MAURICII *programmata anatomica decem* Altdorf. 16 . . . . 4°. absque anno B. THOMAS.

In epistolis BARTHOLINI, *ep.* 84. *Cent.* II. narrat MAURICIUS se apud VESLINGIUM a. 1649. in lupo ductum pollicis crassitie a lumbis ad thymum chylum ducentem vidisse, nempe thoracicum.

In *appendice Centuriæ* IX. & X. Act. Nat. Cur. integra pentecoste reperitur adnotationum posthumarum. In 2. viri meminit triginta annos nati, cui arteriæ umbilicales apertæ fuerint. Ductum etiam pancreaticum sibi vindicat in ædibus WIRSUNGI repertum.

Obs. 3. uterum in graviditate non fieri tenuiorem. Valvulæ venosæ.

Obs. 4. Salamandræ feminæ brevis dissectio: sic multorum animalium, corvi *Obs.* 10.

Sciuri *Obs.* 11. mustelæ piscis intestinula pylorica *Obs.* 12. Lupi anatome *Obs.* 13. capreæ *Obs.* 14. noctuæ *Obs.* 15. pici *Obs.* 16. ventriculi ranæ & serpentis *Obs.* 40. cervæ gravidæ *Obs.* 46. hæc uberior, cum hinnuli anatome. Porro incisio lutræ *Obs.* 47. Fulicæ *Obs.* 48.

Obs. 30. Partus quadrigeminorum.

Obs. 44. femina sexagenaria lactans.

§. CCCLXXXIX. *Albertus* KYPER.

Regiomontanus, Profeſſor Leidenſis. In ejus *medicinam diſcendi & exercendi methodo* Leid. 1643. 16°.* etiam phyſiologiæ exſtat compendium.

EJUSD. *reſponſio ad pſeudapologema quod* B. F. PLEMPIUS *ſecundæ editioni fundamentorum ſuorum medicinæ ſubjungi curavit* Leidæ 1647. 12°. LIND. & cum *anthropologia* Leid. 1660. 4°.* Amſterdam 1665. 4°.*. Vix ad medicinam pertinet.

EJ. *Anthropologia, corporis humani contentorum, & animæ naturam & virtutes ſecundum circularem ſanguinis motum explicans* Leid. 1647. 12°. 1650. 4°. 1660. 4°.* Amſterdam 1665. 4°.*. Anatome & phyſiologia, absque proprio experimento. Aliqua, non optima, ex FALKENBURGIO.

EJ. *Inſtitutiones medicæ ad hypotheſin de circulari motu ſanguinis compoſitæ*, Amſterdam 1654. 4°.*. Diverſum a priori opus. In eo continetur anatome, phyſiologia, tractatio de ſanitate. Utcunque huc referas *Transſumta de elementis & miſtis.*

EJ. *Collegium medicum 26. diſputationibus breviter complectens, quæ ad Inſtitutiones pertinent* Leid. 1655. 8°. LIND.

EJ. *de formatione fetus* Amſterdam 1677. 4°.

§. CCCXC. *J. B. v.* HELMONT.

J. Baptiſta de HELMONT, vir nobilis, acris ingenii, & paradoxus, magnæ in re medica, & potiſſimum etiam in phyſiologica, converſionis auctor, obiit anno 1644. quare hunc ad annum ejus opera recenſebimus, cum pauciſſima prius edita ſint, neque ea coram habeam. Cum chemiæ eſſet innutritus, ab ejus elementis, ſalibus & ſulfure, ab ejus operationibus, ut a fermentatione, principia fere phænomenorum deſumſit, quæ in animalibus adparent. GALENICÆ ſcholæ theorias, ſæpe certe gratuitas, audacter impugnavit, neque raro evertit. Ejus opiniones F. SYLVIUS ornatas, & hactenus mitigatas, in Medicam artem introduxit, in qua late regnarunt. Neque tamen diſſimulari poteſt, in evertendo fuiſſe feliciorem, quam in adſtruendo, nimisque paucis phænomenis ſæpe late patentes conjecturas feſtinum ſuperſtruxiſſe. Ita cum acorem in ventriculis animalium granivororum deprehendiſſet, non conſultis aliis animalibus, in quibus nullus eſt (ut piſcibus), neque æqua mente reputans, eum acorem naturalem eſſe alimenti vegetabilis degenerationem, continuo fermentum acidum ventriculo inhærens admiſit, a vulgari equidem acore hactenus diverſum, verum tamen vitalem acorem. Anatomes imperitum fuiſſe facile ex ſtudio chemico exiſtimes, cui totum ſe dedit.

Quæ ut vere ſe ita habent, non tamen eo minus HELMONTIUS utiliter legitur, qui undique peculiares aliquos eventus collegerit, ab aliis prætervíſos, & qui rebus phyſiologicis novam lucem adſpergant.

Primo

Primo loco *J. Ant. v. der* LINDEN, & ipse HELMONTIANUS (etsi HIPPOCRATICUS erat) ponit *febrium doctrinam inauditam* Antverpiæ 1642. 12°. editam, quæ in operibus omnibus rediit. In eo majori opere HELMONTIUS multa physiologica admiscuit. Urinæ a scoria sive liquido vicini intestini coli stercore tincturam (*l*). Contra humores scholarum eoremque sedem. Archæus motuum vitalium auctor febrem facit, dum molesta expellit, quæ theoria proxime a STAHLIANA abest.

Opuscula medica inaudita, in quibus repetitur lib. de febribus, deinde exstat l. de lithiasi, passiva scholarum deceptio, & l. de peste Colon. 1644. 8°. LIND. & in operibus. In lib. *de lithiasi*, qui HELMONTIANORUM operum est amplissimus, calculum legas nasci ex ipsis lotio contentis, non ex muco, qui calculo demum superveniat. Analysis lotii in propria urina suscepta. Ex ea, post fermentationem, spiritum inflammabilem (hunc solus) obtinuit, deinde salem urinacei odoris: & post *cohobationem* repetitam crystallos flavas. Eo spiritu urinæ cum puriori vini spiritu misto offam vidit cogi, cui HELMONTIUS nomen dedit. Ex fæce urinæ obtinuit salem marinum, tum alium, quem a marino distinguit, non tamen diversum, siquidem in cubos coit. Volatilem salem ab utroque distinguit. In liquore clarissimo, ab urina separato, tamen vidit calculum deponi, non ergo a muco esse. Denique liquorem dicit se obtinuisse, qui cum spiritu vini non cogatur, & calculum dissolvat, ex eadem natum urina. Ex calculo eadem stillare, quæ ex urina. Omnes nervos motui destinatos, etiam sentire, utiliter contra scholas vidit (*m*). Lixiviosos sales ab humani corporis viribus secerni, & a copioso usu cinerum nihil in lotio fuisse lixiviosi.

III. *Scholarum humoristarum passiva deceptio.* Fuse contra quatuor humores scholarum, & solidis rationibus, ut lectorem convincat. Ante nuperos monuit, æthiopum sanguinem pene nigrum esse, & in universum sanguinis superficiem aëri expositam rubere, qua vas imum tangat, atrum fieri eumdem. Contra atram bilem, contra flavam, quæ sit in sanguine. Fel esse vitalem balsamum. Mucum non venire a cerebro. De signis ex urina, ejus colore, sedimento; fictitia esse scholarum omnia. In felle spiritum vitalem salinum & balsamicum habitare, quo ventriculi concoctionem regat, acoremque in ventriculo conceptum in salinum mutet. Urinas ægrorum appendit, iterum ante nuperos, pondus in tertiana febre insigniter augeri reperit. Calida urina quam frigida levior. Non a felle lotium tingi. Vesiculam nullum habere meatum supernum, per quem bilem trahat.

IV. *Pestis tumulus.* Hominum perturbationes sedem habere in ore stomachi superiori. Pestem a terrore generari. Novum Archæum in excrementis enasci, alia, minus probanda.

Opera paterna omnia filius FRANCISCUS MERCURIUS conjuncta edidit prima quidem, tunc numerosos alios libellos. Titulus primæ editionis est *ortus Medicinæ,*

(l) C. XI. n. 6. 7. 8.
(m) L. IX. n. 19.

dicinæ, i. e. *initia physicæ inaudita. Progressus medicinæ novus in morborum ultionem & vitam longam* Amsterdam 1648. 4°. apud Elzevir. ib. 1652. 4°.*. Recusa Venetiis 1651. fol. Lugduni 1655. fol. 1667. fol. quæ editio vix quidquam ab editionibus Elzevirianis diversa est, Francofurt. 1682. 4°. LIND. 1707. 4°. Anglice Lond. 1662. fol. OSB. Gallice *Oeuvres de J. B. v.* HELMONT *contenant des principes de medecine & de physique, trad. par Jean le* CONTE Lyon 1671. 4°. D'ETR. Germanice Sulzbach 1683. fol. ut lego. Numerosissimi sunt libelli quos omnes indicare nimis longum fuerit. Specimina tamen dabo, vel ideo, quod Auctor propria sua cogitata & visa proponat, neminemque aut sequatur aut compilet. In l. *Imago fermenti imprægnat massam semine* docet, omnia in rerum natura per fermenta fieri. Ab iis volatilem naturam oriri, etiam in sanguine. In singula corporis animalis culina suum esse fermentum. Fermentum in spontaneis seminibus, adtingere horizontem vitæ, ejusmodi enim phrasibus HELMONTIUS uti solet. Fermentum stomachi acidum, specificum, a liene venire.

Formarum ortus. De anima sensitiva, vegetabili, & archæo. Ita vocavit naturam quamdam HIPPOCRATICAM, motuum in animalibus effectricem, & a corpore distinctam, & a rationali anima.

Blas humanum, voluntarium, & naturale. Fuse de pulsu contra GALENUM. Calor in corde sedens.

Calor efficaciter non digerit sed tantum excitative. Contra ciborum coctionem, quæ a calore secundum scholas fiebat. Pisces cibum suum absque calore digerere. Resolutionem ciborum ab acido esse, passerum argumento, acidum ructantium.

Sextuplex digestio alimenti humani. Prima in ventriculo, qui suum fermentum a splene habeat. Acor ejus est organum fermenti vitalis. Inde bilem cremoris acidum in salem volatilem urinæ mutare. Tertio loco in venas mesentericas fermentum cruentum hepatis adspirare, eam digestionem in hepate terminari, & ita sanguinem fieri venosum. Bilis, balsamica, non tingit fæces, quæ dulces sint. Quartam digestionem in corde esse, atque ibi sanguinem arteriosum flavum & plane volatilem fieri. Quintam digestionem sanguinem arterialem in spiritum Archæi vitalem perficere. Sextam digestionem esse in singulo membro suam, ut in quaque parte residens spiritus alimentum sibi coquat. Quæ iterum sententia paulum mutata nunc in celebri Academia docetur.

Pylorus rector. Moderari digestionem primam, & ventriculum sua ex natura claudere. Acor peculiaris a liene per vasa brevia in ventriculum venit.

Custos errans. Is custos lacessitus mucum generat, ut partem suam defendat, & obliniat. Mucum non esse cerebri excrementum, sed a custode in quaque sede generari, quæ lacessitur.

Jus duumviratus. Monstra aliqua & animalia hybrida. Anima sensitiva est duumviratus, stomachi, cerebri & splenis. In liene somniorum causa; stomachus

chus sedes animæ, Asita. In reliqua viscera, ut duumviratus jura sua exerceat, etiam in cor, & cerebrum.

De flatibus. Vidit in homine motum peristalticum, antiperistalticum.

Latex humor neglectus. Laticem dicit serum sanguinis. Ex eo sudor. Glandulas non factas esse ad fulcienda vasa, sed ad laticis ex venis emulsionem.

Aura vitalis. Primus vaporem sanguinis dixit.

Catarrhi deliramenta. Pulmonem immobilem esse, in avibus undique pectori adnatum; aërem ex pulmone in pectoris cavitatem effundi. Plus aëris putat, mensura sumta, adtrahi inspirando, quam pulmo capiat. Neque pulmonem caveam pectoris replere, eumdem undique foraminibus patere, qui aërem in caveam pectoris emittant. Hæc erronea; recte vero ut pulmo per adscensum costarum dilatetur. Catarrhi materiem non a cerebro descendere. Ad deglutitionem humorum. Contra choanas veterum. Respirationem potissimum fieri a diaphragmate. Seorsim prodierunt *errors of physicians concerning defluxions* Lond. 1650. 4°. OSB.

IDEM videtur, aut certe ex HELMONTIO sumtum, opusculum M. J. *Spiramina or respiration revived being the arguments of J. B. v.* HELMONT *discerning certain uses of the lungs not commonly observed, and asserting that they have no alternation but in a sound man are porous and pervious to vapour.*

Humidum radicale: Fluxus ad generationem, Lunare tributum, pauca hæc ex multis.

Dageraat der geneeskonst nooit int licht gesien Roterdam 1660. 4°.*. In prima parte aliquæ sunt dissertationes operis latini prioris, sed breviores: in altera l. *de peste.*

Fundamenta medicinæ recens jacta de causis & principiis morborum constitutivis Ulm. 1682. 12°. LIND. non satis mihi nota.

In Bibl. ASHMOLIANA M.S. sunt codices de febribus, calculo, peste, quatuor humoribus. Tum *philiatrus and pyrophilus or Helmont disguised.*

§. CCCXCI. *Paulus* AMMAN,

Professor Lipsiensis. EJUS est *disputatio de spiritibus influentibus* Lipsiæ 1644. 4°.

EJUS diss. *de σιδηροποτε ψια struthionis* utraque Lipsiæ prodiit 1657. 4°. B. BOEHM.

EJUS *de caloris nativi natura* Lips. 1657. 4°. BURCKH.

EJ. *de motu s. circulatione sanguinis* ibid. 1659. 4°. B. THOMAS.

EJ. *medicina critica s. centuria casuum in facultate Lipsiensi resolutorum variis discursibus aucta* Erfordiæ 1670. 4°.* & auctius Stadæ 1677. 4°. denique 169... 4°.*. *Accedit Facultatis Medicæ Lipsiensis præliminaris excusatio qua casuum & responsorum suorum importunam editionem deprecatur* Lipsiæ 1670. 4°.* edita.

edita. AMMANNUS ait, a J. MICHAELIO has medicas relationes se habuisse, antiquas aliquas esse & ab anno 1516. ad sua tempora continuari: Academia de editis conqueritur, neque male, in tanta inconstantia. Nam fetum duodecimestri tardiorem pro legitimo n. 44., undecimestrem pro illegitimo declarant n. 29: pro vivo quinquemestri etiam respondetur, n. 68. In n. 75. videtur de MOELLERIANO fetu 173. dierum dici. Vulnus medullæ spinalis non lethale esse pronuntiatur. Ad quodque responsum PAULUS discursus & consentientia loca scriptorum addit.

EJUSD. *Parænesis ad discentes occupata circa institutionem medicarum emendationem* Rudelstatt. 1673. 12°.* Lips. 1677. 12°.* auctius. Multis in hypotheses invehitur, & potissimum in GALENISTAS, sed meliora substituere, hoc opus, hic labor. Vulgares fere sunt, quas adfert, adnotationes. Fetum abortivum describit, respirationem fetus defendit.

EJUSDEM *Archæus syncopticus archæo synoptico Eccardi* LEICHNERI *oppositus* 1674. 12°.* & cum priori 1677. 12°.*. LEICHNERUS veteres contra *Parænesin* AMMANNI defenderat: noster acriter carpserat. Nihil ex ea lite in Physiologiam emolumenti redundavit.

Ej. *praxis vulnerum lethalium sex decadibus historiarum rariorum & plurimum traumaticarum cum cribrationibus singularibus adornata*, Francof. 1701. 8°.*. Responsa iterum Lipsiensium Forensia, cum adnotationibus AMMANNI. Huc facit historia atretæ: de bilis utilitate. Experimenta pulmonis natantis & subsidentis, recte proposita. De anastomosibus in corde, fetui propriis. De fetu intra involucra sua, & de fetu aërem nacto. Anomala fabrica partium genitalium. Alia ejus generis. Justitiæ cæterum amator, reis non parciturus.

EJUSD. *irenicum* NUMÆ POMPILII *cum* HIPPOCRATE, *quo veterum medicorum & philosophorum hypotheses in corpus juris civilis perite ac canonice hactenus transsumtæ a præconceptis opinionibus vindicantur* Lips. 1689. 8°.*. Scopus est AMMANNO, leges ex HIPPOCRATE & scholis Medicis desumtas, critica face perlustrare, & sæpe antiquare. Ita pro suo acri judicio & septimestres partus rejicit, & undecimestres, & ordinis sui in his mensibus inconstantiam redarguit, qui undecimestrem pauperis feminæ partum rejecerit, duodecimestrem divitis mulieris sit tutata. Exempla non veræ impotentiæ. Indicia graviditatis, potissimum antiquioris, minus certa esse. Minus anatomicus hymenem non bene rejicit; satyricus cæterum & passim etiam nimis jocosus scriptor. A percussione gravidæ gemellorum alter continuo periit, alter incolumis mansit.

EJUSD. *disp. de auctione* Lips. 1685. 4°. HEFT.

§. CCCXCII. *Gottlieb* MOEBIUS,

Professor Jenensis, numerosorum libellorum auctor. Ej. disp. *de respiratione* prodiit Jen. 1644. 4°. HEFT.

Ej. *de bilis natura ejusque usu nobilissimo* Jenæ 1644. 4°.*.

Ej.

Ej. *de chylificatione s. coctione prima* ibid. 1645. 4°. Burckh.

Ej. *Institutionum medicarum* Diss. I. *de medicinæ natalibus* ibid. 1651. 4°. Diss. II. *de sanitatis natura* ibid. eod. anno 4°.

Diss. III. *de spiritibus, temperamento & appetitu* ib. 1658. 4°. Heft.

Diss. IV. *de cibi in ore præparatione, in ventriculo coctione &c.*

Ejusd. V. *de sanguinis in diversis locis depuratione.*

Diss. VI. *de usu dentium* ibid. 1652. 4°.

Diss. VII. *de usu ventriculi & intestinorum* ibid. 1652. 4°.*.

Diss. VIII. ut videtur *de usu cordis* 1654. L.

Diss. IX. *de usu pulmonum* 1655. 4°.*.

Diss. X. *de usu hepatis & bilis* ibid. 1654. 4°.*.

Ej. *ὀδοντολογία s. dentium status naturalis & præternaturalis* Jenæ 1661. 4°.*

Ej. *fundamenta medicinæ physiologica, in quibus origo & natura medicinæ, doctrina de animæ facultatibus, spiritibus & temperamentis, nec non constitutio partium principalium naturalis & præternaturalis &c.* Jenæ 1657. 4°. Lind. 1661. 4°.*. Collectitium opus.

Ejusd. *Synopsis epitomes institutionum medicarum* Jen. 1662. fol.* & auctius 1690. fol.*. Forma tabularum, physiologia brevissima.

Ejusdem *epitome institutionum medicarum ex juniorum fundamentis* Jenæ 1663. 4°.*. Ex disputationibus a nobis recensis aliisque, collectitium opus, absque propriis experimentis.

§. CCCXCIII. *Varii.*

J. Bapt. Hodierna *opuscoli cioe l'occhio della mosca discorso fisico, intorno l'anatomia dell' occhio, in tutti gli animali anulosi detti insetti. Il sole del microcosmo* Palermo 1644. 4°. Mong.

Ej. *dentis in vipera virulenti anatome* Panorm. 1646. 4°.

In Severini etiam *vipera pythia* anatome est Hodiernæ.

Andreæ Tremanci *anatomia ex* Galeno, Hippocrate, Avicenna, *Carmen italicum* Messan. 1644. Bartholinus.

Livio Agrippa *discorso sopra la natura e complessione humana* Venetiis 1644. 4°. d'Etr.

Danielis Vermostii *brevis apologia pro Vop.* Plempii *fundamentis medicinæ adversus dicteria cujusdam κηπουρου* (Kyperi) Lovan. 1644. fol. Lind. 1653. fol.*.

Lælii Zaccagnini, Romani, *notabilium medicinæ* lib. II. *Primus de vita humanæ longitudine ac brevitate: an possit prorogari? de hominum hodiernis & antiquis complexionibus* L. II. *adversus eos qui præter duos in homine testes, tertium dari*

dari posse opinantur. Dilucidatur item peripateticorum opinio, circa generationis humanæ principium, nempe utrum mulier verum semen habeat, vi generandi præditum Rom. 1644 4°. LIND.

Athanasius KIRCHER S. J. passim physiologiam adtigit. In *arte magna lucis & umbræ*, quæ Romæ 1644. fol. & Amstelodami 1671. fol. B. B. prodiit, anatome oculi, aliqua etiam de reliquis sensibus & de generatione occurrunt: experimentum etiam de imagine objecti solis radiis illustrati diu coram anima superstite: de monstris ex nævis natis &c. sed notum est, non debere facile ei viro fidem adhiberi.

EJUSD. *Magneticum naturæ regnum s. de triplici in natura magnete inanimato, animato, sensitivo* Rom. 1667. 4°.*. Ad historiam animalium & hactenus ad physiologiam multa pertinent, equidem pleraque superstitiosa, & vana. Hic lapidem serpentis perspicillati dedit pro venenorum omnium magnete, etiam experimentis productis. De serpente caudisono. Rabidi canis morsus lapide serpentis pileati sanatus. Animalium sympathiæ, antipathiæ. Remora. *Alexandri* FABIANI relatio de animale marino stuporifico, quod non videtur anguilla Surinamensis esse, effectu tamen simile. De torpedinis vi narcotica.

In EJUSD. *Magneticæ medicinæ* L. III. P. VI. egit de magnetica facultate animalium, de sympathiis, antipathiis, remora, torpedine, sirene.

In EJ. *Sphinge mystagoge s. diatribe hierophysica de mumiis* Amst. 1676. fol. B. B. aliqua pertinent ad rem anatomicam, eaque fere ex NARDIO decerpta. Solo asphalto Ægyptios in condiendo usos esse. De corpore humano diu in muria conservata. Ars conditaræ græcorum.

In EJ. *Physiologia* KIRCHERIANA *experimentalis* Amsterd. 1680. fol.* a KESTNER edita, medica etiam aliqua continentur.

John BULWER's Chirologia *or the natural language of the hand as also chironomia or the art of manual Rhetorick* Lond. 1644. 8°. BODL.

EJ. *Pathomyotomia or the significant muscles of the passions of the mind, and dissection of the muscles of the affections* London 1649. 8°.*. Habet musculos capitis. Musculis a pathematibus nomina imposita. Qui musculi in quoque animi adfectu agant.

EJ. *Man transformed or the artificial changeling, shewing the several ways, how divers people alter the natural shape of some parts of their bodies* London 1653. 4°. BODL.

EJ. *Chirologia chironomia* Lips. 1661. 4°.

Robert NICOUD? *histoire mémorable de deux étranges accouchemens d'une femme de Montluçon* Paris 1644. 12°. PORTAL. Retenti fetus per novem menses, exemti per incisionem.

Jean DARABLE *Onomatologie chirurgique, où l'on explique des mots grecs apartenants à la chirurgie* Lyon 1644. 12°. habet etiam osteologica.

Christoph

Christoph SCHELHAMMER *Hamburgensis de spiritibus* Jen. 1644. 4°.*.

Ej. *de corporis humani humoribus* Diss. I. Jen. 1649. 4°. MOELLER.

Diss. II. & III. ibid. 1650. 4°. HEFT. Immaturi operis prodromus, quod auctor morte præventus non potuit absolvere.

Frid. RAPPOLT *de lætitia & tristitia* Lips. 1644. 4°. B. THOMAS. si huc facit.

Ej. *de somno* ibid. 1658. 4°. HEFT.

Jac. JOUVIN & *Antoine* MORAND *Ergo alimenti & humorum adtractio similitudine substantiæ* Paris. 1644.

Guil. PETIT & *J. de St.* YON *Ergo mulierum a frequenti puerperio vita brevior* Paris. 1644.

Henrici de LAUNOY & *Nic.* BLANCHET *Ergo a frequenti puerperio vita brevior* Paris. 1644.

Phil. HARDOUIN & *Jac.* DUVAL *Ergo obesi minus fecundi* Paris. 1644.

Elias BEDA *de* FOUGERAIS & *Tuss.* FOUCAULT *Ergo rara roboris & ingenii concordia* Paris. 1644.

§. CCCXCIV. *Dominicus* PANAROLUS. *Alii.*

Romanus. Ejus *il cameleonte esaminato* Romæ 1645. 4°. FALC. Latine ab ipso auctore vers. *Chamæleo examinatus* Romæ 1652. 4°.* recusus Hanau 1654. 4°.* cum aliquot iconibus. Linguam & oculos animalis delineavit. Negat oculum musculos habere. Linguam flatu distendi & quasi erigi. Naturalem colorem cineritium esse.

Ejusd. *Jatrologismorum s. medicinalium observationum pentecostæ quinque* Rom. 1652. 4°.* Hanau 1654. 4°.*. Multæ, quas vocant, varietates, lienes duo, ren unicus, ureteres quatuor: menstruus sanguis per os rejectus: cor villosum (*n*). Vasorum spermaticorum varietates. Bis in singulo mense purgatio uterina (*o*). Menses in vetula. In cadavere nulli musculi palmares, plantares, & pyramidales. In utroque latere vena sine pari. Digitus sextus (*p*). Nympha monstrosæ molis, sic Clitoris. Lien isthmo divisus. Menses per mammas. Capillorum humanorum ad microscopium contemplatio. Duo musculi pectorales. Psoas alter (*q*) suo tendine psoam vulgarem amplexus. Pulsus duarum manuum diversus. Cœliacæ arteriæ aneurysma. Fames 22. diebus tolerata. Auricula sinistra (male) ultimum moriens. Hymenem a nullo cadavere abesse (*r*).

Cum *Johannes* SCULTETUS anno 1645. obierit, hic oportet meminisse observationum, quæ cum *armamentario* Ulm. 1653. fol. & alias prodierunt, & in quibus

(n) *Pentec.* I.
(o) *Pentec.* II.
(p) *Pentec.* III.
(q) *Pentec.* IV.
(r) *Pentec.* V.

quibus passim aliqua huc referas, ut linguæ frenum male discerpi. Anum maligne apertum: Alia sparsim in ipso exstant armamentario, ut clysteres vere nutritii, fetus abdomine aperto, partus monstrosi aliqui, & biceps fetus, hymen. Ductus incisivos nihil transmittere.

Hieronymus FRANZIOSIUS *de semine* Verona 1645. 4°. RAST.

EJ. *de motu cordis & sanguinis in animalibus pro* ARISTOTELE & GALENO *adversus neotericos* L. II. 1651.

Habet etiam LINDENIUS EJ. l. *de divinatione per somnum* Francof. 1632. 4°.

Chrestiin BERNIER *questions anatomiques recueillies des meilleurs auteurs* Paris 1645. PORTAL. alii 1648. 12°. nihil boni.

Abrahami PRATÆI, qui BARTHOLINI anatomen vertit, duæ epistolæ pro CARTESII circulo.

Gerbrand Joh. ANSTRA *de jecore* Franeker. 1645. 4°.*.

Ahasveri PAYNER *Disp. de corde* Groning. 1645. 4°. BARTHOL.

Petri MOREAU & J. HAMON *Ergo* πολυα μι: *obest felicitate ingenii* Paris. 1645.

Pauli COURTOIS & *Petri* RENIER *Ergo bona cerebri temperies princeps somni causa* Paris. 1645.

J. a GARBE & *Lud. le* NOIR *Ergo a primis generationis nostræ principiis vita longior* Paris. 1645.

§. CCCXCV. *Varii.*

Eccardi LEICHNER, Professoris Erfordiensis, *de motu sanguinis exercitatio Antiharvejana* Arnstatt 1646. 16°.*. Experimenta HARVEJI admittit, objicit vim doloris, & torminum, & similes cavillos, adque novæ lucis fulgorem oculos claudit.

In eumdem sensum epistolam bene longam edidit, quæ est inter BARTHOLINIANAS *Cent.* III.

EJ. *de indivisibili & totali animæ exsistentia* Erford. 1650. 8°. BOECL.

EJUSD. *pentas exercitationum de calido innato* Erford. 1654. 4°. LIND.

EJ. *de generatione s. propagativa animalium, plantarum & mineralium multiplicatione, exercitationes antiperipateticæ* 20. Erford. 1649. 4°. RIV.

EJ. *de cordis & sanguinis motu hypomnemata septem* Jen. 1653. 4°. BOEHMER.

EJ. *de cordis constitutione & usu* Erford. 1657. 4°. PL.

EJ. *Schediasmatum de principiis medicinæ* Pentas I. Erford. 1664. 12°. LIND.

EJ. *Archæus synopticus s. duodecim tabulæ de legibus medicæ reipublicæ fundamentalibus &c.* ibid. 1674. 12°. Videtur adversus *Pauli* AMMANNI *Parænesin* scripsisse.

EJ. *de principiis medicis epistola apologetica pro Archæo Synoptico contra Pseudarchæum*

darchæum syncopticum Pauli AMMANNI ibid. 1675. 12°.*. Circuitum sanguinis etiam nunc rejicit, & nescio quam analysin demonstrativam unice urget.

EJ. *Epicrisis medico analytica supr.* II. *disputationes medicas* F. SYLVII Erford. 1676. 12°. LIND.

EJ. *de fame canina* ibid. 1680. PL.

EJ. *de catarrho* ibid. 1690. 4°. HEFT.

Disputationem *de generatione* ibid. 1643. 4°. editam habet RIV.

Cornelii van HOOGHELAND *cogitationes quibus* . . . *brevis historia œconomiæ corporis animalis proponitur & mechanice explicatur* Amsterd. 1646. 12°. LIND. Cartesianus, ignis in corde residentis defensor.

J. CASTELLINI, Virgulectensis, *de dura cerebrum vestiente membrana tract.* Venet. 1646. 8°. Non ubique adhærere.

Alexis de MONTFORT *portrait de la mouche à miel, ses vertus, forme & sexe & instructions* Liege 1646. 8°. Fabulosus.

Florii BERNHARDI *brevis exercitatio de ultimo corporis alimento cum aliquot dissertatiunculis* Venet. 1646. 4°.* cum CLAUDINO.

Lazari MEYSONNIER *de glandulæ pinealis usu* epistola ad BARTHOLINUM anno 1646. data, quæ est 78. C. I.

EJ. *Cursus medico practicus* esse dicitur, cui titulus est *Ludovici* GUYON Lyon 1678. 4°. quem non vidi. Lego etiam anno 1639. edidisse *artem novam reminiscentiæ.*

EJ. *de scriptis & inventis anatomicorum qui post* LAURENTIUM scripserunt Lyon 1650. 8°.

Henrici ANHALT *von der natürlichen und Kunst-Memorie* Frankfurt und Leipzig 1646. 4°. TREW.

Nellani GLACANI *Cursus medicus in* III. *Tomos divisus* I. continet *Physiologiam* Bonon. 1646. 4°. OSB. 1655. 4°. RIV. In T. III. agitur de pulsu & urina.

Salomon de la BROUE *Cavalerie françoise* Paris 1646. fol. si huc facit.

P. CHANET *de l'instinct & de la connoissance des animaux, avec l'examen de ce que Martin* CUREAU *de la* CHAMBRE *a écrit sur cette matiere*, la Rochelle 1646. 8°. BUR.

Citat etiam PATIN ad SPON Ep. 42. ejusd. *tr. de l'esprit de l'homme & de ses fonctions.*

Andr. FROMMAN Disp. IX. *de mistione, generatione, corruptione, temperamento & mineralibus* Witteberg. 1646. 4°. HEFT.

J. HEYSTII *diascepsis de pilis eorumque natura* Amstelod. 1646. 12°. BURCKH.

Casp. EBELIUS *de generatione & corruptione hominis* Marburg. 1646. 4°. BOEHMER.

Jeremias SCHOBINGER *de indiciis, quæ ex urina desumuntur* Strasb. 1646. 4°.

J. Rudolph SALZMANN junior, *de somniis* Argentor. 1646. 4°.*.

EJ. *de nutritione* ibid. 1647. 4°.*

EJ. *de vita & morte hominis* ibid. 1648. 4°. HEFT.

EJ. *de phantasiæ actionibus in corpus* 1653. 4°.*.

Sebastiani RAINSSANT & *J. de S.* YON *Ergo perspiratio sanitatis vindex* Paris. 1646.

J. MAURIN & *Jac.* GAMARRE *Ergo heroës melancholici* Paris. 1646.

§. CCCXCVI. *Thomas* BROWN,

Celebris medicus & eques, in suis *popular Errours* Lond. 1646. fol. & alias editis, Gallice etiam excusis Paris 1733. 12°. 2.Vol.* aliisque linguis, passim anatomica adtingit & physiologica, dum epidemicos errores refutat: non sine judicii acumine, quod ex ætate viri magis quam ex nostra æstimari debeat. Vulgo enim receptæ erant opiniones, quas nos paulatim didicimus spernere. Neque est absque experimento proprio. In equi hepate non quidem vesiculam, sed tamen amplum & ramosum receptaculum reperit. In columba vult vesiculam reperiri, sed ad intestina. Castoreum non colligi in castoris testibus. Fuse contra cervorum longævitatem. Sexum femininum in masculum mutari persuadetur, in homine & in lepore. Folliculos ad latera pudendi in utroque leporum sexu reperiri. Chamæleonem aëre non nutriri, neque ferro struthocamelum. Recte de origine spermatis ceti ex animalis capite. Hæc in L. III.

In IV. de gressu erecto homini proprio: de cordis situ, non in læva, ut basis in medio sit. Hæc ex animalibus. Nullam esse prærogativam venarum digitum minimum adeuntium: nullam brachii dextri. Experimento cognovit, hominis pondus in cadavere minui. Aliquantum liquoris posse in pulmonem irrepere. De pygmæis.

L. V. male umbilicum protoplastis adpingi.

L. VI. Satis recte de nigritis, quorum color utique cum semine propagatur.

L. VII. Viris nullam deesse costam.

§. CCCXCVII. *Varii.*

Andreæ OTTO, Colbergensis, *Anthroposcopia s. judicium hominis de homine ex lineamentis externis a capite ad calcem* Regiomont. 1647. 12°. LIND, Lipsiæ 1668. 12°. IDEM.

Georgius STENGEL S. I. *de monstris & monstrosis* Ingolstad. 1647. 8°.*. Per monstra omnia rariora & singularia intelligit: ea suo modo demonstrat suos habere usus, & potissimum divinæ justitiæ indicia. Verum fabulis ita indulget,

indulget, ut fidem omnino ei nullam tribuas. Ita a principio fere piſcem deſcribit, nuper viſum, in cujus dorſo tormentum curule fuerit ſuis cum rotis. Monocerotes dari, & centauros, Polycriti monſtroſam hiſtoriolam, nævos incredibiles, lycanthropos &c. Pauciſſima habet, quæ vera putes, pullum bicipitem, quatuor alis pedibusque præditum; cæcos ingenioſos, truncatum manibus, qui pedibus artificioſe uſus ſit. Alia excuſes, larvatum, qui celluloſa tela fuerit laxiori, manum e ligno natam fungi genus.

Guil. PEMBER *de ſenſibus internis tractatus* Oxon. 1647. 12°. BOEHMER.

Opuſcules où petits traités 5. *des couleurs*, 7. *des monſtres* Paris 1647. 8°. BOEHMER, nam reliqui libelli nihil huc faciunt.

Neque forte pluvia purpurea Bruxellenſis *Godofredi* WENDELINI Pariſiis 1647. 8°. LIND.

L. BOSSEUS *de temperamentis* Leid. 1647. 4°.

J. Henrici BURCHART *de reſpiratione integra & læſa* Altdorf. 1647. 4°.

Joh. HAMON & *Arm. Joh. de* MAUVILAIN *Non ergo eunuchus monſtrum* Pariſ. 1647.

Th. de GAMARRE & *J. de* MONTIGNY *Non ergo femina opus naturæ imperfectum* Pariſ. 1647.

Petri REGNIER & *Bertin* DEUXIVOYE *Ergo parentibus jam ſenibus nati prudentiores* Pariſ. 1647.

Ant. CHARPENTIER & *J. B.* MOREAU *Ergo lien eſt alterum αἱματωτικὸν organum* Pariſiis 1647.

§. CCCXCVIII. *J. Antonides van der* LINDEN.

J. van der LINDEN ANTONII fil. Enchuſanus, Profeſſor Leidenſis, HIPPOCRATICUS, qui tamen jam ſenex præceptis novæ ſcholæ HELMONTIANÆ ſe dedit, & ex ea curatione periit. *Diſputationes phyſiologicas* LIX. jam a. 1648. edidit Franeker. 4°. PL.

EJ. *Medicina phyſiologica nova curataque methodo ex optimis auctoribus contracta propriisque obſervationibus locupletata* Amſtelodami 1653. 4°.*. Spiſſum opus, anatomicum magis quam phyſiologicum. Plurimum noſter Græcos legerat, HIPPOCRATEM & ARISTOTELEM, & de controverſiis antiquorum nimium laborabat, veros fontes parcius adierat, & nimium tribuebat propriis hypotheſibus: uti in corde, quod ſenſus & motus pariter faciebat cauſam. Habet tamen & anatomicas aliquas obſervationes, ut in muſculis manus: cujus octo facit interoſſeos. Trachelomaſteideos a tergeminis, & conplexis, ſeparat. Oſſiculum quartum auditus peculiari cum cura deſcribit.

EJ. *de chylo vitioſo Exercitatio* I. Leid. 1658. 4°. HEFT.

EJ. HIPPOCRATES *de circulatione ſanguinis Exercitatio* I. Leid. 1659. 4°.* indeque ex ordine ad uſque 27. Leid. 1663. 4°.*. Nimia cupidine vindicandæ

gloriæ Græcorum percitus, ex collectis locis HIPPOCRATIS, eruere voluit, circuitum ſanguinis divo ſeni perſpectum fuiſſe. Admiſcet non firmas adnotationes. Quis enim credat, ex hauſtu herbario puerperæ propinato fetum os eo ſucco habuiſſe plenum.

EJ. *Meletemata Medicinæ* HIPPOCRATICÆ Leid. 1660. 4°.*. Prima pars eſt Phyſiologica. Breve compendium, non quidem ex HIPPOCRATE ſumtum, ſed qualem anatomen ipſe LINDENIUS didicerat.

EJ. *de ſcriptis medicis* L. II. Amſtelodami 1637. 8°. 1662. 8°.* Noribergæ 1686. 4°.* cum auctariis G. A. MERKLINI. Etſi non ubique poſſis auctori confidere, etſi paſſim dubias editiones admiſcuit, etſi auctorem eumdem diverſis nominibus repetiit, non facile tamen poſſis eo opere carere, in Hiſpanicis operibus etiam minus, quæ plurima ex ipſo LINDENIO *Nicolaus* ANTONIUS in ſuam *Bibliothecam* tranſtulerit. Una prodiit *manuductio in medicinam* jam Amſtelodami 1637. 8°. edita.

Non vidi *univerſæ medicinæ compendium decem diſputationibus propoſitum* Franeker. 1630. 4°. L. Neque *Medullam medicinæ quatuor partibus comprehenſam*, Franeker. 1642. 8°. ib.

Neque diſſ. *de lacte* Groning. 1655. 12°. cum DEUSINGIANIS.

§. CCCXCIX. *Philippus Jac.* SACHS *v.* LEUWENHEIME.

Medicus Uratislavienſis. EJ. *ανθρωπολογια* Lipſ. 1648. 4. PL. 1658. HAENEL.

EJ. *de miranda lapidum natura ad J. Dan.* MAJOR Jen. 1664. 8°.*. Fetus & animalia petrefacta; fetus prægnantes.

EJ. *Gammarorum vulgo cancrorum conſideratio* Francof. & Lipſiæ 1665. 8°.*. Anatomen animalis aliquam dat, & fuſiſſime generationem conpilatam cum magna collectione ſpontaneorum animalium: etiam monſtrorum aliquid cancrini habentium. *Pauli* MELISSI teſtimonium pro cantu cygni producit. Cor cancri diu pulſat, veſiculæ ſimile.

EJUSD. *Oceanus macromicrocoſmicus de motu ſanguinis a corde & in cor* Uratiſlav. 1664. 8°.*. Circuitum ſanguinis cum aquæ Oceani circuitu comparat.

Plurima dedit in E. N. C. ſcholia in *ann.* I. & in *appendice* plurimas obſervationes adjecit, in quibus ſimiles hiſtorias colligit.

Tum *obſervationes proprias* Dec. I. n. I. c. 13. collectionem microſcopicarum obſervationum etiam ad animalia, & hominem.

Obſ. 20. de conſenſu labiorum oris & vulvæ: ut una in utriſque puſtulæ erumpant.

Obſ. 110. de fetu extra uterum poſito Aurelianenſi, ex aliorum relatione.

§. CCCC.

§. CCCC. *Jacobus* BACK.

J. BACK, Roterodamensis, quem Batavi *nervosum* dicere solent. Ej. est diss. *de corde in qua agitur de nullitate spirituum, de hæmatosi: de viventium calore* Roterodam. 1648. 12°.* 1660. 12.* 1671. 12°.* Leid. 1664 12°. ita LINDEN. Anglice cum HARVEJO London 1653. 8°.*. Magnam physiologiæ partem tradit, passim interspersis suis experimentis ut vas lacteum (nempe lymphaticum) in hepatis cavum excurrens. Punctum saliens breviter describit. Cor non esse sanguinis opificem: a contracto corde sanguinem expelli, non ebullire. Ductum Pancreaticum habet pro lacteorum vasorum maximo. Omnem bilem, ut SYLVIUS, in vesicula generari, ejus partem ad intestina venire & partem ad hepar: cum bile partem chyli venire ad idem viscus.

Necesse autem est, posteriores editiones pleniores esse, nam in mea de ductu thoracico, deque lymphaticis vasis agit, quæ sunt post annum 1648. inventa.

§. CCCCI. *Varii.*

Sam. SORBIERE *discours sceptique sur le passage du chyle & le mouvement du cœur* Leid. 1648. 12°. GASSENDI opusculum Gallice versum, & absque veri auctoris nomine excusum.

An huc *recueil d'un voyage d'Angleterre où sont touchées plusieurs choses qui regardent l'état des Sciences &c.* 1664. 12°. Hoc opusculum Societati Regiæ Britannicæ displicuit (s).

Sub nomine *Sebastiani* ALETHOPHILI epistolam edidit pro PECQUETO inter ejus opera editam.

Nicolai PAPIN *de cypselide s. de aurium ceruminum usu novis experimentis invento prolusio medica* Saumur 1648. 12°. BUR.

EJ. *Considerations sur le traité des passions de l'ame par* DESCARTES Paris 1652. 8°. BUR.

EJUSD. *Cordis diastole adversus Harvejanam innovationem defensa* Alençon 1653. 4°. BOEHMER.

Philippi FINELLA *metoposcopia* L. III. Antwerp. 1648. 8°. LIND.

EJ. *Nævorum* libr. III. Antwerp. 1648. 8°. LIND.

EJ. *de quatuor signis, quæ apparent in unguibus manuum* Antwerpiæ 1649. 8°. LIND.

Honorati NICQUET *physiognomia humana* L. IV. *distincta* Leid. 1648. 4°. RAST.

Anselmi Petit DOUXCIEL *speculum physiognomonicum* Parisiis 1648. 8°. D'ETR. alibi video Langres 4°. eodem anno.

Laurentii EICHSTED *collegium anatomicum s. quæstiones de natura corporis humani* in 56. disputationibus, Gedan. 1649. 8°. PRÆTORIUS.

EJ.

(s) BIRCH. II. p. 456.

EJ. *Progr. duo ad dissectionem publicam cadaverum* Gedan. 1651. & 1655. PRÆTOR.

Samuel POMARII *de noctambulis* Wittebergæ 1649. 4°. & 1656. 4°. BURCKH.

EJ. *de modo visionis* Witteberg. 1650. 4°. VAT.

EJ. *de tribus in homine concoctionibus* ibid. 1652. VAT.

Basil. CZÖLNER *synopsis physiologiæ Peripateticæ* Thorun. 1648. 4°. HEFT.

Sebastian MEYER præside *Stephan.* SCULTETO *disputatio anatomica de natura lienis* Rostock 1648. 4°. MOELLER. Alius, ut puto, a cognomine p. 360.

J. BARTHOLOMÆUS *de pandiculatione* Lipsiæ 1648. 4°. BURCKH.

Joh. FREY *de appetitu canino* Argentorati 1648. 4°. B.

Isaac RENAUDOT & *Mich.* LANGLOIS *Ergo heroës biliosi* Paris. 1648.

Euseb. RENAUDOT & *Ant.* BOURGAULD *Ergo temperatissimi hominis somnia purgatissima* Paris. 1648.

J. B. MOREAU & *J. de* BOURGES *Ergo formosæ fecundiores* Paris. 1648.

Joh. WALTHER *de vita & morte* Lipsiæ 1648. 8°.

§. CCCCII. *Joh. v.* HORNE,

Amstelodamensis, Leidensis Professor, anatomicus industrius, artisque suæ amantissimus, in sceletis & figuris adornandis indefessus, sed ante diem præmatura morte abreptus.

EJUS *Exercitatio anatomica* I. & II. *ad observationes* FALLOPII *anatomicas, & earundem per* VESALIUM *examen, addita ubique epicrisi* Leid. 1649. 4. HAEN.

EJ. *novus ductus chyliferus nunc primum delineatus* Leid. 1652. 4°.* 1660. 4°. BOEHMER. PECQUETUS in cane viderat aliquantum longius ab humana diversam ductus thoracici fabricam, ut utriusque lateris subclaviam venam ingrederetur. Iconem vasorum lacteorum, receptaculi, ductusque cum sua insula noster satis bonam dedit, insertionem rariorem, in axillarem nempe venam una & jugularem. Vinculo viam veram chyli confirmavit. Idem vinculis injectis verum iter chyli docuit, vasa lymphatica vidit circa venam portarum & aortæ repentia.

EJ. *de ductibus salivalibus disp.* I. Leid. 1656. 4°. *secunda* 1656. 4°.* *tertia* 1657. 4°.* recusæ in meæ collectionis T. II. ignotæ *J. Guilielmo* PAULI, editori aliorum HORNII operum. WHARTONIANOS ductus describit, ex homine & ex animalibus. Nervi optici celebratum porum rejicit. Tria filamenta dicit, quibus olfactorius nervus a radicibus anterioribus medullæ spinalis provenit, & latiusculam substantiam ab anteriori cerebri medulla natam, neque in homine cavam.

EJUSD. Disp. *de nutritione* Leid. 1658. 4°. BOEHM.

STENONIO

STENONIO *de glandulis oris disputanti* Leid. 1661. 4°.*. Præsidis munus præstitit.

EJUSD. *Microcosmus s. manuductio ad historiam corporis humani* Leid. 1660. 12. LIND. 1661. 12°. HOTTON. 1662. 12°.* ed. II. LIND. 1665. 12°. PL. Lipsiæ 1675. 12°. & cum amplis notis *J. Wilhelmi* PAULI Lipsiæ 1707. 8°.*. Gallice Geneve 1675. 12°. Germanice Halberstatt 1679. 12°. Belgice Amst. 1684. 8°. HEIST. Brevissimum compendium. Monstra aliqua describit. Commentarium in eum microcosmum scripsit J. M. HOFMANN Altdorf 1685. 4°.*.

Apud SORGELOOS in *œconom.* dicitur in brachio juvenis vasa lymphatica vidisse.

EJUSD. *Waarschouwing aan alle liefhebbers der Anatomie tegens de gepresene wetenschap derselve van L. de* BILS Leidæ 1660. 4°.*. De nimiis jactationibus BILSII: de anatome incruenta. Contra motum lymphæ Bilsianum. De Bilsianis mumiis.

IDEM anno 1660. 8°.* edidit L. BOTALLI opera, & bonas icones valvulæ foraminis ovalis addidit, & in rene lusus naturæ.

IDEM Leidæ anno 1665. 12°.* edidit GALENI libellum *de ossibus* cum VESALII, SYLVII, HENERI, EUSTACHII exercitationibus, GALENI textus græcus accessit, & HIPPOCRATIS, de ossium natura.

EJUSD. *Diss. anatom. medica pars prior de partibus in ore contentis* Leidæ 1666. 4°. HEFT.

EJ. *Prodromus observationum suarum circa partes genitales in utroque sexu* Leid. 1668. 12°. LIND. & cum notis J. SWAMMERDAM Leidæ 1672. 4.* 1717. 4.* tum cum J. M. HOFMANNI *commentariis in microcosmum*, & alias. Socius laborum erat J. SWAMMERDAM, qui icones aliquas paravit, & contentorum etiam prodromi partem sibi vindicavit. Arteriam spermaticam flexuoso ductu incedere. Corpus HIGHMORI cavum non esse, sed stabilimentum utique vasorum. Valvulas esse in venis spermaticis, neque ullam iis venis cum sociis arteriis anastomosin intercedere. Testem congeriem esse vermiculorum. Non communicare cum vesiculis seminalibus deferentes ductus (hoc erroneum). Urethram cavernoso corpore ambiri. Femininos testes vera esse ovaria. Fimbriæ ostii tubarum. Ligamenta teretia vasorum esse fasciculos. Icones nondum noster addiderat.

EJUSD. *Observationes anatomico-medicæ aliquot a Justo* SCHRADERO *editæ* Amstelodami 1676. 12°.*. Incisiones sunt cadaverum morbosorum. Glandulæ omenti. Ductus thoracicus, bis visus, rarum in homine eo ævo spectaculum. Arteria bronchialis. Nullus processus peritonæi, qui vasa spermatica comitetur, eaque membrana undique clausa. Hymen integer. Membrana tertia cerebri (*t*). Ureteres in vulvam desinentes (*u*).

(t) anno 1669.
(u) p. 231.

Pulcherrimas icones anatomicas mufculorum dicitur reliquiffe (*x*), etiam nunc ineditas. Quatuor erant volumina, inter BOERHAAVIANOS libros vendita.

Commentarius in VESALIUM, STENONIO dictus (*y*), undique periiffe videtur.

In *Epiftola de aneuryfmate*, Panormi anno 1644. 8°.* cum T. BARTHOLINI *anatomica diffecti aneuryfmatis hiftoria* edita, & recufa in J. G. PAULI *editione operum* HORNII, memorabilis fanguinis effufi in fibras mufculi fimiles conpactio defcribitur. Communicantes arterias brachio fanguinem reddentes vidit.

Plufculæ ejus ad BARTHOLINUM exftant *epiftolæ*, ut 30. *Cent.* II. de vafis lymphaticis a BARTHOLINO inventis. N. 48. *Cent.* II. primum fibi a RUDBEKIO demonftrata effe, inveniffe tamen BARTHOLINUM. N. 95. *Cent.* III. de glandulis cutaneis. N. 81. monftri anatome & contra BILSII præparata aliqua.

EIDEM *Guilielmus ten* RHYNE papillas linguæ tribuit inventas (*z*).

§. CCCCIII. *Antonius* DEUSING.

Ex Meurfiæ principatu natus, Profeffor Groninganus, vir eruditus, etiam linguarum orientalium peritus, cum absque propria anatomica exercitatione fe in lites phyfiologicas demififfet, BILSIUMque tueri fufcepiffet, cumque *Francifco* SYLVIO, viro gratiofo, acerbas inimicitias contraxiffet, fere inter perpetua porro odia vitam trivit.

Dedit jam 1649. 12°.*. Groningæ Cantici AVICENNÆ editionem ex arabico converfam.

EJ. *Synopfis medicinæ univerfalis f. compendium inftitutionum medicarum publicis antea difputationibus ventilatarum* Groningæ 1649. 12°. LIND.

EJ. *Anatome parvorum naturalium f. Exercitationes anatomicæ & phyfiologicæ de partibus corporis humani confervationi fpecierum infervientibus* Groningæ 1651. 4°. B. BOEHMER.

EJ. *Differtationes duæ, prior de motu cordis & fanguinis: altera de lacte & nutrimento fetus in utero* Groning. 1651. 4°. & 1655. 12°. B. THOMAS. In ea editione addit LINDENIUS, acceffiffe Cl. cujusdam viri notas: DEUSINGII ad eas notas refponfiones: objectiones *J. Andreæ* SCHMITZII adverfus *diff. de lacte:* cum DEUSINGII refponfionibus. Difputationem LINDENII de lacte: H. CONRINGII difputationem de lacte &c.

EJ. *Genefis microcofmi f. de generatione fetus in utero* Groning. 1653. 12°. LIND. Amftelodami 1665. 12°.*. Acc. *curæ fecundæ de generatione & nutritione*, ibid. *. HARVEJUM in priori opufculo fequitur: in altero J. *de la* COURVEE refutat, & fetum per os nutriri adfirmat.

EJ.

(*x*) BARTHOLIN. *epiftol.* 91. *Cent.* IV.
(*y*) *Difp. inaug.* p. 14.
(*z*) *De bile veter. dupl.* p. 78. 79.

EJ. *Disquisitio medica de morborum quorumdam superstitiosa origine . . . de surdis & mutis: de ratione & loquela brutorum* Groning. 1656. 4°. LIND. & in *fasciculo dissertationum selectarum* ibid. 1660. 12°.* & 1664. 12°. In eodem etiam fasciculo de anseribus scoticis & de unicornu agit. Collectanea.

EJ. *Idea fabricæ corporis humani s. Institutiones anatomicæ ad circulationem sanguinis aliaque recentiorum inventa* Groning. 1659. 12°. TREW.

Exercitatio physiologico-medica de nutritione animalium: tres disputationes Groning. 1660. 4°. HE. & conjunctæ ibid. 1660. 12°.*. Contra CHARLETONUM, nimis novatorem, & antiquitatis contemptorem.

EJ. *de nutrimenti in corpore elaboratione, de chylificatione, sanguinificatione, depuratione alimenti, spiritibus. Acc. appendix de chyli motu & de admiranda anatome* BILSII Groning. 1660. 12°.* ista recusa Roterodam. 1661. 4°.* BILSII sibi ignoti experimentis usus, secretiones varias ex ejus viri decretis deducit, & resorbtionem chyli per venas mesentericas defendit. BILSII anatomen laudat, nunquam a se visam. Lac thymi.

EJ. *Oeconomia animalis in quinque partes distributa*, P. I. *in qua continetur de nutritione animalium Exercitatio* Groning. 1660. 12°. quam modo diximus.

Altera de nutrimenti in corpore elaboratione Groning. 1661. 12°. pariter dicta.

Tertia de nutrimento animalium ultimo ibid. 1660. 12°. LIND. cui adnexæ *vindiciæ hepatis redivivi.* Has 3. 4. 5. ego solas possideo Groning. 1661. 12°.*. Adversus *J. v.* HORNE BILSIANAM iterum sententiam defendit, per venas rubras chylum ex intestino sorberi: lympham per ductus BILSIANOS undique in partes corporis animalium ferri, & ex ea humores elaborari.

P. IV. *s. de motu animalium exercitationes physico-anatomicæ* Groningæ 1661. 12°.* quas diximus.

P. V. *de sensuum functionibus, sensuum functione in genere, & appetitu sensitivo*, ibid. 1661. 12°.*. LIND. Absque eo titulo Partis V. Partes IV. & V. habeo Groning. 1661. 12°.* cum appendice *de hepatis officio.*

EJ. *Oeconomus corporis animalis ac speciatim de ortu animæ humanæ* Groning. 1661. 12°.*. Contra CHARLETONIUM, & traducem. Fetum in semine strui a principio vera ratione destituto.

EJ. *Oeconomus corporis animalis restitutus, in quo genuinus animæ humanæ ortus adversus furiosos insultus Petri* ALVARES sub BLOTTESANDEI *cohorte optionis asseritur* Groning. 1662. 12°.*. Irati opus.

EJ. *Apologeticæ defensionis pro œconomia corporis animalis prodromus, quo personato Benedicto* BLOTTESANDEO *larva detrahitur. Acc. vindiciarum hepatis redivivi supplementum* Groning. 1662. 12°. LIND.

Resurrectio hepatis adserta contra Vincentium SLEGELIUM *sub* BLOTTESANDEI *cohorte signiferum. Acc. disquisitio alterior de chyli motu & officio hepatis* Groning. 1662. 12°.*. Hic SLEGELIUS credebatur BORRICHIUS esse, sed negat

OLAUS. Princeps lis est de aliqua parte chyli in venas meseraicas resorbta, quam noster tuetur.

EJ. *in sylvam Echo s.* SYLVIUS *heautontimorumenus cum appendice de bilis & hepatis usu*, Groning. 1663. 12°.*. Respondet ad voces aliquas SYLVII præmissas disputationum collectioni. De BLOTTESANDEI scripto, BORRICHIO imputato, de H. MEIBOM irarum inter DEUSINGIUM & SYLVIUM ministro. In *appendice* mors ex rupta vesicula fellea describitur. Medicinam esse scientiam.

Disquisitio antisylviana de calido innato & aucto in corde sanguinis calore, qua SYLVII *suspiciones & opiniones refutantur* Groning. 1663. 12°.*. In solidis corporis humani partibus calorem residere, neque tamen fieri ex acido lymphæ & alcalino bilis sale. Collectanea & iræ.

EJ. *Disquisitio antisylviana de motu cordis & arteriarum* Groning. 1663. 12.*. Acerba expostulatio.

EJ. *Sylva cædua cadens s. disquisitiones antisylvianæ de alimenti assumti elaboratione ac distributione; de alimentorum fermentatione &c.* Groning. 1664. 12°.* Causam litis narrat, BILSII defensionem, & DEUSINGII ad cathedram Leidensem vocationem, cui SYLVIUS obstiterat. Mores adversario exprobrat, & corruptam puellam: cætera inanis.

EJ. *Sylva cædua jacens s. disquisitiones antisylvianæ de spirituum animalium genesi & usu, de usu lienis & glandularum* Groning. 1665. 12°.*. Contra iter bilis sylvianum, contra acidam lympham, & famam adversarii, quem facit plagiarium. Acc. dissert. *de natura*.

EJ. *Examen anatomes anatomiæ* BILSIANÆ *s. epistola de chyli motu* Groning. 1665. 12°.*. Pro BILSIO adversus J. H. PAULI. Aliqua ex novis publicis Brabanticis: alia ex confessione *Henrici v.* MOINICHEN, nonnulla, non valde accurata, ex autopsia.

Has lites nolui separare.

EJ. *Disp. de chyli a fæcibus alvinis secretione ac succi pancreatici natura & usu* Groning. 1665. 4°.* LIND.

Historia fetus extra uterum geniti consideratione physico anatomica illustrata Groning. 1661. 12°.* & in *Collectione* STRAUSSIANA Darmstatt 1661. 4°. 1663. 4°. denique cum SINIBALDI *geneanthropia* Francof. 1669. 4°.*. De eo fetu alias. Ad eam historiam collectanea. De nævis fuse. Cur fetus a putredine liber in lapideam naturam transiverit. Vidisse se, defuisse venam cephalicam. Persuadebatur fetum ubique, etiam in ventriculo, adolescere posse.

EJUSD. *Fetus mussipontani secundinæ detectæ* Groning. 1662. 12°.* & cum priori Francofurt. 1669. 4°.*.

EJ. *Fetus historia partus infelicis, in quo gemellorum ex utero in abdominis cavum*

cavum elapsorum ossa sensim multis annis post in lucem prodierunt cum resolutione Groning. 1662. 12°. & Francof. 1669. 4°.* ubi utrumque opusculum conjungitur. Varia de vagitu uterino, prodigiis, monstris androgynis, fetu prægnante, imaginationis potentia, curtorum reparatione; contra traducem; de conceptu absque mare, aliis alienissimis.

Ej. *Vindiciæ fetus extra uterum geniti nec non scriptorum fasciculo suarum disputationum comprehensorum. Elegantiarum philologicarum examen s. calonum caterva disjecta cujus antesignanus Antonius* ROSINUS Groning. 1664. 12°.* & pars quæ ad fetum Mussipontanum pertinet Francofurti 1669. 4°.*. Prima pars est adversus *Bernardum* DOMA, qui inter BLOTTESANDÆOS militaverat, & nostrum exagitaverat, docueratque non fuisse gemellum matris suæ fetum. Seminis masculi, ut vocat, corpore nihil opus esse ad conceptum. De conditura cadaverum, suoque BILSIO.

Inter Epistolas BARTHOLINI sunt aliquæ querulæ, satis tamen amicæ, DEUSINGII.

Quid fuerunt *Antonii* DEUSINGII *observationes anatomicæ selectiores figuris illustratæ*, Amstelodami 1667. quarum mentio fit in *Bibl.* THOMASIANA n. 1038.

§. CCCCIV. *Varii.*

Philiberti GUIBERT cadavera condiendi modus Paris. 1649. 8°. *cum medico officioso.* Gallice ib. 1660. 8°. Pro Chirurgis, qui magnatum cadavera condiunt.

Hic recensebimus *Guidonem* PATIN, doctum virum, acrem veterum defensorem, novitatis osorem, sed potissimum chemiæ, non quidem anatomicum, cujus tamen scripta non absque utilitate legas. Dissertationes omitto.

Epistolarum autem *duæ collectiones* libertate judiciorum, & varietate gratæ exstant. Prima est *lettres choisies de Gui* PATIN Amsterdam 1692. 8°. 2.Vol.*. Potissimum ad *Camillum* FALCONET scriptæ sunt, & ad *Carolum* SPON. De *Casparo* HOFMANNO rectissime judicat; cum virum, quem amabat, justo liberius de anatomicis rebus sibi parum notis judicare: negat A. LAURENTIUM sua a *Fabricio ab* AQUAPENDENTE habere, quem nunquam audiverit. Nullos dari androgynos. Monstrum deforme absque sexu describit.

Altera collectio ad C. SPONIUM anno 1718. 8°. 2.Vol. Amstelodami prodiit*. Exstant etiam G. PATINI epistolæ de controversiis ob lactea thoracica in Gallia obortis inter BARTHOLINIANAS 76. *Cent.* 4. & de RIOLANO *ep.* 96.

Joh. MICHAELIUS *de oculi fabrica & usu* Leid. 1649. 8°.*. Male sedem visus in lente crystallina ponit, inque ventriculis anterioribus.

Joh. ZEISOLD, Philosophus, *de seminis natura* Jen. 1649. 8°. Negat animatum esse.

Ej. *de humoribus corporis humani* Jen. 1652. 4°. BURCKH.

Ej. *Tradux non tradux, s. traductio formarum, quæ in naturali generatione vulgo statuitur, se ipsam evertens* Jen. 1657. 8°.

Ej. *de nativo rerum naturalium ortu* Jen. 1658. 4°.*.

Hermanni FOLLINI, Sylæducensis, *speculum naturæ humanæ s. mores & temperamenta hominem usque ad intimos animorum secessus cognoscendi modus.* Ex Belgico latine vertit J. FOLLINUS Colon. 1649. 12°. LIND.

J. Andr. SCHMIDT *de anatomia in genere* Harderi 1649. 4°. PL.

Marci BANZER *controversiarum medico miscellanearum Decades* 3. Lipsiæ 1649. 4°.* nescio num plures. Physiologica passim tangunt.

SEELMANN *de homine* Witteberg. 1649. 4°. VAT.

Stephani BACHOT & *Petri* PERREAU *Ergo patrum in natos abeunt cum semine mores* Paris. 1649.

§. CCCCV. C. POSNER.

Caspar POSNER, Professor Jenensis, *de causa physica & morali generationis humanæ* Jen. 1649. 4°.

De chylo imprimis in corporibus hominum B. BURCKH.

De viventium sponte ortorum causa efficiente Jen. 1650. B. THOMAS.

De calido innato Jen. 1651. 4°. B. THOMAS.

De monstris quod ea sint, ac in quibus obtingere queant Lipsiæ 1652. 4°. PL.

EJUSD. *de monstris illorum differentiis in genere. iisque in specie, quæ speciem mutant* Lips. 1652. 4°.

Ej. *de morte* Jen. 1659. 4°. B. THOMAS.

Ej. *de alimenti vera & viva indole atque ingenio* Jen. 1659. 4°.*.

Ej. *de sudore sanguineo* Jen. 1661. 4°. B. THOMAS.

Ej. *de principatu partium in corpore animalium* Jen. 1662. 4°. B. THOMAS.

Ej. *de principiis generationis & nativitatis humanæ* Jen. 1662. 4°.

Ej. *de calido innato viventium cum primis vero animalium perfectiorum* ibid. 1663. 4°. B. BURCKH.

Ej. *de chylo cum primis in corpore humano* ibid. 1666. 4°.*.

Ej. *de sanguine cum primis corporum humanorum* ibid. eod. anno 4°.*.

Ej. *de ordine partium in compositione ac formatione corporis animalis* ib. 1668.*

Ej. *de pluvia sanguinea* ibidem 1670. 4°. B. PL.

Ej. *de respiratione cum primis ut in hominibus se habet* ibid. 1671. 4°. PL.

Ej. *de principiis generationis atque nativitatis humanæ* ibid. 1672. 4. B. THOM.

Ej. *de longævitate hominum* ibid. 1673. 4°. B. THOMAS.

Ej. *de fetuum in uteris vita* ibid. 1676. 4°.

Ej. *de nutritione cum primis ut in hominibus animalibusque congeneribus se habet* ibid. 1676. 4°. B. BURCKH.

Ej.

EJ. *de ſenſibus, an ſint fallaces*, ibid. eod. anno. 4°.

EJ. *de animæ adſenſu in generatione hominis* ibid. 1688. 4°. B. THOMAS.

EJ. *de memoriæ adminiculis* ibid 1689. 4°. B. THOMAS.

EJ. *γενεανθρωπολογια ſ. generationis humanæ operum naturalium maximi deſcriptio* ibid. 1692. fol. *. Nulla experimenta propria habet, neque a craſſis erroribus abſtinuit.

EJ. *von denen Mißgeburten* 1. *und* 2. *Theil*, aus dem Lateiniſchen überſezt von M. M. Dreſden 1702. 8°.*. Nihil proprium præter aliqua de molis.

§. CCCCVI. *Gualtherus* CHARLETON,

Medicus Londinenſis & Regius, ex primis novæ Societatis Brittannicæ collegis; Lego ejus *ternary of paradoxes* prodiiſſe London 1650. 4°. OSB. Ante MALEBRANCHIUM floruit, neque ejus fuit adſecla.

EJUS *Natural hiſtory of nutrition, life and voluntary motion containing all the diſcoveries of anatomiſts concerning the œconomy of human nature, methodically deliverd in exercitations phyſico anatomical* London 1659. 4°.* quæ ſunt *Exercitationes phyſico anatomicæ de motu animali* latine editæ Amſtelodami 1659. 12°.* & recuſæ Haag. 1681. 16.* cum G. COLE *de ſecretione*, tum Lond. 1659. 12. 1678. 12. LIND. 1688. 12. TREW. Non videtur GUALTHERUS in anatome valde exercitatus fuiſſe, neque alioquin ſatis certus auctor: in ipſa enim ſocietate non erroris, id enim leve foret, ſed minus certæ fidei convictus fuit (*a*). Cæterum circuitum ſanguinis inter primos amplexus eſt; igniculum cordi inſitum defendit, tum acidum ventriculi ſuccum, & chyli fermentationem. Nuperis PECQUETI, BARTHOLINI & WALÆI experimentis multum utitur: chyli ad hepar iter rejicit. Sanguinis natura, motus. Cor a ſanguine ad contractionem irritari. Admiſcet hypotheſes, ut ſpiritum vitalem, qui in ſanguine hoſpitans chylum in eum humorem convertit; ſanguinem in embryone primum parari. Secretio ex pororum figura deducta, fere ad CARTESII placita. Diaphragma eſſe primarium organum reſpirationis. Fetum in utero reſpirare. Cerebrum pulſare, vi arterioſa. Succum nutritium per nervos adfluere, ex GLISSONIO. Motum naturalem muſculorum ab animali diverſum habet. Aliquam matheſin ad motum muſcularem interpretandum adhibet.

EJ. *Oeconomia animalis* Lond. 1658. 8°. aut 1669. 8°. MARSH. Nonne idem opus.

EJUSD. *Diſquiſitiones chymico phyſicæ* II. *Prior de fulmine, altera de proprietatibus cerebri humani* Londin. 1665. 12.*. Fatetur ſe inopia laboraſſe cadaverum humanorum, aliqua tamen collegiſſe. Homini crura cerebri quam brutis animalibus majora eſſe, & convergere, quæ in iſtis parallela ſint. Aliqua in utilitate peculiarium particularum cerebri contra WILLISIUM profert; ſed ea meræ ſunt theoriæ.

EJ.

(a) BIRCH. I. p. 482. *de corde*.

EJ. *Exercitationes de differentiis & nominibus animalium, quibus accedit Mantiſſa anatomica* Londin. 1677. fol.*. Mantiſſa eſt *Georgii* ENTII, & ad eum forte ſpectaverit tr. *de voce animalium.*

EJUSD. *Enquiries into human nature in* VI. *anatomic prælections, in the new theater of the R. College of phyſicians* London 1680. 4.* OSB. habet 1689. 4. Tres de nutritione exercitationes, de vita una, altera de fetu, ultima denique de motu muſculari. Pleraque theoretica. In muſculis male ſibi ſumit, longitudinem chordæ ejus momentum augere: cæterum diverſa ſunt a prioribus. De ventriculi ſenſu proprio, quo particulas emeticas diſtinguat. Cutem per ventriculum & inteſtina continuari, eamque & epidermidem eorum membranam internam conſtituere.

EJUSD. *Oratio anniverſaria in Theatro anatomico Collegii medici* dicta Londinenſis Londin. 1681. 4.

EJ. *Three anatomical lectures concerning the motion of thee blood through the veins and arteries*; 2. *the organic ſtruction of the heart, and the efficient cauſes of the heart's pulſation, read* in March. 1683. Londin. 1683. 4.*. BORELLI fere placita in compendium contrahit, fermentationem tamen ſanguinis rejicit. Valvulas docet ita ſanguinem ſuſtinere, ut ad proximum par relabatur, deinde ab iis repercuſſus duplici velocitate intervallum duorum parium percurrat: accelerari ergo ſanguinem venoſum a valvularum officio. F. PAULUM valvulas inveniſſe, non ſanguinis circuitum. BLASIUM refutat, qui STENONIUM a LOWERO dixerat compilatum fuiſſe: cum tamen deſcriptiones cordis valde diſſimiles ſint, quas uterque dedit. Sanguinem in arteriis per contractionem non inaniri, neque enim ſufficere ejus humoris penum, ut arteriæ repleantur, ſiquidem inanitæ fuiſſent. Fibra torta. Sanguinem triplo lentius per venas quam per arterias fluere. In cordis motu totus BORELLIANUS eſt: ſpiritum nervoſum cauſam eſſe pulſus: lente fluere, qui de albuminis genere ſit. Agere humectando fibras ut decurtentur, hic proxime a vero diſtans. Guttulas nervei liquidi in cellulas rhomboideas ad cunei modum urgeri.

EJUSD. *Inquiſitio phyſica de cauſis catameniorum & uteri rheumatiſmo* Londin. 1685. 8.* Leid. 1686. 12.*. Anatomica ex GRAAFIO ſumſit, ſinus uteri ex BAYLEO. In iis ſinubus ſuccum alentem ſtagnare, & acrem fieri, efferveſcere, ſanguinem uterinum exagitare. Contra fermentum uterinum.

In *conventibus Regiæ Societatis* multa demonſtravit anatomici argumenti. Alternos dentes lucii piſcis mobiles eſſe (*b*).

§. CCCCVII. *Varii.*

Nicolai le MAIGRE *monſtri anno* 1649. *in lucem editi hiſtoria* Pariſ. 1650. 8.

Henricus MARTINIUS Dantiſcanus dedit *Anatomiam urinæ Galenoſpagyricam & artem pronuntiandi de urinis &c.* Francofurti 1650. 12. 1658. 12. 1661. 12. LIND.

David

(b) BIRCH, I. p. 117.

David LAIGNEAU, Medici, *tr. sur la physionomie* Paris 1650. 4. HERISS. tum alias.

Bartholomæo BUONACORSI *della natura de polsi* Bologna 1645. 4°. 1647. 4°. MAZUCHELLI.

Ej. *de humano sero s. de urinis* L. Bonon. 1650. 4°.* Anatome Renum. Loci veterum, etiam nuperorum, de urinis in ordinatum sermonem conpilati, sic urinarum discrimina, & ex quoque præsagia.

Justus CORTNUM *de motu cerebri* Franeker. 1650. 4.*. Non cerebrum, sed meninges & quidem ab arteriis moveri.

G. RIPERDA *de temperamentis* Leid. 1650. 4.

J. Andr. LUCIUS *de generatione* Witteberg. 1650. 4. LIND.

Tobias HOFER *de spiritibus* Basil. 1650. 4. LEUW.

J. THILO *de vita & morte* Lipsiæ 1650. 4. alii 1659. 4.

Petri de BEAURAINS & *Fr.* LANDRIEU *Ergo sanguis est animatus* Parisiis 1650. 4.

Petri PERREAU & *Franc.* LOPES *Ergo a sterilitate tarda senecta* Paris. 1650.

§. CCCCVIII. *Radulph.* BATHURST.

Etwas neues vom Tode ex Anglico versum, ubi prodierat Oxon. 1650. 4. Germanice prodiit etiam 1650. 4.*. Historia *Elisabethæ* GREN infanticidæ, quæ in anatomico theatro ad se rediit, & curante WILLISIO convaluit. Nunc lego auctorem esse R. BATHURST (c).

EJUS viri, Cl. primum medici, inde Decani in Wells & Præsidis Collegii Trinitatis Oxoniensis *Life and literary remains* diu a morte edita sunt a *Thoma* WARTON Londin. 1761. 8.*. Amicus WILLISII ad theologiam transiit & obiit 84. anno ætatis suæ anno 1704. vir literatus & classicæ eruditionis. Ejus *prælectiones tres de respiratione* anni sunt 1654. multo meliores, quam ab ea ætate exspectes, cum in plerisque de respiratione litibus noster veriorem sententiam tenuerit, & sua experimenta cum aliorum Cl. virorum experimentis perite conjunxerit. Voluntariam esse functionem, & a musculis abdominis atque diaphragmatis perfici. Pulmones quadrupedum non esse perforatos. Unius lateris thoracis vulnera anxietatem excitare, utriusque occidere. Nitrum de aëre sorberi persuadetur. Inter quæstiones minus ad medicinam pertinentes etiam de sensibus agit, quos universos ad tactum revocat. Acido ventriculi, & in universum HELMONTIO favet. Fetum per os ali. Vesiculam muscularem habet.

C. NILOE circa hunc annum scripsit Belgice *de fermento & nutritione.*

(c) DERHAM *phys. theol.* p. 157.

§. CCCCIX. *Nathanael* HIGHMOR,

Medicus Oxoniensis. EJUS *Corporis humani disquisitio anatomica* prodiit Haag. 1651. fol.* etsi putes in Anglia impressam esse, & additur octo annis latuisse, ut liber scriptus esset anno 1643. Descriptiones partium corporis humani breves, inornatæ, & multum ratiocinii. Icones pleræque clanculum ad VESALIANAS fictæ; neque auctor corpora humana satis frequenter incidisse videtur. Nomina tamen variis inventis suis inposuit, ut sinui maxillari olim noto, sed per chirurgicam administrationem ab HIGHMORO illustrato. Porro cellulosæ lineæ, in qua rete vasorum testis latet, quam non ausus est satis certo cavam dicere. Lienis etiam fabricam venæque lienalis poros ex animalibus plenius quam VESALIUS dedit. Renum mirificas icones, & valvulas in vasis splenicis depinxit. Venas intercostales incisas lac dedisse: eas venas cum thoracicis externis communicare. HARVEJI inventa defendit, cui opus suum dedicavit.

EJ. *The history of generation examining the opinions of divers autors and chiefly of Sir* K. DIGBY *&c.* London 1651. 8.*. Liber pene ignoratus, propria tamen aliqua habet, & inter ea ovi incubati phænomena, cum satis bonis primævi embryonis & figuræ venosæ iconibus. Venam umbilicalem ad venam cavam albumen revehere, vitellum in venam portarum suam reddere. Sententia HIGHMORO est, atomos, in quas corpus animale dissolutum secedat, indestructas superesse, & coire in nova animalia, ea nutrire, & singulas in partes formari. Easdem de sanguine extrahi, inque semen colligi, paratas quamque corporis partem reparare, aut in novum animal, aut in plantam aliquam conjungi. Duo seminum extracta, masculum & femininum, coire, & fetum efficere. Reliqua non sunt hujus loci, quæ ad vulnera per sympathiam sananda pertinent.

EJUSD. *Exercitationes duæ, I. de passione hysterica, altera de hypochondriaca affectione* Oxon. 1660. 12. LIND. Amstelodami 1660 12.* Londin. 1670. 4. Jenæ 1677. 12. Multa habet physiologica; in priori dissertatione de actione spirituum in motu musculari. In altera lienem describit, negat nunc esse atræ bilis rereptaculum; fibras nervosas firmitatem visceri præstare docet. Acorem in ventriculo nullum habitare, neque adeo ab eo appetitum esse.

De eadem passione hysterica & hypochondriaca epistola responsoria ad T. WILLIS Lond. 1670. 4. LIND. Hysterica mala fieri a sanguine nimis tenui, & multo aëre saturato.

§. CCCCX. *Johannes* PECQUET,

Diepæus, Academiæ Scientiarum adscriptus, non perinde fac. medicæ Parisinæ (*d*), vir in experimentis sedulus, nisi eum nescio quis error abripuisset, ut in spiritu vini vim totam alentem contineri persuasus, eo veneno mortem suam præcipitasset. EJUS *experimenta nova anatomica, quibus incognitum chyli receptaculum, & ab eo per thoracem in ramos usque subclavios vasa lactea deteguntur.* EJ. *Dissertatio anatomica de circulatione sanguinis & chyli motu* Paris. 1651.

(d) RIOLAN. *de vin lact.* 1653. 8. p. 3.

1651. 4.*. Nobile opus & inter præcipua ſeculi decora. Poſt EUSTACHII (e) voces aliquas, nondum publicatis VESLINGII laboribus, ASELLII errorem noſter emendavit, & lactea vaſa non ad hepar ire, ſed in veſiculam lumbis impoſitam convenire, ab ea per pectoris totam longitudinem in ſubclavia vaſa adſcendere docuit. Juvenis (f) & ob inventi gloriam alacer, non ſatis frequenter experimenta repetiit, & peculiarem rarioremque ductus ſui fabricam deſcripſit, ut in utramque ſubclaviam diviſus ſe immitteret. Etiam in ovibus eum ductum vidit: in homine PEIRESCIO viſum citat.

Diſſ. *de motu ſanguinis* perinde magni facio. In ea per injecta vincula verum iter venoſi ſanguinis demonſtrat, etiam in vena Portarum & in pulmonali. Cauſam motus ſanguinis eſſe in contractione cordis, tum arteriarum, etiam venarum. Neque chylum in vaſa lactea trahi, ſed impelli. Pulmonem nullis poris pervium eſſe: a diaphragmate chylum per thoracica vaſa ſurſum premi. Hæc editio recuſa eſt cura *J. Alcidii* MUNIER Genuæ 1654. 8.* & eamdem continere putem editionem Londinenſem 1653. 8. tum Hardervic. 1651. 12. L. Sola vero PECQUETI de ſuo ductu Diſſ. in *Meſſe aurea Siboldi* HEMSTERHUYS Heidelberg. 1659. 8.* & in B. MANGETI redit.

IDEM opuſculum auxit & recuſum dedit Pariſ. 1654. 4.*. Acceſſit nunc J. PECQUETI *nova de thoracicis lacteis* Diſſ. *in qua* J. RIOLANI *reſponſio ad experimenta nova anatomica* PECQUETI *refutatur &c.* RIOLANUS experimenta volebat ratiociniis evertere, ut noſtro etiam ævo fieri ſolet. Facile iis ſe tricis PECQUETUS ſolvit. In ductu pancreatico aquam ſubacidam ait ſe reperiſſe, hactenus GRAAFII præcurſor. Vinculo in thorace ductui injecto chylum in receptaculum confluere docet: eumdem chylum preſſis venis in dextrum cordis ventriculum cum ſanguine fluere confirmat: iterum injecto vinculo & ſoluto, per thoracem chylum adſcendere vincit.

Hæc editio recuſa eſt Amſtelodami 1661. 12. LIND. & Leid. 1654. 12.*.

Contra MARIOTTUM epiſtolas ſcripſit, recuſas in *Mém. de l'Acad.* inque *Journ. des Savans* 1668. Sept. Maculas in retina eſſe: ejus fibræ.

EJUSD. *Letre à M.* CARCAVI *touchant une nouvelle découverte de la communication du canal thorachique avec la veine emulgente* 27. *Mars* 1667. *& avec la veine cave inferieure* exſtat in *Mémoires avant* 1699. Tom. X. pag. 462. 465. *in Journal des Savans* 1667. n. 7. & 1672. & in Cl. PERRAULT *Eſſays* T. I. p. 307. Flatus ope ductus non quidem viſos in eas venas ex thoracico ductu ſe aperuiſſe conjicit. Ductum ipſum deſcendentem in ſubclaviam unicam rectius nunc pingit & trifidum

In *Mém.* X. p. 519. habet etiam ovum membrana molli tectum.

(e) Ab eo habere ENT *apolog.* p. 37.
(f) Nondum M. D. BINNINGERO Monspelii novum receptaculum demonſtravit *Obſ.* I. n. 30. Invenerat ciſternam anno 1647.

§. CCCCXI. *Varii.*

Cum utraque PECQUETI, editione prodiit *Jacobi* MENTELII epiſtola. Vaſa quidem lactea ſe jam anno 1629. (*g*) vidiſſe, & una ciſternam, ut tamen nullam gloriæ ad invento ductu thoracico redundantis partem ſibi ſumat. Latronem deſcribit, cujus viſcera omnia transpoſita erant.

Jacobus AUZOUT pariter PECQUETO plaudit. Vaſa omphalomeſenterica deſcribit. Utraque Epiſtola redit in *Meſſe aurea.*

Philippi le HOUST *exercitatio contraria aſſertioni Caroli* LUSSAULÆ *de functionibus fetus officialibus* Niort. 1651. 8. LIND.

Caroli LUSSAULA *functionum fetus officialium aſſertio cum animadverſionibus in contrariam exercitationem Philippi le* HOUST Niort. 1651. 8. cum priori LIND. Oportet antiquius aliquod LUSSAULÆ fuiſſe opuſculum. Fetum propriam vitam vivere. Matris imaginationem utique fetum mutare poſſe.

Theophili RAYNAUD S. J. *Judicium de incorruptione cadaverum occaſione feminini corporis poſt aliquot ſecula incorrupti nuper Carpentoracti refoſſi* Arauſione 1651. 8. edit. 2. BUR. Avenione 1665. 8. LIND.

Claudii TARDY in libellos HIPPOCRATIS *de ſeptimeſtri & octimeſtri partu commentarius* Pariſiis 1651. 4. UFF.

EJUSD. tr. *du mouvement circulaire du ſang & des eſprits* Paris 1654. 4. BUR.

EJ. tr. *de la monarchie du cœur de l'homme, des quatre humeurs & de leurs ſources, de l'uſage du foye, des vaiſſeaux du chyle* Paris 1656.

EJUSDEM *Obſervationes anatomicæ*. . .

EJUSD. *Cours de Medecine* Paris 1662. 4.

Et *de l'ecoulement de ſang d'un homme dans un autre & de ſes utilités* Paris 1667. 4.*. Maximas de ea transfuſione ſpes concipit.

EJUSD. *Lettre a* M. BRETON *touchant la transfuſion du ſang* Paris 1668. 4.* Melius humanum ſanguinem transfundi; non in omni morbo, ſæpe tamen prodeſſe.

Claudii de la COURVEE, qui Gedani medicinam fecit, *Diſcours ſur la ſortie des dents aux petits enfans, de la precaution & des remedes que l'on peut y aporter* Warſovie 1651. 4. Habet duplicia dentium ſeminia.

EJ. *de nutritione fetus in utero paradoxa* Gedan. 1655. 4.*. HARVEJI experimentis ſua addit ratiocinia: aquam amnii alere & per os a fetu ſugi: inde & chorii aquam, quæ etiam alendo apta ſit: nihil per umbilicum advenire, præter paucum a matre aerem. Sanguinem per placentam circulum non obire. Fetum utique in utero reſpirare.

Agoſtino

(*g*) p. 149. edition. 1654. Apud HENAULD in clypeo etiam dicitur anno 1629. & 1635. receptaculum chyli vidiſſe, & teſtis citatur FOURNIER.

Agostino COLTELLINI (*Ostilii* CONTALGENI) *istituzioni dell' anatomia del corpo umano i versi Toscani* P. I. Fiorenza 1651. 12. sic P. *secunda* & *tertia*. Ex BARTHOLINO.

Josephi MANCUSI *de partu dierum* 238. *quod non sit novimestris legitimus naturalis & civilis, sed octimestris aut ad octimestrem spectans minimeque vitalis* Panormi 1651. 4. MANGET.

Augustinus THONER in *observationibus medicinalibus*, Ulm. 1651. 4.* editis, eamdem, quam diximus, ridiculam litem recenset, quæ inter medicos Durlacenses & Heidelbergenses nata inciso porcello in deteriorem partem decisa fuit (*h*). In *epistolis* una editis de sede facultatum principum egit: deque semine feminino utique ad materiem fetus conferente.

In *appendice epistolarum medicinalium* ibid. 1653. excusa 4.* contra fallacem uromantum, & de uromantia egit, & contra HELMONTIANA catarrhi deliramenta.

Pauli STRECTES *consilium de partu novimestri* Pisis 1651. fol. MANGET.

Augustini SCOTI *Anthropologia s. de corporis humani fabrica & nobilitate* Diss. Patav. 1651. 8.

J. FRANCK *de oculo* Upsal. 1651. 4. BOEHMER.

Roberti PATIN (GUIDONIS F.) qui ante patrem obiit, & *Car.* BARALIS *Ergo fortes creantur fortibus* Paris. 1651.

Joh. de BOURGE & *Ant. de* SARTE *Ergo certus unus graviditatis index motus* Paris. 1651.

§. CCCCXII. *Petrus* GUIFFART. J. MARET.

Medicus Rothomagensis, edidit ibid. anno 1652. 4.*. *Cor vindicatum s tractatum de cordis officio & de proxima lactis materie.* HARVEJI & PECQUETI experimentis utitur. In priori tractatu negat ab hepate venas oriri: in altero a chylo & lac gigni, & ipsum per vascula ad placentulas producta amnii liquorem. Citatur inter eos, qui ductum thoracicum, & receptaculum chyli viderint, obscure vero de iis scripsit.

EJ. *Lettre à un D. en Med. touchant la connoissance du chyle & de ses vaisseaux, qui le portent au cœur, ensemble la découverte de la noble valvule & des observations sur l'hydropisie* Rouen 1656. 4. BUR. Valvulam dicit *Johannis le* NOBLE, sanguinem venæ cavæ superioris retinentem, ne gravitet in cavæ inferioris sanguinem: quæ ponatur in parte superiori trunci adscendentis cavæ paulum, sub venæ coronariæ ortu, subeat in venæ substantiam, & pene circa venam cavam circumeat. Obscure, ut EUSTACHIANAM valvulam ex CATTERIO velle videatur.

Jean MARET *abregé des nouvelles experiences anatomiques des veines lactées, reservoirs du chyle &c.* Toulouse 1652. 8. B. THOMAS.

(h) p. 102.

§. CCCCXIII. *Dominicus de* Marchettis,

Petri fil. Anatomicus Patavinus, quem nimia venus occidit (*i*), ob industriam coævorum laudes meritus, ſolus fere ſuo ævo humanam anatomen pro dignitate exercuit: & licet ad nuperorum inventa ſe paulo alieniorem geſſerit, plurima tamen in brevi opere rectiſſime vidit, non ſatis a nuperis aut laudatus, aut in uſus ſuos verſus. Ejus breve *compendium anatomicum* prodiit Patav. 1652. 4. Lind. (*k*), 1654. 4.* ſæpe recuſum Hardervici 1656. 12.* Leid. 1688. 12. B. Thomas. Plus boni continet, quam vaſta compilatorum volumina. Sæpe Veslingium contra Riolanum tuetur. Anaſtomoſes mammariorum vaſorum, utriusque generis, cum epigaſtricis, & vidit, & in lactantibus addit ea vaſa multo eſſe ampliora. Aqua per umbilicum effuſa. Omentum lobo hepatis adhærere. Meſocolon ab omento diverſum eſſe, quas membranas tota antiquitas confuderat. Vaſa brevia in ventriculum negat aperiri. Vaſa ſanguinea ubique ſtudioſe deſcribit. A ductu Pancreatico canales oriri in hepar inſertos, per eos chylum ductu reſorbtum ad hepar venire, & eum ductum oſtio nonnunquam duplici in duodenum inteſtinum patere. Ramum a meſenterica arteria ad hepar euntem vidit. Maximum hepar: Non bene rejicit valvulas cervicis veſiculæ felleæ. Duplex lien. Nullæ in venis ad portas valvulæ. Renes in adulto glanduloſi. Vaſa capſularum renalium in puero majorum. Septum ſcroti. Cavitas renum ſuccenturiatorum. Cor in ſyſtole brevius reddi. Duæ aut tres arteriæ bronchiales. Myloglоſſus muſculus. Nullum nervum ad tendinem ire. Canalem a tubis in uteri cervicem euntem recte repudiat. Urachum eſſe ligamentum. Negat oſſa pubis in partu diſcedere. De fetus ab adulto homine diſcrimine. Cor maximum vidit, ut totum thoracem repleret. Circuitum ſanguinis minorem deſcribit. Septum cordis perforatum, ſed raro exemplo. Foramina venoſa cranii, ſatis plene. Duram matrem undique ad cranium adhærere. Ventriculos cerebri anteriores in tertium aperiri. Cornua eorum ventriculorum deſcendentia. Apud Bartholinum injectum liquorem docet ex arteriis in venas tranſire.

§. CCCCXIV. *Auguſtinus de* Laurentio. *Alii.*

Augustinus ille, Panormitanus Medicus, *diſceptationum medicarum Decadem* I. edidit Panormi 1652. 4.*. Prima eſt de aſitia num ſit poſſibilis, tertia de ſternutatione. Juvenis non absque ingenio, verum qui ex ſeculi ſui vitio perſuaderetur, ſatis eviciſſe cauſam ſuam, ſi auctoritatem Græcorum aut Arabum poſſet adlegare. Aſitiæ exemplum proprium habet, neque impoſſibilem eſſe perſuadetur, ut tamen ea abſtinentia vires frangat. Sternutationem ubique prodeſſe negat. Signa hominis aquis ſuffocati, a ſtrangulati ſignis ante nuperos diſtinguit.

Alexander Ross *arcana microcoſmi or the hid ſecrets of man's body diſcoverd in an anatomical duel between Ariſtotle and Galen . . . . a refutation of Thomas* Brown's

(*i*) Leal *hebd febr.* p. 73

(*k*) Dedicatio eſt ejus anni.

BROWN's *vulgar errors from* BACON's *natural history*, *and* W. HARVEY's *book de generatione &c.* London 1652. 8. PL.

Isaaci CUJACII *uromantia* Brem. 1652. 12.

James HART's *anatomie of urines* London 1652. 4. OSB. alii 1653.

Georgii GELMAN's *dreyfache chirurgische Blumen, in welchen zu finden* 1. *anatomische Beschreibung des Haupts*, 2. *der Brust*, 3. *der äussern Glieder*, *nebst* 90. *nützlichen Fragen aus der Anatomie* Frankfurt 1652. 4.* cum multis sed malis iconibus.

Anthon. Gunth. FRIDERICI *de nutritiva facultate* Lipsiæ 1652. 4. HEFT.

EJ. *Aenigmatica vitæ & mortis descriptio* Witteberg. 1653. 4. V.

David STOLLII *endoxorum & paradoxorum sylva* Basil. 1652. 4. adoptat sanguinis circuitum.

Esajas PUFFENDORF *de sanguine & ejus motu* Lips. 1652. 4. B. THOMAS.

Caroli BARALIS & *Alani* LAMY Disp. *Ergo statim a conceptione creat Deus in humano semine animam rationis participem* Paris. 1652.

Franc. LOPEZ & *Romani* PARGAULT *Ergo præmaturæ senectutis index præcox sapientia* Paris. 1652.

Viti RIEDLINI *de symptomatibus loquelæ* Argentorat. 1652. 4.*.

J. TACK *de anima rationali* Giess. 1652. 4. & de potentia plastica.

§. CCCCXV. *Olaus* RUDBEK,

Suecus, celebris per plurimos & vastissimos, quos suscepit labores, cum juvenis ex seculi consuetudine animalia viva numerosa incideret, & potissimum annis 1649. & 1650. in vasis lacteis inquirendis laboraret, in vasa lymphatica hepatis incidit, eaque dixit *vasa hepatis aquosa.* Anno 1650. dum de corde quærit, ductum thoracicum detexit: iterque chyli vinculis injectis anno 1651. definivit, vesiculam vero chyli anno 1652. Reginæ ostendit. Vasa demum lymphatica in thorace & lumbis alibique invenit anno 1651. & edidit Arosiæ 1652. 4.* in Disput. *de circulatione sanguinis*, in qua hepati jus coquendi sanguinis ademit, & circuitum sanguinis confirmavit. Anno porro Arosiæ 1653. 4.* dedit *novam exercitationem anatomicam exhibentem ductus hepatis aquosos & vasa glandularum serosa*, recusam in *Messe aurea* HEMSTERHUYSII & inter *meas selectas disputationes.* Hoc libello vir Cl. sua inventa exposuit, & administrationem docuit. Addidit minime vulgares observationes anatomicas. Vasa omphalo-mesenterica. In fetuum catellæ ventriculo humorem amnii humori similem reperit: oculos his fetubus rubere vidit, uterique motum contractilem, ductum thoracicum & vasa lactea lympha plena. Valvulas luculenter ostendit.

Videtur ex his ipsis *datis* verus novorum vasorum inventor fuisse. Nam & tempora citat anni nempe 1651. priora, cum BARTHOLINUS Decembrem m. ejus

ejus anni nominet: & eſt in BARTHOLINO manifeſtum indicium, inaudiviſſe eum cum ſcriberet, de RUDBECKII vaſis ſeroſis, cum nomen vaſorum aquoſorum a RUDBECKIO impoſitum ſibi diſplicere indicet in primo, quem de vaſis lymphaticis animalium ſcripſit, libello (*l*). Porro etiam in libello, quem anno 1653. RUDBECKIUS edidit, multo plura vaſa lymphatica, & ex numeroſioribus quam quidem apud BARTHOLINUM, corporis animalis partibus, deſcripſit, ut & rectius BARTHOLINO vidiſſe certum ſit, & probabile fiat, priorem vidiſſe, cum pluribus inciſionibus ad ſua inventa eguerit, paucioribus, qui pauciſſima in his vaſis vidit, BARTHOLINUS. Sed etiam communis (*m*) amicus primam inventi oſtenſionem RUDBECKIO tribuit. Porro nova vaſa menſe Aprili 1652. Reginæ OLAUS oſtendit, cum menſe Majo ejus anni T. BARTHOLINUS in Diſſ. *de lacteis thoracicis* oſtenderit, ea vaſa ſibi non eſſe perſpecta. Sublevat etiam nonnihil RUDBEKIUM BOURDELOTIUS (*n*). Vaſa enim ignota cum diceret, quæ nunc vocantur lymphatica, addit ſe contra BARTHOLINUM defendiſſe, non eſſe lactea, ipſeque iterum BOGDANUS fatetur M. Decembri 1651. ſe pro lacteis habuiſſe (*o*), ut adeo eo tempore & præceptor ejus BARTHOLINUS pro lacteis habuerit. Nam quæ addit, ſe tribus ante RUDBEKIUM menſibus hæc nova vaſa vidiſſe, neminem præter ipſum, non certæ fidei hominem, teſtem habent. Et aliquid in hac cauſa valet, quod ipſe T. BARTHOLINUS nunquam tantum inventum ſibi diſerte adſcripſerit.

Inde cum *Inſidias* ſuas *Martinus* BOGDAN edidiſſet, reſpondit OLAUS in libro, cui titulum fecit *Inſidiæ ſtructæ aquoſis ductibus Olai* RUDBEKII *a Thoma* BARTHOLINO Leid. 1654. 8.*. Menſe Aprili a. 1652. ſe ductus ſuos Reginæ demonſtraſſe. Lis princeps per varias alias quæſtiones ſe diffudit, & utrinque inciviliter geſta eſt. Cor exemtum diu micare.

In *Meſſe aurea* HEMSTERHUYSII RUDBEKIUS Leid. 1654. 8.* Heidelbergæ 1659. 8.* novas undecim figuras addidit, vaſa lymphatica glandularum bronchialium, pulmonis, mediaſtini, hepatis convexi, lienis, teſtium, uteri, lumborum, aliqua etiam cum ductu thoracico ex homine. Corda in gallina duo. Habet etiam lineam eminentem uteri; lineam rubentem, quæ medullam ſpinalem dividit. Sanguinem per placentam poſt mortem negat circumire; atque adeo non putat neceſſe eſſe, funiculum ligare umbilicalem. De glandula feroſa ventriculum inter & hepar, hæc ultima PORTAL.

Epiſtolam ad T. BARTHOLINUM *de vaſis ſeroſis* Upſal. 1657. 12. editam citat LINDENIUS.

EJUSD. *de ſero ejusque vaſis* Upſal. 1661. 4.* & in *ſelectis meis* diſputationibus T. VII. Novas aliquas icones vaſorum lymphaticorum colli, cordis, linguæ & ſepti transverſi, ductusque thoracici habet.

In *Atlantica ſ. Manheim* Upſal. 1675. 1689. 1698. de diuturna vita veterum ſeptentrionalium hominum aliqua profert.

§. CCCCXVI.

(l) p. 35.
(m) J. v. HORNE *Epiſt.* cum *inſid.* RUDBEK. edita p 148. 149. & in *microcoſmo*.
(n) *Entretiens* p. 51. 52.
(o) Conf. BOGDANI *inſidias*.

§. CCCCXVI. *Petrus* BORELL. *Isaac* CATTIER. *Alii.*

Prior medicus Castrensis, minime indiligens vir, qui in variis partibus artis medicæ laboravit, etsi non satis diffidens aut credere difficilis.

Historiarum & observationum medico physicarum Centuriæ IV. prodierunt Castris 1653. 12. Paris. 1656. 8. Francof. & Lips. 1670. 8. 1676. 8.*. Rariora utique quæsivit, & quæ admirationem moverent. Carnes noctu lucentes. Puella hirsuta. Cornu in facie. Sanguis albus: subita canities. Pueri nimium incrementum. Duæ in mamma papillæ, & tres mammæ. A clystere ebrietas. Septimestris partus notæ. Atretus & atreta. Bilis fervens. Tendo Achillis consumtus, ut nulla in artu impotentia superesset. Violarum in urina odor. Lacrumæ sanguineæ. Puer biceps. Testes tres, aut unus. Varietates suturarum. Scintillæ in interula. Ova monstrosa. Puer fratri adnatus, nævi, alia.

EJUSD. l. *de vero telescopii inventore ac Centuria observationum microscopicarum* Haag. 1655. 4.*. Aliqua habet de oculis aranearum, circuitu sanguinis in pediculo, animalculis scabiei, ovi germine, vermiculis nasi, squamis piscium, venis unguium. Brevia omnia & imperfecta.

In *Antiquités de la ville de Castres* jam monuit, gemmam Callaidem sive *Turquoise* esse ossa petrefacta (*p*).

Isaacus CATTIER, Medicus Regius, *observationes* suas cum BORELLO communicavit, cum quibus in omnibus editionibus a nobis indicatis excusæ sunt. Meliores sunt; pathologici & chirurgici potissimum argumenti. Hic reperitur MENTELII de sicario historia, in quo omnia viscera ad alterum latus transposita fuerunt. Vasorum lacteorum & ductus thoracici varietates. Partus aliqui monstrosi. Valvula EUSTACHII, nam manifestum est, de ea dici.

IDEM in *description de la Macreuse* Paris 1651. 8.* cum piscibus eam avem non debere numerari, recte ostendit.

Wilhelmus WORM OLAI fil. varias *epistolas anatomicas* ad BARTHOLINUM dedit. Exceptum RUDBEKIANÆ Diss. ad patronum misit anno 1653. Nov. 3. in Epist. 34. C. II. Receptaculum chyli a RUDBEKIO primum inventum dixit Ep. 36. Orationem in BARTHOLINI mortem edidit Hafniæ 1680. 4.*.

§. CCCCXVII. *Fr. Maria* FLORENTINUS,

Nobilis Lucensis. Ejus est *de genuino puerorum lacte mamillarum usu & in viro lactifero structura cum nova assertione disquisitio* Lucæ 1653. 8.*. Melioris notæ libellus. Plurima habet nova & peculiaria: lac in puerulis, lac in viro: fabricam lacunæ s. areolæ albæ in viro, in femina, in muliere demum lactante, omnia ex proprio experimento. Vesiculas lactiferas MORGAGNI, ductus papillares, corpus glandulosum mammæ, vasa lymphatica axillaria habet.

(p) ASTRUC *mal. des femmes* I. p. 183.

§. CCCCXVIII. *Michael* Lyser.

Lipſienſis, Bartholini inciſor induſtrius, in lymphaticis vaſis inveniendis ſocius, hactenus æmulus, ut de eo, a morte viri, Bartholinus conquereretur (*q*), & Rudbeckius æmulo ſuo objecerit, nihil eum absque inciſore Lysero inveniſſe. Veteres paſſim adminiſtrationes ſuas docuerant, dum partes corporis humani deſcribebant: primus Lyserus proprio opere artem tradidit, qua quæque particula corporis humani ad demonſtrationem præparetur. Nihil exſpectes plenum, nondum inventa vaſorum repletione artificioſa, neque ſatis cognita macerationis, aut liquorum vel ſolventium vel conſervantium, poteſtate. Quare Lyserus fere in ſceletis parandis, in oſſibus mundandis, inque muſculis ſubſtitit. Inſtrumenta etiam non nulla invenit. Eum Bartholinus in difficilioribus adjuvit. Ejus *culter anatomicus* prodiit Hafniæ 1653. 8.*. Paſſim dum adminiſtrationem tradit, fabricam tetigit, ut in valvula coli, quam liquorem ſuſtinere animadvertit, in cerebri adminiſtratione, in carpi oſſiculis, quibus nomina impoſuit. Novæ editioni Hafnienſi anni 1665. 8.*. Bartholinus adjecit *obſervationes medicas* Lyseri & aliorum. Inter eas eſt Lyseri de lacte in duabus mammis diverſo. Tertia editio eſt Hafnienſis 1679. 8.* quæ etiam Francofurtenſis dici poteſt, cui C. Bartholini libellus acceſſit. Quarta eſt in collectione Bonneti Genev. 1685. fol. Alias hic *culter* Ultrajecti 1706. 12. & Leidæ recuſus eſt anno 1726. 8. Haen. 1731. 8. Germanice verſus a J. Timmio & Bremæ editus anno 1735. 8.* Anglice non bene reddidit *Georg.* Thomson, & Londini edidit anno 1740. 8.*

Inter epiſtolas Bartholini aliquæ ſunt Lyseri, Patavii datæ anno 1652. ut n. 25. c. II. aut anno 1653. ut ep. 33. demum anno 1656. ut c. II. n. 23. Serum ſanguinis ad ignem in gelatinam concreſcere noſter ex primis animadvertit; Marchetto juniori lacteum thoracicum ductum & vaſa lymphatica demonſtravit, obnixe refraganti.

Etiam Diſſertatio *de auditu* Lipſiæ 1653. 4.* & Diſp. *de ſpiritibus influentibus* anno 1656. 4.* proſtat. Nihil in iis reperio, exercitato inciſore dignum.

§. CCCCXIX. *Joh.* Wallis,

Illuſtris Mathematicus. Ejus *Grammatica linguæ Anglicanæ cum tractatu de loquela ſ. ſonorum formatione*, primum Oxonii prodiit 1653. 12.* deinde 1664. 8.* 1674. 8.* hæc multum aucta, & Leidæ 1727. 8.* cum Ammanno, Hamburgi 1672. 8. Heist. & inter *opera omnia* Wallisii. In poſteriori libello literarum formationem & comparationem huc revoces. Verum lingua Anglica nimis diverſam habet a ſcriptis literis pronuntiationem, ut ne puræ quidem vocales puris literis exprimi poſſint, ſed i per ee, u per oo ſcribere ſit neceſſe. Quare noſter neque valorem literarum aliarum linguarum liquide exprimere potuit. Nuper Londini 1765. prodiit eadem *Grammatica linguæ Anglicanæ*, *cui præfigitur de loquela*

(q) In *præf.*

quela s. sonorum omnium loquelarium formatione tractatus grammatico physicus Ed. VI. Accedit epistola ad *Th.* BEVERLEY *de mutis & surdis informandis*.

Ej. WALLISII *ad* R. BOYLE *de modo docendi surdos & mutos data* anno 1662. recusa est in *Eph. Nat. Cur. Dec.* I. *ann.* I. & in *Phil. Transf.* n. 61. Utique surdum natum loqui docuit.

In *Phil. Transf.* n. 178. exemplum narrat stupendæ memoriæ, & difficilium calculorum in tenebris perfectorum, & artem qua ad eos calculos ponendos usus est in n. 245.

In n. 269. contendit, duabus epistolis, hominem esse animal herbivorum, neque enim dentes aut cæcum intestinum habere carnivororum.

N. 276. de ossibus giganteis agit, passim repertis.

Litem cum *Wilhelmo* HOLDER aluit. Docuerat iste POPHAMUM loqui, qui surdus erat natus: cum vero idem eorum esset oblitus, quæ didicerat, post triennium se WALLISIO tradidit docendum, bono cum successu. Motus eo eventu HOLDERUS libellum scripsit, ad quem noster respondit Lond. 1679. *A defense of the R. Society and chiefly of the Philosophical Transactions July* 1670.

§. CCCCXX. *Varii.*

Johannes VIGIER, Castrensis, anno 1653. obiit. Ejus *opera* filius, pariter medicus, edidit Haag. 1659. 4.*. Cum aliis opusculis continetur uno volumine *Enchiridion anatomicum*. Prodiit etiam Gallice *le manuel anatomique* Lyon 1658. Totius artis compendium, in quo nihil peculiare reperi. SCHULZIUS PAREUM exscripsisse monet.

Alius est nuperus chirurgus ejus nominis.

HERMAN *van der* HEYDE, Medici Gandavensis, *synopsis discursuum latinitate decreta* Londin. 1653. 12.*. Aliqua huc faciunt. Tendines obtuse sentire non ignoravit.

Richardi SANDERS *physiognomy, chiromancy, art of memory* London 1653. B. BODLEYANA. 1671. WHITE.

Johannis BARILII *physiologia humana & pathologia per tabulas synopticas ex* HIPP. & GALENI *genio* Cadomi 1653. HOTTON.

Jean CHARPENTIER *refutation de la doctrine nouvelle des humeurs par J. B. de* HELMONT Sedan. 1653. 8. *le* TELLIER.

Th. LANGELOT *epistola de lacteis thoracicis ad* BARTHOLINUM n. 43. *Cent.* II.

August HAUPTMAN *de bile ejusque usu* Lipsiæ 1653. 4. Vermium copia, Vesicula fellis inanis & ejus loco calculi. Icterus. Vesicula fellis plenissima, sed exitus viscida materiem obstructus, ut ne gutta exiret.

Mart. Clemens COLER *de calido innato* Witteberg. 1653. 4. HEFT.

J. Alberti SEBIZ MELCHIORIS f. Professoris Argentoratensis, *Problemata de variis corporis humani partibus in genere consideratis theses miscellaneæ* Argentorati 1653. 4.* alii 1663.

Ej. *de liene* 1655. 4.*.

Ej. *de ventriculo* ibid. 1660. 4.*.

Ej. *Problemata quædam anatomica* 1662. 4. Pl.

Ej *de inedia* 1664. *.

Ej. *Problemata quædam anatomica* ibid. 1665. *.

Daniel Arbinet & *J. Edm.* Chartier *Ergo cor magnum parvo præstantius* Parif. 1653.

Barthol. Baralis & *Nic. le* Letier *Ergo calor nativus elementaris* Parifiis 1653.

§. CCCCXXI. *Francifcus* Glisson,

Profeffor Cantabrigienfis, vir profundæ meditationis, multiplici præter anatomicam cognitionem laude confpicuus, non quidem ampla diffecandorum cadaverum opportunitate inftructus, ea, quæ ei fupererat, follicite ufus eft, ut tamen in hypothefes pronus effet. Ejus *anatomia hepatis cui ad calcem operis fubjiciuntur nonnulla de lymphæ ductibus nuper repertis* Londini prodiit 1654. 8.* fæpe recufa, Haag. 1681. 12.* & in magna collectione Mangeti. De hepatis tribus ligamentis, pondere, veficula fellis ejusque peculiaribus ductibus, quos absque ullo dubii figno defcribit: de anulo fibrofo veficulæ, ubi non bene valvulas cyftici meatus rejicit: de motu bilis, vere & utiliter. Sinus venæ portarum (qui eft ramus ejus venæ finifter). Vagina, quæ a Glissonio nomen habet. Vafa lymphatica hic, ut alii Angli, Jolivio tribuit inventa, ignoto inter incifores nomini (r). Nullas effe venæ cavæ cum vena portarum anaftomofes (magnas nempe & confpicuas). Contra vim fanguificam hepatis. Ductus ex hepate in veficulam. Hepar non effe venarum originem. Venam Portarum arteriis adfinem effe & bilem fecernere. Succum nutritium per nervos ferri, quem fuccum glandulæ mefentericæ præparent, nervisque fubminiftrent, tum aliæ aliquæ conglobati generis. Injectionibus ufus eft, fuumque tubulum depictum dedit.

Ejusd. *de ventriculo & inteftinis & partibus continentibus abdominis* Londin. 1677. 4.* Amftelodami 1677. 12.*. Senile opus plus habet ratiocinii, anatomes minus. Neque tamen eo minus eximia plurima continet, phyfiologica & anatomica. Fibræ naturam omnium primus contemplatus eft. De irritabilitate nemo ante Glissonium rectius cogitavit, quam equidem paulo liberalius fere omnibus corporis humani partibus tribuit, etiam fluidis. Motum cordis primus ab irritatione derivavit; gradus irritabilitatis definivit; nimiam fecit, & nimis parvam, aque fenfu diftinxit, ipfum demum nomen excogitavit. Omnia vafa effe fectione circulari. De motu periftaltico fufe & bene, deque vario ejus ductu. Mufculorum abdominis vis in convertendo corporis trunco. Celebre experimentum, quo confecit, dum agit mufculus, una eum intumefcere. Palatum mobile ab uvula poft Fallopius pene primus feparavit. Anatome

(r) Etiam Plot *Oxfordshire* p. 301.

tome ventriculi, intestinorum, omenti. Pinguedinem in cellulas deponi. Panniculum carnosum refutavit. Hominis cutem ex natura sua pilos producere. Fusissime de coctione ciborum, de fermentatione.

In Lib. *de natura substantiæ energetica s. de vita naturæ* Londin. 1672. 4.* causam motus in ipso corpore habitare defendit, non ut in animalibus solis subsistat.

Vitæ compendium reperias apud BIRCH. *hist. of the Roy. Society* III. p. 376.

§. CCCCXXII. *Georgius* SEGER,

Thoruniensis, T. BARTHOLINI discipulus, & adsecla. EJUS *triumphus cordis post captam de hepatis clade duce* BARTHOLINO *victoriam*, Hafniæ 1654. & Basil. 1664. 4. Ad controversias de corde & hepate: loca auctorum colligit.

EJ. *de usu communium corporis humani integumentorum* Hafn. 1654. 4. L. PRÆTORIUS facit 1656.

EJ. *de quidditate & materie lymphæ* BARTHOLINIANÆ. *Accedunt de ea lympha doctorum virorum epistolæ* Hafniæ 1658. 4.* LINDEN facit 1655. Lympham generari ex spiritibus animalibus. Accesserunt *epistolæ aliquæ* J. D. HORSTII, M. KIRSTENII, aliorum.

EJ. Diss. de HIPPOCRATIS *orthodoxia in doctrina de nutritione fetus humani in utero. Acc. binæ disputationes, altera de* DEMOCRITI *heterodoxia in doctrina fetus in utero: altera de cotyledonibus uteri* Basil. 1660. 4.*. Scopus est ostendere, HIPPOCRATEM in suis operibus, inter quæ noster etiam spuria admittit, sibi non contradicere, sed fetum docere nutriri, & sanguine per placentam & funiculum umbilicalem, & lacte per umbilicum, per vasa lactea propria ad placentam veniente, & demum eodem lacte de chorio in amnion stillante, hinc per os recepto. Conjecturam etiam habet, tubulos dari, qui ex placenta in chorion patuli hient, per quos chylus in chorion descendat, inde in amnion percoletur.

In *altera Dissertatione* ostendit contra DEMOCRITUM, uterum papillas non habere, fetum adeo non sugere, si verum sensum vocis sequaris. In *ultima* cotyledonum vocem explicat per ostia venarum & arteriarum sanguinem menstruum in uteri cavum effundentium. Hæc disputatio, quam LINDENIUS conjungit, vere seorsim prodiit, respondente *Casone* GRAMM. Sic & altera Disputatio de DEMOCRITI heterodoxia.

EJUSD. de HIPPOCRATIS lib. *de καρδιης ortu legitimo* Basil. 1661. 4.* & 1678. 4 PRÆTOR. Pro eo libello non bene pugnat.

EJ. *Triumphus & querimonia cordis repetitus* Basil. 1661. 4.*.

EJ. *Progr. ad dissectionem cadaveris* 1676. PRÆTOR.

EJ. *Disputatio de lacte* 1678. 4. PRÆTOR.

In *epistolis* BARTHOLINI variæ sunt SEGERI, ut *Cent.* II. *Epist.* 79. qua cranium leporinum cornutum descripsit.

In *Epist.* 86. ALDROVANDI anatomen cranii psittaci confirmat, & de martis anatome agit.

In *Epist.* 67. *Cent.* III. de monstro dicit, & de vestigiis vasorum lymphaticorum apud HIPPOCRATEM obviis.

In E. N. C. *Dec.* I. *ann.* I. de serpentum anatome, eorum exclusione, vernatione.

Ann. II. n. 57. Anatome talpæ. Habet fellis vesiculam & oculos.

Obs. 58. Echini anatome utriusque sexus.

Obs. 94. Vitulus biceps, absque anatome.

Ann. III. *Obs.* 93. anatome leporis: foramen vulvam maris referens.

Obs. 94. secundæ leporis.

Obs. 163. vir 117. annorum superstes.

Obs. 164. vagitus uterinus.

Obs. 188. ova duplici vitello.

Obs. 195. lutræ anatome & penis ossiculum.

Ann. IV. n. 144. Princeps 340. l. lapidem elevans & projiciens.

Obs. 145. pisces audire.

Ann. VI. VII. *Obs.* 128. capra moschata cum dentibus exsertis.

Obs. 130. hortulani Suecici historiam admittit & explicat.

Ann. VIII. *Obs.* 33. de prolapsu cartilaginis mucronatæ in embryone.

Ann. IX. X. *Obs.* 96. femina hirsuta & barbata.

Obs. 97. agna biceps.

Obs. 98. anatome phocæ feminæ, & sacci in principio duarum arteriarum.

Obs. 99. lacrumæ sanguineæ.

§. CCCCXXIII. *Martinus* BOGDAN.

Driesa ex Nova Marchia oriundus, inde civis & poliater Bernensis, cujus gens hactenus superest, perinde ut SEGERUS ex acerrimis gloriæ BARTHOLINIANÆ adsertoribus fuit.

EJUS *insidiæ structæ* BARTHOLINI *vasis lymphaticis ab Olao* RUDBECKIO *Sueco in suis ductibus hepaticis & detectæ a* M. BOGDANO Francof. vel Hafniæ prodierunt 1654. 4.*. Asperum scriptum sed disertum, ut olim RUDBECKIUS conquestus sit, BARTHOLINI (s) se manum adgnoscere. Lis est de tempore, quo Danus

(s) Negat BARTHOLINUS in præf. ad apologiam.

Danus (*t*) Suecusve nova vasa detexerint. Hic fatetur quidem BOGDANUS, BARTHOLINUM præsente *Petro* BOURDELOT vasa lymphatica Decembri M. 1651. adhuc pro lacteis habuisse, excoluisse vero addit anno 1652. & edidisse Kal. Maj. 1653.

Cum RUDBECKIUS in suis *insidiis* BARTHOLINIANIS respondisset, quas citavi, regessit BOGDANUS iterum *Apologiam pro vasis lymphaticis* T. BARTHOLINI *a* M. BOGDANO *contra insidias secundo scriptas ab Olao* RUDBECK Hafniæ 1654. 12.*. Literate, sed acerbe noster respondet, ut grammatici non sit dissimilis, inter quos a RUDBECKIO relegatus fuerat. In eo malam causam tuetur, quod RUDBECKIUM plagii insimulet, absonam accusationem molitus, cum RUDBECKIUS tanto uberiorem lymphaticorum vasorum historiam dederit, quam quidem BARTHOLINUS.

EJUSD. *Observationes anatomicæ ad* T. BARTHOLINUM *cum* LYSERI *cultro* Hafniæ 1665. 8.* & 1679. 8.* editæ, lienem continent loco motum, reliqua pathologica, datæ sunt anno 1663.

Inter *epistolas* BARTHOLINI 62. *Cent.* II. tradit agitata cum HARVEJO aliqua de lacteorum vasorum natura.

In *Ep.* 47. de valvula agit, quam *Car. le* NOBLE invenerit in vena coronaria, & quam pridem EUSTACHIUS viderat.

In *thesibus medicis inauguralibus miscellaneis* Basil. 1649. aliqua sunt anatomica.

§. CCCCXXIV. *Varii.*

J. Alcidii MUNIER, Genuensis, *de venis tam lacteis thoracicis quam lymphaticis novissime repertis sylloge anatomica* Genuæ 1654. 8.*. Libelli sunt PECQUETI, & T. BARTHOLINI vasa lactea thoracica & lymphatica, tum prolusio MUNIERI, & auctariolum, in quo LICETI, RIOLANI, aliorum de vasis lacteis judicium continetur, denique testimonium, utraque vasa Patavii ab *Antonio* MOLINETTO fuisse ostensa.

Cum PECQUETI editione anni 1654. prodiit *Sebastiani* ALETHOPHILI ad PECQUETUM *venarum lactearum thoracicarum inventorem epistola*, mere gratulatoria.

Tum *Hygini Thalassii* SANGERMANI, quo nomine A. AUZOUT latere creditur, *Brevis destructio s. litura responsionis* RIOLANI ad experimenta nova anatomica. In cavillos iracundi senis, quibus rem gestam male conabatur reddere irritam.

Siboldus HEMSTERHUYS Leidæ 1654. 12.* primum opusculum, deinde Heidelbergæ 1659. 8.* edidit J. PECQUETI libellos, *Th.* BARTHOLINI de lacteis thoracicis: de iisdem dubia vasa lymphatica ex animalibus, & RUDBECKII quæ diximus, ductus

(t) Fatetur in præfat. BARTHOLINUS.

ductus hepatis aquosos, observationes anatomicas, denique epistolas AUZOUTI & MENTELII.

In collectione opusculorum SEVERINI, JASOLINI & CABROLII, quæ prodiit Hanau 1654. 4.* continetur *Johannis* TRULLII, Chirurgi Romani, epistola ad SEVERINUM, qua nonnullarum venarum historia traditur, quæ in brachio secari solent.

IDEM circuitum sanguinis nuper inventum primus in urbe defendit (*u*).

Georgii CORTACII *trutina medica* Patav. 1654. 4. si huc facit.

Joseph SCHMIDT *Spiegel der Anatomie* Frankfurt 1654. 12. LEHM.

Sigismundi Ruperti SULZBERGER *de pilis* Lipsiæ 1654. 4.

EJ. *de singultu* Lips. 1655. 4.*.

EJ. *de dignitate & præstantia anatomes* ibid. 1663. 4.

EJ. *de rore microcosmi* ibid. 1665. 4.*.

Val. FRIDERICI *de sapore* Lips. 1654. 4.

Christ. LOESNIZER *cor humanum* Lips. 1654. 4.

Mart. Friderici FRIES *de dentibus* Lipsiæ 1654. 4.*.

Andreæ PROBST *de phantasia ejusque per melancholiam affectione* Berolin. 1654. 12. LIND.

Jacobi ISRAEL *de liene: acc. vasorum lymphaticorum nuper inventorum observatio* Heidelberg. 1654. 4. BOEHM.

J. de GORRIS & *Nic.* LIENARD *Ergo animi mores sequuntur corporis temperamenta* Paris. 1654.

Car. BOUVARD & *Car. de* FLADES *Ergo partium δυσπαθεια fortior ευπαθεια* Paris. 1654.

J. MERLET & *Franc.* BOUTONNIER *Ergo sternutatio est actio naturalis* Parisiis 1654.

§. CCCCXXV. *J. Theodorus* SCHENK,

Professor Jenensis, vir eruditus, græcissans, ROLFINKII imitator, neque tamen anatomicis studiis innutritus.

EJ. & *Christoph* LIPSTORP *de oculo* Jen. 1654. 4.

EJ. *de situ sanguinis historia* Jen. 1655. 4.*. Collectitia ut fere reliqua hujus scriptoris. Rediit 1663. 4. LIND. 1671. 4.* cum Disp. de natura lactis.

EJ. *Programma quo anatomen a difficili & pulchro commendat* Jen. 1656. 4.*.

EJ. *Exercitationum anatomicarum* I. *anatomiæ natura, utilitate, præstantia, tractandique methodo* Jen. 1657. 4.*.

EJ. *Programma, quo anatomen localem a calumniis defendit* Jen. 1657. 4.*.

EJ.

(u) SINIBALD *geneanthrop.* p. 523.

Ej. *Exercitationum anatomicarum* Ex. *secunda de partibus similaribus in genere* Jen. 1657. 4.*.

Ej. *de tribus coctionibus corporis humani* Jen. 1658. 4.*.

Ej. *de partibus generationi inservientibus masculis* Jen. 1662. 4. Pl.

Ej. *Exercitationes anatomicæ ad usum medicum accommodatæ* Jen. 1662. 4.* sunt disputationes novem collectæ, ad anatomes historiam.

Ej. *Humorum corporis humani historia generalis* Jen. 1663. 4.*. Pariter collectanea, potissimum ex veteribus. Eadem fuerit *Isagoge historica eaque generalis de vera natura humorum totius generis humani* Francof. 1684. 4. Burckh.

Ej. *Schola partium humani corporis* Jen. 1664. 4.*. Iterum undecim disputationes conjunctæ. Compendium anatomicum collectitium, ut ipsum motum peristalticum nunquam viderit, & ex Harvejo citet, hymenem confidenter rejiciat. Aliqua tamen de ductu thoracico propria habet.

Ej. *de conceptione disputatio* ib. 1664. 4.*. Situs fetus in utero.

Ej. *de singultu* ib. 1667. 4.*.

Ej. *Synopsis institutionum medicinæ disputatoriæ prolegomena Physiologiæ & pathologiæ* ib. 1668. 4.

Ej. *de tinnitu aurium* ib. 1669. 4.*.

Ej. *de bulimo* ib. 1669. 4. Riv.

Ej. *de conceptione* ib. 1670. 4. Pl.

Ej. *de poris corporis humani* ib. 1670. 4. Vat.

Ej. *de diaphragmatis natura & morbis* ib. 1671. 4.*.

Ej. *Medicinæ generalis novantiquæ Synopsis* ib. 1671. 4. Lind.

Epistolæ sunt inter Bartholinianas *Cent.* IV. n. 64. & 73. misti argumenti.

§. CCCCXXVI. *J. Sigismund* Elsholz. M. Heiland,

Elsholzii Brandenburgici, Medici Electoralis, tunc juvenis, *Anthropometria, cui acc. doctrina nævorum* Patav. 1654. 4.* Francof. ad Viadr. 1663. 8.* multo auctius. Doctus libellus, in partium corporis humani externarum nominibus, neque absque propria in mensuris industria natus. Comparationem duorum sexuum omittit, & variis proportionibus ad præsagiendos mores utitur. De pygmæis, de gigantibus. Multa ex Durero. Germanice prodiit *Meßkunst des menschlichen Körpers &c.* Una excusa Cardani est *metoposcopia & de* Rubris *Physiognomia* Nürnb. 1695. 8.

Ejusd. *Clysmatica nova s. ratio qua in venam sectam medicamenta immitti possint, ut eodem modo operentur, ac si ore admissa fuissent, addita inaudita omnibus seculis sanguinis transfusione* 1665. 8. Colon. Brandenburg. (Berolini) 1667. 8.* & cum *Collegio Anatomico* Severini *& aliorum* Francofurti 1668. 4.*. Non inutile opusculum. Infusi in venas humanas medicamenti ipse

 expe-

experimentum fecit: & in canibus ſæpius: refert etiam experimenta Gedani facta, & ſecum communicata, & compendium eorum, quæ alibi in eam rem capta fuerunt.

Ej. *de conceptione tubaria* VASSALII, *qua humani fetus extra uteri cavitatem in tubis quandoque concipiuntur, itemque puella monſtroſa caudata, vulva ab ano non diſtincta & hernia umbilicali nuper Berolini nata.* In E. N. C. *Dec.* I. *ann.* IV. V. app.

Ej. *Ann.* VI. VII. ovum prægnans, *obſ.* 80.

Obſ. 160. de reſtitutione humorum oculi. Eam ſponte fieri expertus eſt, & veſtigia apud veteres reperit.

Obſ. 196. Obſervatio RUYSCHIANA.

Obſ. 197. Tubæ FALLOPIANÆ deſcriptio, & ovarii corporisque lutei cavi cum proprio ductu.

Obſ. 198. De gemellorum origine ex ovis in una cellula duobus.

Obſ. 215. in corde principis odor medicamentorum fragrans.

Ann. VIII. *obſ.* 18. de hirundinum oculis reſtitutis.

Obſ. 19. 20. de phoſphoro multiplici.

Ann. IX. X. *obſ.* 85. pila plumbea per penem.

Michael HEYLAND, Profeſſoris Gieſſenſis, *monſtri Haſſiaci diſquiſitio medica Gieſſæ absque anno*, annum 1654. puto verum eſſe 4.* annum 1664. 4. LIND. & 1677. 8. RIV. Fetus videtur ex duobus diſtinctis fetubus conponi, ſolo capite confuſis. Anatome ipſa ſollicita & accurata.

EJUSD. *de phantaſia* Gieſſ. 1664. 4. HEFT.

EJUSD. Diſp. *de principiis corporis humani materialibus* Lipſ. 1655. 4.

EJUSD. *de generationis humanæ principiis materialibus* Lipſ. 1655. 4 *.

EJUSD. *de tuſſi* Gieſſæ 1677. 4. RIV.

§. CCCCXXVII. *H. v.* MOINICHEN.

Henrici v. MOINICHEN egregii BARTHOLINI diſcipuli, pluſculæ anatomici argumenti *epiſtolæ* ſunt in *Centuriis* præceptoris.

EJUS *obſervationes medico chirurgicæ* 24. cum M. LYSERI editionibus poſterioribus prodierunt, in quibus ſunt oſſa fetus de abdomine extracta, atreta, acus deglutita ex crure erumpens. Eæ cum adnotationibus *Joſ.* LANZONI Dreſdæ recuſæ ſunt 1691. 12. VAT. In *Epiſt.* BARTHOL. *Cent.* II. n. 56. Patavina nova præceptori indicat, ut *Ant.* MOLINETTI ſententiam de circulatione ſanguinis, quam admittebat. Vidit apud eum anaſtomoſin vaſorum epigaſtricorum cum mammariis. IDEM oſſa pubis diſcedere docuit. MOINICHENIUS ductum thoracicum oſtendit, & aliqua vaſa lymphatica cum receptaculo. In *Cent.* II. n. 60. de

de *Dom. de* MARCHETTIS oſtenſionibus agit, thoracici ductus: & de continuitate arteriarum cum venis per experimenta demonſtrata. In *Epiſt.* 70. alia narrat, Patavii ſibi oſtenſa: & de ductu pancreatico duplici, quem MOLINETTO ipſe demonſtravit. In *Epiſt.* 87. de inciſa Patavii femina gravida, vaſis ſplenicis in gyrum convolutis, ſepto cordis perforato ex MOLINETTI oſtenſione. In *Ep.* 97. aorta ſquamis oſſeis varia.

§. CCCCXXVIII. *Ludovicus de* BILS,

Vel BILSIUS, Dominus in Coppendam, Prætor oppidi Ardenburg, miro quodam amore anatomes incitatus, primum ſceletos nonnullas, & oſſicula auditus Leidenſi theatro donavit, deque iis ſcriptum edidit *Anatomiſch vertoon van het gehoor* Brughe 1655. 4.* latine recuſum cum iconibus non optimis. Laudat tamen *J. v.* HORNE, quod BILSIUS novo inſtituto organum auditus per ſuturas in quatuor partes diſſolverit.

Eodem anno prodiit *Vertrog van eenigen anatomiſche ſtucken door Sr. L. de* BILS Amſterdam 1655. 4.* quo dona ſua recenſuit.

Inde varia artificia anatomica cepit publicare: anatomen incruentam (*x*), & novam artem condiendorum balſamo corporum, ut incorrupta manerent. Ejusmodi cadavera, ſed immenſo pretio, ut 25. florenos pro inſpiciendis quatuor ſpeciminibus poſceret, pro tota arte & ſüis theſauris vero 120000. flor. exegerit, in Exemplare fuſioris codicilli anno 1656. ſignato, & ſæpe edito ut Roterd. 1661. 4.* a ZASIO. Belgice *kopye van zekere ampele acten van L. de B. rakende de wetenſkap van oprechte anatomie des menſchelyken lighams* Roterdam 1654. 4. GUNZ. Germanice *Copie einer weitläufigern Notification, betreffend die wahre Anatomie des menſchlichen Leibes* 1659. 4. BOEHMER. Anglice *treat. touching the ſkill of a better way of anatomy* Lond. 1659. 8. & *The hopes of a large art &c.* London 1659. 8. Tum in *berigt aan de liefhebbers der Anatomie* Roterdam 1659. 4. Neque hæc artificia viri *Johanni v.* HORNE diſplicuerunt, qui BILSII anatomicum theſaurum ſuppellectile argentea redimere voluerit (*y*). Flexilia enim membra manebant, & apta diſſectionibus (*z*).

Multæ inde lites ortæ ſunt, & *Ludovicus de* BILS aſperam *epiſtolam ad T.* BARTHOLINUM parum ſibi faventem Roterodami 1661. 4.* edidit. Eam BORRICHIUS *Laurentio* JORDANO tribuit (*a*).

Deprædicavit laudes BILSII *Antonius* DEUSING in *appendice de admiranda anatome nob.* BILSII Groningæ edita & Roterdami 1661. 4.* recuſa.

Huc puto pertinere *L. de* BILS *waarachtig vertoog der handelinge van de Anatomie* Roterdam 1668. 8. HEISTER.

(x) *Tob.* ANDREA p. 85.
(y) *Waarſchouwing.* p. 31.
(z) *Tob.* ANDREA l. c.
(a) *Ep.* ad BARTHOLIN. 91. *Cent.* III.

Denique cum multum litigatum fuiſſet de his mumiis, Lovanienſes non modico 22000. florenorum pretio earum aliquas emerunt, arcanasque artes BILSIUS GUTSCHOVIO aperuit. Ita adparet ex *reſponſione ad epiſtolam Tob.* ANDREÆ, *qua oſtenditur verus uſus vaſorum hactenus pro lymphaticis habitorum, & hiſtoria memorabilis, quæ auctori occaſione balſamationis potiſſimum Lovanii evenerunt* Roterod. 1669. 4.* Marpurg. 1678. 4. TREW. Non balſamo, ſed ſalino liquore utebatur, & ex putridorum cadaverum vapore phthiſicus periit (*b*), ipſæ mumiæ brevi tempore computruerunt (*c*), totaque res in fabulam evanuit. Incruenta anatome aut injectis vinculis (*d*), aut conpulſo in venas liquori congulanti adſcripta eſt (*e*). Salem mirabilem, quæ ſuſpicio erat HEUCHERI (*f*), negat CARTHEUSERUS ad eum finem valere (*g*).

Sed aliæ lites BILSII propius ad anatomen ſpectant. Edidit nempe Roterodami 1659. 4.* & 1661. 4.* & alias *Epiſtolicam diſſertationem, qua verus hepatis circa chylum & pariter ductus chyliferi hactenus dicti uſus docetur.* Vaſa lymphatica ex anulo quodam imi colli, qui inſula eſt ductus thoracici, ad omnes partes humani corporis ſuccum ſuum vehere docet, ex quo reliqui totius corporis humores ſeparentur. Chylum in venas meſentericas ſorberi, quæ vinctæ cinereum ſanguinem ex vulnere emittant. Belgice prodiit *waaragtig gebruyk der tot noch too gemeende gyl buys beneffens de verryzenis der lever* Roterd. 1658. 4.

Deinde cum in BILSIUM *J. v.* HORNE & P. BARBETTE ſcripſiſſent, reſponſum eſt BILSII nomine *kort berigt van de waarſchouwinge van* J. HORNE *en op de aanmerkingen van Paul* BARBETTE Roterdam 1660. 4.* cum icone gyri ſui ex cane depicti, oppoſita ductui chylifero HORNIANO, additis teſtimoniis Roterodamenſium. Latine vertit G. BUENIUS Roterod. 1661. 4.*. Inanes lites.

Contra hanc hæreſin univerſa pene cohors anatomica inſurrexit; BARTHOLINI ſchola, *J. v.* HORNE, *Paulus* BARBETTE, *J. Henricus* PAULI, denique *Fridericus* RUYSCHIUS. Donec victus experimentorum numero BILSIUS, alioquin latinæ linguæ imperitus, vadimonium provocatus bis deſeruerit (*h*), & ſententiam priorem moderari ſit coactus, ut fermentum quidem per medium tubulum vaſorum lymphaticorum reflueret, alimentum vero per muſcoſam, ut vocat, naturam duabus tunicis interceptam mearet, cui valvulæ nullum impedimentum obponant: Chyli etiam minor pars per medium tubulum ad gyrum veniat, major in tunicarum intervallum effundatur. Denique ſilentium inimicis ſolum oppoſuit. Vide eamdem *Epiſtolam reſponſoriam ad Tobiam* ANDREÆ Roterod. 1669. 4.* excuſam, quam diximus.

EJUSD.

(b) CLAUDER. *balſ.* p. 130.
(c) BORRICH. *hermet. med.* p. 210. & BILS. ad ANDR. p. 40.
(d) BORRICH. *Ep.* ad BARTHOLIN. 89. *Cent.* III.
(e) GRAAF *de uſu ſiphon.* p. 534.
(f) *Ars magna anat.* n. 45.
(g) *Pharmac.*
(h) Semel a *Petro* HOFWENIO provocatus HORNE *Waarſchouwing*; altera vice ab *Henrico v.* MOINICHEN, BARTHOLIN. *caſtig. ep. maledicæ.*

EJUSD. *Anatomische beschryvinghe van een waanschepzel* Middelb. 1659. 4.*. Puer biceps, bipes, cum aliqua anatome. Latine vertente BUENIO Roterodami 1661. 4.*.

Opera BILSII cum titulo *inventorum anatomicorum antiquinovorum cum Cl. virorum epistolis & testimoniis conjuncta* prodierunt Amstelodami 1682. 4.* interprete BUENIO, cum nonnullis aliorum, non magni momenti epistolis. Idem titulus est Noriberg. 1684. 4. Specimina anatomica audiebant in editione Roterodami 1661. 4.* sed deerant nuperiora.

§. CCCCXXIX. *Carolus le* NOBLE,

Rothomagensis. EJUS *observationes raræ & novæ de vasis lacteis mesentericis & thoracicis* Paris. 1655. 8. & Rothomag. 1655. 8.*. Ductus thoracicus & vasa lactea ex quatuor humanis cadaveribus depicta. Sed contendit minorem partem chyli per ductus PECQUETIANOS in subclavias venas ferri. In ductu thoracico limpidum humorem repertum esse. Cisternam citat visam GUIFFARTO. Per venam Portarum, vasa chylifera inflata fuisse. Adjecta est RIOLANI *Epistola.*

Deinde *appendix ad eam epistolam*, in qua recte monetur, plerumque in unicam, & sinistram, subclaviam venam ductum thoracicum chylum infundere.

Guilielmi de HENAUT, Rothomagensis, *clypeus, quo tela in* PECQUETI *cor a Cl. C. le* NOBLE *collega suo conjecta infringuntur & eluduntur*, Rothomagi 1655. 12. LIND.

Histoire de deux monstres, le premier d'un corps humain, l'autre d'une brute Paris 1655. 4. cum figg. D'ETR.

§. CCCCXXX. *Varii.*

Caroli FRACASSATI *oratio in funere* B. MASSARII 1655. 4. Egregium fuisse anatomicum.

Carolus M. MALPIGHII amicus fuit, Professor Bononiensis & Pisanus: dedit ad MARCELLUM *epistolas de lingua, & de cerebro* Bononiæ 1665. 12.* cum *Tetrade anatomicarum epistolarum* excusas, tum alias. Præcipua laus FRACASSATI est in experimentis infusoriis, quæ variis cum liquoribus instituit. Inventum sibi tribuit meatum, qui ducit in vesicam piscium aeream. WILLISII nuperum systema nervorum cerebelli a nervis cerebri officio suo differentium refutat.

Linguam describit vitulinam, & caninam. Papillas perforatas posteriores bovis dicit. Papillas linguæ in piscibus nullas esse. Figuræ diversæ salium, sales plantarum ex *Antonio* OLIVA. Eodem cum MALPIGHIO tempore scripsit, neque amicus amico sua inventa aperuerat.

In Bibliotheca MANGETI hæc redeunt.

Claudii QUILLET sive CALVIDII LÆTI *Callipædia s. de pulchræ prolis habendæ*

ratione Poema didacticum Leid. f. Parif. 1655. 4.* Leid. 1708. 8.* Parif. 1656. 8.* Gallice Paris 1709. 8. Latine & Gallice Parif. 1749. 12. NEAUME. Anglice Lond. 1718. 8. Auctor chirurgus, inde *Abbas*, minime malus poëta, coelebs, qui amaverat, Aftrologiæ deditus, nimium prurienti fubinde ufus eft calamo. L. I. cecinit de pulchritudine. L. II. de conceptu multa fabulofa profert, tum de graviditate agit & partu. L. IV. Virgines hortatur, ut dent fe bonis ftudiis. Multis LUDOVICUM XIV. monet, ne uxorem Italam ducat, non fatis nobilem. Editio pofterior Parifina mihi Lipfienfis videtur, & auctior eft.

Petri DIANÆ, Utinenfis, *Difputationes duæ* I. *de concoctione* II. *de femine* Utini 1655. 4.*. Semen muliebre defendit contra ARISTOTELEM, cæterum totus fcholafticus, & absque experimento. De lotio pallido phreniticorum.

Du MOULIN *Anatomie* Genev. 1655. 8. 2. partes. Catal. anonymus.

ROMPHILE *chiromantie naturelle, de la nature & des caufes des lignes de la main . . . de la divination & des jugemens que l'on tire avec les figures des mains* Paris 1655. 12. NEAUME.

Claudii BONNET *Epitome univerfam Dan.* SENNERTI *doctrinam fumma fide complectens &c. ab omni hæreticæ pravitatis fufpicione libera* Avenion. 1655. fol. LIND.

J. Baptifta GARZAROLI *epitome quæftiuncularum de coitu f. de opportunitate coitus* Utin. 1655. 4. PORTAL. Spiritum feminalem ftatuit.

Caroli de St. GERMAIN *traité des fauffes couches* Paris 1655. 12.

HIGRÆUS *van de medicyne en chirurgie* Amfterdam 1655. 4. RUFFORTH. ignotus mihi fcriptor.

Reformed commonwealth of Bees Lond. 1655. 4. OSB. *Reformed virginian filkworm* ibid. Forte ad phyfica magis fecerit.

T. STANLEY *hiftory of philofophy containing thofe on whom the attribute of wife was confered* Lond. 1655. & alias.

§. CCCCXXXI. *Varii.*

J. MICHAELIS & R. M. SULZBERGER *de fingultu* Lipf. 1655. 4. B. THOMAS.

EJ. *de fudore & fudoriferis* Lipf. 1661. 4. B. THOMAS.

Valentin MOELLENBROCCIUS *de ventriculo* Erfurt 1655. 4. HEFT.

De eodem Diff. II. ibid. 1656. 4. HEFT.

J. Andreæ SCHMITZII, Sufatenfis, *Objectiones adverfus differtationem de lacte Antonii* DEUSING II. Groning. 1655. 12. cum DEUSINGIO.

Andreæ RIVINI *de pollinctura f. balfamatione* Lipf. 1655. 4.*.

Henrici HILDERS *de generatione fpiritus animalis ejusque operationibus — & nonnullis capitis affectibus* Leid. 1655. 4. HEFT.

J. SIMON *de generatione* Witteberg. 1655. 4. VATER.

EJ. *de generatione æquivoca* Witteberg. 1659. 4. HEFT.

EJ. *Diversicolor ovium fœtus, opere* JACOBI *Patriarchæ productus* Witteb. 1668. 4. 1675. BURCKH.

Joh. HOMBORGII *Exercitatio physica* III. *de vita & morte* Helmstadii 1655. 4. HEFT.

EJ. *Exercitatio* V. *de visu* ib. 1655. 4. HEFT.

EJ. *Exercitatio* VI. *de auditu* ibid. 1655. 4. HEFT.

EJ. *Exercitatio* VII. *de odoratu* ibid. 1655. 4. HEFT.

Dionys. GUERIN & *Abr.* THEVART *Ergo melancholici brevioris vitæ* Parisiis 1655.

J. RIOLAN & *Nic.* MORIN *Ergo hepar sanguificationis opifex* Paris. 1655.

Nic. le LETIER & *Phil.* CHARTIER *Ergo imaginatio operatur* ad extra Paris. 1655.

Alani LAMY & *Aegidii le* BEL *Ergo tactus quam reliquorum sensuum voluptas major* Paris. 1655.

Dionys. ALLAIN & *Caroli* PATIN *Ergo nutricis subfuscæ lac salubrius* Paris. 1655.

§. CCCCXXXII. *Iterum Varii.*

Bartholomæi BAUSNER, Transsylvani, *de consensu partium corporis humani* L. III. Amstelodami 1656. 8.*. Theologus de medicina scripsit, partes singulas corporis humani percurrit, earumque usum dixit, & cum aliis nexum.

Christophori BENNET *theatrum tabidorum* Londin. 1656. 8.* & sæpe alias. Aliquæ exercitationes argumenti sunt physiologici, ut de subactione alimentorum; de saliva acida; de colore sanguinis, cum nonnullis experimentis.

Virorum eruditorum de circulatione sanguinis disceptationes, conjunctim prodierunt Leid. 1656. 4.*. R. DRAKE, J. PRIMIROSE, J. WALÆI & *Henrici* REGII, quæ diximus, opuscula.

Valentin Henric. VOGLER, Professor Helmstadiensis, *de chyli generatione & motu* Helmst. 1656. 4.*.

EJUSDEM *Institutionum physiologicarum* lib. *quo natura elementorum, mistionis ac temperamenti dilucidatur* ibid. 1661. 4. VAT.

EJUSD. *Physiologia historiæ passionis* J. CHRISTI ibid. 1673. 4. LIND.

Leonhardi SIMON *Gelodachrya*, i. e. *de naturali & præternaturali risu & fletu cæterisque humani intellectus proprietatibus, cum physiognomia* Messan. 1656. 4. MANGET.

BOSSE *representation de diverses figures humaines avec leurs mesures* Paris 1656. 12. *B. van der* AA.

Aegidii

Aegidii MARINII *de naturæ humanæ principiis s. de compositione hominis Poëma.* Parif. 1656. 12.

Joh. CHICOT *epistolæ & dissertationes medicæ de somno & vigilia &c. cum aliis pathologici argumenti* Parif. 1656. 4. LIND.

BERTRAND *Anatomie françoise en forme d'abrégé* Paris 1656. 8. OSB. An forte IDEM p. 325.

J. Christian KIESLING *de singultu* Argentorat. 1656. 4. HEFT.

Melchior ZEIDLER *de respiratione piscium* Jenæ 1656. 4.*.

H. BESEM *de partibus in ore contentis* Leid. 1656. 4.

Franc. de la CHAMBRE & P. CRESSE' *Ergo totus homo ex facie* Parif. 1656.

Fr. BOUTONNIER & *Petri le* LARGE *an quæ statim ex purgatione concipiunt, citius pariunt* Parif. 1656.

Germ. HUREAU & *Edm.* CHARTIER *Ergo manifesta in oculis arcana cordis* Parif. 1656.

J. de BOURGES & *Ant.* MORAND *Ergo aliqua pulmones inter & testes sympathia* Parif. 1656.

J. Christiani AGRICOLA *aliqua* de vasis lymphaticis habet inter epistolas BARTHOLINI T. I. *Cent.* II. & quemdam JOHN citat, qui septem annis ante BARTHOLINUM vasa lymphatica se vidisse adfirmaverit.

Petrus SCHUMACHER, celebris ille inde Comes *de* GREIFFENFELD, de puella hirsuta ad BARTHOLINUM retulit *ep.* 80.

Jacobus HOLST aliqua de lymphæ usu scripsit in *Ep.* 68. *Cent.* II. BARTHOLIN.

EJ. *de flammula cordis* Diff. Hafn. 1669. 8.* HIPPOCRATIS de eo igne sententia: de pinguedine, ejus ignis alimento: de sede ejus ignis in carne sinistri ventriculi posita.

§. CCCCXXXIII. *Thomas* WHARTON.

Primus anatomicorum, occasione prælectionum ei ex officio mandatarum, glandulas corporis humani ex ordine a capite ad calcem enarrandas suscepit. Appendicem habet glandulæ maxillaris. Earum glandularum externam faciem, pondus, ductus excretorios, succum secretum, alias conditiones recensuit: ut tamen fere ubique solis brutorum animalium corporibus uteretur. Ductum ad latera linguæ, veteribus notissimum, a nuperis per 130. annos neglectum suscitavit, eique nomen suum imposuit. Mesenterii duas laminas, & interpositam cellulosam telam dixit. Placentæ etiam, ovarii, testiumque historiam dedit. Ex nervis plerosque humores secerni docet, cum GLISSONIO, cujus auxilium laudat. EJUS *adenographia* prodiit Londini 1656. 8.*. Vesaliæ 1675. 12.* & recusa est in B. MANGET.

§. CCCCXXXIV.

§. CCCCXXXIV. *Johannes* RHODIUS,

Non quidem inciſor, cæterum & diligens librorum lector, & in adnotandis Profeſſorum Patavinorum inventis accuratus, aliqua edidit, quæ ad rem anatomicam faciunt. *Obſervationum medicinalium Cent.* III. Patavii prodierunt 1657. 8.* recuſæ cum P. BORELLO Francofurti 1676. 8.*. Breves ſunt adnotationes. Puer dentatus in lucem editus. Dentes ſera ætate aut primum conſpicui, aut renaſcentes. Ignis dentibus excuſſus. Ingens robur non dentium adeo quam muſculorum caput extendentium. Lac virgineum. Pulſus inordinati, nulli. Aſiti, etiam potu abſtinentes. Ruminans homo. Membrana inteſtini excreta. Urina per alvum egeſta: meſenterii pars, & veſicula fellea oſſea. Urinæ varietates, & hydrargyrus per urinam ejectus. Mulier barbata. Virgo in virum mutata ex *Pompeji* CAIMI auctoritate. Longa clitoris. Menſium varietates. Ovum ex muliere. Monſtrifici partus. In venis vermes. Sed nimis multa ex auditu, noſter repetit.

EJUSD. *Mantiſſa anatomica ad T.* BARTHOLINUM Hafn. 1661. 8.*. Adnotationes in theatro Patavino factas continet, varietates ſuturarum, muſculorum, venam dorſalem. Cartilagines coſtarum oſſeæ. Cor appendiculatum, a PLAZZONO dictum. Vena ſine pari ramos edens, quos ſolet vena intercoſtalis. Vena ſine pari nulla, ejusque loco duæ venæ intercoſtales ſuperiores. Ligamentum ſiniſtrum hepatis. Vena cava cæca, ut in noſtra adnotatione. Anaſtomoſis inter venam ſplenicam & renalem. Ductus pancreaticus duplex. Vaſa lactea anno 1634. a J. VESLINGIO oſtenſa. Ren unicus, ren acceſſorius. Varietates vaſorum. Lacunæ PLAZZONI. Numerus adnotationum eſt 60.

EJUSD. *Obſervationes poſteriores* in Act. Hafn. IV. n. 28. Aſitiæ. Puer absque femoribus, pleraque practica.

De Celſo RHODIANO, qui in ſua Bibliotheca ſit, aliquoties T. BARTHOLINUS. Ad CELSUM nempe RHODIUS varias lectiones, notulas & lexicon paraverat *Cent.* IV. *Epiſt.* 34. & 61.

In *Lexico* SCRIBONIANO aliqua huc faciunt, ut de mammoſo adolescente.

§. CCCCXXXV. *Franciſcus Mercurius van* HELMONT,

Filius J. BAPTISTÆ, etiam magis ſingularis (*i*) ſuo patre, vagam vitam amplexus, alchemiſta, & cabaliſta, diu Hanoveræ vixit, & BOERHAAVIO pariter atque LEIBNIZIO innotuit, atque provectam valde ætatem adtigit. EJUS *alphabeti veri naturalis hebraici breviſſima delineatio* prodiit Sulzbaci 1657. 12.*. Germanice recuſa, *kurzer Entwurf des eigentlichen natürlichen Alphabets der Heil. Schrift &c.* ibid. 1667. 12.*. Res ipſa vera eſt, nempe linguæ motus deſcribuntur, quibus quæque litera exprimitur, novo ſtudio, & meliori, quam antea

(i) Metempſychoſin ſtatuebat, & in ſcypho puerum creare tentavit.

tea factum fuerat. Id nimium linguam, dentes & uvulam figura sua characterem exprimere, quo Hebraei quamque literam depingunt. Ex hac literarum generatione noster exponit, ut possit surdus doceri, dum nempe discit lingua sua quamque literam Hebraicam imitari. Organa etiam vocis & loquelae describit. Surdum hominem intra 20. diem a se ipso didicisse pronuntiare. Mira quaedam accedunt de robore ab aëre pendente, deque aëris circulatione per abdomen, per artus, ut iterum in pulmonem redeat. Undique aliquid in corpus animale ex aëre adtrahi, etiam per capillos: de eorum natura cornuum analoga. De sympathia & similitudine fetuum atque parentum.

Ejusd. sunt *the paradoxal discourses of* F. M. *van* Helmont *concerning the macrocosm and microcosm, or the greater and lesser world and their union, set down in writing by* J. B. London 1685. 4.*. Belgice vers. a C. K. *paradoxal discourse ofte ongemeene meeningen van de groote en kleyne wereld &c.* Amsterdam 1693. 12. *v.* Beughem. Germanice *Paradoxal discours, oder ungemeine Meinungen von der grossen und kleinen Welt und derselben Vereinigung* Hamburg 1691. 8. Mirus liber, & non alterum similem inventurus. Multa semina nuperiorum opinionum hic reperias. Primo de macrocosmo, pauca adnoto. Vitam esse, etiam in singulo grano arenae. Spiritum mundi in lapide habitare: eo destructo lapidem in terram abire, quae novo partu in plantam fiat aut in animal, & ex dissoluto animale renascatur, perpetua revolutione. In microcosmo nihilo minus paradoxus, in viro dormientem feminam latere docet; in femina marem dormientem, quod quidem in multis plantis accurate verum est, quas Linnaeus vocat dioecias. Non ignoravit noster ductus pancreatici ramum inferiorem. Virum imaginem feminae recipere, & vicissim viri imaginem a femina recipi: eas imagines descendere in partes genitales. Rahelem cum spiritualiter a Jacobo impraegnata non pareret, & imagines ad caput raperentur, glandes terrae s. Dudaim comedisse, quae imagines deorsum traherent, cum earum natura sit, partem superiorem demergere. Imagines conceptas in aqua suffocari, hinc lacrumas desiderium levare, & lunaticos homines in aquam dimissos sanari. Ex multorum hominum conjunctis imaginibus spectra nasci. Animas revolvi de homine in hominem, & multas adeo in uno homine esse, ut exeuntes ex ordine de uno animae successive repraesententur. Iterum de circulatione aëris per nares in ventrem, inde in artus omnes.

Ejusd. *Observationes circa hominem ejusque morbos per Paulum* Buchium: latine versae per *J. Conradum* Amman, celebrem surdorum doctorem, qui & ipse peculiari religione tenebatur, Amstelodami 1692. 8.*. Editio Belgica *aanmerkingen van des mens en dessels sicktens* Amsterdam 1692. 8. Multa nimis paradoxa, quae neque repeto. Ut omnia marem & feminam facta esse, inde duas nares esse. Cogitationes cum lunae revolutionibus periodicas redire. Et tamen in hoc Ennii stercore auri est non nihil.

Ej. *quaedam cogitationes super quatuor prima capita libri primi* Moysis *Genesis nominati* Amstelod. 1695. 8.* Clem. 1697. 8. Omnia, etiam animalia feminini

minini ſexus ex maribus ſuis per ſomnum nata eſſe. Evam caput eſſe omnium animalium, & in ſe vim continuiſſe omnium maternam, ut ADAMUM paternam.

Patris ſui opera anno 1644. ediderat p. 418.

§. CCCCXXXVI. *Varii.*

Guilielmi CAVENDISH, Marchionis in NEWCASTLE viri ſummi, *a general ſyſtem of horſemanſhip in all its branches &c.* London 1657. fol. 1743. fol. Germanice *der vollkommene Bereuter* Nürnberg 1700. fol. 1764. fol. Gallice *Methode & invention de dreſſer les chevaux* Anvers 1658. fol. Lond. 1737. fol. Paris 1743. fol. Suecice Stokholm 1752. 8. In T. II. *directions for the choice of ſtallions and mares, for weaning and managing of foals, perfect knowledge of horſes, oſteology and myology of a horſe.* Oſſa equi barbari vix cava eſſe, friſico amplum eſſe in oſſe tubulum: illum ſeneſcere viribus integris, hunc ſenſim deficere &c.

Lamberti VELTHUYSEN *tractatus duo medico-phyſici, unus de liene, alter de generatione* Ultraject. 1657. 12.*. CARTESIANUS, in præfatione litigat cum theologis *Gisberto* VOETIO & *du* BOIS. In liene vult ſanguinem in ſtatum fuſionis & velocitatis evehi, hinc etiam ad venereos ſtimulos facere. In altero libello HARVEJI adnotationes decerpit, ſuorumque verborum addit abundantiam.

Opera omnia latine prodierunt Roterodami 1680. 4.

Burchardi WITTEBERG Diſſ. *pour donner à connoitre la nouvelle diſſection ſans effuſion de ſang* Brugge 1657. 4.* pro BILSIO.

Hieronymi OCCHI *de febribus & humoribus* Venet. 1657. 4.

Caroli PATIN GUIDONIS F. potiſſimum in antiquitatibus ſibi placentis Diſp. *Non ergo anima rationalis ſui domicilii architecta*, reſpondente *Fabiano* PERREAU Pariſ. 1657. fol. pat.*.

EJ. *Vanam eſſe aſtrologiam, medico plane indignam* Patav. 1681. 4. LIND.

EJ. *Theoremata phyſico-medica de vita & morte* ibid. 1685. 4.

EJ. *Idea capitis humani* Oratio habita in archilyceo patavino 5. Nov. 1686. Patav. eo anno 4.* edita, nihil habet utile.

EJ. *Circulationem ſanguinis veteribus notam fuiſſe* Patav. 1685. 4.

In E. N. C. *Dec.* X. *ann.* 10. deſcribit monſtrum biceps, duplicatis viſceribus, inteſtinis in unum coaleſcentibus.

Samuel PURCHAS V. D. M. *theatre of political flying inſects, the Bee* London 1657. 4.*. Nuperior *Carolo* BUTLER, neque indoctus homo. Feminam eſſe, quæ Rex dicebatur: veras tamen feminas facit apes operarias, quæ a fucis, ut maribus, imprægnentur. Multa de moribus animalis, conſenſu reginæ ad emittendum examen, nece junioris reginæ quando regina mater examen recuſat dimittere, voces petentis & ſimilia.

Raymundi RESTAURAND *monarchia microcoſmi* Pariſ. 1657. 4.

Ej. FIGULUS *exercitatio de principiis fetus* Arausione 1657. 8. resp. FIGULO. ex catalogo.

Ej. *Responsio* FIGULI *ad lutosas figulo figuli animadversiones* ibid. 1658. 8.

Ej. HIPPOCRATES *de natura lactis & ejus usu* ibid. 1667. 8.* ex chylo generari.

Ej. *Magnus* HIPPOCRATES *Cous redivivus* T. I. continens *Physiologiam* Lyon 1681. 12. BEUGHEM.

Id. *Contra circulationem sanguinis* ZOD. MED. GALL. V.

Gabrielis FONTANI *de veritate* HIPPOCRATICÆ *medicinæ stabilita — in qua dogmata medica, etiam physiologica contra* PARACELSI *& Hermeticorum placita clarissima promulgantur.* II. *Apologeticum adversus* HELMONTIUM, *quatuor humores* GALENI *non esse fictitios* Lyon 1657. 4. LIND.

Attilii BULGETII, Patavini, *de cordis adfectionibus* L. III. *nec non* l. *de morbis venenatis & venenis* Patav. 1657. 4.*. Negat arteriis facultatem pulsificam, & pulsum impellenti sanguinem cordi tribuit, ex proprio experimento.

Gaspar HANNASCH *Miscellanea medica* Basil. 1657. 4. Fere anatomici esse argumenti.

Michaelis SENNERTI, Professoris Wittebergensis, plusculæ disputationes sunt. Ej. *de dentibus* Witteberg. 1657. 4. PL.

Ej. *Quæstiones medicæ miscellaneæ* Witteberg. 1660. 4.*. An feminæ semen habeant. De partium nutrimento, uteri & mammarum consensu, renum in præparando sanguine ad seminis secretionem officio, usu pinguedinis, numero costarum femininarum.

Ej. *de cerebro* Witteberg. 1662. 4.*.

Ej. *de sanguine* ib. 1664. 4. PL.

Ej. *de ossibus in genere* ib. 1664. 4.*.

Ej. *de corde* ib. 1664. 4.*.

Ej. *de intestinis* ib. 1664. 4.*.

Ej. *Casus geminus lactis e vena aperta educti* ib. 1670. 4. VAT.

Joh. WERGER *de generatione æquivoca* P. I. —— P. posterior Witteberg. 1657. 4. HEFT.

Ej. *de somniis* ibid. 1657. 4.

Ph. CHARTIER & *Mich.* DENYAU *Ergo ingeniosi ad risum & fletum proclives* Paris. 1657. 4.

Nic. MORIN & *Lud.* GALLAS *Ergo qui cæteris præstant mente, minus præstant corporis valetudine* Paris. 1657.

Philip. DOUTE' & *Francisci* GOUEL *Ergo canities a timore* Paris. 1657.

§. CCCCXXXVII.

§. CCCCXXXVII. *J. Jacobus* WEPFER,

Scaphusinus, vir eximius, & in toto ambitu medicæ artis inter principes enumerandus. EJUS *observationes anatomicæ ex cadaveribus eorum quos sustulit apoplexia cum exercitatione de ejus loco adfecto* prodierunt Scaphusiæ 1658. 8.* 1675. 8.* Amsterdam 1681. 8. LIND. 1724. 8.* Leid. 1734. 8. Venet. 1759. *Cat.* TOURN. Prima editio reliquis parcior, quatuor tantum incisorum cadaverum historias continet. Apoplexiæ causam ponit vir Cl. in quacunque causa, quæ sanguinis ad cerebrum accessionem impediat. Exercitatio de loco adfecto amplior est & utilissima, & plurima ad cerebri anatomen continet. Fuse pugnat contra RIOLANUM, & spiritus in cerebri ventriculis habitantes. Rete mirabile solidis rationibus fultus evertit: gyrum carotidis ad latus sellæ equinæ depingit. Vasa multa & capillaria per ipsam cerebri, quam vocant, substantiam decurrere: nullos a carotide interna ad ephippii latus in duram membranam ramos venire, quod injecta aqua crocata expertus est. Foramina parietalia, & eorum arteriæ ad duram matrem euntes: aliæ duæ supra oculorum tabulatum. Venas utique in cerebro dari, ab arteriis distinctissimas. Carotidis internæ per cerebrum divisio; vasa minima, quæ ex pia matre se in cerebrum demergunt. Conjunctio carotidis cum arteriis vertebralibus. Ex ea communicatione numerosi ramuli. Rami arteriæ vertebralis. Polypi in sinubus cerebri. Contra vias catarrho a scholis adscriptas, ante SCHNEIDERI opus: duram matrem nusquam patere, & omnia cranii foramina esse plenissima. Uteri humani anatome.

In editione 1675. Cl. WEPFERUS sedecim alias incisorum cadaverum apoplecticorum historias addidit, partim ab amicis communicatas, partim ex schedis Cl. J. BURGOWER. In editione 1724. undecim historiæ aliæ undique collectæ accesserunt.

EJ. *de dubiis anatomicis epistola ad J. Henr.* PAULI Argentorat. 1665. 8.* addit LINDENIUS editionem Noribergensem 1664. 4. Nihil de chylo ad hepar ferri. Vasa lymphatica ligamenti lati. Lympham super ignem in gelatinam & membranam coire. Hepar totum glandulis fieri, ante MALPIGHIUM.

EJ. *Historia anatomica de puella sine cerebro nata* Schafhus. 1665. 8. LIND. & in E. N. C. *Dec.* I. *ann.* 3. *obs.* 129. tum in MANGETI *theatro.*

EJUSD. *Cicutæ aquaticæ historia & noxæ* Basil. 1679. 4.* 1716. 4.* Leid. 1733. 8.*. Eximium opusculum, in quo innumerabilia adnotata sunt ad intestinorum & ventriculi fabricam, motum peristalticum & antiperistalticum, munera; valvulam pylori; glandulas duodeni & intestinorum: ad cordis motum per flatum suscitabilem; ad diaphragmatis motum. Ductus ab hepate in cystidem. Pleraque auctoris, aliqua HARDERI, BRUNNERI & aliorum amicorum. Præsidem systematis nervosi statuit, ARCHÆI non disparem. Non possunt in nostra brevitate recenseri, quæ bona in his experimentis continentur, quem cuique anatomes cupido oporteat esse notissimum librum. Caput de glandulis ventriculi redit in B. MANGETI. Historia, quam promittit ventriculi, nun-

quam prodiit. Aliqua eo facientia hic reperias. Motus ventriculi ad vomitum: motus ejus antiperiſtalticus. Villi ventriculi. Fibræ, ipſa gallorum *cravate ſuiſſe.* Succus ventriculi. Folliculi.

Poſthumas reliquit numeroſiſſimas cadaverum morboſorum inciſiones, quibus bonus ſenex, apud magnates ubique gratioſus, diligentiſſime vacaverat. Earum partem, *Obſervationes* nempe *medico practicas de adfectibus capitis internis & externis* Nepotes ſummi viri ediderunt *Bernhardinus* WEPFER & *Georg Michaël* WEPFER Scaphuſ. 1727. 4.*. In magna collectione, præter plurima ad vitia motus & ſenſuum internorum & externorum pertinentia, capita aliqua monſtroſa deſcribuntur, cerebri nempe herniæ. Præmittitur vita optimi ſenis, in cujus inciſo corpore aorta arteria late ſquamis oſſeis variata reperta eſt.

Obſervationes *de adfectibus pectoris* una promiſſæ, nondum prodierunt.

Egregia monumenta magni viri exſtant in E. N. C. In *ann.* I. de liene magno inciſo.

In *ann.* II. *obſ.* 251. Anatome caſtoris, cum ejus animalis ventriculo undique intus villoſo, glandulis ejus compoſitis, valvula coli, ejusque inteſtini cellulis. Caſtorei folliculi, aliique ad latus recti inteſtini.

Ib. *ann.* II. *obſ.* 174. fetus absque galea cranii per foramen in cervice reſpirans.

Ej. *Epiſtola de puella ſine cerebro nata* recuſa eſt in E. N. C. *ann.* III. *obſ.* 129. iterum valde memorabile ſcriptum, cum aliis, tum ab amicis, tum ab ipſo WEPFERO diſſectis monſtris fetubusque cranio & cerebro deſtitutis.

Ib. *obſ.* 167. glandulæ leporum ad anum, adipe plenæ, cum ſuis ductibus. Bulbum urethræ ejusque glandulas ex variis animalibus hic auctor deſcribit, occaſione arietis hermaphroditici ſ. potius urethra aperta præditi, qualem & ipſe dixi. Proſtatarum ſuccum ſemini non miſceri. Eximia diſſertatio.

Dec. II. *ann.* VI. *obſ.* 117. cervi veſiculæ ſeminales & vaſa deferentia.

Obſ. 118. viæ lacrumales cervi.

Ann. VIII. *obſ.* 68. hiſtoriæ hominum cibo abſtinentium.

Vita viri a J. C. BRUNNER ſcripta, reperitur in *Dec.* III. *ann.* 3. app.

§. CCCCXXXVIII. *Georgius Wolfgang* WEDEL,

Profeſſor Jenenſis, ſocrus meæ ſororem in matrimonio habuit, etſi jam anno 1658. ſcriptis innotuit. Non deerat honorato viro ingenium, non linguarum peritia, neque fervens labor, magno etiam in frequente Academia cum applauſu per dimidium ſeculum docuit. Verum ei ſumma accidit calamitas, quæ etiam aliorum bonorum ingeniorum, potiſſimum in Germania impetum depreſſit. In omnes nempe dum medicinæ partes ſe diffundit, & ne antiquitates quidem præterit, non potuit ubique naturam ipſam conſulere: eaque minor viri peritia in anatome maxime conſpicua eſt.

EJUS

Ejus innumeræ fere ſunt diſputationes argumenti phyſiologici, fere ſexaginta enim annis in cathedra ſedit. Ej. Diſp. *de conſenſu partium corporis humani* prodiit Coburg. 1658. 4. Pl.

De inſomniis Jen. 1662. 4.

De pollutione nocturna 1667. 4.*.

De vomitu 1673. 4. Riv.

De menſtruis 1674. ſi huc facit Heft.

De viſu 1674. hæc melior.

De infantum dentitione 1678. 4. Heft.

De archeo 1678. 4. Heft.

Ej. *de glandula* Hippocratis 1683. 4.

De bile, fermento inteſtinorum 1684. Vat.

Ej. *Venus medica & mortifera* Jen. 1685. 4. Thomas.

De nutritione & atrophia 1682. 4.*.

De ſpiritu animali 1682. 4.

De antipraxi viſcerum 1683. 4.*.

De conſenſu partium 1686. *.

De tuſſi 1688. Heft. & 1714. 4.

Ej. *de naevis maternis* 1688. Thomas.

Phyſiologia pulſus 1689. Heft.

De bile ejusque morbis 1689.

De hominis animalitate 1690. 4. Heft. B. Thomas.

De inſomniis 1690. 4.*.

De notis graviditatis 1690. 4.*.

De balſamatione corporis Christi 1691. B. Thomas.

De valvulis conniventibus 1695. 4.* tum in *Decade* VIII. *exercitationum.*

De circulatione ſanguinis 1696.* 1698. Pl.

De vita longa 1707. Heft.

De Syncriſi, & diacriſi humorum 1713. 4.

De tuſſi 1714. Heft.

De circulatione ſanguinis 1714. Heft. niſi eadem eſt, quæ anno 1696.

De hippomane I. & II. 1720. Heft.

Majores de phyſiologia libros pluſculos edidit.

Ej. *Phyſiologia medica* Jen. 1680. 4.* 1704. 4.*. Diſputationes decem conjunctæ.

Aliud

Aliud opus est *Physiologia reformata* Jen. 1688. 4.* ex disputationibus XV. coalita.

Prior physiologia anatomen aliquam continet, tum historica; neque tamen propria experimenta ulla: altera magis rhetorica & chemica aque anatome remotior est. Animam lucem esse; famem sensationem sulfuris deficientis; medullam ossa alere &c.

EJUSD. *Theoria saporum medica* Jen. 1703. 4.*. Genera saporum constituit, cæterum physiologiam vix adtingit.

In lib. *de morbis infantum* Jen. 1717. 4.* habet monstra & nævos.

In *exercitationibus medico-philologicis,* quarum *Centuria* I. Jenæ 1703. prodiit 4.* programmata fere redeunt, inter quæ nonnulla argumenti sunt physiologici, ut in primis XX. 8. *de spiritu motore*, archæum enim WEDELIUS admittebat, de glandulis in genere & glandulis subcutaneis: de respirationis organis: de uvula vocis plectro: de pulsu: de respirationis usu: de usu glandulæ lacrymalis: de bile fermento intestinorum. In *Decade* III. *de sudore* CHRISTI *cruento:* in *Decade* V. *de Balsamatione corporum in genere, & speciatim de Balsamatione* CHRISTI, tum *de animalitate hominis:* in X. *de unicornu & ebore. Valetudinarium senum Salomoneum.* Ibi veram habet adnotationem de pruritu intolerabili, quem senes patiuntur.

In E. N. C. *Dec.* I. *ann.* 2. *obs.* 12. sternum gruis, & asperæ arteriæ in ejus cavo angulo mirificum gyrum describit.

Obs. 194. cor in dextro latere pulsans.

Obs. 236. Testiculum unicum.

Ann. III. *obs.* 24. Menses per anum egesti.

Dec. II. *ann* I. *obs.* 157. piscem bipedem.

Ann. II. *obs.* 161. de usu peritonæi.

Ann. V. *obs.* 5. 6. uvulæ defectus & corrupta inde loquela.

Obs. 78. menses in sexenni puella.

Obs. 56. sanguis ad microscopium ramosus.

In *Act. Hafn.* 1673. *obs.* 44. cor in dextro latere pulsans.

§. CCCCXXXIX. *Henricus* EYSSON,

Professor Groningensis, minime malus auctor. EJUS *de officio omenti* Disp. prodiit Groning. 1658. 4. HEFT.

EJ. *Tractatus de ossibus infantis cognoscendis & curandis* Groning. 1659. 12.*. Unicam possidebat sceleton fetus maturi, neque eam perfectam: ex ea molitus est historiam ossium infantilium scribere: neque tamen malum dedit libellum, diligenter enim & veraciter, quæ videbat, descripsit.

EJ.

Ej. *Observationes rariores in nupero subjecto anatomico R. Heinr.* MEIBOM. Groning. 1660. 4.*. Bona Disp. quam in *selectis* meis reddidi.

Ej. Disp. *de fetu lapide facto, in qua ejusdem in utero generatio, in abdomen irruptio, ultra 20. annos retentio, ac lapidescentia explicantur, & confirmantur* Groning. 1661. 12.*. Femina erat, cujus in abdomine anno 1659. fetus lapideus Mussiponte repertus est. Eum docet noster verum fuisse fetum, qui ob durius caput partu edi nequiverit, ruptoque utero sit in ventrem elapsus. Multa de petrefactis collectio.

Ej. *Collegium anatomicum s. omnium humani corporis partium historia examinibus triginta brevissime comprehensa* Groning. 1662. 12. LIND.

Ej. *de functionibus microcosmicis* Disp. VI. quæ est inter DEUSINGIANAS. De ventriculo potissimum & intestinis. Valvulam coli alias conspicuam esse, alias minus. Nervos internos octavi paris per parvam ventriculi curvaturam, externos per majorem circumduci. Lien septo transverso adnatus, particulis cartilagineis varius: pulmo undique adnatus. Polypus cordis. Suturæ abolitæ.

§. CCCCXL. *Varii.*

Andreæ GRAINDORGE *animadversio in fictitiam* FIGULI *exercitationem de principiis fetus* (quæ hic *Raymundo* RESTAURAND tribuitur) Narbone 1658. 8.* Pro scholis, meris ab auctoritate repetitis argumentis militat, & FIGULUM impugnat, nullo suo experimento usus.

Claudius AUBERIUS, Gallus, sub nomine *Vauclii Dathirii* BONCLARI Florentiæ edidit 1658. unico folio *testem examinatum* Jenæ recusum. Testem apri depictum dat. Corpus HIGHMORI pro communi totius testis ductu excretorio habet, in eum convenientes ramos parallelos & serpentina vascula testis, demum ductus efferentes ex corpore HIGHMORI datos delineat. Exstat etiam in *Phil. Trans.* n. 42.

J. SCULTETI junioris *trichiasis admiranda* Noriberg. 1658. 12.* huc referri potest. Pilorum folliculi mobiles in hydropico.

Kenelm DIGBY, nobilis vir sed credulus. EJUS est *discours de la guerison des playes par la poudre de sympathie* Paris 1658. 12. & Anglice eodem anno, tum sæpe alias, & in *theatro sympathetico* Noribergæ 1660. 12.* 1662. 4.*. Aliqua de nævis & monstris.

Ej. *Of the nature of bodies, and the nature of man's soul* London 1658. 4. HEISTER.

Les œuvres de Guillaume THEVENIN *Chirurgien ordinaire du Roi* Paris 1658. ex privilegio, aut 1669. 4.*. Dictionarium græco gallicum huc facit, in quo voces etiam anatomicæ exponuntur.

Jean FOYAUD *nouvelle doctrine sur la connoissance naturelle de l'animal* Toulouse 1658. 8. BURCKH.

Georg Caspar KIRCHMAIER, Professor Wittebergensis, physicus & litterator. EJUS *de vita & morte* Diss. Witteberg. 1658. 4. HEFT.

EJ. *Exercitatio physica responsoria ad introductum nuper in Academia Francofurtana dogma.* „ *Calorem & motum membrorum naturalem in humano corpore adeoque vitam non dependere ab anima rationali, sed a materie cœlesti subtilissima statuens* Witteb. 1659. 4. B. BURCKH. HEFTER anno 1660. 4.

EJ. *Quæstionum illustrium anthropologico-physicarum tetras* ib. 1659. 4. HEFT.

EJ. *de origine vitæ humanæ & potioribus quibusdam philosophiæ Cartesianæ speciminibus* ibid. 1660. 4. HEFT.

EJ. *de visu* ibid. 1660. 4. HEFT.

EJ. *de generatione & conceptione* ibid. 1660. 4. BURCKH.

EJ. *de temperamento* ibid. 1661. 4.

EJ. *de vitæ humanæ unitate; animæ in eum & sub semine propagatione & caloris innati indole* Witteberg. 1661. 4. HEFT.

EJ. *de viribus mirandis toni consoni* ibid. 1672. 4. JORDAN.

EJ. *de passionum animi & corporis morborum traduce* Witteb. 1684. 4. HEFT.

EJ. *de calido innato corporis animæque vinculo* ibid. 1689. 4. B. BURCKH.

EJ. *de Majestate barbæ* Witteberg. 1698. 4. UFF.

Tobiæ Ludovici KOLHANS, Borussi, *de spiritu animali literæ ad J. Daniel* HORST 1658. 8. *le* TELLIER. Lympham acidam fecit.

EJ. *Tractatus opticus* Lips. 1663. 8.

J. Christophori GEILFUS *Institutiones medicæ, historiis, observationibus rarioribus secretisque multis auctæ* August. Vindel. 1658. 12. LIND.

Martinus de LAURENDIERE hoc anno MELAMPUM *de nævis* græce & latine edidit, & CARDANI *metoposcopiam* Paris. 1658. fol.

Guilielmi PISONIS *de utriusque indiæ re naturali & medica* Libri XIV. Amstelodami 1658. fol.*. In L. V. continentur anatomica aliqua, ut sceletus animalis tardigradi *Ai*, quod crura pedemque fere humanum habet, brachia prælonga. Bursa ventralis didelphidis. De felle venenato bufonis *cururu*.

In *Jacobi* BONTII una edita *historia naturali & medica* continentur morbi quidem & morbosorum cadaverum incisiones, quibus tamen suus in physiologia usus est, ut vena cava medullosa & adiposa materie referta.

§. CCCCXLI. *Hieronymus* FLORENTINUS.

Hieronymi FLORENTINI, Monachi, *de hominibus dubiis s. de abortivis baptizandis pia prothesis &c.* Lyon 1658. Lucca 1663. Dissertazione secunda Rom. 1672. Lyon 1675. Venet. 1660. 4.*. Anatomicis potest adnumerari. Scopus est ostendere, incertum tempus esse, quo anima rationalis in fetum infunditur.

tur. Quare, ne quid detrimenti capiat, fetui semper baptismum esse impertiendum, quacunque ætate partu edatur. Refutat eos omnes, qui aliquem animationis certum diem statuunt, citat frequenter scriptores anatomicos, ipsum HARVEJUM, eorumque utitur adnotationibus. Multa de tempore partus. Exemplum fetus 80. dierum, satis formati. Editor ultimæ editionis P. a CUNEO auctorem suum tuetur, fetum a prima origine putat animatum esse. BIANCHUM sibi ostendisse fetum triduanum nucis avellanæ mole, capite jam conspicuo. Nullam esse humanam allantoideam.

§. CCCCXLII. *Varii.*

Henric. Christoph. LOEBER *de oculo* Jenæ 1658. 4. BURCKH.

J. Christian FROMMANN *de consensu partium corporis humani* Coburg. 1658. 4. HEFT.

Samuel HAFENREFFER *de corde ejusque adfectu gravissimo, syncope* Tubing. 1658. 4. HEFT. An IDEM p. 398.

Michael DENYAU & *Petri* POURRET *Ergo solus sanguis purus corporis alimentum* Paris. 1658.

Isaac RENAUDOT & *Dionys.* DODART, quem alias laudabimus, *Ergo pulmonum motus naturalis & insitus* Paris. 1658.

Anton. Joh. MORAND & *Anton.* RUFFIN *Non ergo potest homo extra uterum gigni* Paris. 1658.

§. CCCCXLIII. *Thomas.* WILLIS,

Professor Sedleyanus Oxoniensis, aliquantum nimis hypothesibus (*k*) a chemia repetitis deditus, nimis parce etiam usus opportunitate dissecandorum corporum humanorum, cæterum in anatome minime indiligens. EJUS lib. *de fermentatione s. motu intestino particularum in quovis corpore, altera de febribus s. de motu earundem in sanguine animalium. Acc. diss. epistolica de urinis*, prodiit Haag. 1659. 8. LIND. Londin. 1660. 8. LIND. 1662. 12.* quæ tertia est editio eademque aucta, 1665. 8. 1677. 8. Haag. 1662. 12. LIND. Amstelod. 1663. 12. 1665. 12. 1669. 12. LIND. Leidæ 1680. 8. LIND. 1683. 8. tum in operibus omnibus. Primus libellus physici est argumenti, caput tamen V. habet de animalibus, in quo fermentationem cordis, ventriculi, sanguinis, lienis, seminis, cerebri & fere omnium corporis humani partium admittit, aque fermentatione morbos omnes derivat, eorumque curationem.

In tractatu *de febribus* sanguinem describit, chemicam ejus dat analysin, ut ex spiritu, sulfure, terra & aqua constet: inde humores GALENICOS rejicit, sanguinis fermentationem naturalem & artificialem adoptat. Circulationem spirituum animalium docet.

 Melior

(k) Fatetur MEAD *imper. sol. & lun.*

Melior fere eft *libellus de urinis*, quarum analyfin per exhalationem & *reagentia* commendat. Principia dat chemica, eadem quæ in fanguine, ab iis colores derivat. De cryftallis vafi fe adfigentibus, & arenulis. De urinarum a vario cibo tinctura.

Ej. *Cerebri anatome cui acceffit nervorum defcriptio & ufus* Lond. 1664. 4.* & 8.* ib. Amftelodami 1683. 12. Præcipuum eft auctoris opus, in quo LOWERI fcalpello & calamo, WRENIIQUE penicillo adjutus fuit. Omittimus theorias varias, tum animalium incifiones cum humanis miftas, non monito fæpe lectore, ut in arteria fpinali: neque nervorum hiftoriam valde laudes, potiffimum in vifceribus, neque medullæ fpinalis vafa. Auctor eft hypothefeos de provincia vitali cerebelli: In cerebro animalem facultatem pofuit; imaginationem quidem & appetitum in callofo corpore, perceptionem in corporibus ftriatis, in plicis cerebri memoriam. Corpora pyramidalia, & geminum centrum dixit. Nervum fympathicum magnum a nervo vago feparavit. Primus aliqua ad ganglion ophthalmicum adtulit. Multa adeo bona habet, aliqua propria. Rete mirabile recte rejicit, intercoftalem nervum ab octavo feparat; primus ni fallor, ganglia præcipua conftituit, aliquas etiam partes cerebri melius depictas dedit; nervorum paria accuratius recenfuit, ut etiam noftro ævo ejus numeri retinentur, admifit in numerum primum & nonum & fextum par. Corpora ftriata melius a thalamis opticis diftinxit. Centrum geminum femicirculare recte depinxit, tum raphen & ftrias faciei inferioris callofi corporis, bulbos venarum jugularium, anaftomofin ramorum anteriorum carotidum, circulum qui dicitur WILLISII, etfi horum poftrema WEPFERUS nuper dixerat, Sinus vertebrales repetiit, omiffis petrofis FALLOPII finubus. Injiciebat humores coloratos. Multa eloquentiora lego effe BATHURSTII (*l*). Recufum eft opus Lond. 1670. LIND. Amftelodami 1664. 12. ID. 1667. 12. ID. & cum reliquis operibus, inque MANGETI Bibliotheca, fed multo meliores icones funt duarum quas dixi, editionum.

EJUSD. *Pathologia cerebri & nervofi generis, in qua agitur de morbis convulfivis & de fcorbuto* Oxon. 1667. 4. & 12.* Amftelodami 1668. 12. 1670. 12. LIND. 1678. 12.* Leid. 1671. 12. &c. quæ quarta editio dicitur ab auctore locupletata fuiffe, denique Genev. 1675. 12. Theoria plurima, fpirituum in variam acrimoniam degenerantium, fe explodentium &c. Sedem mali non effe in meningibus, fed ipfo in cerebro. Adfectionem hypochondriacam pertinere ad morbos convulfivos. Practica omitto.

Contra hæc fcripferat N. HIGHMOR. Refpondit *Thomas* WILLIS *in adfectionum, quæ dicuntur hyftericæ & hypochondriacæ pathologia fpafmodica vindicata: Acceffferunt exercitationes medico-phyficæ duæ de fanguinis accenfione & de motu mufculari*, Lond. 1670 8. ex LINDENIO, Leid. 1671. 12.* & in Bibl. BONNETI. Primum opufculum pathologici eft argumenti, quo WILLISIUS confirmat, hypochondriacas adfectiones nervorum vitio fieri. Genus morbi convulfivum effe. Inde *de fanguinis accenfione*. Eum fanguinem ait animatum effe, eam animam ab

(l) *Critical review.*

ab incendio pendere ſanguinis. Hanc flammam in primordiis hominis accendi. *Motum muſcularem* fieri a ſpiritibus ex tendine in carnem ſe diffundentibus & cum ſanguine confligentibus, qui motum fibris communicent. Icones aliquæ additæ, ad STENONII morem. Aliqua experimenta ad motum fibrarum in abſciſſo muſculo fecit. Primus cogitavit de effervescentia, ſpiritum inter animalem & ſanguinem ad fibras muſculares inflandas adhibenda.

EJUSD. *de anima brutorum, quæ hominis vitalis & ſenſitiva eſt. Exercitationes duæ. Prior phyſiologica, altera pathologica*, Oxon. 1672. 4.* nitida editio & Londin. 1672. 8.* minori typo, Amſtelod. 1672. 12. TOURN. 1674. 12. Anglice vertente PORDAGE Lond. 1683. fol. OSB. Supplementum quoddam anatomes cerebri in priori eſt exercitatione, in quo varia nova, ut ſtria a natibus veniens, tribus fibris in corpora ſtriata disjecta: conjunctio duorum centrorum ſemicircularium VIEUSSENII. De ſenſibus theoria. Anatome cancri, lumbrici, & oſtrei cum eorum branchiis, in quibus arteriæ & venæ, cum corde, venis cavis &c. Icones multæ & nitidæ. Multum hypotheſium de ſpiritibus lucidis degenerantibus. Adjutum ſe fuiſſe ab *Edmundo* KING, & a *Johanne* MASTER.

EJ. *Pharmaceutice rationalis ſ. diatriba de medicamentorum operatione in corpore humano* Pars I. Oxon. 1673. 4.* Haag. 1675. 12. alii Amſterdam 1674. 12. Pars II. Oxon. 1675. 4.* Haag. 1677. 12. Pars utraque Oxon. 1678. vel 1679. 8.* (nam utrumque numerum reperias). Anglice 1679. fol. OSB. Dum hoc opus ſub prelo erat, auctor obiit, pleuritide correptus, anno 1675. Vita huic ejus operi adjecta eſt. In P. I. agit de ventriculo & inteſtinis, quorum anatomen habet, tunicas ſibi ſuccedentes, fibras muſculares ventriculi. Minus hæc laudes, & admiſtæ ſunt in ventriculo & inteſtinis membranæ, quas vix in ipſo corpore oſtendas, ut glanduloſa & vaſculoſa, quæ ſint diverſæ a celluloſa. Arteriæ etiam anatome hic reperitur, & de vomitu motuque periſtaltico aliqua. Villoſam tunicam firmius conſtituit.

In Parte II. omnino non probes, quæ oſtendi non poſſint, veſiculas pulmonales de ramis aſperæ arteriæ pendulas, nervorum mirificas in fibras diviſiones, arteriarumque tunicas, cum ſimili tunica vaſculoſa & glanduloſa. Vaſa lymphatica pulmonis hic depicta ſunt. Paſſim corporum morboſorum inciſorum hiſtoriæ accedunt. Ceram hic commendat cum oleo terebinthinæ miſtam, pro injectione. Excerpta in B. MANGETI.

Opera omnia aliquoties prodierunt Lond. 1679. fol. Anglice 1681. 4. Lyon 1676. 4. B. B. Genev. 1680. 4. Amſtelodami 1682. 4. edente G. BLASIO. Venet. 1720. fol. TOURN.

§. CCCCXLIV. *Gerardus* BLASIUS,

Amſtelodamenſis, LEONHARDI f. non LEONHARDUS, Medicus Amſtelodamenſis & Profeſſor, anatomes amator, & qui ſtudioſis pariter ſecandi cupidis hoſpitium præbebat, cæterum plerumque corporis animalium uſus. EJ. *Oratio de*

de noviter inventis Amſtelodami 1659. 4. & a *Corn. v.* BEUGHEM in *prolegomenis ſyllabi ſui recens in re medica phyſica ac chimica exploratorum* Amſtel. 1696. 12.* fere tota recuſa.

EJUSD. *Medicina generalis* Amſtelodami 1661. 12.* compendium anatomicum breviſſimum continet.

Sic *anatome contracta in gratiam diſcipulorum conſcripta* Amſtel. 1666. 12.* breve pariter compendium.

EJUSD. *Appendix ad* F. LICETUM *de monſtris* Amſtel. 1665. 4.*. *Nova rariora monſtra* cum ſatyro indico & muliere cornuta continet. Primo loco monſtra ſunt undique collecta, Satyrus ex Tulpio: homines lapidefacti. Monſtrum BILSIANUM, EVERARDIANUM. Aethiops cui hernia umbilicali congenita. Denique monſtrum HEILANDI, ut intelligas antiquius eſſe ſcriptum.

EJ. *Anatome medullæ ſpinalis*, Amſtelod. 1666. 12.*. Pars magna, quæ de vaſis, ex WILLISIO cum ipſis iconibus ſumta eſt, fere omnia demum ex brutis animalibus. Habet tamen membranam arachnoideam, corticem interiorem cruciformem medullæ ſpinalis, ligamentum denticulatum, nervorum ex ſpinali medulla exitum, piæ matris in fiſſuram medullæ deſcenſum. De fine medullæ ſpinalis dubius eſt. Diſputatio erat, reſpondente *Danielis* GODSKE, minori forma recuſa.

Idem Amſtelodami 1666. 4.* edidit *Syntagma anatomicum* J. VESLINGII *commentario atque appendice auctum*. In *notis* plerumque aliorum ſcriptorum loca comparat. Appendices amplæ recentiorum inventa continent. In ea C. ASELLIUS, deinde de BILSIANA lite ex J. H. PAULI, ex lacteis thoracicis T. BARTHOLINI, tum de lymphaticis, & GRÆFII de ductu pancreatico diſputatio. Ex BELLINO de renibus: ex MALPIGHIO de pulmone. Ex N. STENONIO de glandulis oris, ductibus oculorum & narium: ex SCHNEIDERO de membrana pituitaria: de cerebro & nervis ex WILLISIO; de lymphaticis aliqua ex J. SWAMMERDAMIO anno 1664. oſtenſa, alia ex RUYSCHII nuperrimo opuſculo, alia propria: varia ex HIGHMORO & aliis. Hoc opus Ultrajecti 1696. 4.* recuſum eſt.

Cum *Laurentii* BELLINI exerc. *de renibus & guſtus organo* edidit Amſtelodami 1665. 12.* aliquot exempla renum coalitorum reniſve unici. Recuſus eſt I. Leidæ 1711. 4.*.

Inſtitutionum medicinæ compendium diſputationibus 12. *in Athenæo Amſtelodamenſi publice ventitalis abſolutum* Amſtelod. 1667. 12. LIND.

Neſcio quid occaſione editionis operum *Pauli* BARBETTE editor *J. de* GELDER contra BLASIUM ſcripſerat, reſpondit ob editionem operum BARBETTII hoc anno BLASIUS Amſtelod. 1672. BURCKH. IV. p. 138.

EJ. *Miſcellanea anatomica hominis brutorumque fabricam diverſam magna parte exhibentia* Amſtelodami 1673. 8.*. Anatome primo hominis integra, parum habens proprii. Spinoſum proceſſum mallei dixit. Ductum STENONIANUM

NUM

NUM ex homine depingit. Sequuntur additamenta, varietates venæ ſine pari: valvulæ coli, & præcipuæ duæ, quæ ſunt ad ingreſſum inteſtini ilei. Membranæ fetus. Tunc hiſtoriæ anatomicæ diverſorum animalium, canis primum, hæc fuſior. Proceſſus peritonæi apertos defendit, recte ſi de cane dicit, ductus hepaticos numeroſos habet, vaſorum varietates, ductum STENONIANUM. Pulmonem quinque vel ſex lobis fieri, quorum unus cor ſuſtentat, ubi non bene docet, pulmonem pectus non replere. Fuſe de medulla ſpinali. Tunc anatome ſimiæ cum colo & cæco humani non diſſimili: ductu deferente celluloſo cum ſuo in urethram oſtio, diverſo a ductu veſiculæ ſeminalis. In anatome felis zibethicæ ductus pancreaticus. Porro vulpis, gliris, teſtudinis terreſtris anatome, in iſta aſpera arteria longe bifurcata & in utroque latere in gyrum flexa: cloaca, coli valvula. Inde aves, anas, columba. Iterum vitulus, agnus, porcus. Ex homine rariora aliqua, lien duplex.

Hunc, ut puto, librum alio cum titulo LINDENIUS citat „ *Obſervata anatomica practica in homine, & brutis variis. Acc. extraordinaria in homine reperta* Leidæ 1674. 8. GRONOVIUS. HAENEL titulum facit *Zoologiam ſ. anatomen hominis, brutorumque variorum*, cui libro in HAENELII cat. annus eſt 1676. 8.

Habet MOELLERUS G. BLASII *ontleeding des menſchlichen lichams beſchreven en in verſcheydene figuren afgebeelt* Amſterdam 1675. 8. cum carmine SWAMMERDAMII. Et lego etiam *l. de fetu humano* Amſtelodami 1675. 8.

EJ. *Obſervationes medicæ rariores, accedit triplicis monſtri hiſtoria* Amſtelodami 1677. 8.*. In ſex libris plerumque quidem morboſorum corporum dat diſſectiones, multa tamen ſunt vere anatomica; ut varietates viſcerum, vaſorum. Lien loco motus, prægmagnus. Ilei inteſtini intro ſuſceptio: cyſtis fellea alieno loco poſita: ductus cholodochus a pancreatico totus ſeparatus. Veſica urinaria nulla & ureteres circa pubem aperti. Vena ſine pari duplex: ventriculus duplex, & cyſtis fellea, ductus choledochus, pancreaticus, lien, ren, ureter: tres teſtes. Abortus monſtroſus, vix hominis figuram retinens. Multa præter naturam oſſea, HEILANDI fetus monſtroſus & M. HOFMANNI.

EJUSDEM *Anatome animalium terreſtrium variorum, volatilium, aquatilium, ſerpentum, inſectorum ovorumque ſtructuram naturalem proponens* Amſtelodami 1681. 4.*. Maxima quidem pars collecta ex SEVERINO, HARVEJO, MALPIGHIO, WILLISIO, C. BARTHOLINO, *J. v.* HORNE, WEPFERO, COITERO, SCHRADERO, SYLVIO, NEEDHAMIO, SLADO, BORRICHIO, RONDELETIO, STENONIO, ſex prioribus animalibus Pariſiis diſſectis, *Philoſ. tranſactionibus* E. N. C. ACT. HAFNIENSIBUS. Habet tamen utilitatem aliquam, quod in anguſtum ſpatium plurimas inciſiones animalium contraxerit. *Caroli* DRELINCOURT hiſtoriæ non alias excuſæ hic exſtant, ſimiæ, hyſtricis, hac bonæ. Noſter pauca ſua habet, ex priori opere ſumta, erinacei inciſionem, tigridis, ardeæ, veſpertilionis, ranæ. Hiſtorias ovi incubati *Hieronymi* FABRICII, COITERI, VESLINGII, HARVEJI, NEEDHAMI, MALPIGHII, Bombyx etiam MALPIGHII hic redit.

Inter

Inter *Epistolas* T. BARTHOLINI est in *Cent.* III. *Epistola* 43. in qua BLASIUS ductum salivalem STENONIO se indicasse adfirmat, qui *Johanne* BLASIO fratre GERARDI hospite utebatur. Mansit tamen cum STENONII nomine inventum, & ipse BLASIUS cum docto juvene videtur reconciliatus fuisse. Epistola recusa est cum N. HOBOKEN *ductu salivali* BLASIANO Utrecht 1662. 12.*.

Secundam partem observationum anatomicarum anno 1673. 12. editarum G. BLASIO MOELLERUS tribuit, sed est omnino Societatis quinque medicorum opus, quos inter etiam BLASIUS fuit.

§. CCCCXLV. *Paulus* BARBETTE. *Varii.*

Argentinensis, clinicus Amstelodamensis, EJUS *anatome practica* Amstelodami 1659. 8.* 1657. 8. *Cat.* LINDEN. Belgice 1659. 8.* 1663. 8. LAMB. *A. P. ofte entleeding des menschelycken lichnams*, recusa in operibus *chirurgico-anatomicis*, quæ dicemus. Compendium est anatomicum, cum quo morbi cujusque partis recensentur, & medicamenta. Hypotheses etiam eo tempore celebriores recenset :. Peculiare nihil reperi.

Operum collectio duplex anno 1672. 8. prodiit, una Leidæ, altera Amstelodami *. Genevæ curante *J. Jac.* MANGET 1683. 4.* 1688. 4. BURCKHARD. 1704. 4. TOURN. Francof. 1688. 4. BURCKH. Germanice *chirurgische und anatomische Schriften* Frankfurt 1673. 8. TREW. Hamburg 1677. 8. TREW. 1683. 8. curante & emendante *J. Jac.* WALDSCHMIDT 1694. 8. TREW. Lübeck 1692. 8. Leipzig und Lübeck 1700. 8. 1718. 8. TREW. cum notis MANGETI & DEKERI Gallice Genev. 1671. 12. 1675. 8. 1674. 12. Lyon 1687. 12. Anglice 1672. 8. *Transact.* 1675. 8. MARSH. Italice Venet. 1696. 12. TREW.

EJ. *Aanmerkingen op d'anatomische Schriften van L. de Bils* Amst. 1660. 8.*. Contra systema viri de vasis lymphaticis. Aërem ex vena mesenterica in intestinum non erumpere. Non reperiri cinereum in venis mesentericis succum.

Epistola viri est inter BARTHOLINIANAS C. III. n. 67. de vitiosis mumiis & ruditate BILSII.

Thomas WINSTON *anatomical lectures* London 1659. 8.* 1664. 8. Lego etiam titulum *the compleat anatomist being a compendious treatise of the anatomy or dissection of the body of man* London 1664. 4. GUNZ. In Collegio GRESHAMIENSI prælectæ, a discipulo quidem H. FABRICII, neque tamen anatomico. Compendium artis est, aridum, neque propriis dives experimentis. Ne circuitus quidem sanguinis meminit.

Rutger LOEN in *synopsi prælectionum physicarum* etiam sensus tractat 1659. 12.*

J. Conradi WÆCHTLERI *homo oriens & occidens* Francofurti 1659. fol. Physiologia collectitia.

Francisci ULMI (UMEAU (m)) FRANCISCI nepotis, *in circulationem sanguinis* HARVEIANAM *exercitatio anatomica.* Poitiers 1659. 4. *du* RADIER.

Henrici

(m) VIMEAU PATIN I. *Ep.* 137.

Henrici CITADINI *paradoxum orthodoxum de homœomeria massæ sanguineæ* Parif. 1659. 8. BOEHMER.

J. MERLET *opuscula medica duo quorum alterum est paradoxum de tussi* Parif. 1659. 12. BUR.

Francisci PLEMPII *munitio fundamentorum* PLEMPII *adversus Jac.* PRIMIROSIUM Amftelodami 1659. 4.*. Fratris VOPISCI filii J. C. nomen præfert, verum tamen auctorem vehementer fufpicor ipfum effe VOPISCUM. Multum in metaphyficis & univerfalibus occupatur, & circuitum fanguinis tuetur. Non undique inutilis.

§. CCCCXLVI. *Varii.*

Georgii WAGNER *de anima humana* Witteberg. 1672. 4. HEFTER.

EJ. *Mors mortua* Witteberg. 1661. 4. BURCKH.

EJ. *Quæstionum pneumaticarum quadriga* ibid. 1659. 4. HEFT.

Jac. THOMASIUS, vir eruditiffimus, *de visu talparum* Jenæ 1659. 4.* Altenburg. 1671. 4.

EJ. *de hibernaculis hirundinum* Lipf. 1658. 4. GRONOV.

EJ. *de transformatione hominis in bruta* Lipfiæ 1667. 4. VATER.

EJ. *de origine animæ humanæ* Lipf. 1669. 4. HEFT. Hall. 1725. PL.

EJ. *de forma hominis* Lipf. 1676. 4. B. THOMAS.

J. Jac. BAUHINUS *de elementis & temperamentis* Bafil. 1659. 4. HEFT.

Samuel REYHER *de tactu* Lipfiæ 1659. 4. HEFT. 1660. PL.

Balthaf. Joh. PECHTEL *de modo visionis* Witteberg. 1659. 4. BURCKH.

Israel CONRAT *de sanguine* Leid. 1659. 4.* SYLVIANUS.

J. Pet. KLIPPER *de respiratione* Lipf. 1659. 4. BOEHMER.

Frid. RAPPOLT *de somno* Lipfiæ 1659. HEFT.

Samuel HENTSCHEL *Disp.* I. *de vita hominis* Witteberg. 1659. 4. HEFT.

EJ. *Disp.* II. ibid. 1659.

EJ. *Disp.* III. 1660. ib. IV. ibid. V. ibid. VI. ibid. 1661. HEFT.

Georg Balthasar MEZGER, Profeffor Tubingenfis; EJUS *Disp.* I. & II. *de sanguinis in circulum motu* Tubing. 1659. * & III. ibid. 1660.

EJ. *Historia anatomica ventriculi* Tubing. 1661. 4. PL.

EJ. *Historia anatomica Lienis*, 1664. 4.*.

EJ. *de tussi* ibid. 1676. 4. HEFT.

EJ. *de humoribus uteri* ibid. 1677. 4. PL.

EJ. *de hæmorrhoidum statu secundum & præter naturam* 1677. 4.* ib.

Ej. *σκιαγραφια respirationis humanæ* ib. 1677. 4. 1676. 4. B. THOMAS.

Ej. *Historia anatomica thymi* ibid. 1679. 4.*.

Ej. *σκιαγραφια suturarum cranii humani earumque veri usus* ib. 1684. 4. HEFT.

Ej. *Anatome dentium humanorum* 1685. 4.*.

Ludovicus POUCHIUS *de unguibus monstrosis ad* BARTHOLINUM *Centur.* II. *Epist.* 99.

Antonii MORAND & *Anton. de* CAEN *Non E. sanguinis conficiendi munere jecur abdicandum* Paris. 1659.

Petri le LARGE & *Dionysii* PUYLON *Ergo in sensuum externorum organis sola pars princeps sensum edit* Paris. 1659.

Joh. HAMON & *Carol. de* LAVAL *Non ergo actio sine spiritu* Paris. 1659.

Petri CRESSE' & J. GROULT *Ergo somnolenti stolidi* Parisiis 1659.

§. CCCCXLVII. G. H. WELSCH.

Gregorius Hieronymus WELSCH, Augustanus, clinicus, astronomiæ deditus, & polyhistor. Numerosissimos libros incepit, perfecit non paucos, non quidem incisor.

Ej. *de ægagropilis diss. med. phil.* 1660. 4.* & auctius 1668. 4.* cum secunda diss. iterumque cum tertia Aug. Vind. 1690. 4. In P. II. hujus editionis, multa collectanea reperiuntur, de ciborum digestione: de quatuor ventriculis animalium ruminantium, cum eorum anatome.

Ej. *de vena medinensi ad mentem Ebnsinæ s. de dracunulis veterum exercitatio* Aug. Vindel. 1674. 4.*. Inter plurima, quæ hic noster congessit, aliqua spectant ad anatomen lumbricorum, in quibus contra FABRICIUM, negat se musculos reperire.

In *sylloge curationum & observationum medicinalium* Augus. vel Ulm. 1668. 4.* aliquot auctores vetustos colligit, quos inter *Jeremias* MARTIUS Augustanus & *J. Udalricus* RUMLER. In eorum obss. aliquas cadaverum incisiones reperias, equidem potius pathologicas.

In adjectis G. H. W. ipsius *observationum medicinalium episagmatibus centum*, aliqua faciunt ad physiologiam, ut surda per os audiens. Asphyxia. Vir ruminans. Potu abstinens. Cibi per urinam excreti. Viri menstrua passi. Fetus quinquemestris: multiplex: superfetatio. Vis stupefaciens torpedinis. Ossa emollita. Puella hirsuta. Reviviscens quæ mortua putabatur.

Ej. *Hecatosteæ* II. *observationum physico-medicarum* Aug. Vindel. 1675. 4.*. Intercedunt varii naturæ lusus, quibus noster indulget; incisa testudo; larynx anatis, & talpa insectum; cranium crassissimum absque sutura.

Ej. *Somnium Vindiciani s. desiderata Medicinæ* Aug. Vindel. 1676. 4.*. Satyra metaphoris involuta, contra C. HOFMANNUM GALENO iniquiorem. Laudes

des Arabum, quibus noster plurimum delectabatur. Desideria medica, nempe fere universa ars medica, quam elaborandam recipit.

Ej. *Miclomimematum s. miscellaneorum medicinalium Centur.* III. In E. N. C. *Dec.* I. *ann.* IV. V.

In ipsis Ephemeridibus aliquae ejus viri praef. In *Dec.* I. *ann.* I. anatome muris alpini. Habet felleam vesiculam, sed parvam.

§. CCCCXLVIII. *Varii.*

Honorati Mariae LAUTIER *prodigium incredibile foetum humanum triginta annis gestatum lapideum & viventem, quem Mussipontana exhibet civitas, aquae Sextiae diluunt* Aq. sext. 1660. 12. & cum *J. Bened.* SINIBALDI *geneanthropia* Francofurti 1669. 4.* Deinde *duae epistolae* ad Cl. FOELIX, & *responsio adversus Medicum Massiliensem* ibid. Collectanea & ratiocinia mera. Propriam tamen fetus 32. annis in utero retenti, novem semper mensibus elapsis dolores cientis, & carnosi, non lepidum exemplum habet, & se editurum promittit.

Nicolai ZAS *den daauw der dieren en de de wellen des waters tot bevestiginge der ongemeene ontleedinge van L. de* BILS Roterdam 1660. 8.*. Theoria BILSIANA, qua docetur, chylum in venas sorberi mesentericas, vaporem vero vasa rorifera subire, inde ab anulo s. corde rorifero ad universum corpus didi: Accedit celebris illa BILSIANA canis. In *Johannem v.* HORNE aspere invehitur. Varia tempora dixit, quibus a sumto cibo pro ejus discrimine vasa lactea conspicua redduntur.

Ej. *Epistola apologetica ad* BARTHOLINUM *de calumniis Lud. de* BILS *perperam impactis* Roterodam. 1661. 4.*. Laudes BILSII, ob anatomen incruentam, & artificiosas mumias. Aspera epistola. Cum ea redit *Codicillus* BILSII, testimonium HORNII, BILSII Disp. *qua verus hepatis circa chylum & ductus chyliferi usus docetur*, etiam gyri.

In hanc epistolam data est N. STEPHANI pariter aspera apologia, dicta p. 403.

M. GRAUSIUS JOHNSTONI *historiam naturalem Belgice* edidit Amsterdam 1660. fol.

Roberti BAYFIELD *exercitationes anatomicae in varias regiones corporis humani* Lond. 1660. 12. LIND. Londini etiam in titulo mei exempli, sed omnino in Belgio 1668. 12.*. In eo exemplo capitis historia deest, quae videtur prima sectio fuisse, traduntur reliqui ventres & artus. Nihil proprium.

V. H. Z. *Xenium s. miranda synopsis omnium humani generis symptomatum a capite ad plantam* Francofurti 1660. 12.*. Continet etiam physiologiam, brevissimam.

Petri PETIT *de motu spontaneo animalium* L. I. *quo* ARISTOTELIS *de hujus motus principio sententia illustratur, partim nova motus musculorum ratio indagatur* Paris. 1660. 8.* LIND. 4. Eruditus vir, in veterum lectione innutritus, &

 aëris

aëris ingenii, feculi vitio fere in auctoritatibus & locis parallelis fubftitit. In præf. jam monet, ne ab ARISTOTELIS doctrina difcedatur, & GALENUM caftigat, quod paffim a magno viro diffenferit. Animam tamen in corde refidere, fpiritus ex corde influentes ad motum animalem neceffario requiri: cerebrum cordis effe inftrumentum. Contra CARTESIUM, neminem in glandula pineali motum vidiffe. Inde fuam hypothefin profert „ Imaginationem caufam effe motus, eam non in cerebro fed in nervis habitare, atque ex proximo motum in mufculis ciere. Explicat, ut fpiritus feminæ gravidæ nævum fetui infculpant. Experimenti nihil.

EJ. *de lachrymis* L. III. Parif. 1660. 4. LIND.

In *mifcellaneis obfervationibus* Utrecht 1683. 4.* paffim veterum loca caftigat, fed ad fines fere philologicos.

Philippi LABBE Cl. GALENI *chronologicum elogium cum epiftola* J. MENTELII Parif. 1660. 8.*.

Petrus VATTIER *le cœur déthroné* Paris 1660. apud BARTHOL. Hep. Difp. cauf. Sanguinem non parare.

DAVISSON *Comm. in* SEVERINI *ideam medicinæ philofophicæ, in quo* PLATONICÆ *doctrinæ explicantur fundamenta, fuper quæ* HIPPOCRATES, PARACELSUS & SEVERINUS, *nec non ex antithefi* ARISTOTELES & GALENUS *fua ftabilivere dogmata* Haag. 1660. 4.

In G. PANCIROLLI *rerum memorabilium f. deperditarum* L. II. Francofurti 1660. 4.* vix quidquam huc facit, nifi velis de botargo & caviar dicta huc trahere.

In J. GOEDAART *metamorphofeos infectorum hiftoria naturali* Medioburg 1660. edita, quam *J. de* MEY latine vertit ib. 1668. 4. & addidit obfervationes fuas: *Paulus* VEEZAARDT *auctarium notarum* in partem fecundam adjecit. Gallice prodierunt 1700. 8. Cum GOEDAARTIUS infecta per multos annos aluerit, & metamorphofes eorum adnotaverit, hactenus varia ad rem phyfiologicam faciunt, ut tamen monendus fit lector, fæpe bonum pictorem ab ichneumonibus vefpis fibi parum caviffe, ut alieniffima infecta pro partubus erucarum haberet. Figuras folas aliquanti æftimabat SWAMMERDAM (*n*), qui idem tamen GOEDAARTIUM plura in infectis vidiffe fatetur, quam eruditi ante eum viri (*o*).

§. CCCCXLIX. *Iterum Varii.*

Joachim FELLER *de cygnorum cantu* Lipf. 1660. 4. BURCKH.

J. SCHIEFERDECKER *de nutritione animalium* Lipf. 1660. 4. B. THOMAS.

Andreæ UNGELENK *de fenfatione* Jen. 1660. 4. ibid.

Samuel EGLINGER, Prof. Bafileenfis, *difp. de humoribus* Bafil. 1660. 4.

Nicolai

(n) p. 398. *bibl.*
(o) *Bloedel diertjes* p. 45. feqq.

Nicolai EGLINGER *in universam physiologiam* Basil. 1660. 4.

Ej. *Theses* Basil. 1667. 4.* etiam anatomicæ.

Ej. *Centuria positionum anatomico-botanicarum* ib. 1685. 4. LEUW.

Ej. & HOEGGER Disp. *de saliva* ib. 1685. 4. HEFT.

Mich. SCHMIDT *theses ex universis Institutionibus medicis* Ingolst. 1660. 12.

J. FRENCELII *exercitationes anatomicæ in historiam Mesenterii* Franeker. 1660. 4. HEISTER.

Huc refero, cujus annus non reperitur, J. LECHELII *observationes physicas binas, quarum altera partum abortivum fetus humani quinquemestri paulo majoris pro circumstantiis utique notabilem, altera vero aperturam defuncti corpusculi puerilis unum circiter mensem nati præter naturalia rariora detegentem exponit* Brunsvic. 4°. HEFT. Circa hæc certe tempora auctor vixit.

Gabriel IPELAER *de spirituum animalium in medulla & cerebro generatione* Leid. 1660. 4.*.

George QUESTIER *de naturalibus legitimis matrimonii dissolvendi causis medica decisio* Rouen 1660. 12.

J. Benedicti CARPZOV *de gigantibus* Lipf. 1660. 4. HEFT.

Herman BRAND & *J. Jac.* VOLMAR *de sensuum internorum symptomatis & morbis* Steinfurt 1660. 4.*.

Sethus CALVISIUS *de sermone* Lipf. 1660. 4. HEFT.

Christoph GRÆFIUS *de monstris* Lipf. 1660. 4. HEFT.

J. Georg WEDEL *de generatione æquivoca* Witteberg. 1660. 4.

Simon Frid. FRENZEL *de physiognomia anthropologica in genere* Wittebergæ 1660. 4. HEFT.

Ej. *de cadaveribus humanis ad præsentiam occisoris cruentatis* ibid. 1673. 4. BOEHMER.

Ej. *Monstrum humanum* ibid. 1674. 4.*. Fetus difformis, capite præamplo, pedibus & manubus valde imperfectis.

Ej. *de origine animæ rationalis in generatione hominis* ibid. 1676. 4.

Cæsonis GRAMM *Disp. de monstris* Basileæ 1660. 4.* MOELLER titulum facit 1661. 4.

EJUSD. *de rarioribus quibusdam problematibus* Basil. 1662. 4.

Ej. *Examen problematis Hippocratici an de liquidis aliquid in fistulam spiritalem illabatur secundum naturam* Kiel. 1665. 4.*. Aliquid colorati humoris in asperam arteriam descendere experimento comperit.

Simon BOULLOT & *Petri* POURRET *Ergo somnus ἄψυχος ψυχῆ* Parif. 1660.

Ludovici GALLOIS & *Nic.* BONVARLET *Ergo homo exquisitissimi tactus quia rationis compos* Parif. 1660.

Dionysii

Dionysii PUYLON & *Nic.* ROBIN *Estne vitalis facultas naturalis* Paris. 1660.

Dionysii DODART & *Nic.* RAINSSANT *Non Ergo statura temperamenti* τεκμήριον Paris. 1660.

Car. de LAVAL & *Jac. le* MENESTREL *Non Ergo a regione morum diversitas* Paris. 1660.

§. CCCCL. J. LEONCENA

ATHELSTENIUM nonnunquam se vocat, quod alii scribunt Atestanum. Zamoscienfis, VESLINGII profector, nihil quidem scripsit, ejus tamen anatomici labores passim laudantur. Tabulas vasorum & nervorum ab eo paratas T. BARTHOLINUS habuit (*p*), laudat *Robertus* BOYLE (*q*), donavit Regiæ Societati Britannicæ *Johannes* EVELYN, qui satis caro pretio redemerat (*r*). In Trans. Philosophicis denique icones LEONCENÆ sculptæ exstant. Tabula prior aortæ est, venæ cavæ altera. In illa arcus magnus bene expressus. Vertebralis arteria, ex rariori fabrica, ex trunco aortæ deducta; magnus arcus gastro epiploicus. In vena cava duæ azygæ venæ insertiones inferiores, satis recte. In Academia etiam ZAMOSCIANA anatomen exercuit, & hydropis saccati exemplum vidit (*s*).

§. CCCCLI. *Marcellus* MALPIGHIUS,

Messanensis ad a. 1665. Professor, inde Bononiensis, ab a. 1666. cum Cl. AUBERY & J. A. BORELLO Academiæ Cementinæ auctor, denique a. 1691. archiater pontificius, etsi minus clinicus (*t*), ruri fere inter anatomicos labores & animalium potissimum incisiones vixit (*u*). Utebatur ad indagandam fabricam maceratione, divulsione, elixatione, injecto humore colorato, aut atramento, denique vitrea lente & microscopio, quod eo tempore novum fuit institutum. Stylo scripsit parum latino & difficili (*x*); acidam theoriam est amplexus; & procul dubio glandulosam fabricam nimis late extendit, neque ubique ab erroribus sibi cavit, magnus tamen sua ætate vir, & inter inventores celebris, qui primus fabricam viscerum subtiliorem per experimenta eruere adgressus sit: qui etiam nupera inventa in Italia potissimum sit tuitus, ex primis etiam statoribus theoriæ evolutionis. Multum odiorum passus est, etiam collegæ sui J. H. SBARAGLI, tum medicorum Messanensium, denique MINI, MONTALBANI, TRIUMPHETTI, BONANNI.

Primum Bononiæ *de pulmonibus duas epistolas* ad BORELLUM edidit 1661. fol. a BARTHOLINO cum suo de pulm. libello recusas Hafn. 1663. 8.* tum Leid. 1672. 12. & in operum omnium MALPIGHII editionibus, inque MANGETI *Bibl.* Fabricam pulmonis

(p) *Hist.* 81. *Cent.* IV. *resp. ad exper. Bilsian.* p. 34.
(q) *Util. philos. exper.* p. 120.
(r) *Phil. Trans.* n. 280.
(s) D. WELSCH *episag. obs.* 50.
(t) F. TORTI *apolog.* p. 149.
(u) ID. ibid.
(x) CORTE *milan.* p. 152.

monis ranini descripsit, ex vesiculis polygonis compositi, per quorum parietes vasa sanguinea in minimos ramos inque rete dividantur; quæ eædem in multis animalibus, etiam calidis, musculosis instructæ sint fibris. Lobulos & eorum interstitia exponit. Vasa minima decolora in Ep. II. Ad sanguinem miscendum pulmones factos esse. Primus videtur microscopio ad contemplandum sanguinis circuitum usus esse.

Ej. *Tetras anatomicarum epistolarum* M. Malpighii *& Caroli* Fracassati Bonon. 1665. 12.* & in Malpighii operibus, tum apud Mangetum, & Amstelodami 1669. 12.*. Epistola prima est *de cerebro*. Ex variis animalibus, corticem ad intestina cerebri penetrare, vasis percurri sanguineis. Medullam fibris fieri. Serum concrescibile in cerebro secerni, & in nervos derivari. Nervum opticum laminis intus medullaribus conplicatis fieri post Eustachium reperit, quam fabricam etiam in minoribus piscibus vidi. Nervum opticum arcte constringi prius, quam retinam generet, recte vidit.

Altera *de lingua* epistola ad Borellum. In ea Malpighius triplices linguæ papillas describit, nervos eo tendentes, corpus reticulatum, quod pro papillis transmittendis perforatur, vaginas epidermidis, in quas eædem papillæ subeunt, fibras linguæ motrices varias, glandulas ad basin linguæ, & in œsophagi principio positas, ex ruminantibus animalibus omnia, nova & vera, sed quæ properata fiducia ad linguam humanam sunt translata.

Ejusd. *de omento & adiposis ductibus exercitatio* una prodiit. Sacculos adipe plenos in ranis describit, ex quibus adeps possit in sanguineas venas premi. Proprios adiposos ductus statuit, per quos perinde pinguedo secernatur, ut per alios ductus saliva &c. Cæterum strias adiposas ex vesiculis componi recte vidit. Adipem in sanguinem refusum asperam ejus naturam temperare.

Ej. *de externo tactus organo* l. Neapoli 1665. 12. sæpe recusus, & in Mangeti *Bibl.* Fabricam linguæ hactenus ad cutem transtulit, ut in ea papillas & corpus reticulare invenerit: in quo ipso sedem nigredinis æthiopum posuit: hæc in gallo indico & in suillis ungulis vidit. Glandulas sudoriferas descripsit. De ungulæ fabrica. Papillæ labiorum; glandulæ penis in glire, glandulæ sebaceæ faciei. Nova iterum omnia, ut tamen a fabrica humana aliquantum distent.

Ej. *de viscerum structura exercitatio*, *acc. disp. de polypo cordis* Bononiæ 1666. 4. Londin. 1669. 12.* Amstelodami 1669 12. Lind. Jenæ 1697. 12 Amstelodami 1698. 12. Tolosæ 1682. 12. Montpel. 1683. Tournes. Gallice Montpelier 1683. 12. Rast. 1687. 8. Neaulme. Porro in operibus omnibus & apud Mangetum. Dissertationes sunt quinque 1. *de hepate*. Parenchyma hepatis ex minimis glandulis constare, Wepferum non eas glandulas vidisse, sed lobulos: hepar esse glandulam conglomeratam. Recte porro contra Sylvium, utique in hepate parari bilem, ductumque hepaticum esse excretorium hepatis canalem. Folliculi vesiculæ felleæ. Bilem in hepate etiam secerni, quando vesiculæ

veſiculæ cum hepate commeatus interceptus eſt. Vinculó injecto oſtendit, bilem ex naturæ lege ad duodenum fluere.

2. *de cerebri cortice.* Et ipſum ex glandulis componi.

3. *de renibus.* Sic iſtos, & ex glandulis urinam in ductus uriniferos deponi, qui in papillas conjungantur, etſi non ſatis certo glandularum cum iis ductubus continuationem vidit. Pelvim porro exponit & infundibula.

4. *de liene.* Cellulis fieri, in quas ſanguis effundatur, & quæ a propriis fibris moveantur. In mediis cellulis inque earum ſanguine glandulas ſuſpendi.

5. L. *de polypo cordis* hactenus huc facit, quod de ſanguinis etiam fibris agatur: & de ejusdem ſanguinis a ſpiritu ſulfuris coagulatione: tum de modo quo membranæ præter naturam generantur. Ad lymphæ analyſin.

Ej. *Diſſertatio epiſtolica de bombyce* Londin. 1669. 4.* Gallice Paris 1686. 12. Nova omnia, & quæ ante ea tempora nemo erat molitus. Anatome animalis microſcopio adjuvante facta. Via cibaria: aſperæ arteriæ ad eam viam, cor & muſculos diſtributæ. Cor alterne latius, ejusque motus. Medulla ſpinalis, ſerici generatio, & vaſa. Experimenta quibus conſtat, animal obſtructis aſperis arteriis interire. Papilionis nova, quibus eruca carebat, organa. Partes genitales utriusque ſexus, generatio, & ova. Ad cæca inteſtina piſcium, quæ ſunt circa ventriculum.

Ej. *de formatione pulli in ovo diſſertatio epiſtolica* Londin. 1673. 4.* (non 1666. 4. ut LIND. cum omnes epiſtolæ & præfationes anni ſint 1672.) tum in *operibus omnibus* & in MANGETI collectione. Gallice Paris 1686. 12. Multo plura vidit in ovis certis horis apertis & per augentia objecta vitra inſpectis, quibus auxiliis priores auctores deſtituebantur, figuræ etiam additæ ſunt, figura venoſa, cordis phaſes, quo in objecto vir Cl. errorem admiſit; duos enim ventriculos dixit, qui erant ſiniſter ventriculus & aortæ bulbus, cum dexter ventriculus nondum natus eſſet. Subjectæ aliquæ MALPIGHIUM inter & OLDENBURGIUM epiſtolæ.

Ej. *Appendix de ovo incubato* data Bononiæ 1672. Londin. & in operibus omnibus. Omnia paulo accuratius, prima incrementa cordis, pulli, veſicula umbilicalis, vagina, quæ amniós.

De utero epiſtola ad Jac. SPONIUM, data 1681. in operibus, & in *Phil. Tranſ.* n. 161. Deſcribit ſinus muciferos uterinos, ex vaccis. Reticulatæ ejus viſceris fibræ. Corpora lutea ovarii, in quibus intus ovum verum naſci putat.

In *anatome plantarum* dentium fabricam breviter deſcribit.

Hæc quæ diximus *opera* conjunctim edita fuerunt Londini 1686. fol. 2. Vol.* & recuſa Amſtelodami 1687. 4.*. Prior editio ſplendida, peſſimo vero ordine absque ulla cura in lucem extruſa eſt, altera minoribus cum figuris aliquanto comtior, etiam plenior.

Poſt hanc collectionem prodiit Diſſ. *de glandulis conglobatis* Lond. 1689. 4.* Leid. 1690. 4. in Diario Parmenſi 1689.* in *Galeria di Minerva* anno 1696.* &

cum

cum operibus posthumis. Ex optimis auctoris operibus. Sollicite hic describit glandulam simplicem veram: tum conglobatam, cui tamen non bene fibras tribuit musculares, & loculos. De fabrica renum succenturiatorum, in quibus putat se ductus vidisse excretorios. Glandulæ pericardii. Fabricam glandulosam viscerum confirmat, eoque etiam testes refert, & pericardium. Inde de villosa tunica ventriculi in sue, in asino, in avibus. Neque ignorat in glandula fistulosam esse lanuginem. Glandulas habet ventriculi & recti intestini.

EJUSD. *Opera posthuma* Londini 1697. fol.* Venet. 1698. fol. & 1743. fol.* Leid. 1698. 4.* quæ editio aliquanto correctior est, Londinensis valde vitiosa. Collectio diversorum opusculorum I. Vita MALPIGHII ab ipso Cl. viro scripta *pragmatica*, ut inventorum principia & progressus recenseat, nova addat ad ea tuenda argumenta, & responsiones ad objectiones. Spirales fibras cordis valde juvenis ostendit; dialogos physiologicos, aliasque chartas per incendium amisit, quas inter experimenta erant chemica ad serum sanguinis spectantia. Rugæ minores in ventriculo animalium. Ad lymphæ analysin. Seminia dentium duplicia. Pulmonum vesiculas & eorum usum contra ENTIUM defendit; anatomen eorum viscerum ex ranis repetit, musculosum velamentum confirmat. Contra SWAMMERDAMIUM etiam & WILLISIUM, BORELLUM & J. MINUM se tuetur. WILLISII icones acriter carpit. Venam pulmonalem in rana sodali arteria majorem esse. Xiphiæ piscis anatome, & lentis crystallinæ manubria. Nerveum succum (pinguem & extrinsecum) ex cauda bovis describit, sic monstrosos ungues. Papillas cutaneas defendit: tum adversus KERKRINGIUM hepatis glandulas: WEPFERUM lobulos vidisse, non glandulas simplices. Pro lienis glandulis contra HARDERUM. Morbosum renem describit: sic lienis ex homine glandulas, ossium fabricam hic exponit, filamenta, & laminas; claviculos GAGLIARDI rejicit, vasa interna vidit, succum osseum ex capite petrefacto illustrat. Tunc dentes; quorum crustam vitreæ similem describit, ejusque filamenta, folliculum, vasa. De bombycibus supplementum, ova feminina masculo semine adsperso fecundari. Trachearum arteriarum fabrica, tum viscera, & adversus SWAMMERDAMIUM apologia. Ad seminales vesiculas, cerebrum, cor. Aquilæ incisio: in ea membrana pupillari adfinis: œsophagi glandulæ cæcæ: appendices piscium. Iterum de sinubus uteri mucosis. Embryo humanus, placenta vesicaria. Ovum monstrosum. Sanguinis motus in vasis minimis microscopii auxilio descriptus, oscillatio, retrogressio, accurate, vere, & minute. Pili fabrica, bulbus, pili alieno loco orti; pennæ structura, & unguis. Contra NUCKII fabricam glandularum conglobatarum. De ductubus suis pinguiferis ipse nunc dubitat MALPIGHIUS. Fibras lienis habet pro musculosis.

Inde sequuntur libelli aliqui MALPIGHIANI. *Placidi* PAPADOPULI, ficto nomine scripta, *adversus oppositiones regestas in* (*Marci* LIPARI) *triumpho galenistarum responsio* italice & latine: fusa apologia, & longe diversi styli ab iis nervosis opusculis, quæ hactenus diximus. Pro nuperorum inventis, pro anatome subtiliori, pro microscopiorum usu. Physiologiæ nuperæ aliquæ partes. Adversus auctoritates.

 Respon-

Responsum ad Diss. (J. H. SBARAGLI) *de recentiorum medicorum studio*, qua anatome, ante STAHLIUM, parum dicitur clinico utilitatis adferre. Contra noster utilitatem novorum inventorum per singula adstruit. Comparat anatomen nuperorum cum veterum anatome, ostendit quantum ex illa in praxin lucis eniteat. Fuse, italice & latine.

In editione Veneta 1743. fol.* quam *Faustinus* GAVINELLUS curavit, satis longa præfatio accessit, & animadversiones aliquæ, non maximi momenti.

In *Phil. Transf.* n. 71. epistola est, qua de pulmone variorum animalium agit, ejus naturam musculosam confirmat, etiam fibras lienis carneas dicit, tunicamque internam testis, hanc ex equo.

§. CCCCLII. *J. Alphonsus* BORELLUS,

Neapolitanus (y), Professor Pisanus, MALPIGHII amicus & in Mathematicis Doctor, vir & ipse insignis, qui primus serio mathemata ad physiologiam adplicavit. Multa animalia incidit, etiam pisces (z). Aliquæ ejus ad MALPIGHIUM epistolæ jam exstant in *posthumis* MALPIGHII ab anno retro 1659. scriptæ. In aliis anni 1661. cadavera hominum a febre maligna exstinctorum incisa describuntur.

In iisdem posthumis anno 1664. BORELLUS MALPIGHII famam tuetur, & negat ab eo EUSTACHIUM exscriptum fuisse, quando piscium majorum nervum opticum descripsit.

De renum usu judicium cum BELLINI libello Argentorat. 1664. 8. & alias.

EJ. *Osservazioni interno alla virtu ineguale degli occhi Giorn. de Letter* 1669. & DENYS. *Conf.* n. 5. Duos oculos plerisque mortalibus inæquali esse robore, & alterum objecta distinctiora & majora videre. Præfert sinistrum.

Deinde magnum opus *de motu animalium* molitus, cum primum volumen jam REGINÆ SUECIÆ dicasset, eodem anno morte occupatus est. Prodiit interim Tomus I. Rom. 1680. 4.* & Tomus II. anno 1681. 4.* recusi in Belgio 1685. 4.* Leid. 1711. 4. Neapoli 1734. 4. 2.Vol. Haag. 1743. 4. & in MANGETI *Bibliotheca*. Fabricam primum musculi describit, potissimum etiam fibrarum ad tendinem inclinationem variam, jam a STENONIO tactam & LOWERO, quorum priorem refutat. Inde ad æstimandas vires a musculis impensas progreditur, & eas, contra vulgatam opinionem, multo majores esse ostendit, quam sit earum effectus. Per singula exponit, cur vires a musculis exercitæ minorem sortiantur effectum: & quid ab angulo recto minori dispereat, quid a distantia hypomochlio viciniori virium adhibitarum, & majori ponderis distantia; a fibrarum carnearum cum tendine intercepto angulo; a vi porro quæ frustra impenditur a stratis fibrarum interioribus, quam quidem jacturam noster plurimi facit; a vi demum quæ perit, quod omne momentum potentiæ duplum sit momenti ponderis suspensi. Ex his considerationibus adparet, immensam vim a muscu-

(y) a. 1608. MONGITORE.
(z) FRACASSAT. *cerebr.* p. 357.

musculis exerceri, ut exiguum effectum edant, quam vim ad multa librarum millia noster æstimat, & in nonnullis musculis sigillatim metitur. Inde de statu, gressu, volatu, natatu. Fibræ cordis ab anno 1657. extricatæ, fere ad LOWERI modum. Fibræ musculorum vesiculares. Vim muscularem pendere ab inflatione fibrarum. Eam inflationem fieri a succi nervei cum sanguine fervore chemico. Tunc motus cordis, & vires ad eum motum requisitæ, quas 180000. lib. pares facit. Hinc de respiratione, ubi veram sententiam de simultanea actione musculorum intercostalium proponit, & aream cavi pectoris æstimat. De animalibus in vacuo spatio pereuntibus, & rupta vesica natatoria. Ibi contra MALPIGHIUM sanguinem in pulmone non misceri ostendit: aërem autem in pulmone sorberi, qui in sanguine oscillet. Lactis & sanguinis aliqua analysis. Fermentationem ad secretiones interpretandas adhibere renuit, & a pororum figura & angustia secretionem interpretatur, in renibus, in hepate. Nerveus succus: eum cum sanguine nutritionem facere, a spiritibus vero differre. Motus animales omnes esse ab anima, etiam vitales. Sternum inspiranti antrorsum ferri. De somni causis. De testis fabrica AUBERIANA, sibi jam anno 1657. Pisis ostensa. Ventriculi avium granivorarum structura & vis. Globuli vitrei ab earum avium ventriculis contriti. Pro resorbtione chyli in vasa mesenterica. Pathologica aliqua. Contra sanguinis fibras.

§. CCCCLIII. *Nicolaus* (a) STENONIUS,

Danus, Discipulus T. BARTHOLINI, aliquamdiu Professor Hafniensis, inde in Hetruriam vocatus, post non plurimos annos in artem anatomicam impensos, mutata religione, presbyter & episcopus in partibus infidelium, nondum quinquagenarius in aula Megalopolitana obiit (*b*). Multa bona præstitit vir Cl. etsi potissimum brutorum animalium anatomen coluit, neque plurimis annis.

Inauguralem disputationem proposuit Leidæ a. 1661. 4. *de glandulis oris, & nuper observatis inde prodeuntibus vasis* præside *Johanne v.* HORNE. In ea diss. potissimum ductum describit, qui etiam nunc nomen viri fert, a parotide glandula ortum, & a CASSERIO pro ligamento habitum. Sed præterea sublinguales ductus breviores indicat, & buccalium glandularum, majoris etiam & conglomeratæ, ductum excretorium, & palatinas minores. Suum ductum apud *Joh.* BLASIUM fratrem GERARDI invenerat, & utrique fratrum demonstraverat. Prior de eo scripsit GERARDUS, eumque sibi tribuit. Tuetur se STENONIUS, tum in disputatione, quam diximus, tum in *epistola*, quæ est 24. *Cent.* III. BARTHOLINI.

In eadem *epistola* pluscula habet de vasis lymphaticis, ductu thoracico, & itinere lymphæ per vincula demonstrato.

In alia n. 57. anno 1666. lymphaticum in naribus vasculum describit, & valvularum lymphaticarum in regendo lymphæ itinere potestatem confirmat.

(a) UCHELANT video dici in *Dänisch Journal* I. p. 356.
(b) MOELLER,

In *Ep.* 65. de glandulis cutaneis, & lymphaticorum vaſorum ductu & valvulis.

In *Epiſt.* 1. *Cent.* IV. Lympham ſponte in gelatinam vivo in cane coactam vidit.

In *Ep.* 26. varia vaſa lymphatica vinculo adſtrinxit, itineris lymphæ ductum vidit. Ductus pancreaticos duos, bilarios duos in avibus. Venam cavam ultimam ſupervivere: varia ad motum auricularum cordis pertinentia.

In *Epiſt.* 55. Contra veſiculas pulmonales MALPIGHII. Quantum ab aëre admiſſo pulmo mutetur. Ab inſpiratione venam cavam in abdomine inaniri. Oſtiola ad latera linguæ in cygno viſa. Vaſa lacrumalia in homine reperta, quæ in palpebræ ſuperioris membrana aperiebantur.

Ep. 70. muſculorum penniformium figuræ, quas alias dedit ornatiores.

EJUSD. *Obſervationes anatomicæ, quibus varia oris, oculorum & narium vaſa deſcribuntur, novique ſalivæ, lacrumarum & muci fontes deteguntur, & novum* BILSII *commentum rejicitur* Leid. 1662. 12.* 1680. 12.* & in MANGETI Bibliotheca. Diſputatio eſt, quam dixi, ſed multum aucta, adjectis ratiociniis, tum vaſis lymphaticis a glandula conglobata ad aliam transgredientibus: gyro addito vaſorum lymphaticorum colli, eodem qui BILSIO dictus eſt: refutatione BILSII. Glandulæ narium: glandulæ ceruminis. Contra eumdem BILSIUM confirmatæ vaſorum lymphaticorum valvulæ, & iter lymphæ vinculis injectis evictum. In iisdem vaſis lympha viſa & lac. Contra vaſa lac ad mammas vehentia EVERARDI.

Una prodiit *reſponſio ad vindicias hepatis redivivi.* In DEUSINGIUM nimis BILSIO credentem. Fatetur tamen, eſſe ubi lympha relabatur.

Tum *de glandulis oculorum — obſs. quibus veri lacrumarum fontes deteguntur.* Vera utique vaſa lacrumalia a glandula ejus nominis deſcendentia in palpebram ſuperiorem: carunculæ lacrumalis ductus, ex bove. Lacrymarum fluxum a conſtrictis venis deducit.

De narium vaſis. Glandulas ſimplices narium contra SCHNEIDERUM ſtabilitæ, deinde duo nova & longa vaſa mucifera narium. Ductus inciſorii, de iis gutta ſtillantes.

EJUSD. *de muſculis & glandulis obſervationum ſpecimen cum duabus epiſtolis anatomicis, quarum* I. *agit de rajæ anatome, altera de vitelli in pulli inteſtino tranſitu* Hafniæ 1664. 4.* Amſtelodami 1664. 12. LIND. Leid. 1683. 12. GUNZ. & in MANGETI Bibliotheca. Aureus libellus, quo multa novorum inventorum ſeminia continentur, quæ abinde Cl. vir uberius elaboravit. De muſculis. Muſculi linguæ. Non dari carnem in muſculo, quæ a fibris diverſa ſit. Laminæ lentis cryſtallinæ. Cor muſculum eſſe. Levatores coſtarum, triangularis ſterni. Recte vidit intercoſtales (exteriores quidem) cum levatoribus ſpatia inter cartilagines coſtarum arctare, dum ſpatia inter partes oſſeas dilatant: in internis cum ſcholis ſenſit. De muſculis in univerſum, conpoſitis & ſimplicibus, eorum fabrica.

brica. De linguæ fibris musculosis gulæque. Tendines frequenter ossescere. Cordis fabricam fibrarumque ductus primus tentavit exponere, in eo viscere explicando felix (*c*). Inde de glandulis. Suum inventum in ductu parotico confirmat, repetit quæ in priori libello fusius exposuerat. Canaliculos dicit epiglottidem perforantes, lymphaticorum vasorum in glandulas conglobatas distributionem, in venas rubras insertionem. De lymphæ vero motu. In rajæ cute ductus muciferos, fusa & dissoluta in ventriculo ossa, & thoraces cancrorum tabefactos: valvulam cochlearem recti intestini, ova quater caudata; operculum peculiare radiatum pupillæ. Denique vitelli ductus & intestini resorbtionem.

EJUSD. *Myologiæ specimen s. musculi descriptio geometrica. Acc. carchariæ dissectum caput, & dissectus piscis ex canum genere* Flrent. 1667. 4.* Amstelodami 1669. 8.* & in *Bibl.* MANGETI. Fibrarum carnearum cum tendine conjunctionem variam dixit, musculosque pennatos & radiatos, aut alio modo compositos, uberius exposuit. Intumescentiam musculi simplicissime explicari posse sibi persuasit, si rhomboidea fibrarum strata in rectangula quadrangula mutarentur (quod quidem fieri nequit, nisi plurima materies eam auctam aream repleat). Vertebrarum musculos secundum eorum ductum ad vertebrarum spinas accedentem, aut ab iis recedentem distinguit.

Inde apologia pro prioribus, in *Epistola* ad THEVENOTUM, qua multa bona, ad motum musculorum spectantia continentur, inventa etiam alia auctoris defenduntur. Hic etiam experimentum habet, quo evincere putavit, vincta arteria aorta animalis crura resolvi.

In canis carchariæ capite multa utiliter vidit: ex *Michaëlis* MORCATI codice M.S. anatomen capitis ejus animalis dedit, inque ea vasa mucosa cutanea piscium majorum & dentes descriptos, lentis crystallinæ exteriora aquea esse mollitie, cerebri minimam molem, nervos opticos ut in homine connexos adducit. Varia addit STENONIUS, tendines cuti insertos. Cl. PHELYPEAUX hypothesin probat, processus ciliares ejus lentis convexitatem deprimere. Humor inter laminas tunicæ chorioideæ. Vasa chorioideæ tunicæ vorticosa, & lymphatica oculi a se visa nihil nisi nominat. Nervos a cerebro paucos, plerosque a medulla spinali prodire. Fuse de glossopetris.

Denique *anatome alterius piscis ex canum genere.* Et hic de extimæ peripheriæ lentis crystallinæ aqua. Cerebri minutissimi anatome, lamellata narium fabrica. Cochlea membranosa intestini. Ovi ductus.

EJ. *Discours sur l'anatomie du cerveau a M... de l'assemblée qui se fait chez* M. THEVENOT Paris 1679. 12.* recusa in WINSLOWI anatome. Latine a *Guidone* FANOISIO versa *anatome cerebri*, Leid. 1672. 12.* denique in MANGETI *Bibliotheca.* Nullam administrationem cerebri satisfacere. Contra WILLISII hypotheses & figuras, quas STENONIUS sigillatim castigat. Contra CARTESIUM,

(c) Duo corda ita parata, ut fibrarum ductus adparerent, RUYSCHIO donavit, *Cat. Mus. rar.* p. 141.

TESIUM, glandulam pinealem non ſedere in ventriculis. De ambiguitate vocis *tertius ventriculus.* Fornicem a baſi cerebri violente ſeparari, interpulſo flatu. Quemque nervum ſeorſim debere ad ſuam originem deduci. Tantam eſſe anatomes difficultatem, ut neque (*d*) medicus clinicus, neque Profeſſor ad demonſtrationes officio ſuo adſtrictus huic oneri ſufficiat. Ventriculos cerebri non continuari. Magna valvula cerebri. Icones rudiuſculas, quæ fere deſunt, TARINUS repetiit. Apud T. BARTHOLINUM legitur, STENONIUM vaſa lymphaticis ſimilia in plexubus chorioideis vidiſſe.

In l. *de ſolido intra ſolidum* Florent. 1669. 4.* Leid. 1679. 12.* & nuper Cl. *Antonii* MATANI cura Piſtorii 1763. 4.*. Anglice London 1671. 8. BODL. pleraque quidem phyſici ſunt argumenti. Intercurrunt tamen quædam peculiaria cogitata de triplici animalium fluido, externo, quo caveæ cibariæ, aereæ, & genitales replentur: interno communi, quod vaſis corporis animalis continetur: proprio, quod in parenchymate, circa fibras motrices, alibi reperitur. Ibi addit, fere ad HIPPOCRATIS mentem, ubique in corpore cavitates eſſe, in quas ſecretæ a ſanguine partes fluido illius loci miſceantur, quæ partibus ſolidis ſe addant, easque alant. In easdem cavitates relabi detritas de ſolidis partibus particulas, quæ ſanguini reſtituantur, & ad fluidum externum redeant. Ab eo interno fluido callum oriri, aliaque incrementa, quæ amiſſas partes reparant; & demum fibras generari. Inde de teſtis & de earum filis, atque origine ex ſuperficie animalis, ejusque viſcido ſudore.

In *Actis Hafnienſibus* pluſcula ad STENONIUM pertinent. In Vol. I. n. CX. embryo monſtroſus cum labio leporino, digitis connatis, ventribus inferioribus nudis & apertis. Cor valde ſingulare, aorta pulmonalis quam aorta major: ductus arterioſus nullus, ejus loco ductus ex ventriculo cordis dextro in aortam euns. De digeſtione ſerpentum, & plumularum devoratarum pilis parum mutatis. De amplo hepate anſerum ſaginatorum. Lepuſculi in utero materno conſumti, paucis oſſiculis reliquis factis.

N. 131. Cerebrum hydrocephalicum mire mutatum. Magni momenti huic inciſioni corollaria ſuperſtruxit: animal vivere poſſe, etiam ſi duo hemiſphæria cerebri tota ſeparata ſint. Non credere ſe cerebrum in aquam reſolvi.

Vol. II. *obſ.* 34. In ovo & pullo obſervationes, recuſæ in MANGETI *Bibliotheca.* Ova incubata per horas ſpeculatus eſt. Halones, ſacculus ſ. macula ſitu variabili: nidi vera figura. Venoſa area. Embryonis prima apparentia, bene. Veſicula umbilicalis. Cordis initia, idem a calida reſuſcitatum, & fetus pene emortuus vitæ redditus. Lactis concreti in ventriculo ſpecies. Vitelli ductus, reſorbtio & valvulæ pulcherrimæ vitelli.

Ib. n. 46. de motu cordis, auricularum & venæ cavæ experimenta in vivis animalibus facta, recuſa a MANGETO, optima & utiliſſima. Vena Cava ultima ſupervivit. A ſanguinis ſubtracta penu cordis quies, a ſanguine reddito motus. Motus cordis in ſingulis fibris, periſtaltici ad modum progrediens.

N. 88.

(d) Adv. p. 26.

N. 88. & 89. de ovis viviparorum animalium, iterum eximie: phænomena uteri gravidi, cotyledones, ova. Primus enim STENONIUS testes animalium quadrupedum ovaria esse, vesiculas ova, per suas adnotationes constituit. Uteri fibræ motusque. Uterus & ova piscium, serpentum, animalium quadrupedum variorum. Amnii humor, & in eo coagula, etiam in ventriculo visa. Corpora lutea. Ova in mula. In Galeo pisce liquor ex placenta venit in intestina.

Ib. n. 97. figuræ variæ vasorum lymphaticorum in gyrum flexorum, & ductus thoracici.

Ibid. n. 127. Accurata historia musculorum aquilæ, oculorum etiam potissimum.

N. 124. Proœmium demonstrationum anatomicarum Hafniæ anno 1673. instituendarum. Clausum per plures annos theatrum noster aperuit.

In BARTHOLINI *anatome* ejus locus exstat de vasis, quæ vidit, cerebri lymphaticis.

§. CCCCLIV. *Olaus* BORRICHIUS,

Ripensis, Hafniensis Professor, ex BARTHOLINI schola, Chemicus quidem potissimum, tamen & anatomicus, vir acuti ingenii. Quæ pauca in incidendi arte, potissimum in animalibus tentavit, ea tamen bona dedit & utilia.

Primæ ejus sunt epistolæ ex itinere ad BARTHOLINUM missæ, & quidem a. 1661. *Epistola* 85. *Centur*. III. de SYLVII placitis, & de cavitate septi lucidi. De BILSII incisionibus vivorum canum, & de lymphaticis vasis, cum nomine lacteorum ostensis.

De iisdem n. 87. De tribus ramis ductus thoracici, qui sint gyrus BILSII. Recte vidit ductum thoracicum deorsum tendere, ut se in venam inmittat. Iterum de BILSII experimento. De ejus artificio incruentæ sectionis: fieri sanguine in aliam partem corporis compulso, ibique vinculis injectis retento.

Ep. 91. Iterum de BILSII ostensionibus. Laudat sceletum ferream *Petri* HOFFWEN (*e*), cum vasis: tum figuras musculorum *J. van* HORNE industria paratas, quas laudavimus.

Ep. 93. Contra BILSIUM. Pericardium cordi adnatum. Puella obesissima.

Ep. 95. Mumiam tamen BILSIANAM laudat.

Ep. 97. Aliquæ cadaverum morbosorum incisiones. Ductus thoracicus humanus. Glandulæ labiales, arenulæ in pineali glandula. Ductus foraminis ovalis patens. In cane vivo chirurgia infusoria tentata; sanguis ab aceto niger, a sale ammoniaco fluidus. In ductu thoracico liquor acidiusculus. Vasa lymphatica in varias venas aperta.

Ep. 99. de BLOTTESANDÆO. Eo nempe anno acris in DEUSINGIUM libellus in Belgio prodierat, cui titulus *Benedicti* BLOTTESANDÆI DEUSINGIUS *heautotimorumenus*. Negat suum esse partum BORRICHIUS. BURRHIANA humorum oculi restitutio. *Cent.*

(e) *Chem. Ep*. 97.

Cent. IV. *Ep.* 17. De eadem reſtitutione. Inflata arteria cœliaca lienis arterias, venas, & vaſa lymphatica intumuiſſe. Venas coronarias videri valvulis deſtitui, & per eas redire aërem per arterias impulſum. Glandulæ bronchiales ſubnigræ, quas novas putat. Vitulus bipes.

Ep. 51. Fetum Muſſipontanum fabuloſum eſſe. Ciſternæ chyli bipartitæ icon. Ventriculus in medio contractus. Sphincteris veſicæ fibræ longæ. In vivis animalibus ultimam moveri venam cavam. Muris maximi teſticuli. Oſcillatio in meatu bilis columbæ. Pori ad latera linguæ cygni.

Ep. 76. De pulmonibus ranarum. Cordis in ranis pertinax motus. Aërem in aſperam arteriam inflatum cor ſubire. Inſulæ ductus thoracici. Aliqua in veſicæ anatome conamina.

Ep. 92. nova ex anglico itinere. Talpæ anatome & oculi veri. Ex BOYLEO, capite forfice præciſo pullum gallinaceum ſupervivere. Muſcas ablato capite venerem pati & exercere, (quæ nimia ſunt). Ab injecto in venas opio ſomnum fieri. De WALLISII ſurdo homine, quem loqui docuit. De HARVEJI monumento.

EJ. *Hermetis Aegyptiorum & chemicorum ſapientia ab* H. CONRINGII *animadverſionibus vindicata* Hafniæ 1674. 4.*. Capite V. BORRICHIUS anatomen Aegyptiorum defendit, ſolitis locis adductis, etiam nonnullis, quæ vix fidem merentur. Inde dum ARISTOTELEM carpit, leonis dat anatomen, cum viſcerum ponderibus. Aſperam arteriam vaſtiſſimam eſſe. Linguæ papillæ. Deinde aquilæ anatomen exponit. Fauces dentatæ: humor vitreus pene æque ſolidus, quam cryſtallinus. Membrana nictitans. Ductus bilarii duo, pancreatici duo. Ventriculus ſuperne glanduloſus, inferne carnoſus. Lac album in ſanguine anſerum viſum. Porro haliæti anatome. Labyrinthus organi auditorii. Tertia anatome aquilæ. Crocodili anatome. Linguam utique habere. Valvula coli iter occupans, non ceſſura flatui inverſo.

Inter *diſputationes ſ. orationes* a morte viri Hafniæ anno 1715. 8.* editas curante *Severino* LINTRUP ſunt 1. Oratio de ſanguine anni 1676. De chirurgia infuſoria & transfuſoria. Aliqua de liquoribus qui ad ignem de ſanguine, ſtillant. 2. De animalibus hieme ſopitis a. 1680. dicta, hæc plenior.

EJ. & *Joach.* JURGENS *de alimentorum curſu eorumque in chylum, ſanguinem, & corporis humani ſubſtantiam mutatione* Hafn. 1676. 4.*.

EJ. *de ſomno & ſomniferis* Diſſ. Hafn. 1683. 4.*. Magis ad medicamenta ſomnifera pertinet.

In *Actis Hafnienſibus* pluſculi ſunt Cl. viri labores. *Vol.* I. n. 69. oculorum humores, in homine, ſponte reſtituti.

N. 70. Sudor nigerrimus.

N. 71. Vox poſt quatuor annorum aphoniam redux.

N. 90. Erinacei anatome, ejusque muſculus circularis.

N. 92. Jecur gallinaceum monſtroſæ molis.

N. 93.

N. 93. in rariorum thesauris duo cyclopes visi.

N. 94. Infans hirsutus.

N. 96. Columbæ anatome. Nulla omnino fellis vesicula. Iterum motus oscillatorius in ductu bilario hepatico. Bilis multa in ventriculo. Duo intesticula cæca.

In Vol. II. n. 48. Anatome aci marini. Vasa argentea ex vesicula ad hepar sparsa. Bulbus aortæ.

N. 49. Ovum humanum, in quo embryo. Os ei hians.

N. 52. Ex variis avibus lingua, & os hyoides.

N. 53. Aliqua de quatuor membranis felleæ vesiculæ.

N. 54. Interiorem tunicam ureteris coctam crassescere.

N. 56. Fetus in Fionia monstrificus, galea cranii destitutus, ore clauso.

N. 67. & 69. de salibus animantium fixis.

N. 82. A terrore mutilus.

N. 83. Lac ex brachio feminæ.

In Vol. IV. n. 59. Trajectinus cæcus, odoratu metalla distinguens.

N. 54. Contra lumbricos prægnantes.

N. 66. Monorchides alterum testem in abdomine gerere.

N. 69. Sudor podagricus acidus.

N. 80. & 89. Analysis chemica cantharidum.

Vol. V. n. 38. Urina in febriente viridis.

N. 56. Aliquot superfetationum exempla.

N. 74. Menstrua per nares stillantia.

N. 76. Sudor in manu perpetuus.

N. 79. Periculosa incurvatio cartilaginis ensiformis.

In *Ephemeridibus Naturæ Curiosorum Dec.* I. *ann.* I. n. 168. plumbum per urinam excretum.

Ann. III. *obs.* 237. saliva sacchari dulcedine.

§. CCCCLV. *Johannes* BOHN,

Medicus & Professor Lipsiensis, vir minime vulgaris, chemicus & hactenus incisor, ut certe in vivis animalibus experimenta fecerit, MALPIGHII amicus; sub vitæ finem paulum scepticus, & veri tamen amans. Obiit a. 1719.

EJ. Disp. *de sudore* Lipsiæ 1661. præside *Johanne* MICHAELIS.

EJ. *Exercitationes physiologicæ* XXVI. Lipsiæ ab anno 1668. 4. ad 1677. a Cl. HEFTER recensæ. Aliquas possideo I. *de appetitu* 1668. 4.

II. *de mastiсatione & deglutitione* 1668. 4.

VI. *de hepatis & lienis officio.*

VIII. *de pulmonis & respirationis usu.*

XIII. *de urinæ secretione.*

XIV. *de diaphoresi & sudatione.*

XXV. *de fetus œconomia.*

Inde natus est *circulus anatomico-physiologicus f. œconomia corporis animalis*, Lipf. 1680. 4. 1686. 4. 1710. 4.* in quo omnes ætatis fuæ hypothefes convellit, quæ omnia non fine fructu certe leguntur: etfi lites illæ noftro ævo fere obfoleverunt. Pauca proferam de multis, quæ laudem merentur. Veficulam bili fecernendæ non fufficere, contra SYLVIUM: bilem cyfticam ab hepatica differre; preffa veficula bilem tamen in hepar adfluere; minorem partem bilis arteriam fuppeditare, majorem venam. Ad veficulam perpetuo ferri. Phænomena bilis cum variis falibus miftæ. Lienem feliciter exftirpavit: de ejus ufu ampliat, nifi quod fanguis ejus fit fluidior, minusque cohærens. Ligato uretere veficam inanem reperiri. Ova feminina nonnifi a feminis mafculini vi de ovario folvi: amnii humorem & coagulari & alere: Offa pubis in partu non divelli: Aërem non totum fanguinem fubire, neque vitalem ofcillationem ciere. Aquam injectam mufculos ad motum follicitare. Contra panfpermiam. Cor a fanguine in ventriculos inpulfo ftimulari. Organa olfactus ex animalibus.

EJ. *de alcali & acidi infufficientia pro principiorum feu elementorum corporum naturalium munere gerendo* Lipf. 1681. 8. LIND. Unice fere difputatur de rebus phyficis 1696. 8.*. Vix quidquam ad phyfiologiam habet.

EJ. *de aëris in fublunaria influxu* Lipf. 1678. 8. lego etiam 1675. 8. LIND. & cum priori 1696. 8.*. Ab aëre per afperam arteriam inpulfo fanguinem, qui in mortuo animale niger erat, fpumofum & fluidum in finiftrum finum cordis pelli.

Contra Differtationem J. H. SBARAGLI pro MALPIGHIO dixit in *prælectione therapeutica* Lipf. 1691. 4. edita, & a SBARALEA recufa Bonon. 1701. 8.*

EJUS *de officio medici duplici Clinico & forenfi* Lipf. 1704. 4.*. In pofteriori libello aliqua ad rem noftram faciunt, de partu feptimeftri, de cruentatione cadaverum, de virginitate, de fetu vivo vel mortuo edito, ubi nofter pulmones fubmerfos monet, non femper mortuum ante partum fetum indicare; cum per propria exempla puer absque refpiratione aliquamdiu vivere poffit, etiam in catulis experimento facto.

In l. *de renuntiatione vulnerum lethalium*, Lipf. 1711. 4.* duæ appendices phyfiologici funt argumenti. I. de infanticidio. Ibi contra argumentum a natatione vel fubmerfione pulmonum fumtum difputat. Putredinem negat, pulmonem reddere natatilem: & vitalis fetus pulmonem mergi poffe docet, dum nunquam refpiraverit. Altera eft de vivis mortuisque hominibus aqua fubmerfis, fufpenfis &c. Aquam negat, vivi hominis vifcera fubire.

Præter

Præter 26. illas Disputationes, nuperiores aliquæ Cl. viri exstant.

An mors sit malum 1668. 4. B. THOMAS.

De lactis defectu 1675. 4.*.

De vomitu 1688.* HE. ib.

De menstruo universali animali 1687. 4. recusi cum *Circulo.*

De duumviratu hypochondriorum Lips. 1689. 4.*. Contra SYLVIANAM sectam; Diss. cum *circulo* recusa.

De motu cordis Lips. 1690. 4.*.

Lectio anatomica de utilitate anatomiæ subtilioris in praxi medica. 1691. 4.

De anatomici & therapeutici studii conspiratione ac rei anatomicæ notitia accuratiori medico, quam necessaria & proficua Lips. 1691. 4. PL. contra P. MINUM. Idem puto opusculum recusum cum SBARAGLI.

De singultu 1697. 4. VAT.

In programmate lego defendere *solum gluten firmarum partium mutari*, partes ipsas immutatas manere.

In *Act. Erud.* 1682. de vasis bilariis hepatico-cysticis, in ductum cysticum insertis, ex bove, cum icone: Tum de proportionibus partium sanguinis. Pars rubra vix est sanguinis duodecima.

A. 1683. De bilis ab hepate motu. Satis multam bilem ex hepate in vesiculam fellis venire.

IDEM processum anatomicum s. de recta partium corporis humani secandi ratione M. S. reliquit. GUNZ.

§. CCCCLVI. *Laurentius* STRAUSS,

Professor Giessensis, non quidem incisor, pluscula tamen physiologica scripsit.

EJ. *Resolutio observationis singularis Mussipontanæ fetus extra uterum in abdomine retenti tandemque lapidescentis* Darmstatt 1661. 4.*. Collectio fetuum monstrosorum, nævorum. Historia memorabilis ventriculi cum omento per foramen septi transversi in thoracem penetrantis. Acc. aliorum judicia, inter quæ fusiora T. BARTHOLINI & *J. Jacobi* WEPFERI, tum *Guidonis* PATINI, qui rem totam putat fabulosam esse, & STRAUSSII epilogus.

Hæc Dissertatio recusa est cum titulo *historiæ fetus Mussipontani extra uterum in abdomine reperti & lapidescentis* prodiit Francofurti 1669. 4.*. Accesserunt in hac editione DEUSINGII, quæ diximus, scripta, & LAUTHIERI, & *J. Christophori* EISENBERGER de eodem fetu ad *J. Dan.* HORSTIUM Epistola, & *ostentum s. historia mirabilis infantis in ventre a morte matris reperti post annos sexdecim & amplius graviditatis* Dolæ 1661. edita.

Ej. *Cursus medicus XX. disputationibus absolutus* Giess. 1663. 4. Riv.

Ej. Disp. *de anima rationali* ib. 1663. 4.*.

Ej. Disp. *de hepate* ib. 1665. 4. Burckh.

Ej. *Conatus anatomicus aliquot disputationibus exhibitus* ib. 1660. 4.*. Compendium anatomicum.

Ejusd. *Exercitatio physica de ovo Galli* ib. 1669. 4.*. Occasione Galli, qui dicebatur ovum peperisse, ostenditur, extra uterum non posse ova gigni.

Ejusd. *Exercitationes medicæ ad Gr.* Horstii *compendium institutionum medicarum accommodatæ* ib. 1670. 8.*. Pars aliqua ad physiologiam pertinet.

Ej. *Humani corporis fabrica elegiaco carmine exhibita & ad circulationem sanguinis, & pleraque nova anatomicorum inventa accommodata* ib. 1679. 8.*.

Disp. *de monstro* Respondente C. C. Haberkorn citat Heft. anno non addito.

§. CCCCLVII. *Gabriel* Clauder,

Ducis Saxoniæ Archiater, Chemicus. Ej. *Ep. de observatione practico-anatomica mirabili ad Marcum* Ruych prodiit Patav. 1661. 4.*. Incisio hominis ex morbo nigro exstincti, cui ventriculus cum duodeni & pancreate ex causa interna per diaphragmatis foramen in thoracem migraverat.

Ej. *Methodus balsamandi corpora humana* Altenburg. 1679. 4.*. Non muria (*f*), sed spiritu ammoniaco tartarisato corpora præparata animalium inmersa conservabat (*g*). Experimentis propriis didicit, neque melle (*h*) cadavera condi posse, neque cera (*i*), etsi utrumque veteres reliquerunt. Sed neque acetum utiliter adhiberi, nam omnia ab aceto erodi (*k*). In spiritu vini posse animalia minora conservari, rem novam, ab *Adamo* Weber edoctus repetit (*l*), & alcohol nihilo sale mirabili Glauberi deterius esse. In monte salsis aquis pleno repertum esse cadaver incorruptum, oculis apertis, vitam quasi spirantibus, instar saxi rigidum: idem in aere diffluxisse (*m*). Succino soluto iterumque coacto Kerkringium infantes conservasse (*n*). Diligenter enim noster omnia colligit, quæ hactenus inventa fuerant.

In *Eph. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* III. *obs.* 72. fetus prægnans.

Obs. 73. de hippomane, minus plene.

Obs. 75. femina ut videtur clitoride nimia.

Ann. IV. *obs.* 138. 139. sanguis frigidus & urina 140.

Obs. 142. suturarum cranii discessio a cephalea & a partu *obs.* 143.

Ann. V. *obs.* 175. felis si diis placet sciurum pariens.

Obs.

(f) *Tobias* Andreas muriæ usum cavillatur. (g) p. 156. seqq.
(h) Ne quidem triduo cadaver conservare p. 75.
(i) Interiora enim viscera conputrescere p. 70.
(k) p. 170. (l) p. 124. (m) p. 70. ex Kircher.
(n) ex Morhofio p. 117.

Obs. 176. sacculus frumentarius muris *Hamster.*

Obs. 180. scortum album ex æthiope parit fetum bicolorem.

Obs. 195. Vagitus uterinus.

Obs. 196. clyster vomitu rejectus absque malo.

Ann. VI. *obs.* 182. equa cornuta & *obs.* 183. lepus cornutus.

Obs. 168. cornua deformia in cervo castrato.

Obs. 171. fetus puero similis ex capra.

Ann. VIII. *obs.* 20. aliqua de balsamatione cadaverum.

§. CCCCLVIII. *Antonius* EVERARD,

Medicus Medioburgensis Seelandus. EJUS *novus & genuinus hominis brutique animalis exortus* Medioburgi prodiit 1661. 12.* recusus cum mutato titulo *Cosmopolitæ historiæ naturalis comprehendentis corporis humani anatomen &c.* Leidæ 1686. 12.* adjecta *breviori fetus humani, & accuratissima corporis humani anatomica delineatione*, de quibus alias; Præfationem EVERARDI editores omiserunt. In vasis lymphaticis BILSIUM secutus est, perque ea ad omnes corporis animalis alimentum, etiam ad mammas lac putavit didi. Ad generationem tamen utiles labores adtulit, & formationem paulatinam viscerum. Nono die membranas, undecimo die fetum cuniculi primum vidit, non majorem acaro, in his multis celebribus vivis rectius, decimo septimo jam formatum. Chylosa vasa umbilici habet. Nullius animalium placentam ab utero vasa accipere.

EJ. *Lux e tenebris effulsa ex viscerum monstrosi partus enucleatione* Middelb. 1662. 12. 1663. 12.*. Fetus absque capite, thorace, abdomine solo præditus & pedibus, vasis umbilicalibus ex hepate natis, ut adeo fetus iste per solum umbilicum nutriri potuerit. Aliqua contra STENONIUM pro suis vasis lacteis ad uterum tendentibus.

§. CCCCLIX. *Robertus* BOYLE,

Non quidem incisor, multis tamen modis physiologiam illustravit. In experimentis vitam trivit, & ad respirationem, humores humanos, perspirationem, passim respexit.

EJUS *Experimenta nova physico-mechanica de gravitate & elatere aëris* Anglice prodierunt Oxon. 1660. 8. 1668. 4. Latine Oxon. 1661. 8.* 1684. Huc pertinet experimentum 40. de insectorum in spatio aëre communi vacuo interitu. Experimentum 41. de avium & quadrupedum simili morte, & suscitatione ab aere reddito. Deinde digressio *de respiratione*, in qua dubia aliqua proponuntur, hunc enim modestum suæ sententiæ colorem vir summus amabat. Diaphragma moderatæ respirationis princeps esse instrumentum, enixioris vero musculos intercostales. De viro, cui amplo foramine pectus patebat. De suffo-

ſuffocatione a vapore muſti, ab aëre non renovato. Contra recepta præjudicia fatetur, nullum ſe in alpibus reſpirationis impedimentum ſenſiſſe. Multo validiores eſſe catulos cæſareos, qui reſpirando aërem adtraxerint. Etiam piſces mala ſua pati, ſi aërem iis ſubtraxeris. Non poſſe urinatores ſupra duo minuta horæ ſub aqua vivere, niſi aëris ſibi penum procuraverint. Inſecta in ſpatio, de quo aër ſubtractus eſt, non poſſe vere enecari. Reſpirationis ignotam aliquam utilitatem eſſe. Hæc diſſertatio videtur ſeorſim Bononiæ prodiiſſe cum titulo *nova experimenta pneumatica reſpirationem ſpectantia* 1675. 12. CINELLI, ad quam adjecta eſt Diſſ. *P. Fr.* PASQUALI, *in qua* legas *venæ ſectionem animalia in vacuo moribunda refocillaſſe*. Sanguinem in ſpatio inani ebullire.

EJ. *Chemiſta ſcepticus ſ. paradoxa chymico-phyſica circa experimenta, quibus ſpagyrici vulgares conari ſolent evincere ſuum ſal ſulphur & mercurium eſſe vera rerum principia* Oxon. 1661. 8. & 1679. Londin. 1662. 8.*. Scopus princeps eſt (o) oſtendere, analyſin, quæ igne fit, veram naturam elementorum non patefacere, multa deſtruere, alia mutare, & educere de corporibus, quæ in iis nunquam fuerint. Nulla dari elementa, eaque quæ dicuntur, ex mixtione variisque potentiis & componi & deſtrui. Aquam tamen elementi dignitati proximam eſſe, ab ea enim, propria per experimenta, & plantas nutriri poſſe, & animalia, exque ea poſſe oleum, ſalem & terram obtineri, eamque aquam in omnia elementa abire, quæ quidem experimenta nuper ſunt repetita. Intercedunt & alia utilia. Per vaporem fætidum putredinis fatua fieri, quæ putreſcunt, neque porro ſales volatiles aut ſpiritus ſuppeditare. De oleo cornu cervi & ſanguinis vario. Plurimam in ſanguine aquam eſſe.

EJ. *Tentamina phyſiologica & hiſtoria fluiditatis & firmitatis* Londin. 1661. 4. 1663. 1669. Amſterdam 1667. 12.*. Paſſim aliqua huc pertinent, ut in l. *de infido experimentorum ſucceſſu*, eventum non conſtantem eſſe ſaponis Helmontiani, qui non cogatur, niſi urinæ ſpiritus per putrefactionem paratus, & acerrimum ſit alcohol.

In *experimentis quæ non ſuccedunt* aliqua ſunt anatomica, uti cartilagines intermediæ, quibus coſtæ conjunguntur. Nullum ſe in pilis cavum videre.

In *hiſtoria fluiditatis & firmitatis* ſpiritum urinæ repetito, quod vocant, cohobatum demum ita mutari, ut calidus fluat, frigidus in cryſtallos colat.

EJ. *Experiments touching colours* Oxon. 1663. 4. & latine 1665. 12.* Amſterdam 1667. 12.*. Huc faciunt aliqua, ut cæci illius celebris hiſtoria, qui tactu colores diſtinguebat. Aliqua de coloribus phantaſticis oculo obverſantibus.

Certain phyſiological eſſays on the uſefulneſs of natural philoſophy P. I. Oxon. 1663. 4.*. P. II. ibid. 1671. 4.* & utraque conjuncta latine Londin. 1692. 4.*. Exercitatio I. & II. huc faciunt. In I. cani ſplenem ſe præſente a JOLIVIO ereptum memorat. Ranas per aliquot horas & dies ſub aquis durare, non ergo videri vere reſpirare. Cor pectunculi piſcis evulſum & inane palpitare & oſcillare. Ranas cordi extracto ſupervivere. Pulli cor cerebro deſtructo aut capite reſecto

(o) P. II.

resecto motum suum continuare; eum motum calida recreari. Corda de viperis avulsa salire. Testudines capite detruncato vivere, muscas etiam venerem pati. Rubrum in pullo sanguinem esse, quo tempore jecur decolor est. Cancris chelas reparari, lacertis caudas. In piscium ventriculo devoratos pisces erodi, quasi a stygia aqua, acorem tamen nullum percipi. De corporibus anatomice præparatis & conservatis. De gypso ad replenda vasa adhibito aut colla piscium (*Isinglaß*). De spiritus vini ad putredinem arcendam usu.

In *Exerc.* II. de veneno viperarum innoxio. Chirurgiæ infusoriæ experimenta. In *additionibus* spiritum sanguinis humani describit, tum urinæ & cornu cervi spiritum.

Ej. *New experiments touching cold s. historia experimentalis de frigore* Londin. 1665. 8. & 1683. 4.* hic auctius. Pleraque pure physica sunt, huc tamen faciunt adjecta experimenta alibi dicenda C. Merret de congelatis oculis, sanguine, sero, lacte.

In libello *of the great efficacy of languid and unheeded motion.* Omnem fere calorem a tritu esse.

Of the origine of forms and qualities Oxon. 1667. 4. 1668. 8. latine ibid. 1669. 12.* 1671. 8. Osb. Pauca huc faciunt, ut Lancastrii planta sensitiva, puto de polyporum genere.

Video citari a Gronovio Boylei *Diss. physicas, in quibus principia proprietatum in mistis œconomia plantarum & animalium causæ & signa propensionum in homine demonstrantur* Haag. 1672. 12.

Ej. *Continuation of physico-mechanical experiments* Oxford 1669. 8. ad aëris naturam, & vacui spatii.

Ej. *Essays on the strange subtility determinate nature and great efficacy of effluvious* London. 1673. 8.* & latine ib. 1673. 8. Osb. Leidæ 1676. 12.*. Etiam durissima corpora suum habere odorem: ea effluvia in aëre suam peculiarem indolem retinere, hinc canes heros sagire, cujus peritiæ in his animalibus Noster mira exempla producit. Aliqua etiam exempla acuti in homine sensus, auditus, olfactus.

Ej. *Some physico-theological considerations about the possibility of resurrection* London 1675. 8. Corporis humani partem non exiguam ossa esse: plurimam partem perspirare: alias particulas determinatam suam naturam pertinaciter retinere. Ita ex his ipsis, exque ossium particulis, exque perspiratione novum corpus posse constitui, ex eadem materie natum, quæ nostra fuit.

Obss. circa mechanicam variarum particularum qualitatum originem Londin. 1676. 8. 1692. 8. min.*. Ad odorum & saporum productionem.

Experimenta nova physico-mechanica in aëre compresso, factitio, instituta, circa ignem, animalia &c. Londin. 1681. 8. 1688. 8.*. Plurima ad rem nostram faciunt.

PAPINI opera usus BOYLEUS machina experimenta fecit, in qua aër ad vigesimam prioris spatii partem comprimi poterat, & in ipso vacuo spatio coqui. Usus est etiam clauso lebete, quem etiam nunc a PAPINO dicimus. Adparuit, animalia in aëre compresso supervivere; in exinanito spatio interire, inque aëre non renovato, demum in aëre factitio per fermentationes generato. Nullam putredinem in spatio aëre vacuo vermes generare. Ossa in lebete undique clauso emolliri. Hæc omnia alio, quam in reliquis BOYLEI operibus, modo narrantur, per diaria & tabulas. Quare totum opus legere oportet, quod mihi inter BOYLEANA excellere videtur.

EJUSD. *Noctiluca aërea s. experimenta in substantiæ factitiæ sponte lucidæ productione* Londin. 1680. 8. 1682. 8.*. EJ. *Experimenta nova in glaciali noctiluca facta* ib. una edita 1682. 8.*. In priori libello prima initia phosphori urinosi KRAFTIANI habetur: in altero BOYLEUS jam peritior, naturam ejus acidam, lucidæ indolis cum vini spiritu communicationem, facilitatem docet qua in oleis deliquescit, alia.

EJ. *Tentamen porologicum ad porositatem tum animalium, tum solidorum detegendam* Londin. 1684. 8.*. In P. I. agit de poris cutis animalium, vapores, aquam, mercurium, vim medicamentorum sorbentibus, de clysteribus medicatis, de perspiratione interna viscerum, de poris ossium, & viscerum, testarum, ovorum, de calloso concremento a pleuritide relicto. De resorbtione aëris in ossa.

EJ. *Apparatus ad historiam naturalem sanguinis humani ac præcipue spiritus ejus* P. I. & *appendix* Londin. 1684. 8.* & Anglice *Memoirs for a natural history of human blood* Lond. 1684. 8. OSB. Primus NOSTER ad hunc laborem post gratuitas priscorum confabulationes accessit. De pondere specifico sanguinis & seri, quæ quidem a nuperioribus emendata sunt. De proportione sanguinis ad serum: & de liquorum, qui de sanguine ad ignem stillant, mutua ratione. De phænomenis, quæ in sanguine ab admistis liquoribus acidis, a lixiviosis, ab aëre ipso oriuntur. De rubore, quem sanguis ab aëre contrahit. De spiritu sanguinis varie explorato, ut constaret, salem esse volatilem in aqua dissolutum. Seri analysis. Sed totum præstat legisse.

EJ. *de ipsa natura* Lond. 1687. 12. contra archæos.

EJ. *Disquisition about final causes of natural things, to which are subjoyned some uncommon observations about vitiated sigth* London 1688. 8. HOTTON. Contra CARTESIANOS & priores Epicureos utiliter defendit, manifesto certam corporum fabricam ad prævisos fines fuisse excogitatam. Oculis nos ad videndum non ideo uti, quia ita nobis videatur, cum intimæ partes oculi nobis insciis in videndo perinde officio suo defungantur, ut eæ, quæ nobis sunt notissimæ. Neque quidquam contra fines prævisos a nostra ignorantia posse concludi, quoties alicujus partis usum ignoramus, nihilque detrahere eam partialem ignorationem certitudini eorum, de quibus convicti sumus. Felibus pupilla perpen-

perpendicularis eſt, ut deorſum ſurſumque videre poſſint, bobus transverſa ut ad latera. In *appendice* exſtat celebris obſervatio de homine ex carcere educto, quem ſubita lux fere excæcavit. De viſu in tenebris, de viſu qui fit oculo unico; de felis oculo ac de cataracta membranoſa, de duabus in uno oculo cataractis, de viſu ad certam diſtantiam duplici, de malo de diſtantiis judicio, quod fit uno oculo.

In *cauſe of Suction* oſtendit, ut aër pulmonem ſcriberet, quia dilatatus in eo viſcere aër minus externo aëri reſiſtit.

Opera omnia curante T. BIRCH Londini 1744. fol. B. B. prodierunt, cum numeroſiſſimis epiſtolis, iisque quæ BOYLEUS in *philoſ. Tranſact.* edidit. Omnia primum Anglice prodierant.

In BIRCHII *hiſtoria Societatis Regiæ* exſtat memoria monſtrifici partus bicipitis, ſed bipedis, cujus inteſtina coaleſcebant (*p*), tum renis unici.

Experimentum paris vagi inciſi (*q*).

Experimenta infuſoria in cane facta (*r*).

Experimentum inciſi utrinque thoracis, & canis ſuperſtitis, quod vulnus adducta cute tegeret.

Ex magno vulnere thoracis canes perire, non ita ex parvo (*s*).

N. 12. de conſervandis in ſpiritu animalibus.

N. 29. Vindiciæ ſuorum experimentorum, & injecti a. 1664. in venas animalium ſpiritus acidi.

N. 62. Experimenta de reſpiratione, de animalibus variis in vacuum ſpatium incluſis. De eorum morte ſub aqua & in vacuo. Cor a corpore avulſum ſaliens.

N. 63. de ſymptomatibus animalium, in aëre in montibus rariori: de dilatatione humorum animalium in ſpatio inani. Aërem vim prementem retinere, quando reſpirationi ineptus factus eſt. Diu vacuum ſpatium tolerare hirudines, & alios vermes; neque tamen poſſe absque aëre aut formicas vivere, aut acaros.

N. 89. Experimenta facta cum carne absque putredine lucente.

N. 91. de variantis ponderis atmoſphæræ in corpus humanum effectibus.

In n. 114. experimenta habet quibus confirmatur, veſiculam piſcibus propriam ad natationem factam eſſe, ut animal pro arbitrio ſuo ſe levius poſſit facere aut ponderoſius.

In n. 196. de parando phoſphoro ex urina humana.

§. CCCCLX.

(p) T. I. p. 485. (q) p. 504.
(r) p. 509. T. II. p. 49. (s) p. 46.

§. CCCCLX. *Caspar a* REYES. *Alii.*

Caspari a REYES FRANCO, Medici Carmonensis in Hispania, *Elysius jucundarum quæstionum campus* Bruxell. 1661. fol. Francofurti 1670. 4.*. Liber datus est a. 1658. Centum sunt quæstiones s. capita, quorum multa huc faciunt. Num detur rejuvenascere. Absque capite & corde animal aliquamdiu supervivere. De cruentatione cadaverum. De corporibus incorruptis. De splendore ex homine effulgente. De insomniis. Plurima de muliebribus, de virginitate. Conceptio in virgine incorrupta. Animalia hybrida, lac virorum. Androgyni, pica, nævi. Similitudo filiorum cum parentibus. Sexus mutatio. Asitiæ exempla &c. Ubique grata in collectione varietas.

Francisci BOUCHART *ostentum Dolanum*, Dole 1661.

Stephani WILLET *de ostento Dolano* Dole 1661. 4. LIND.

Vie du Pere Paul Leid. 1661. Auctor P. FULGOSUS. Ad circulationem sanguinis.

J. BLASII, fratris GERARDI, *Ep. ad* BARTHOLINUM 19. *Cent.* III. de litibus BILSIANIS.

J. Friderici HELVETII, Chemici, *Amphitheatrum physiognomico medicum* d. i. *Wunderschauplatz der arzneyischen Gesichtkunst*, *worinn die Physiognomia und herbarum signatura von ihrer Vollkommenheit spricht* Heidelberg 1661. 8.

EJ. *Microscopium physiognomiæ-medicum s. die Physiognomia* Amsterdam 1676. 8. BURCKH.

EJ. *Teeltuyn des menschelycken geschlechts.* Annum ignoro.

Joh. PRÆTORII *Thesaurus Chiromantiæ* Lips. 1661. 4.

EJ. *Ehrenbergische blutige Klösser nebst mehrern dergleichen Strafmahlen* Lips. 1678. 4. PL. Physici forte argumenti.

EJ. *Philologemata abstrusa de pollice* ibid. 1677. 4. BOECL.

Daniel VOET *physiologia adjectis aliquot ejusdem argumenti disputationibus publice antehac propositis* Amstelodami 1661. 4. Cat. anon. Posthumum opus, a fratre editum.

Eduard GREAVE *Oratio habita in ædibus Collegii Medici Londinensis* 25. *Jul.* 1661. *Dec.* HARVEJI *memoriæ dicato* Londin. 1667. 4.

§. CCCCLXI. *Varii.*

J. Arnoldus FRIDERICI, Professor Jenensis. EJ. Diss. *de cerebro, cerebello & horum medulla oblongata* Jen. 1661. 4. HAENEL.

EJ. *de oculo* ib. 1663. 4.*.

EJ. *de renibus* 1663. 4.*.

EJ. *Femina naturæ miraculum* ib. 1664. 4. HEFT.

Ej. *de anatome medicinæ fundamento* 1665. 4.

Ej. *de δυστοκια naturali* 1665. 4.*.

Ej. *Anatomia lienis* 1669. 4.

Ej. *de tentigine* ib. 1669. 4.*.

Ej. *de constitutione mammarum* ib. 1669. 4. Pl.

Ej. *de conceptione* ib. 1670. 4. B. Thomas.

Ej. *de aure* ib. 1670. 4. Pl.

Ej. *de ventriculo* ib. 1671. 4. Pl.

Ej. Δευτερολογια *s. de secundinarum natura usu & noxa* ibid. 1671. 4*. B. Thomas.

Gerhard Wichman *de radii optici quidditate & visionis per eumdem formalitate* Wittebergæ 1661. 4. Heft.

Christian Müller *de cute* Lips. 1661. 4. Burckh.

Wilhelm Zesch *theorematum physiologicorum quaternarius* Wittebergæ 1661. 4. Heft.

Ej. *de termino vitæ homini divinitus* præfixo ib. 1681. 4.*.

Henrich Rixner *de modo videndi* Helmstadii 1661. 4. B. Thomas.

Theodorus Moretus *de imagine visionis* Uratislaviæ 1661. 4. Pl.

Joh. Forestier & B. Ferrand *an similium sympathia major a spiritibus* Paris. 1661.

Mich. du Pont & *Frid.* Sorand *Ergo partus tempora ad* Hippocratis *calculum exigenda* Paris. 1661.

Ant. de Caen & *Car. le* Brisset *Ergo natura optimus dux vitæ* Paris. 1661.

Petri Pourret & *Jac.* Boujonnier *Ergo mulierum semen infecundum* Parisiis 1661.

§. CCCCLXII. *Laurentius* Bellinus,

Florentinus, Borelli discipulus & Redi, Professor Pisanus, & Hetruscus, Jatromathematicus, vir ingeniosus, sed ad augenda miracula rerum pronus, neque ubique, ut in nova arte, erroris expers, dictione cæterum obscura usus.

Ejus lib. *de structura renum* Florentiæ prodiit 1662. 4. deinde Argentorati 1664. 12.* Patavii 1666. 8. 1665. 8. Trew. Amstelod. 1665. 12. Leid. 1665. 12. 1711. 4.* 1724. 4. & alias, etiam in Mangeti *Bibliotheca*. Eustachium nusquam citat, dum scriptorum de renibus placita recenset, & vervecinum renem atque unicam papillam describit, quam non oportet ad humanam fabricam transferre. Sinulos Eustachii hactenus perfecit, ut in cavos tubulos mutaverit, quos a Bellino solent vocare, & ex quibus renem constare docuit. Arterias renis venasque ex suis circulis ramos sursum ad visceris superficiem spargere:

inter arterias & urinarias fistulas spatium esse intermedium, in quod & arteriolæ humorem deponant, & ductus uriniferi resorbturi producantur.

In editionibus Belgicis renes monstrosi ex variis auctoribus a BLASIO editore colliguntur. BORELLI libellus non bene in nuperis editionibus omittitur, qui reperitur in Argentoratensi.

EJUSDEM *Gustus organum novissime deprehensum* Bonon. 1665. 16. & cum priori in editione Leidensi 1711. 4.* & 1714. 4.* inque MANGETI *Bibliotheca*. Aliquanto nuperior libellus est MALPIGHIANO, qui in nostro citatur, tamen ut eum BELLINUS non legerit. Salium figuras describit; ex variis etiam plantis paratos. Sapores in sola lingua percipi; neque in tota, non in carnea parte, sed in papillis solis, hæc primus. Eas papillas ex bove describit, tum membranam reticulatam, denique membranam linguæ, & radices papillarum nerveas.

In *Epistola anno* II. *Decadis* I. E. N. C. *obs.* 75. inserta *de respiratione* librum promittit. Nihil de eo prodiit præter *lemmata* aliqua, quæ editioni Leidensi 1717. 4. libri de urinis & pulsibus præposita sunt, & cum DRELINCOURTII libello de *lienosis* Leidæ 1711. 8. recusa. Duos ordines musculorum intercostalium conjunctim agere, & costas elevare, & extrorsum oblique convertere, dum eæ costæ, quæ abdomini proximæ sunt, introrsum vertuntur; id fieri a sacro-lumbari musculo & a triangulari; Omnes pectoris diametros una crescere. Sternum inspiranti antrorsum ferri. Inflatum pulmonem aptum fieri, qui sanguinem transmittat. Nihil ex aëre in vasa sanguinea subire. Theoremata sunt, absque demonstratione.

Gratiarum actio ad M. principem Hetruriæ Pisis 1670. 12. MAZ. Aliqua anatomica continet & expositionem mechanicam. Cum titulo *epistolical adress in Phil. Transf.* n. 65. & E. N. C. *ann.* II. n. 75. excerpitur. Sententiæ suæ de respiratione & de motu bilis compendium.

Magnum opus *de urinis & pulsibus* Bonon. 1683. 4. Lipf. 1685. 4. & 1731. 4. cum BOHNII præfatione: Leidæ 1717. 4.* cum præfatione *Hermanni* BOERHAAVE excusum est. Præfiguntur lemmata aliqua de motu sanguinis: quem a vasorum flexionibus minui docet: 2. de motu liquidi nervei. Motum ejus ab arteriis derivat. Alterne influere in musculos & refluere. Omnes nervos una contremiscere. 3. De motu musculorum: necessario requiri ad villi contractionem, ut liquido repleantur subito rarescente; rarescere vero ob ejus cum sanguine commistionem. 4. De respiratione, quæ modo diximus. 5. Separationem humorum pendere a duplici motu progressivo & laterali.

In ipso opere primum *de urinis* agit, quarum diversitates unice ab aquæ copia repetit, aucta aut diminuta, ut febrilis urina sola aqua adfusa naturali simillima reddatur.

Inde *de pulsibus*. Hic sanguinis a corde in omnes arterias impulsio, & omnium arteriarum eodem tempusculo dilatatio, & pulsuum genera.

De

De sanguinis missione. Celeberrimum opus auctoris, quod suo tempore late medicorum scholas rexit. Derivationem & revulsionem explicat ex aucta in genere velocitate sanguinis: tum sigillatim in ea parte cujus vena secatur, si ponas debilitatem nasci, quae sanguinis fluentum supprimat. Reliqua pathologica. Ejus princeps est theoria celeritatem in vasis liberis augeri, quando pars eorum obstructa est.

EJUSD. *Opuscula aliquot ad Archibaldum* PITCARNIUM Pistorii 1695. 4.* (in quibus praecipue agitur de motu cordis in & extra uterum, ovo; ovi aëre & respiratione: de motu bilis, & liquidorum omnium per corpora animalium; de fermentis & glandulis) Leidae 1714. 4. & 1737. 4. Agitur hic

De motu cordis, & ventriculorum alterna cum auriculis contractione.

De amnio, albumine, liquore amnii evaporabili. Vim albumen promoventem residere in aëre foveae majoris verticis densiori rarefacto, & albumen urgente, per ovi poros resorbto. Chalazam cavam esse: dividi in novem canales, ducique oninde albumen tenue in amnion.

De vi explicante plicas canalis longi alterne flexi. Vim motricem humorum animalium in corde esse, Cor in primis initiis esse irritabile. De motu liquidi per canalem cylindricum & conicum.

De motu progressivo, & pressione laterali; de impedimento, quod nascitur a figura vasorum conica. Glandulae definitio, quam pro meris vasculis minimis habet.

Bilem fluere a ramis in truncum.

De filis testium, quorum longitudinem metitur.

Sufficere generale fermentum, quod sanguinem & chylum resolvat; id ipsum aërem esse. De retium usu. Contra fermenti in generatione animalis usum.

De villo contractili, & contractionis explicatione mechanica, per parallelogrammorum alternas series in flexione situ motorum.

Pauca haec ex multis. Magna emphasi autem suas adfirmationes urget.

Discorsi di Anatomia di Lor. BELLINI *colla prefazione di Antonio* COCCHI Firenz. 1742. 8. P. I. Firenz. P. II. III. 1746. 8. Monitus sum olim a Cl. Editore, non debere me serio de his sermonibus judicare, qui in consessu Academiae *della Crusca* habiti, eloquentes & dithyrambici, non sint ad mathematicam severitatem correcti. Circa annum 1696. editi sunt, & joci sunt sui auctoris; addita est auctoris vita. Agitur de cibo, exhalatione, musculis statum facientibus, fabrica musculi fibris facta, quas transversa tela constringit, distentis a sanguine cum spiritu intra fibras fervente. Dari in pulmone musculos & ubique.

Scripsit etiam Italico sermone *anatomen Toscanam* cum novis inventis, in vita COCCHIANA citatam & alias.

Epistola exstat in *Giorn. de letter. d'Italia* 7. II. de vasis aëreis ovi, cum iconibus exprimentibus, ut ea vasa per ovi membranam disponantur, cumque arti-

artificio, quo possint conspicua reddi. In III. *Supplemento* alia est epistola, in qua BELLINUS adserit in sanguinem aërem recipi. Particulas aëris esse minutissimas & 400, oooes pilo tenuiores.

Ejus experimentum in nervo phrenico factum, passim citatur, recensum in *præfatione ad* TAUVRYI *versionem latinam.*

Opera omnia prodierunt Venetiis a. 1708. 4. 1720. 4. & 1747. 4.

De morbo & morte viri ILL. anonymus libellus, Firenze 1741. 4. MAZ.

§. CCCCLXIII. *Carolus* DRELINCOURT,

Gallus, celebris Theologi Carentonensis filius, aliquamdiu militaris medicus, inde ab anno 1670. Professor Leydensis, BOERHAAVII Præceptor, cujus laudes ex aureo ore HERMANNI sæpe percepi, antiquitatis admirator, osor SYLVII & novarum hypothesium, in coævos asperior, hinc acerbis exercitus odiis. Solebat exiguos libellos subinde edere, plerosque hactenus polemicos, ut alios scriptores refutaret. Anatomici fere omnes argumenti sunt, & nitidum incisorem BOERHAAVIUS solebat vocare. Collecta habemus *opuscula medica, quæ reperiri potuere omnia* Haag. 1727. 4.* alioquin vix unquam colligenda: præfationem BOERHAAVIUS addidit, in qua vita viri traditur. Dictionem fatearis nimis fucatam esse, metaphoris ampullatisque plenam vocibus. Earum prima est *de partu octimestri vivaci diatriba* Paris. 1662. 12. aut potius 1663. ineunte, tum Lyon 1666. 8.* Leidæ 1668. 12. BURCKH. 1680. 12. Hactenus recepta præjudicia superavit, ut omnino fetum vivere posse ostendat, qui octavo mense natus sit.

Johanni v. HORNE, prædecessori suo parentavit a. 1670. vitamque descripsit.

Præludia anatomica Amsterd. 1672. 12.* & 1680. 12. Inter meliora viri est opuscula. Brevibus verbis corpus humanum percurrit, nuperos sæpe sibi adrogare ostendit, quæ sint veterum: sua etiam inventa profert, ventriculos laryngis, glandulas epiglottidis: processus a cerebello ad medullam spinalem, magnam valvulam cerebri, glandulas ceruminosas, duplicem non unam glandulam pituitariam, valvulam quæ postea a VIEUSSENIO dicta est, ventriculo quarto prætensam, quinas nasi cartilagines, glandulas narium, membranam stapedis. Myloglossum ad ossis hyoidei musculos revocat: ductum lacrumalem recenset inter salivales. Lentem crystallinam vidit induratam: ossiculum quartum auditus COLUMBO vindicat, sed is potuit de vero stapedis capitulo dixisse.

Cum *Libitinæ tropæis*, quæ vix huc faciunt, asperrimam & acerbissimam *appendicem edidit ad doctores glandulosos*, pancreatis nempe patronos & conarii, ex SYLVII secta & CARTESII Leid. 1680. 12.* 1689. 12.

Microcosmus schematismum Macrocosmi exhibens in laudem anatomiæ. Leid. 1680. 12.

De conceptu adversaria Leid. 1682. 12. TREW. 1686. 12. Priorum scriptorum sententias exponit & refutat; addit suam. Totum fetum esse a pater-

no

no femine, ovum folum hofpitium præftare: atque ab eo femine in utero fecundari.

Et *hypomnemata de humani fetus membranis* Leid. 1685. 12.*. Iterum meræ refutationes. Membranas ovi jam adeffe in ovario, neque ab utero effe, neque ut pelliculas lactis a frigore cogi. Nullas effe uteri papillas. Amnion primum adparere, huic chorion circumnafci, nullam effe allantoideam membranam. Tubas veteribus non fuiffe ignotas.

Et *de tunica fetus allantoide meletemata* Leid. 1685. 12.*. Auctores 48. refutat, & allantoideam membranam rejicit. Urachum humanum docet in funiculum non continuari.

Et *de tunica Chorio animadverfiones* Leid. 1685. 12.*. Ejusdem generis. Aquam inter chorion & amnion negat colligi.

Et *de membrana fetus agnina caftigationes* Leid. 1685. 12.*. Perinde per meras negationes fua de amnio cogitata proponit.

Ejusd. *de fetuum pileolo f. galea emendationes* Leid. 1685. 12.* Nullam effe.

Ej. *de humani fetus umbilico meditationes elenchticæ* Leid. 1685. 12.*. Ejusdem faporis. Venam effe unicam, nullas in arteria valvulas. Nullum in funiculo urachum reperiri: alia de umbilico.

Ej. *de conceptu conceptus* Leid. 1685. 12.*. Tubas anulo quafi fphinctere circumdari: in venere fere ut mentulam erigi, ovarium amplecti, ovulum exprimere maturum; id ovum in utero feminali fpiritu impraegnari, acido-falino. Pars altera. Ovum in utero exagitatum a feminali fpiritu fibrillas vafculofas & nervofas edere, inter eas tria vafa funiculi, Acinuli adcrefcunt extremis vafis, ii in placentam conglobantur, & urina fetus in amnion effunditur.

Ej. *de feminarum ovis hiftoricæ & phyficæ lucubrationes* Leid. 1684. 12. Ova humana fe coxiffe, coacta de fuis nidis exemiffe. Ea vera effe ova propriis ab experimentis fe doctum effe, & aliqua de iis prodidiffe anno 1663, ante *J. v.* Horne & Stenonium. Teftimonia pro ovis collegit omnino feptuaginta auctorum, ita tamen, ut omnes ullo modo huc referendas voces eo detorqueat.

Et *de feminarum ovis curæ fecundæ* una prodierunt. Ovorum muliebrium hiftoria, duæ membranæ, niduli fibrofi, maturitas, albor a fuperaddito ex femine germine, defcenfus in uterum.

Et *appendix de utero.* Ligamenta teretia non poffe uterum fufpendere, cum deorfum flectantur. In fundo uteri conceptum fieri. Quæftiones.

Appendix altera de tubis uteri. Quæftiones. Fimbrias effe mufculofas. Parerga de tubis uteri. Iterum vafa ejaculantia prifcorum effe arterias. Prodierunt etiam cum fequente libello.

Ejusd. *Experimenta anatomica ex vifcerum fectionibus petita, edita per Erneftum Gottfried* Heyse Dantifcanum Leid. 1684. 12. Trew.; fed dedicatio eft a. 1681.

a. 1681. Princeps DRELINCOURTII opuſculum, ex quo intelligas, artificem in arte incidendi fuiſſe, etſi fere canicidia ſunt, quæ hic tradit. Syſtoles cordis phænomena; alternus cum auriculis motus. Gelatina in ductu thoracico & chyli receptaculo. Veſicæ urinariæ vis contractilis. Mors ſubita ex compuncto cerebello: vox deſtructa a ligatis nervis recurrentibus. Vaſa lymphatica thymi (etiam nervi). A vinculis venarum phænomena HARVEJANA. Diaphragmatis agentis phænomena, & ab eo concuſſa viſcera abdominis. Per vincula verum chyli & lymphæ iter demonſtratum, plenius quam a quoquam alio. Lacteorum vaſorum phænomena, valvulæ, ductus thoracicus. Lympha pro chylo in receptaculo, ductu thoracico. Valvula ad ejus ductus oſtium.

Una parva *opuſcula* prodierunt *de ſemine virili*, *muliebri*, *utero*, *tubis*. Quæſtiones, incommodum ſcribendi genus, ex quo auctoris ſententiam vix divines; Hic p. 712, 713. aliqua repetuntur ſuperius jam impreſſa; adeo exigua cum cura vera hæc editio parata eſt.

Paſſim collectiones operum Cl. viri prodierunt. Primum Leid. 1680. 12. *Studium Apollineum de partu octimeſtri*. *Oratio in mortem J. v.* HORNE. *Præludium: tropæa libitinæ*. Inde opera varia a. 1693. 12. 2. Vol.

Ad filii ſui *Caroli* DRELINCOURT Diſſ. *de Lienoſis* editam Leidæ 1697. 4. 1711. 8.*. Patris argumenta reperias, quibus evincere ſtuduit, HIPPOCRATI ſanguinis circulationem cognitam fuiſſe. De ſucco ſtyptico glandularum renalium.

In Diſputatione *Nathanaëlis* SYLVII *de fluore muliebri* Leid. 1687. legas, DRELINCOURTIUM oſtendiſſe glandulas viſcerum proſtatis analogas inter vaginam & inteſtinum rectum poſitas, & eorum ductus in vaginam patulos. Ureterum arterias & venas ex hypogaſtricis demonſtratas apud METZ de Calcul.

In B. MANGETIANA reperias DRELINCOURTII argumenta pro HIPPOCRATICA circuli ſanguinei deſcriptione.

De acido ſanguini miſto experimenta.

De volatilibus & fixis ſalibus.

Et de argento vivo in ſanguinem injecto.

In eodem theatro C. BARTHOLINUS plagii accuſatur, ut in l. de feminarum ovis T. KERKRING.

In *animalium anatome* BLASIANA pluſculæ ſunt beſtiarum inciſiones, quarum auctor eſt C. DRELINCOURT, ut hyſtricis, cui claviculæ ſunt, & inteſtina vix breviora humanis. Simiæ utriusque ſexus anatome. Pulmo, ut in quadrupedibus, lobum habet venæ cavæ ſubjectum; ſcrotum nullum: muſculi varii deſcripti: neque in hoc animale muſculus digaſtricus a proceſſu ſtyliformi natus. Nulla appendicula cæci inteſtini. Glandulæ bronchiales. In fele zibethica pariter nulla appendicula cæci inteſtini. Glandulæ duæ ad radicem penis in multis beſtiis repertæ, quæ nomen vulgo a COWPERO habent. Rima & ſacculi zibethici eorumque glandulæ, lac quaſi fundentes.

LEONICENI

LEONICENI *metamorphosim* & LUDOVICI *le* VASSEUR *duos libellos* dicemus: alias, etsi valde probabile videtur, aliquas DRELINCOURTII, potissimum in LEONICENI opusculo, partes fuisse, dictionem enim fucatam & metaphoricam adgnoscas.

§. CCCCLXIV. *Arnoldus* SENGUERD.

EJUS *Discursus de ostento Dolano* Amstelodami prodiit 1662. 12.*. Fetus, sedecim ante annos conceptus maturus, in abdomine repertus. Varia de hac historia dubia: ad finem fetum adjicit Mussipontanum.

EJ. *Epistola ad* BARTHOLINUM *Cent.* IV. *Ep.* 44.

EJ. *Osteologia corporis humani* Amsterdam 1662. 12. Ex FONTANO unam & alteram adnotationem habet. Ipse steriles agitat lites de numero costarum Adami.

Collectanea de diuturna graviditate, scil. J. ALBOSII *lithopædium*. EJ. *Exercitatio de caussis citæ indurationis*. *Sim.* PROVANCHERII opinio de iisd. *Ostentum Dolanum cum Arnoldi* SENGUERD *discursu de eodem* Amstelodami 1662. 12. GUNZ.

§. CCCCLXV. *Varii.*

J. JACOBI, M. D. Brandenburgici, *problemata miscellanea circa fundamenta medicinæ physiologica occurrentia* Jenæ 1662. 4. ROLFINKII discipulus quinquaginta problemata agitat.

Frederici MOELLER, Archiatri Brandenburgici, *obs. de partu* 173. *dierum vivo, qui legitimus in foro fuit judicatus* Custrin 1672. 12.* Fetum vitalem, nondum semestrem, septimestrem facit & legitimum, mensibus lunaribus substitutis, omnibusque ingenii impensis viribus. Videtur aliquis thalassionem prævertisse.

Andreæ GRYPHII *Mumiæ Wratislaviensis* Wratislav. 1662. 12.*. Bonus libellus, eruditus, latinus, & e re ipsa natus. Mumiam nempe sollicite contemplatus depinxit, virginem ossibus non integre nudatis. In corpore odoratos pulveres reperit, in cranio pissasphaltum, corpus aliter apertum, quam HERODOTUS scripserit.

Vincentii PHELIPEAUX *de præcipuis actionibus automaticis in homine* Lovan. 1662. 2.

J. Dan. MAJOR, Professor Kiloniensis, in Sueciam ob reginæ morbum vocatus, obiit, minus bene ob infelicem eventum exceptus. Solebat multa promittere, expedire pauca. Disputationem *de pulmone* Wittebergæ 1655 4. præside J. SPERLING defensam, & alteram *de lacrymis* præside *C. Victore* SCHNEIDER ib. 1656. 4. præsidibus reliquerim.

In EJUS Disp. *de calculis* SPERLINGII Lipsiæ 1662. 4. legas, valvulas in venis nimium extensis non perinde extendi, & partem venæ liberam relinquere.

Sed ejus est, dum Hamburgi medicinam faciebat, *Prodromus inventæ a se Chirurgiæ infusoriæ, s. quo pacto agonizantes aliquamdiu servari possint infuso in*

 venam

venam sectam liquore peculiari edidit Lipsiæ 1664. 8.* recusum cum *J. Daniel.* HORSTII judicio, Francofurt. 1665. 12.* MAJOR hoc opusculum subito edidit, ne gloria a novo invento sperata excideret; sola vero consilia dat, nimis raro expertus (*t*), neque dissimulat apud C. SCHOTTUM reperiri experimenta in cane facta; sed in *prodromo* & in *memoriali* aliqua tamen experimenta citat.

In ejus *deliciis hibernis* Kiel. 1666. editis citantur experimenta MOELLERI in ægris hominibus facta.

EJUSDEM *Chirurgia infusoria placidis Cl. virorum dubiis impugnata cum modesta ad eadem responsione* Kiel. 1667. 4.* satis spissum opus. Redit primo prior libellus, deinde judicia & dubia Cl. virorum, cum responsionibus MAJORIS. Multa de termino vitæ fatali. Aliqua videtur fecisse experimenta, humoribus variis ad sanguinem adfusis, sed præstitisset objectiones experimentis superare.

EJ. *Occasus & regressus Chirurgiæ infusoriæ* Gotha 1667. 4.*. Germanice *Auf- und Untergang der neuen Art zu curiren, durch Einspritzung in die Vasa.* Contra scriptum anonymum se tuetur, in quo J. S. ELSHOLZIO laus inventæ hujus chirurgiæ tribuitur. Fatetur tamen se manum operi non admovisse.

EJUSD. *Appendix zum scripto occasus & regressus chirurgiæ infusoriæ* Kiel. 1667. 4.*. Administrationem continet, & necessaria instrumenta.

EJ. *Anatome litterato quovis digna, medico autem necessaria* Kiel. 1665. 4. BURCKH.

EJUS *Historia Anatomes Kiloniensis primæ* Kiel 1666. fol.* continuo a condita Academia edita. Multa minatur anatomica & botanica: septem sunt tum demonstrationes tum prælectiones. Observationes, ut vocant, aliquæ: Ventriculus decem librarum capax, flatus a valvula coli non coërcitus. Ductus e prostata in urethram pro re nova. Vas lymphaticum inguinale. Calculi vesiculæ felleæ dicit, officulum penis canini.

EJUSD. *Progr. quo anatomen cygni indicat* Kiel. 1666. 4.*. Maluisses ipsam anatomen.

EJ. *Progr. quo ad oculi declarationem anatomicam invitat* Kiel. 1667. 4.*.

EJ. *Americanische Schulpe in Brasilien, Coati, ein sehr artiges Thier zur künftigen Anatomie willen beschrieben* Kiel. 1668. 4. MOLLER. si huc facit.

EJ. *Memoriale anatomico miscellaneum* Kiel. 1669. 4.*. Denique opium dissolutum in venam canis injecit; alvus inde mota est. Melis anatome; animalculi informis delineatio: foramen & sacculus ad anum, ex quo putat aliquid alimenti hyeme sugere. De urticis marinis: earum motu; de luculis quibus marina aqua imbuitur. Denique jura sua in Chirurgiam infusoriam contra TIMOTHÆUM CLARKE tuetur.

EJ. *Consideratio physiologica occurrentium quorumdam in nuper editis epistolis duabus* F. J. BURRHI *de cerebro & oculis* Kiel. 1669. 4. MOELLER.

EJ.

(*t*) Nunquam ELSHOLZ in *clysmatic. nov.*

Ej. *Collegium medicum curiosum* Kiel. 1670. 4. Aliqua huc faciunt.

Ej. *de ultimo totius medicinæ efficacis termino* Kiel. 1670. 4. MOELLER.

Ej. *de ſanguine prodromo* Kiel 1673. 4. Ho. B. THOMAS.

Ej. *Scholion anatomicum in textum quemdam* JUSTINIANI *in prodromo Inſtitutionum* Kiel. 1675. 4. etiam de ſenſuum exteriorum harmonia & analogia. MOELLER.

Ej. *de concipienda anatome nova breve conſilium* Kiel. 1677. 4. Ho.

Ej. *Aurea catena* HOMERI, Kiel. 1685. 4.*. Compendium phyſiologiæ. Aliquæ adnotationes interſperſæ. Cygni inteſtina proprii corporis tantum quadrupla ſunt longitudine.

EJUSD. *de ærumnis gigantum* Kiel. 1689. 4.*. Functiones corporis humani fere ſpiritibus tribuit. Fermentationem in ventriculo admittit.

Ej. *Progr. ad collegium anatomicum de oculo humano, chamæleontis, noctuæ, & aliorum animalium* Kiel. 1690. 4. MOELL.

Ej. *Theſium anatomicarum ex circulatione ſanguinis depromtarum faſciculus* I. & II. Kiel. 1691. 4.*.

In E. N. C. huc facit *Phocænæ anatome Dec.* I. *ann.* III. *obſ.* 20. ſatis plena. Glandula & ſinus cæcus prope anum. Ventriculus triplex, quod in animali carnivoro pene incredibile, ab aliis tamen confirmatur: inteſtina duodecuplo ſuo corpore longiora; genitalia utriusque ſexus.

Scripſit etiam Memoriam SACHSIANAM *ann.* IV. V. E. N. C. *app.*

Ann. VIII. *obſ.* 2. de reſpiratione phocænæ.

Et ib. n. 3. de bregmate infantis clauſo.

Joh. GRAUNT *natural and political obſervations made upon the bills of mortality* Lond. 1662. 4. a. 1676. 8.* & alias. Londini jam ab a. 1609. faſti emortuales a propriis hominibus colliguntur, in quibus ætas ſexus morbusque civium recenſetur. Iis primus uſus eſt GRAUNTIUS, ut inde civium numerum erueret: rationem numeri morientium ad numerum natorum, adve ſuperſtites homines: vices morientium in quaque vitæ ætate, morborum pericula & incrementa per anni ætates: incrementa humani generis. Magna cum ſagacitate, & grata facilitate hæc omnia inveſtigavit: etſi multum decedit horum faſtorum utilitatis, quod mortui plerique in faſtis referantur, partus tantum eorum, qui ab Eccleſia Anglicana baptiſmum accipiunt. Hunc cæterum virum plurimi nuperorum ſunt imitari.

Erneſt. VAENIUS *de pulchritudine* tr. philologicus Bruxell. 1662. 8. LIND.

Iſaac THILO *de temperamentis* Lipſ. 1662. 4. H.

Paul. PREUSER *de odore* Lipſ. 1662. 4. THOMAS.

J. Mich. SACHS *de partu* Argentor. 1662. 4. B. THOMAS.

Christoph. KRAUSE *de insomniis* Lipf. 1662. 4. B. THOMAS.

Christoph. KRAHE *de crocodilo, & de lacrumis crocodili* Lipf. 1662. 4.

J. Ernst HERING *de vita* Wittenberg. 1662. 4. HE.

J. BISCOP *de motu cordis & ejus palpitatione* Leid. 1662. 4.*.

Jacob BOUSSONNIER & *Ant. le* MOINE *E. gemellorum par sexus dispari vivacior* Paris 1662. 4. (*u*).

Robert. MERLET & *Hipp. du* VAL *Ergo ex salacitate calvities* Paris 1662. 4.

Steph. le GAGNEUR & P. LIGIER *Ergo procreandis maribus florens ætas felicior* Paris 1662. 4.

Jacobi BIRCHERODE *descriptio Monstri Fionensis*, in *Ep.* 75. *Cent. III.* BARTHOLINI.

§. CCCCLXVI. *Nicolaus* HOBOKEN,

Ultrajectinus, Professor Harderovicensis, amicus BLASII & defensor, non inutilis incisor.

EJUS *ductus salivalis* BLASIANUS *in lucem protractus* Utrecht. 1662. 12. continet duas epistolas BLASII, duas HOBOKENI: & testimonia nonnulla medicorum, quos inter puto esse *Johannem* BLASII fratrem, qui prius eum ductum sibi in præsentia STENONII demonstratum fuisse testantur, quam a STENONIO sit descriptus. BLASIUS male ab externa maxillari glandula suum ductum derivabat.

EJUS *Anatomia secundinæ humanæ* Utrecht 1669. 8.* & longe melius *Anatomia secundinæ humanæ repetita* 1675. 8.*. Bonus libellus, icones auctoris manu delineatæ. Nodi arteriarum umbilicalium: & tumores venosi depicti: membrana media adserta: membrana chorion placentæ superstrata. Multa minuta & acribologica. Incommodus ordo, per cadavera, hinc plurimæ repetitiones. Epistolæ aliquæ adjectæ.

Ej. *Anatomia secundinæ vitulinæ* Ultrajecti 1670. 8.*. Breviter & bene scriptus liber, bonæque icones. Corpora lutea ex vaccis. Allantoideam tunicam & urachum repudiat. Glandulæ duæ parvæ in allantoidea membrana. Humorem amnii nutrire confirmat. Hoc princeps est auctoris opus.

EJUSD. *Exercitatio bipartita de sede animæ in corpore humano*, Arnheim & Utrecht 4668. 12.*. Animam non in sanguine residere, neque in conario, neque in cerebri ventriculis, sed in cerebro, cerebello & medulla oblongata.

EJUSD. *Cognitio physiologiæ medica accuratissima methodo tradita, qua humani corporis functiones & hominis actiones explicantur* Utrecht 1670. 4.

EJUSD. *Cognitionis medicæ physiologicæ delineatio tabularis* Utrecht 1670. fol.

EJUSD.

(u) Additur in catalogo ab eo tempore omnes disputationes forma 4. prodiisse. Sed contraria specimina possideo.

EJUSD. *Medicina physiologica ex recentiorum principiis exposita* Utrecht 1685. 4.* quæ altera est editio *cognitionis* physiologicæ. Divisionum & definitionum plurimum. Nihil ex proprio labore natum.

§. CCCCLXVII. *Th.* CORNELIUS. *M.* KERGER.

T. CORNELIUS, Consentinus. EJUS *progymnasmata physica primum* prodierunt Venet. 1663. 4.* Jenæ & Lipsiæ 1683. 12. TREW. deinde *opera quædam*, plenius recensa Neapoli 1688. 8.*. Primus in Italia novas & vetitas opiniones CARTESIANAS amplexus (x), propriis experimentis nisus, de scholarum doctrina ausus est dubitare, ut etiam musicam curationem demorsorum a tarantula hominum rejiceret. In progymnasmate V. de generatione agit; canem abscissis testibus generasse testatur. In V. de nutritione; eam per canales a sanguineis diversos fieri contendit; succum & glandulas œsophagi & humani ventriculi describit. Lac in juniorum columbarum ingluvie reperiri. Cibos in ventriculo ferventes vidit. Vias breviores urinæ admittit. In Prog. VII. de vita: dissecti cordis subsultus a se visos memorat. Calamo in arteriam inserto, pulsum ultra calamum deprehendit, contra GALENUM. In posteriori editione accessit Prog. de sensibus posthumum, imperfectum. Physici potius argumenti.

In *Phil. Transf.* n. 83. & BIRCH. VII. p. 9. 17. dubia movet de vi tarantulæ musica. Melancholiam esse, quæ absque tarantula superveniat.

EJUSD. *Relatio de gigante in Tiriolo castro reperto* (sceleti nempe balsamo conditi, enormis historia, cujus caput duos cum dimidio pede longum erat, dentes molares pondere unciali ap. TINASSI 1669.

Jacobi GREGORII *optica promota subdita radiorum reflexorum & refractorum mysteria* Londin. 1663. 4.

EJ. *Elements of catoptricks and dioptricks* ib. 1735. 8.'

Martinus KERGER, Chemicus, Physicus Lignicensis. EJUS l. *physico-medicus de fermentatione* Witteberg. 1663. 4.*. Post generalia de fermentatione transit ad corpus humanum: defendit fermenta in sanguine, semine & ubique reperiunda, & in ventriculo contra MOEBIUM fermentationem tuetur. Caussam concoctionis ciborum ponit tum in renascente forma ciborum, tum in ventriculi fermento.

Joachim BECCHER, Chemicus & anatomes minus peritus, magno tamen ardore in omnes bonas artes ferebatur, & Würzburgo coactus est aufugere, quod cadaver incidisset. EJ. *Parnassus medicinalis illustratus* Ulm. 1663. fol.* exigua parte huc facit. In *Zoologia* nempe humores animalium cum sua utilitate medica recensentur, & aliqua ex iis facta præparata chemica.

In *Physica subterranea* Francof. 1669. 8.* cumque notis STAHLII Lipsiæ 1738. 4.* recusa, de tribus terris agit, deque terra animali ossium, de mixtione

(x) GIANNONE T. IV. p. 62.

tione animali, de forma spermatis, anima, nævis, quibus fidem adhibet; monstris, formato fetu & pullo. Porro de putrefactione, de fermentatione.

In *Henrici* ROONHUYSEN *heelkonstige anmerkingen* Amsterdam 1663. 8.* *tweede book betreffende de gebreeken der vrouwen* ib. 1672. 8.* Magna pars operis huc facit, & in parte secunda anatome partium genitalium muliebrium, & secundarum traditur, cum iconibus. Fetus ex rupto utero cum placenta in ventrem elapsus. Uterus clausus, atretæ variæ. Vesicæ defectus. Palatum in fetu nuper edito fissum.

In P. I. duram cerebri membranam accurate ad cranium adnasci. Anglice prodiit Lond. 1676. 8.

Ferdinand GRUYWAERT *aanhangzel van de oomloop des bloods, en van den dosen der purgantien* Middelburg 1663. 8.

PERUCCHIO *Chiromance & Physionomie* Paris 1663. 4. Puto esse ADAMANTIUM.

§. CCCCLXVIII. *Jacobus Pancratius* BRUNO,

Professor Altdorfinus. EJUS *disputatio de fermentatione sanguinis* prodiit aliis 1663. 4.

EJ. *de sudore secundum naturam* A. 1669. 4.*.

EJ. *Dogmata medicinæ generalia* Noriberg. 1670. 8.*. Brevem physiologiam continent.

EJ. *de pinguedine* Altdorf. 1674. 4.* R. J. M. HOFMAN.

EJ. & HEIM. *de nutritio & animali liquore* ib. 1678. 4.*.

EJ. & MOLLER *de transpiratione insensibili* 1680. 4.*.

EJ. CASTELLUS *renovatus s. Lexicon Medicum & auctum* Norib. 1682. 4. 1668. & Lips. 1713.

EJ. *de fuliginibus humani corporis* Altdorf. 1688. 4.*.

EJ. *de circuitus sanguinis ad vitam & valetudinem necessitate* Altd. 1690. 4.*

EJ. *Cholegraphia de bile* 1694. PL. 1694. 1695. BURCKH. cum analysi.

EJ. *Disquisitio medica circularis* ad aphor. 21. Sect. III. Hipp. Altdorf. 1694. Comparat per singulas partes novam medicinam cum antiqua.

EJ. *de bile vitiosa corrigenda* 1695. 4.*.

EJ. *Propylæum medicum, s. epitome medicinæ elementa & dogmata generalia comprehendens* Altdorf. 1696. 8.* Compendium dogmatum in quo brevis physiologia.

EJ. *de retrimentis corporis humani coloribus variam significationem præbentibus* Altdorf. 1702. 4.

Edidit

Edidit etiam, cum peramplis commentariis, J. JESSENII *de sanguine vena secta dimisso judicium* Noriberg. 1668. 12.

Samuelis BOCHART *Hierozoïcum* Londin. 1663. fol. * &c. Aliqua ad historiam physiologicam animalium etiam anatomicam, ut de camelo felle carente.

§. CCCCLXIX. *Varii.*

J. Christian MACK *de calido innato* Argentor. 1663. 4.*.

Andr. KINDERLING *de corpore animato in genere* Helmstätt 1663. 4. BUTTN.

Georg. Tob. SCHWENDENDÖRFER J. C. & Auctoris *Joachim Andreæ* CORVINI *anatomen jure divino & humano licitam esse* Lipf. 1663. 4. 1690. 4.*.

C. Valerii FELICIS (pseudonymi) ad DEUSINGIUM *epistola dehortatoria* Rotterdam. 1663. 12.

J. MANITIUS *de somno* Witteberg. 1663. 4. HE.

Frid. LEPNER *de usu lienis* Regiomont. 1663. 4.

EJ. *in doctrinam de partibus corporis humani earumque morbis exercitationes sexta* Witteberg. 1661. 4. HE.

J. Jac. FESSLIN *quot sint partes in homine* ib. 1663. 4. HE.

J. MAGIRI, alterius a cognomine dicto p. 281. *disputationes ex physiologicis & pathologicis doctrinis desumtæ* Marburg. 1663. 4.*.

Caspar LOESCHER *ecloga de engastrimythis* Lipsiæ 1663. 4. HE.

J. HARDER *de partu septimestri tam J. C. quam medicorum placitis insigni* Leid. 1663. 4. HE.

Valentini ALBERTI *Theoria voluntatis humanæ* Lipsiæ 1663. 4. HE.

EJ. *de insomniis* Lipsiæ 1667. 4. HE.

EJ. *de senectute* ib. 1667. 4. HE.

EJ. *de sternutatione* Lipsiæ 1671. 4. TREW. 1667.

EJ. *de oscitatione* 1685. 4.* HE.

Petri BOURDELOT & *Gaspar* MAURIN *E. qui sunt hebetes raro vivaciores* Paris 1663. 4.

Nicol. RAINSSANT & *Jac. de* BOURGES *Ergo optime temperati sunt omnium ingeniosissimi* Parif. 1667. 4.

Nicol. BONVARLET & *Guid. Cresc.* FAGON, qui archiatrorum comes fuit, *E. a sanguine impulso cor salit* Parif. 1663. 4.

Matthias Jacob. MATTHIÆ F. in *Ep.* 53. *Cent.* IV. BARTHOLINI anatomes cygni meminit; in gliribus vesiculam felleam negat reperiri. Bilem cum variis humoribus miscuit, reperit cum oleo tartari cogi. Bilem fetus albicare, & parum amaram esse adnotavit.

§. CCCCLXX.

§. CCCCLXX. *Franciscus* REDI,

Nobilis Aretinus, Archiater M. Ducis Hetruriæ, vir elegantissimi ingenii, cujus stylus in lingua patria censetur inter classicos; insectis potissimum se dedit, multis vero modis anatomiam & physiologiam adjuvit, cum præjudiciis liber totum se dederit experimentis. Ei viro potissimum debetur, quod animalia ex putredine nasci nuperiores eruditi scholis credere desierint. Nonnullis tamen experimentis destitutus ex gallarum vermibus se non potuit expedire.

EJUS *Osservazioni intorno alle vipere* Florentinæ 1664. 4.* 1686. 4.* prodierunt, tum in operibus collectis; latine in *Misc. Nat. Cur. Dec. I. ann.* I. app. & Amstelodami 1675. 12. Hic potissimum traduntur *Jacobi* SOZZI experimenta, qui homo magnam vim venenati liquoris absque noxa devoravit, ut constaret nullam ejus succi noxam esse, nisi continuo in sanguinem penetraverit: ei enim admistum animalia continuo necare: posse vero absque periculo id venenum sugendo extrahi. De dentibus, eorum vaginis & veneno.

Cum MOSES CHARAS in Gallia venenatam vim viperarum in sola ira poneret, edidit FRANCISCUS *Lettera sopra alcune oppositioni fatte alle sue osservazioni intorno alle vipere* Fiorenz. 1670. 4. d'ETR. 1686. 4, & in operibus: latine Amsterdam. 1675. 12. 1685. 12.* & in E. N. C. *Dec.* I. *ann.* II. app. & Londini 1672. 8. Utique eundem succum, qui absque noxa deglutitur, in sanguinem admissum per certa experimenta mortem inferre; etiam postquam vipera ipsa desiit vivere. Exhausto veneni penu viperam etiam iratissimam animali non nocere, quod demorderit.

EJ. *Esperienze intorno alla generazione dell' insetti* Fiorenz. 1668. 4. 1688. 4. in oper. Latine Amsterd. 1671. 12. 1685. 12.* 1686. 12.*. Hic potissimum vetustam illam opinionem refutat de insectis animalibus ex putredine nascentibus, & ostendit, ea insecta ex ovis nasci, quæ propriæ matres posuerint. Quare, si muscas ova ponentes abegeris, nullos ex putredine vermes provenire. De scorpiis, eorum generatione & venenato aculeo. Contra serpentes, apes & alia animalia, ex hominis arbitrio absque parentibus nascentia. De variis gallarum generibus, quarum animalcula animæ vegetabili tribuit. Zoophytorum quorumdam sensus & motus.

EJ. *Esperienze intorno a diverse cose naturali, & particularmente a quelle che si vengon portate dall' Indie* Firenz. 1671. 4.* 1686. 4.* Amsterdam. 1675. 12.* 1686. 12.*. Huc faciunt, quæ vir Cl. de oculis hirundinum reparatis profert. De torpedinis vi stupefaciente, per retia & instrumenta piscatoria propagata; cum ejus animalis anatome, cujus cor extra proprium corpus sulit. De vitreis ampullis a caponibus deglutitis, & a vi triturante ventriculi in pollinem contritis. De mutatione cornuum in cervis.

EJ. *Osservazioni intorno agli animali viventi negli altri animali viventi* Firenza 1684. 4. & in operibus. Latine 1708. 12.* vertente *Petro* COSTE. Serpens biceps duobus ventriculis cordibusque instructus, intestino & cauda unica; De pene serpentum. Iterum animalia enecta veneno viperarum mortuarum in eorum

rum sanguinem introducto. Via cibaria & genitalis lumbrici. Limacum fabrica genitalis valde composita. Anatome cochleæ s. limacis potissimum quæ ad partes genitales spectat. Cor in multis persimplicibus animalibus marinis repertum. Varia in BONANNO castigata, qui ex putridis plantis animalia nasci scripserat, quæ noster omnia reperit a vero aliena esse. Capones lapides non digerere, multa vero animalia, potissimum rapacia: diu absque cibo supervivere. Lumbricorum partes genitales: olei in iis necandis imbecillitas. Tubercula verminosa in multorum animalium œsophago vidit, ante VERCELLONUM. Melis & muris aquatici folliculi fætidi. Testudo absque capite vivens. Avium variarum intestina cæca, ingluvies, ventriculus. Canalis alimentarius sepiæ, polypi. Vesica aërea variorum piscium. Cerebra exigua nonnullorum animalium. Cloacæ avium. Melis cloaca leporisque & clitoris.

In *lettere*, quæ efficiunt operum omnium T. IV. & V. paucula huc faciunt. In T. V. aliqua de anatome testudinis adjuvante TRAUTWEINIO dissectæ, quæ historia nunquam videtur prodiisse. In recensione CORNELIANI scripti de generatione hominis ex ovo, contra eum virum & veteres, ova potius per tubam ad uterum venire, quam per canalem imaginarium veterum. Animadversiones in BLASIUM de anatome gliris (ex significatione vocis natæ, aliud enim est animal Glis Italorum, aliud mus major, quem eis Alpes solent glirem nominare). In suo glire REDUS vesiculam fellis reperit, nullum vero intestinum cæcum. In PLATONEM & in deglutitionem, quæ fit per asperam arteriam. De calcaribus insertis in capita caponum, quo artificio fiunt cornuti.

Nescio an huc referas *Osservazioni intorno a pellicelli del corpo umano, insieme con nuove osservazioni* Firenz. 1687. 4. cum nomine COSMI BONOMO. Observationes sunt HYACINTHI CESTONI, verba ipsa & sermo REDI. Scabiem ab animalculis testudinum similibus fieri.

Epistola in qua REDUS *suis sylvestris secundas describit.* In amnio liquor albus & natantes globuli, qui pariter in ventriculo reperti sunt: quod idem phænomenum REDUS in vaccis, cervis & damis vidit, nuper a FLEMYNGIO confirmatum. Quartum & proximum involucrum aprorum progenies habent. Reperitur etiam in E. N. C. *Dec.* I. *ann.* IX, X.

In *Giorn. de letter. Supplem.* II. de gliribus agit, de loculo fætido putorii. Ib. *de vesicis avium in quas aër de pulmonibus exit, & de modo respirandi piscium* epistolæ tres.

In *Supplemento* III. de aëreis bullis in sanguine testudinum marinarum visis.

Opera omnia conjuncta prodiere Neapoli 1687. 8. & plenius Venez. 1728. 4. 1742. 4.*.

De anguillis liber, quem teste LORENZINO parabat, nunquam prodiit.

§. CCCCLXXI. *Henricus* POWER. G. CROONE,

Medici. POWERI *Experimental Philosophy in two books* London 1664. 4.*. Pars I. continet microscopica eo ævo nova. Vesica venenata apis. Oculi muscarum

ſcarum reticulati, quos negat humores habere, cum cerebrum ipſum in oculos producatur. Motus cordis ejusque in pediculo ſyſtole atque diaſtole. Oculorum in variis araneis ordo. Anguillas aceti frigore non totas enecari, ſed convaleſcere ſoluto gelu. Minima vaſa, etiam ſanguinea, pellucere. Anatome & viſcera cochleæ, ſpiritus animales vapores ſpecie putat a cauda ad caput adſcendere. Lampretæ pericardium corneum & cordis motus. Capillorum cavitas. Habet etiam oculi congelationem a D. GASCOYNE acceptam, & lentis cryſtallinæ nucleum. Breviter omnia & quaſi obiter.

Guilielmi CROONE *de ratione motus muſculorum* London 1664. 4.* anonymus l. tum Amſterdam 1667. 12.* Nerveum liquidum & ſanguinem in fibrarum intervallis ſtagnare & fervere. Inter compendia motus numerat tumorem muſculi majorem, quam eſt oſſis longi prope hypomochlion in muſculi actione iter. In editione poſteriori epiſtola eſt auctoris, qua conſentit opuſculum ſuum inprimi, majus vero opus deprecatur, cum STENONIANUM exſpectet.

Prælectiones tamen ejus viri ſunt, *theory of muſcular motion* anno 1674. & 1675. in conſeſſu *Soc. Reg.* habitæ, ejusque tractatus fragmentum prodiit in collectionibus philoſophicis HOOKII. Habet veſiculas muſculares, & efferveſcentiam adhibet ad motum muſculi explicandum.

In ovis etiam incubatis laborem poſuit, figuramque venoſam vidit, & corculum 48. hora ſaliens apud BIRCH. *hiſt. Reg. Soc.* III. p. 31. quod egregium opuſculum eſt, etiam figuris ornatum. Varia HARVEJANA corrigit.

Apud eumdem BIRCH. T. I. aliqua in cyprino experimenta fecit, & cor exemptum etiam conciſum vidit micare.

Non ſucceſſit ei experimentum HOOKIANUM (*y*).

In T. III. muſculos componi ex veſicularum ſeriebus (*z*).

Ibid. alio loco. Non poſſe premendo de pulmone aërem expelli: & de eo viſcere ſub aquam merſo. Subtracto aëre, bullas prodire, etiam ſi pondere oneretur.

Ib. (*a*) de ovis virgineis etiam cicatricula præditis, & fecundis. Calidum induſium lucere, ſi indutum mane fricetur (*b*).

In HOOKII *collectionibus philoſophicis* n. 2. motum muſcularem mechanice explicat per ſeries veſicularum. Tamen in muſculoſo motu paulum molem augeri. Verum arcanum motus muſcularis ſe putat detexiſſe.

Apud GIBSONUM deſcribit eum muſculum, quem HEISTERUS ceratoſtaphylinum dixit.

Joh. ROGERS *diatribe de quinque corporis humani concoctionibus, potiſſimum de pneumatoſi & ſpermatoſi* Lond. 1664. 4. Conf. *Journal des Savans* anni 1665. p. 42.

§. CCCCLXXII.

(y) ib. p. 444. (z) p. 180. (a) p. 456. (b) T. IV. p. 70.

§. CCCCLXXII. REGNERUS *de* GRAEF,

Vulgo GRAAFIUS, Delphensis, acris sectator SYLVII, non vulgaris incisor & quem dolor ex acerbis cum SWAMMERDAMIO litibus conceptus ante diem enecuerit. Primum edidit de *succi Pancreatici natura & usu Diss.* anatomico medicam Leid. 1664. 12.* cum figura SYLVIANA, & auctius Gallice Paris anno 1666. 12.* 1671. 8. 1674. 8. & in B. MANGETI. Juvenile opusculum, quo pancreatis ex animalibus varietatem, & ex homine figuram dedit (hanc tantum in posterioribus ab anno 1666. editionibus): sed potissimum difficile, neque nisi solerti incisori bene successurum, experimentum recenset, cani nempe vivo tubulum in pancreaticum ductum inseruit, succum collegit: ut ejus copiam & saporem definiret. Ita factum est, admista forte de ventriculo acida illuvie, ut GRAAFIUS subinde eum succum acidum & salsum se reperisse putaverit. Reliquam hypothesim omitto, de ejus succi cum bile fervore, indeque deductis SYLVIANIS late patentibus pathologicis & philologicis opinionibus.

EJ. *de virorum organis generationi inservientibus, de clysteribus & de usu siphonis in anatomia* Leid. & Amsterd. 1668. 8.* 1670. 8. LIND. quam priorem editionem ob figurarum pulchritudinem præferas. Redit in operibus & in B. MANGETI. Non potest dissimulari, neque abundantiam cadaverum Cl. viro suppetiisse, neque nisi ex corpore excisas partes eum aut delineasse, aut descripsisse. Minime tamen contemnendum laborem præstitit. Pulchriores etiam ubique figuras & ex homine dedit. Bulbus urethræ. Nullum esse corpus Highmori, sed vascula. Vasa ex teste educentia melius quam quisquam ante annum 1745. descripsit & depinxit; septula testis & vascula serpentina, unicum epididymidis vasculum, quod passim sibi nuperimi incisores adrogant, sinus mucosos urethræ minime ignoravit. Tumores ab ureteribus continuatos: & in caput gallinaginis convergentes, hoc ipsum caput, corpus cavernosum urethræ, arteriam internam sacculorum penis, bene delineavit. Vesiculas seminales quidem non dissolvit, cæterum perpulchrè cum suo ductu cumque celluloso ductus deferentis fine expressit.

Siphonem anatomicum cum tubulis ad replenda liquore vasa corporis animalis primus delineatum dedit. Solos liquores solebat impellere, quos circulum ex arteriis in venas abire vidit, & aërem ex intestinis crassis venire in venas avium. Erectionem penis ejusmodi liquore injecto imitatus est. Ductum thoracicum replevit; denique aqua injecta venarum sanguinem ita eluit, ut animal absque sanguinis effusione liceret dissecare. Idem tentavit sanguine per spiritum acidum injectum coacto, quod artificium a SWAMMERDAMIO tunc amico suo didicerat.

EJUSD. Epistolæ ad L. SCHACHT de nonnullis circa partes genitales inventis novis, Leid. 1668. 16. (mea data est anno 1671. 8.*) & in operibus. Compendium eorum, quæ in sequenti opere præstitit.

EJ. *de mulierum organis generationi inservientibus tr. novus* Leid. 1672. 8.* & in B. MANGETI. Gallice vertente N. P. Bâle 1699. 8. HOIN. Multa perinde,

de, ut in priori opere, bona habet: vaſa uteri, eo tempore minus nota; deinde potiſſimum formationem fetus, in cuniculo. Corpora lutea expreſſit & incrementa novi animalis. Ova fecundari per ſeminalem auram, excitatum a tuba recipi. Genitales partes multorum animalium, uti ſe circa conceptus tempora habeant. Hymenem minime ignoravit, etſi nomine rugoſitatum membranacearum eum occultat. Corpus luteum demum a conceptu naſci. Ligamenta uteri inferiora. Glandulæ mucoſæ uteri.

EJUSD. *Partium genitalium defenſio* Leidæ 1673. 8.* paulo ante mortem auctoris edita. De SWAMMERDAMIO queritur, qui de iisdem partibus genitalibus ſcribens, paſſim inventionis gloriam GRAAFIO reddebat dubiam. Non ideo credas *A. Ottomaro* GOELICKE (c), qui *Johannem v.* HORNE *a* GRAAFIO exſcriptum fuiſſe ſcribit, neque enim icones GRAAFIANÆ ab HORNIANIS ſunt imitatæ. Aliquas hic novas adnotationes habet; ut plexum vaginæ cum clitoridis plexu communicare. Rectius oſtendit, utique non in ductum deferentem veſiculas ſeminales ſuo ductu terminari, ſed in urethram. Cæterum de diebus litigant; & odia virorum nata ſunt ex tabula SWAMMERDAMII, quam nolebat GRAAFIUS ante ſuas editam, ſe enim ait ante annis non minus 12. in partibus genitalibus laboraſſe, & ſua eſſe antiquiora. In tabulam TULPIO dicatam æmuli animadvertit, inque totum SWAMMERDAMII libellum. Crura interiora clitoridis rejicit. Negat ligamenta teretia ex ſolis vaſis componi. Denique LEONICENUM breviter & acerbe refutat. Exſtat etiam cum MANGETO.

Opera omnia Leid. 1677. 8. & Londini 1678. 8. Amſtelodami 1705. 8.* prodierunt.

§. CCCCLXXIII. *Bernardus* SWALWE,

Medicus Haarlingenſis, quem magnus BOERHAAVIUS legere amabat. EJUS *querela & opprobria ventriculi ſ. proſopopœja ejusdem naturalia ſibi vindicantis &c.* Amſterdam 1664. 12.* & *querelæ renovatæ* 1675. 12.*. Mihi neſcio quid ſpirat theatricum. Pleraque ad pathologiam & diæteticam pertinent. Anatomem aliquam habet & coctionis ciborum hiſtoriam. Appetitum a ſpiritu acido congenere derivat. Contra BILSIUM, & reſorbtionem chyli in vaſa meſenterica. Aſitias reddit ſuſpectas.

EJUSD. *Pancreas pancrene ſ. pancreatis & ſucci ex eo profluentis commentum ſuccinctum* Amſterdam 1667. 12.* 1668. 12. *des* TOURN. Jenæ 1672. 12.*. Perinde nimis theatricus libellus. Anatomen viſceris ſuſcipit, nunc a 20. annis clinicus. Succum pancreaticum raro in ſuo ductu fatetur reperiri; in eo addit multum eſſe ſalem, neque abeſſe acidum ſpiritum, ut ex ipſa inſita indole ſuccus pancreaticus ſubacidus ſit. Utique commixtionem locum habere inter eum ſuccum, bilem & ſalivam. Pancreas febrium intermittentium eſſe mineram.

EJ. *Alcali & acidum ſ. naturæ & artis inſtrumenta pugilica per Neochorum & Palæphatum reſtituta* Amſterdam 1670. 12.* 1678. 12. WACH. Totum ſyſtema

(c) *Hiſt. anat.* p. 142, 143.

ſtema fermentationum & Sylvianæ theoriæ proponit, & poſt ſingulum paragraphum refutat. Flammulam cordis inſitam defendit.

§. CCCCLXXIV. *Varii.*

François VERDE, Theologi Neapolitani, *ingenuæ obſervationes apologeticæ phyſico-legales* Lyon 1664. 4. De tempore animationis fetus. Admittit & præcoces fetus & ſerotinos.

EJ. *Anacephalaeoſis* ib. 1672. fol. *Journ. des Savans.*

Daniel PUERARIUS, Medicus Genevenſis, *ad* BARTHOLINUM a. 1664. ſcriſit *Epiſtolam* 86. *Centuriæ* IV. & de carnibus egit lucentibus, parvumque de eadem re libellum dedit, a BARTHOLINO a. 1669. 8.*. Hafniæ editum, cum ſua reſponſione.

EJ. Diſſ. *de generatione* Genev. 1669. 4.

Jean MARLET *Abregé des nouvelles experiences anatomiques des veines lactées* Paris 1664. 12. ASTRUC.

Claude BIMET *Quatrains anatomiques des os & des muſcles du corps humain, enſemble un diſcours ſur la circulation du ſang* Lyon 1664. 8. R.

C. *de la* BELLIERE S. *de* NIELLE, Aumonier du Roi, *Phyſionomie raiſonnée, ou ſecret curieux pour connoitre les inclinations par les regles naturelles* Paris 1664. 8. Lyon 1685. 12. B. B. Non abſurdus libellus. Signa ſumta ab omnibus corporis humani partibus, etiam viſceribus, a geſtubus, a facie, a corpore: inde concluditur ad temperamenta & ad mores.

Les jugemens aſtronomiques des ſonges par Artemidorus, par Ant. du MOULIN. Rouen 1664. 8. B. WASSENAAR.

P. Franciſci PALLIERI *de vera lactis generatione & uſu* Genuæ 1664. LIND.

BURCHARD *de* VOLDER *de natura* Leid. 1664. 4.* SYLVIANUS. Aquam in ductum hepaticum inpulit per venam umbilicalem.

EJ. Diſp. *de circulatione ſanguinis* Lipſ. 1698. 4. HAENEL. Suſpicor vero VOLDERUM eo anno Rectoratu eſſe defunctum.

§. CCCCLXXV. *Alii.*

Alexander MAUROCORDATUS, Medicus Græcus, qui Patavii Medicis ſtudiis incubuerat, & cujus familia ad purpuram Moldavicam evecta eſt. EJUS *pneumaticum inſtrumentum circulandi ſanguinis, ſ. de motu & uſu pulmonum* l. prodiit Bonon. 1664. 12. Francof. 1665. 12.* & 1682. 12.*. Sanguinem nempe in pulmone tamquam in torculari premi, & incaleſcere, in eo nimius, quod in exſpiratione putet ſanguinem ex corde admitti, in inſpiratione expelli. Neque bene motum pulmonis cordis motui ſynchronum facit.

PEREONI *anatomical lectures* Lond. 1664. 12. Anomalus titulus.

Matthæi MAHEULT *de* VAUCOULEURS *de lacte* Rouen 1664. 4. BUR.

§. CCCCLXXVI. *Henricus* MEIBOM,

Vir eruditus, *J. Henrici* Filius, Profeſſor Helmſtadienſis, neque ab anatome alienus; exiguos intra libellos ſubſtitit.

EJUS Diſp. *de longævis* Helmſtad. 1664. 4.*. Exempla.

EJUS *de vaſis palpebrarum novis epiſtola ad J.* LANGELOTUM Helmſtad. 1666. 4.* recuſa Leid. 1723. 8.*. De inteſtinulis ſebaceis ſermo eſt, quæ in utraque palpebra ſunt, & in tarſi ſede aperiuntur, obiter indicata in icone CASSERIANA.

EJUSD. *de oſſium conſtitutione naturali ac præternaturali*, auctore & reſpondente *David* KELNER. Helmſt. 1668. 4.*.

EJUSD. *Theſes ex univerſa arte depromtæ* Helmſt. 1668. 4. etiam anatomicæ.

EJ. *de motu vaſorum* ib. 1668. 4. Teſtem fieri fibris non glandulis, & cæcum in medio corpus habere.

EJ. *de motu ſanguinis naturali & præternaturali* Helmſt. 1668. 4. Oſtia arterioſa uteri, quæ menſes fundunt, ſeta immiſſa exploravit. Non valvulas eſſe, ſed limbos, qui in arteriarum tubum emineant.

EJUSD. *Exercitatio pathologica* VI. *de pulſibus* ib. 1669. 4. HE.

EJ. *de hæmorrhoidibus* ib. 1670. 4.

EJ. *de chylificatione* auctore & reſpondente *Chriſtiano Arnoldo* COENERDING ib. 1671. 4.*.

EJ. *de reſpiratione ejusque difficultate* ib. 1673. 4. HE.

EJ. *de vomitu* ib. 1678. 4. RIV.

EJUSDEM *de valvulis ſ. membranulis vaſorum, earumque ſtructura & uſu* ib. 1682. 4.*. Antiquitates valvularum & hiſtoria anatomica. In capreoli hepate veras ſe valvulas inveniſſe. Vinculis injectis confirmatum iter ſanguinis venoſi.

EJ. & auctoris *Antonii Ulric.* SCHWALENBERG *de fluxu humorum ad oculos* ib. 1687. 4.*. Iter lacrumarum reſtituit, a FALLOPIO inverſum.

Epiſtolam ad BARTHOLINUM addidit patris ſui *de uſu flagrorum in re venerea* libello Hafniæ 1669. 8.*.

Ex *obſ.* 3. *Juſti* SCHRADERI *Dec.* I. adparet, MEIBOMIUM foramen cæcum linguæ & papillas circumpoſitas inveniſſe.

§. CCCCLXXVII. *Varii.*

Gaſpar SCHOTT, Soc. Jeſ. in ſua *technica curioſa* Herbipoli 1664. 1667. & 1687. 4.* excuſa, habet varia huc pertinentia. Animalium in aëre rariſſimo exſpirantium phænomena. Experimenta infuſoria a Principe facta, qui canem a vino in venas impulſo inebriari, a medicamento purgante alvum cieri vidit. Oculos expunctos Pragæ reſtitutos.

Jeremias

Jeremias LOSS, Professor Wittebergensis, vir sua ætate minime vulgaris.

EJ. Diss. *de oscitatione* Lipsiæ 1664. 4. HE.

EJ. *de fermento ventriculi* Jen. 1665. 4.*.

EJ. *de ovario humano* ibid. 1674. 4.*. Cogi liquorem vesicularum.

EJ. *de salivæ natura & usu* Witteberg. 1677. 4.*.

EJ. *de natura glandularum in genere* 1683. 4.* & in mea collectione. Minime male de earum classibus scripsit, & rectius quam reliqui coævi eas descripsit, dum pro glutine cellulosam telam supponas. Congregatas, conglobatas veras, conglomeratas, conglutinatas glandulas constituit. Habet glandulas intestinorum, & vasa cerebri lymphatica.

Hieronymi ROETELN & *Joh. Jac.* WALDSCHMIDT *de fermento ventriculi* Giess. 1664. 4. VAT.

Herman GRUBE *de odoratu* Jenæ 1664. 4. MOELL.

Chr. PFAUZ *de fluxu sanguinis e corpore occisi ad præsentiam occisoris* Lipsiæ 1664. 4. B. THOMAS.

Philipp. Henr. DIETZ *de phantasia* Giess. 1664. 4.*.

Christian PIHRINGER *de monstro* Witteb. 1664. 4.*.

Joh. de BRUYN & *H. de* PAUW *de respiratione* Utrecht 1664. 4.*.

Jac. BURLIN *de feminis ex suppressione mensium barbatis* Altdorf. 1664. 4.

A. Herman CUMME *de conceptione* Lipsiæ 1664. 4.

Petr. LEGIER & *Lud.* MORIN *E.* φιλογέλοιοι *habitiores* Paris. 1664. 4.

Jac. de BOURGES & *Matth.* THUILLIER *E. feminæ brevioris staturæ fecundiores* Paris 1664.

Florini LANGLOIS & *Phil.* MATHON *Non est ergo aliqua in sanguine menstruo & semine prava qualitas* Paris 1664.

§. CCCCLXXVIII. *Robert* HOOKE,

Societatis Regiæ Britannicæ membrum, aliquamdiu faciendis experimentis præfectus; vir mechanicus, & magni ingenii, melancholicus & morum singularium. EJUS *micrographia, or some physiological descriptions of some minute bodies made by magnifying glasses with observations and enquiries thereupon.* Prodierunt London 1665. fol.* & recisis ratiociniis ibid. 1745. Microscopiis usus est satis augentibus, nitidasque dedit eorum, quæ viderat icones: cæterum non erat incisor, & obiter anatomicam partiumve interiorum fabricam contemplatus est. De pilis & capillis, non cavos esse, plenosque medulla. De cutis fabrica, aculeo apis, plumis, oculis muscarum ex numerosissimis hæmisphæriis compositis. Insecta varia: pediculus, & in eo motus succi alentis per proboscidem resumti.

In

In BIRCHII historia anni 1664. habetur descriptio dentium viperæ. Ib. celebre experimentum HOOKIANUM *(d)* recensetur: & anatome pulmonis viperæ *(e)*.

In *Philos. Transact.* n. 28. celebre idem experimentum HOOKIUS publicavit, dudum quidem a VESALIO tentatum, dilatato nempe per flatum pulmone moribundum animal refocillari. Sic in BIRCHII opere II. p. 183. 187. 200. 282. III. p. 405. 407.

In eodem opere BIRCHII de pertinaci ad alterum diem motu cordis in catulo p. 181.

Aliud experimentum, quo catelli cæsarei revincta aspera arteria, & aëre intercepto, pene continuo perierunt p. 232.

Ab aëris contactu sanguinem floridum colorem induere p. 271.

Avis in aëre compresso bene habet p. 304.

Cellulas esse, in quas adeps colligitur p. 360.

T. III. p. 180. musculos meris fieri tubulis.

Ib. p. 352. animalcula enata in aqua pluvia.

Ib. p. 379. globuli sanguinei.

Ib. p. 396. 401. 402. 403. 404. de musculo ex seriebus vesicularum conposito.

Ib. p. 403. de piscis corde avulso, per multas horas pulsante.

Ib. p. 404. In secundis velatos fetus cæsareos diu vitales superesse, & altera etiam die cor ipsis salire.

Ib. p. 454. cur animal in aëre non renovato pereat.

Ib. p. 502. cur non videamus inversa: esse legem naturæ.

Ib. p. 547. nervos ciliares avium vidit.

In *Philosophical experiments and observations*, quæ a morte Cl. viri *Guilielmus* DERHAM edidit Lond. 1726. 8.* parum facit ad rem nostram: Huc *Thomæ* MOLINEUX anatome vespertilionis, cujus intestina perbrevia sunt; & cor in mortuo animale supervivit. Phosphori varii, etiam animales. Tres epistolæ LEEUWENHOECKII.

The posthumous works of R. HOOKE *published by Richard* WALLER London 1705. fol.*. Huc pertinet libellus III. in quo summo ingenio noster mechanicam rationem explicat, qua animam in ideis accipiendis, recipiendis & comparandis uti suspicatur. Sensorium s. repositorium idearum ponit in cerebro, quo omnes sensuum impressiones conveniant. In eo sensorio formari ideas, ex temporis ordine, ut novissima animæ sedi sit proxima, tum quæ proxima nata est, inde ex ordine, remotissima demum sit, quæ vetustissima. Tempus mensuratur per distantiam primæ ideæ ab ultima. Id repositorium fieri ex materia diversi generis, ut quæque species impressioni unius sensus admittendæ nata sit. Circa sedem animæ materiem poni, quæ apta sit formari in ideas; materia-

(d) p. 496. (e) p. 496. 497.

materiales. Ideam format anima ex ea materie, vel propria vi, vel cum auxilio impressionis a sensu aliquo advenientis. Eas ideas deponit in repositorio; celerius autem ideam format, quæ acutioris est indolis, & contra. Sentit anima ideas repositorii tamquam radios in eam, quasi centrum, convergentes, ut ex longitudine radii tempus distinguat, quod a formata idea elapsum est. Distincte ut sentiat anima in determinatam partem repositorii radiat. Vicissim ideæ in animam radiant, & potentius quando multæ congeneres in repositorio reperiuntur. Hinc revocatio memoriæ per adfinitates. Anima etiam ideas format ex comparatione earum, quæ sunt in repositorio, quarum consensum vel dissensum percipit: id est ratiocinari. Perfectiores ideæ sunt, quæ ex pluribus conponuntur. Cogitatio est radiatio animæ in aliquam ideam repositorii, cum qua vel novam ideam format, vel renovat vetustam.

In posthumis etiam fabricam oculi, vires confringentes tunicæ corneæ, minimum angulum visibilem, picturam objecti in oculo artificiali & alia habet.

§. CCCCLXXIX. *Fridericus* RUYSCH.

Haganus, Professor Amstelodamensis. Ex Pharmacopolio prodiit (*f*), & in maximæ circa hæc tempora famæ incisorem evasit, qui pene septuaginta annis a primo opusculo anatomico ultimum edidit. Longam vitam, cum plurimam in populosa urbe certe occasionem & laboris amorem rarissimum conjungeret, potissimum replendis vasis corporis humani, & condiendis visceribus impendit, partibusve corporis, quas artificiose repleverat. Ita *thesauros* collegit *anatomicos*, quorum priores PETRO I. vendidit; deinde animosus senex novos sibi comparavit, neque mente minor, neque solertia, eique labori immortuus est. Sæpissime bonum senem vidi, sæpe BOERHAAVIUM inter & ipsum literarum vector. Simplex erat & modice libris certe innutritus, ut omnino neque ab erroribus sibi utique caverit, neque omnem ex maxima experientia utilitatem hauserit, quam potuerat hausisse, admirator artificii sui, quod a SWAMMERDAMIO amico suo acceptum, & perfectum, tamquam *arcanum* sibi servavit, & quod idem a morte viri RIEGERUS publicavit. Mirifica patientia ad ornatum & munditiem sua omnia comparabat, a filiabus adjutus; macerandi, resolvendi, indurandi, inplendi, siccandi perinde gnarus. Amabat omnia sua ad ostensionem conservare, hinc vix quidquam in conjunctione cum reliquo corpore depinxit. Cellulosas telas primus flatu distentas servavit. Primus & pene solus corpora repleta in aëre suo cum nativo colore conservata ostendit. Primus cerebri indurandi artem invenit. Neque, si LIEBERKUHNIUS (*g*) RUYSCHII mumias sprevit, oportet aut ingratum esse in diuturnos viri labores, aut multa bona negligere, quæ per ejus viri opera sparsa latent, aut ex ejus experimentis

(f) apud VYLHOORN.

(g) Nimis pingui & molli materie usum esse, vasa de situ movisse &c. *Mem. de Berlin* 1748.

tis deduci possunt, quæ potissimum etiam BOERHAAVIUS pro fundamento theoriæ suæ vasculosæ adhibuit. Candidus cæterum vir, neque recusaturus errores suos fateri (*h*).

Primus Cl. viri labor, idemque certe ex præstantissimis, est *dilucidatio valvularum in vasis lymphaticis & lacteis: cui accesserunt observationes anatomicæ rariores* Haag. 1665. 12. Leid. 1687. 12.* & in operibus, inque *Bibl.* MANGETI. Fervebat, cum RUYSCHIUS hæc moliretur, BILSIANA secta, & ipse ejus auctor BILSIUS valvulas dubias reddebat, quas ajebant alii iter lymphæ chylique regere. Noster tunc juvenis, lynceis oculis & subtilissimis manubus instructus, ad opus accessit; inflavit vasa lactea & lymphatica per vitreos tubulos, tanta arte, ut eidem operi ætate nunc provectior non suffecerit: inflata siccavit, siccata divisit, ut in aperta fistula eorum vasorum duplices membranulas semilunares ostenderet, quo demum artificio BILSIUS ad incitas adque nova fingenda effugia redactus est. Hic, quod raro fecit RUYSCHIUS, brutis animalibus usus est.

In adjectis 26. *observationibus* potissimum varietates vasorum & viscerum dicuntur: sed præterea arteria bronchialis, unica, ex aorta nata, quam noster penitus ignorabat veteribus notam fuisse; deinde arteria œsophagea a bronchiali educta.

Jam eo tempore pulchritudinem conditarum RUYSCHIO partium corporis animalis gnari admirabantur (*i*).

EJ. *Observationum anatomico-chirurgicarum Centuria: accessit catalogus rariorum, quæ in musæo* RUYSCHIANO *asservantur* Amsterdam 1691. 4. 1721. 4.* & Gallice Paris 1734. 8. cum PALFYNIANA anatome.

In *observationibus* plurima sunt pathologica & chirurgica; intercedunt tamen & physiologica & anatomica. Superfetatio. Hymen, & ureteres supra vulvam aperti. Atreta. Placenta vesicaria. Menses stillantes ex inverso utero, & per tubam. Lien in pelvim prolapsus. Lien exstirpatus. Fames perpetua ex laxato pyloro. In vetulis alveoli dentium consumti. Glandis penis cavernosa natura ex urethræ corpore cavernoso continuata, septo proprio a cavernoso corpore penis separata, quod ambit. Viscera Noster eo tempore pro glandulis habebat sanguineis.

In *Musæi catalogo* multæ sceleti fetuum describuntur, ut hactenus ad osteogeniam faciat, tum adultorum. Intestini cæci primæva facies, ut appendicula sit arctatus cæci finis. Vasa spermatica peritonæum non perforare, recte, cum SWAMMERDAMIO. Cellulosa tela intestini inflata. Os sincipitis giganteum. Vasa coli intestini in appendiculas omentosas producta: hæ appendices renovatæ. Bronchialis arteriæ cum pulmonali anastomosis. Coli ligamenta tria enarrata. Coli

(h) Venam Thymicam pro ductu excretorio habitam apud SCHELHAMMER *Epist.* p. 355. antiquavit *Advers.* 2.

(i) Anno 1663. BARTHOLIN. *de pulmone* p. 64.

Coli inteſtini finis abſque ligamentis & cellulis. Rejecit ductus hepatocyſticos Highmori. Ligamenta radiata ſterno-coſtalia, & arteriæ mammariæ. Sceletos multidigita, KERKRINGIO dicta.

Cæterum hic & in reliquis theſauris RUYSCHIUS potius aliqua ſuarum mumiarum ornamenta indicavit, quam phyſiologica inde ſequentia corollaria; ſimplex totus & a ratiocinio remotus.

EJUSD. *Reſponſio ad Godofredi* BIDLOI *vindicias* Amſterd. 1697. 4. 1721. 4.*. BIDLOUS multo minus laboris amans, ſubinde diſcipulis ſuis aliqua negligenter exponebat; animalibus etiam in anatome utebatur; denique figuras dederat ad opinionem potius quam ad naturam factas, cæterum ut literatus homo RUYSCHIUM ſpernebat. Inde plurima inter utrumque contentio exorta eſt. Ita arcum aortæ male a BIDLOO depictum fuiſſe noſter recte monet, fibrasque lienis in humano ſplene depictas, & radiculas bilioſas veſiculæ felleæ. Diſcipulos nempe ſuos, fere Germanos, habebat RUYSCHIUS, quos anatomen doceret, laudes UFFENBACHII meritus, non facillimi judicis (*k*). Solebant ii de BIDLOI erroribus ad præceptorem *Epiſtolas* dare, ad quas noſter ita reſpondebat, ut Leidenſem Profeſſorem refutaret. Ita natæ ſunt 16. epiſtolæ diſcipulorum, cum totidem reſponſoriis RUYSCHII.

Prima eſt *Johannis* GAUBII, data a. 1695. Septum ſcroti hic depingit, & figuras dat, quas ſolas ex RUYSCHII figuris ſuſpiceris artificioſæ manus auxilium ſenſiſſe, reticulum nempe ſubcutaneum vere perforatum, & papillas uniens exprimit.

Altera & ipſa GAUBII, data eodem a. 1695. Pulchre hic RUYSCHIUS retia vaſculoſa membranarum depingit, ſcroti, pericardii, pleuræ, & mammariarum arteriarum ramos, intercoſtalium finibus occurrentes & inoſculatos.

EJUSD. *tertia* eſt epiſtola, ineunte ut puto anno 1696. edita. In hac vaſa iridis noſter depicta dat, arcum aortæ bene, arteriolas aortæ, cor cum auricula dextra, cum corona arteriæ coronariæ utriusque perfecta, quod rarum eſſe opinor, & cum vaſis anterioribus cordis.

Epiſtola IV. *J. Jac.* CAMPDOMERC anni eſt 1696. Hic RUYSCHIUS lienis glandulas rejecit, & iis arteriarum pulpoſos fines ſubſtituit, quam deinde emendationem ad reliqua viſcera extendit, & denique fabricam MALPIGHIANAM evertit. Fibras & cellulas lienis humani rejicit, arteriam pingit flexuoſam, & penicillos in ipſo viſcere pulpoſos.

Epiſtola V. *Gerardi* FRENZ Amſterdam 1696. 4. Pulchra hic varia in vaſis bilariis. Veſiculæ felleæ inflexum roſtrum inviolatum, vaſcula reticulata faciei internæ, plenæ ſcrobium, quas vocat glandulas. Vaſa lymphatica hepatis convexi.

Epiſtola VI. *J. Henrici* GRAETZ Amſterdam 1696. 4. Arteria bronchialis humana

(k) *Reiſen* III. p. 640.

humana ab intercoſtali orta, œſophagea pariter ab intercoſtali. Anaſtomoſes arteriolarum bronchialium cum pulmonalibus. Polypus arteriæ aſperæ.

Epiſtola VII. Ejusd. etiam 1696. Proceſſus a pia membrana in cerebrum & cerebellum immiſſi, qui vaſcula in utrumque adducunt.

Epiſtola VIII. Amſtelod. 1697. 4. Oſſicula auditus cum vaſculis ſuis. Cartilaginum naſi quatuor paria. Septum narium cum vaſculis & glandulis. Vaſcula perioſtei ſub membrana pulpoſa narium poſiti. Arbuſcula arterioſa tympani.

Epiſtola IX. *Andreæ Ottomari* Goelicke Amſterd. 1697. 4. Pulchra figura arteriarum piæ membranæ cerebri. Arachnoidea tunica, quæ celluloſam telam referat, neque vaſa habeat. Arteriæ a phrenicis ad hepar euntes. Phrenicæ minores ex intercoſtalibus inferioribus & ſubclaviis natæ.

Epiſtola X. *Bartholomæi* Keerwolf Amſt. 1697. Pulchræ ſunt figuræ cordis, auriculæ, ſinus dextri, tuberculi Loweri, & pectinata interna auricularum fabrica exprimitur.

Epiſtola XI. *J. Chriſtiani* Wolf Amſt. 1698. Fabrica & membranæ inteſtini tenuis & craſſi; valvulæ recentes, glandulæ ſolitariæ. Spurias nunc vocat glandulas, quæ mera ſunt ſinuoſa vaſa.

Epiſtola XII. *Michaëlis Ern.* Ettmuller Amſterd. 1699. 4.*. De variis modis incidendi cerebri. Contra corticis glandulas. Latex ventriculorum cerebri. Varia in Vieussenium monita. Corpora pyramidalia & ovaria ſuperiora. Pulchra tabula baſeos cerebri humani, potiſſimum ad arterias, ubi multa videas, quæ noſter non expoſuit, ut arterias cerebelli, ramos quatuor cerebrales arteriæ baſilaris, arterias ſpinales: Arteriolæ ſubtiliſſimæ corticis cerebri & earum fines pulpoſi. Aliquæ partes medullæ oblongatæ &c.

In fine *Epiſtolæ* Ruyschius cum Ravio de ſepto ſcroti litigat.

Epiſtola XIII. *Chriſtiani* Wedel, *G. Wolfgangi* F. Amſterdam. 1700. 4. Pertinet ad anatomen oculi. Pori nervi optici: vorticoſa vaſa chorioïdeæ tunicæ, circulus iridis uterque, proceſſus ciliares, vaſa longa, membrana Ruyschiana, ſ. lamina interior tunicæ chorioïdeæ. Vaſa pellucida uveæ.

Epiſt. XV. *Alberti Henrici* Graetz Amſt. 1704. 4.*. Mammarum fabrica vaſculoſa. Utique per ductum deferentem veſiculas ſeminales repleri. De penis fabrica, celluloſa tela ſubcutanea, papillis glandis penis, fibris per corpus cavernoſum euntibus; corpore cavernoſo unico penis balænæ.

Abrahami Vater, inde Profeſſoris Wittebergenſis, *Epiſtola* XVI. Amſt. 1708. 4. Witteberg. 1713. 4.*. De fibrillis nerveis cerebri, & viis reconditis pulmonum.

Inde Noster cepit *theſauros anatomicos* edere, catalogum nempe variarum partium corporis plerumque humani, artificioſe præparatorum, quas ſolebat publice oſtendere, adjectis nonnullis iconibus & rariorum indicio. *Primus theſaurus*

saurus anno 1701. 4. prodiit, latine & belgice, ut reliqui. Coli inteſtini in appendiculam degenerationem recte deſcribit. Lacunæ recti inteſtini. Pori facici naſique humani, & glandulæ cutaneæ. Fines vaſorum hepatis, & fines vaſorum in quoque viſcere diſtincti ab aliorum viſcerum vaſculoſis finibus. Cortex interior medullæ ſpinalis. Dentes in ovario muliebri. Papillæ linguæ, & papillæ mammæ. Ductus lactiferi.

Theſaurus II. Amſterd. 1703. 4. Ad oculum varia. Circulus uveæ interior fibræque: vaſcula lentis cryſtallinæ, trunculus ejus lentis centralis, cujus originem noſter non indicavit. Mirificus acervus fetuum & artuum imperfectorum coaleſcentium. Vaſa omenti pulchre repleta: pori ventriculi, ejus plicæ & cellulæ minimæ. Exempla diverſorum finium vaſculorum ultimorum in hepate, placenta, ſplene, rene.

Theſaurus III. etiam anno 1703. Penis difformi glande. Crines in omento. Epidermis totius manus. Papillæ labiorum. Renis vaſa ſerpentina. Ductus uriniferi in papillas collecti, quas pelvis ſuſcipit. Sinus aliqui mucoſi.

Theſaurus IV. a. 1704. 4.*. Iterum fabrica renis. Teſtis diſſolutæ fibrillæ ſed inordinatæ; cor bene expreſſum, cum vaſis repletis, in quibus arterias a venis ægrius ſepares.

Theſaurus V. Amſterdam 1705. 4.*. Contra glandulas uterinas. Chorion placentam undique obducere. Neque allantoideam membranam ſe reperiſſe, neque pervium urachum; chorion vero duplicem, nempe chorion & membranam mediam. Cavea medullam inter & vertebras, humore viſcido plena. Uterum intumeſcere, qua ei placenta adnaſcitur. Vaſa duræ matris. In hoc & in IV. *Theſauro* nervi olfactorii ramos deſcripſit, a multis negatos.

Theſaurus VI. anno 1705. 4.*. Primum *Prodromus*, in quo, inque *theſauro* ipſo ſceleti fetuum & ova humana, fetusque paulatim adultiores pulchre depinguntur. Ren humanus cum vervecino comparatus.

In ipſo *theſauro* ductus inciſori. Glandulæ narium, quæ vaſorum extremi ſunt fines. Corpus luteum, cujus contenta coagulata ſunt. Membrana ex ſanguine humano ficta. Celluloſa tela inteſtinalis. Uterus adulteræ, ſemine virili plenus. Iterum corpus luteum, quod calycem ovi vocat. Pro vaſculoſa corticis cerebri natura. Nihil ante diem vigeſimum ſatis diſtincti in embryone adparere.

Theſaurus VII. anno 1707. 4.*. Glandulæ hepatis gliris meros vaſorum pulpoſos fines eſſe. Lien puellæ proceræ pulchre repletus. Appendices inteſtinorum hic & alias. Vaſcula uteri vermicularia. Papillas ſe putat in buccis, ventriculo, & inteſtinis, vidiſſe. Papillæ labiorum. Minutus embryo. Vaſa membranæ pituitariæ narium.

Theſaurus VIII. Amſt. 1709. 4.*. Fetus ſine cerebro natus, cum exigua medulla ſpinali. Diploe in tibia. Placentam meris vaſculis componi. Androgyni

drogyni sunt macroclitorideæ feminæ, ut noster putat. Papillæ menti. Pulmonem pectus replere.

Thesaurus IX. Amsterd. 1714. 4.*. Testis humanus in fila resolutus. Hepar totum obductum pulposis maculis, quas alii acinos dixerunt.

Thesaurus X. Amsterd. 1715. 4.*. Papillæ buccales. Ovum humanum. Vascula hepatis superficialia. Non dari in lingua involucrum reticulatum.

EJ. *Curæ posteriores, seu thesaurus anatomicus omnium maximus* Amsterdam 1724. 4.*. Vasa quæ putabat e vena cava ad intestina ferri. Hunc thesaurum cominus vidi, & quæ peculiaria videbantur, in adversaria mea retuli.

EJ. *Curæ renovatæ s. Thesaurus anatomicus post curas posteriores novus* Amsterdam 1728. 4.*. Senis depositi ultimus labor.

Ex *Thesauro animalium* anno 1710. 4.* edito huc referas, bufonis pipæ dorsum fetubus obsitum.

EJUSD. *Adversariorum anatomico-medico-chirurgicorum* Pars I. acc. *Mich. Ern.* ETTMULLERI *epistola problematica de ovario novo* Amsterdam 1717. 4.*. Hi libelli utiliores sunt, in quibus auctor cum visis cogitata sua conjungit. Iterum de utero, in quo semen virile conspicuum supererat. Contra ova NABOTHIANA. Contra glandulas membranarum. Papillas esse, quæ habeantur pro glandulis odoriferis penis. Monstra varia. Corpus luteum antiquum. Vascula sanguinea cordis interni. Peculiare involucrum penis.

EJ. *Adversariorum &c. decas secunda* Amsterd. 1720. 4.*. Vasa patellæ & cartilaginum semilunarium. Lacunæ BOERHAAVIANÆ pro glandulis habitæ. Vasa lactea. De thymi ductu non vero. De sterno ejusque nucleis & vasculis. Pulmonem undique pleuram contingere. De embryonis crasso funiculo. Non avellendam esse placentam, si firmius adhæserit. Papillæ cutaneæ verius expressæ. Vascula ligamenti teretis & acetabuli. Glandulæ appendiculæ cæci intestini. Vasorum corporis humani numerum per ætatem minui.

EORUMD. *Decas* III. Amsterdam 1723. 4.*. Mira historia dentium perfectorum in tumore ori superiori ventriculi adnato. Sudor sanguineus. Passim etiam docet sudoris in telam cellulosam transsudationem. Cadaverculum lutei corporis. Glandulas mesentericas in senibus contabescere. Induratus in sebum adeps. Contra vascula epidermidis D. St. ANDRE'. De epiphysibus. De arteriolis crustarum cartilaginearum. De papillis suis ventriculi. Uteri fibras contractiles placentam expellere: earum icon. Vascula membranarum intestinorum & periostei.

De fabrica glandularum in corpore humano, epistola responsoria ad H. BOERHAAVE Leid. 1722. 4.*. Mascule satis se adversus eloquentissimum adversarium tuetur. Iterum succosa esse vasculorum extrema, quæ in visceribus glandulæ dictæ sint. Arte sua se partes corporis animalis non mutare. De sanguinis transsudatione, & hic & passim alibi. Cryptas vocat, quas in via cibaria, aërea ad-

admittit. Membranam cellulofam fibi inventam tribuit. A morbis non bene pro MALPIGHIO argumenta repeti, cum varii tumores in cellulofa tela nafcantur. Glandulam mefenterii cum acinis pulpofis & vafculis delineatam dat.

EJ. *Tractatus de musculo in fundo uteri obfervato, antea a nemine detecto.* Latine vertente *J. Chriftophoro* BOHLIO Amfterd. 1726. 4.*. *Ontleedkundge verhandelingen over de vinding van een fpier in de grond der baarmoeder* Amfterdam 1725. 4. *Vervolg van de ontleedkondige verhandeling &c.* Amfterd. 1726. 12. RUYSCHIUS præfatur aliqua de arte replendorum vaforum. Inde mufculum orbicularem fundi uteri defcribit, qui placentam depellat.

EJ. *Refponfio ad epiftolam Abrahami* VATER *de mufculo orbiculari novo in fundo uteri detecto* Amfterdam 1727. 4.*.

EJ. *Refponfio ad Diff. epiftolicam* J. C. BOHLII *de ufu novarum venæ cavæ propaginum in fyftemate chylopœo, nec non de cortice cerebri* Amfterd. 1727. 4.*. Trunculum arteriæ corticis cerebri cum pulpofis ejus finibus delineat.

A morte viri publica auctione venditi funt reliqui Cl. viri thefauri anatomici. Eorum brevis catalogus prodiit Amftelodami 1732. 8. cum titulo *Catalogus van weltberoemde anatomifche voorweerpen &c.* Breviffimi tantum tituli. Pars eorum thefaurorum a Rege Poloniæ 20000. flor. bat. redemta Wittebergæ fervatur.

In JOBI a MEEKERN obfervationibus citatur delineatio humani uteri cum vafis lymphaticis a RUYSCHIO Haagienfi miffa. cap. 54.

Inter *obfervationes Jufti* SCHRADERI Amftelod. 1674. 12. editas* in *Decade* I. *obf.* 8. & 9. & 11. funt RUYSCHII. Sinus mucofi inteftini recti, vafa lymphatica inguinalia. Feminæ gravidæ incifæ. Dura membrana undique cranio adnata, pori glandulofi afperæ arteriæ.

In BLANCARDI *Jaarregifter Cent.* III. *obf.* 92. eft embryonis in utero primordium, & corpus luteum apertum cum icone.

In SCHELHAMMERI pofthumis epiftolis plufculæ funt RUYSCHII, quibus de VIEUSSENIO fua inventa involante conqueritur, cujus renum fabricam corrigit. Thymi venam pro ductu fe habuiffe fatetur.

Plenum indicem operum anatomico-chirurgicorum RUYSCHII adornavit ISBRANT GYSBERT ARLEBOUT Amftelodami 1725. 4.* editum; ut aliqua utique poft eum indicem RUYSCHII opera prodierint.

Pofthumas etiam aliquas RUYSCHII tabulas excudit *Johannes* ADMIRAAL, pictor, in quibus vafa utriusque faciei duræ membranæ cerebri, & finus mucofa penis majores & minores, & membrana vafculofa ad inferiora acetubuli offium innominatorum vivis coloribus exhibentur, Amfterdam 1738. 4.*.

Hiftoriam vitæ & meritorum viri fcripfit nofter amicus *Joh. Frid.* SCHREIBER Amfterdam 1732. 4.*. Per fingulas partes corporis humani RUYSCHII inventa

venta exponit, & criticam facem adhibet. Multa ibi reperias, quæ spatio iniquo exclusi omisimus.

§. CCCCLXXX. *J. Henricus* PAULI,

Simonis F. aliquamdiu Professoris Hafniensis, *Anatomiæ* BILSIANÆ *anatome Argentorati* 1665. 8.*. Primum de incruenta anatome. Eam posse vinculis injectis perfici. De alio & alio usu vasorum lacteorum & mesentericorum, & de incertitudine coloris in venis mesentericis cinerei. Non resorbere venas mesentericas. De gyro BILSII: esse vasorum lymphaticorum colli cum ductu thoracico conjunctionem, ut ex comparata ea, quam ipse ad sua meliora experimenta paravit, & ex BILSIANA icone adparet.

Ej. *ad dubia anatomica J. Jac.* WEPFERI *responsio.* Vasa lactea satis ad resorptionem ampla esse, & mesaraïcis ad intestina ampliora, hic nimius. Omnem urinam a potu esse, qui per vasa lactea circulum obierit.

§. CCCCLXXXI. *Varii.*

Florentii SCHUYL, postea Professoris Leydensis, SYLVIANI, *de physiologia medica.* Pars I. Leid. 1665. 4.*.

Ej. *de veteri medicina* Leid. & Amsterdam 1670. 12.*. Celebre experimentum fecit, quo inter duo vincula bilarii canalis & pancreatici ostia inclusit. Ita intestinum interceptum intumescebat, spumosoque smegmate plenum adparebat. Deinde in HIPPOCRATE aliisque antiquis loca conquirit, quæ hypothesi alkali & acidi patrocinantur. Bilem non esse excrementum. Posthumum nec ineruditum opusculum. Multa habere sua queritur G. ten RHYNE *veter. med.* pag. 87.

Edmund de MEARA *Diatriba* T. WILLISII *de febribus examen* Lond. 1664. 8. Amsterd. 1667. 12.*. Magna pars libelli versatur in physiologicis. Doctrinam GLISSONII de succo nervoso rejicit. Sanguinem negat sanguificare, quatuor principes in sanguine humores defendit. Contra fermenta.

Joh. ALOS, Professoris Barcinonensis, *criticum apologema adversus stateram jatricam Michaelis* VILLAR Barcinone 1665. deinde *disquisitio de corde hominis physiologico anatomica* Barcinone 1694. Ejus 2. caput de cordis humani admirabili fabrica agit. C. 3. de unione vasorum in fetus corde. In c. 4. quæritur an cor sit musculus. C. 5. num in solo corde sanguis generetur. C. 6. de causa effectrice sanguinis in corde & in hepate. C. 7. Utrum in fetu per vasa chylifera aliquis chylus ad cor adferatur. 8. Spirituum vitalium natura. Num in solo corde generentur. 9. An cor in fetu vitales generet spiritus, & moveatur. 10. An aliquis aër inspiratus ad cor veniat. 11. Quem usum cordi respiratio præstet. 12. De motu cordis ejusque causa. 13. An & diastole & systole cordis per se fiant a facultate motrice. 14. An cordis facultas motrix sit naturalis

ralis an animalis. 15. Usus & finis motus cordis. 16. Causa motus arteriarum. 17. An simul cor contrahatur & arteriæ. 18. An cerebrum ab arteriis moveatur. 19 An sanguis ex dextro ventriculo cordis in sinistrum transeat. Per septum, num per pulmones. 20. De motu sanguinis circulari. 21. De temporis spatio quo circulatio, ut vocant, in corpore absolvatur, de ejus utilitate. 22. An ex invento circuitu medendi ratio invertatur. 23. Chirurgia infusoria. 24. Transfusoria. 25. Rariora in corde observata. 26. Et in arteriis. 27. De differentiis pulsuum præternaturalium. Laudat Cl. SEGUER anatomicum, veteris & novæ Philosophiæ peritum.

J. Laurentius BAUSCH, Suinfurtensis, primus auctor Academiæ Naturæ curiosorum, scripsit l. *de aetite* Lipsiæ 1665. 8.*. Aliquas monstrorum historias partuumque difficilium adjecit: in tr. de hæmatite, una excuso, integram historiam vulnerum lethalium & non lethalium dedit.

In l. *de cæruleo & chrysocolla* Lipsiæ 1668. 8. inmensa collectio habetur casuum melancholicorum & variarum imaginationum.

J. Conradi STETTER *censura argumentorum* GALENI *de motu musculorum, qua illi a vetustissimo officio removentur & id ossibus vindicatur* Francof. 1665. 8.* Medicus Oppenheimensis. Non a musculis artus moveri, sed ipsam animam ossium ope eos regere, ut nuper LIBERTUS.

Phil. MAY *la chiromantie medicinale un traité de la Physionomie, & des marques sur les ongles des doigts, traduit en François par Phil. Henry* TRUCHSESS la Haye 1665. 12. LEHM. Germanice *mit einem Anhang von den Zeichen auf den Nägeln der Finger* Dresden 1670. 8. LEHMAN.

Petri Mich. ab HEREDIA *de somno & vigilia*, inter opera Lyon 1665. fol.

Michaelis LIPARI *Galenistarum triumphus novatorum medicorum insanias funditus eradicans, ne hæreticalibus doctrinis mortales immatura morte moriantur*, Cosenza 1665. 4. Venetiis 1666. 4. hic cum epistola ad BELLINUM. Hoc opus in MALPIGHIUM scriptum est, ab eo in posthumis refutatum, sub nomine PLACIDI PAPADOPULI.

Francisci FOLLII *a* PUPPIO ex Burgo S. Sepulchri *Recreatio Physica, qua de sanguinis & omnium viventium universali analogica circulatione disseritur*, Florent. 1665. 8.*. Nupera inventa conatur cum veterum placitis conciliare. Atram bilem tamen per vas breve in ventriculum adfundi. A bile febrem tertianam & quartanam nasci. Femina in virum mutata. Respirationem fieri a pulmone per sanguinem arteriæ pulmonalis irritatum: collapso pulmone sanguinem in sinistrum cordis sinum inpelli.

In *statera medica* adserit, se suam doctrinam ex insitione plantarum jam a 1654. deduxisse.

§. CCCCLXXXII. *Varii.*

SCHÖN *ſubtiliſſima ſenſuum ſpecies ſenſibilis* Witteb. 1665. 4. VAT.

Chr. FASELTUS *de ſtillicidio ſanguinis ex interemti hominis cadavere præſente occiſore* Witteb. 1665. 4. BOEHMER.

EJ. *de viſu* ib. 1666. 4. HE.

EJ. *de auditu* 1668. 4.

EJ. *de natura ſoni* ib. 1668. 4. HE.

EJ. *de primo avium ortu* 1674. 4. HE.

Balthaſar STOLBERG *de cuticula & cute* ib. 1665. 4.* BUL.

EJ. *de elephante* ib. 1665. 4.*.

J. Ern. HERING *de ortu avis britannicæ* Witteberg. 1665. 4.*. Ex ſuis ut alia animalia, parentibus naſci.

EJ. *de natura brutorum* 1706. 4. GRONOV.

Bartholom. SCHULTZE *de phantaſia* Witteb. 1665. 4. HE.

J. Henric. LOTICH, & *J. Wilh.* HECHLER *de noctambulis* Gieſſ. 1665. 4.

Laurentii GISELER *de pinguedine* Brunſwic. 1665. 4.

J. COPER *de circulatione ſanguinis* Bremæ 1665. 4. HE.

EJ. *de oculo* 1671. 4. ibid.

J. CLODII *de Capillis Romanorum veterum* Witteb. 1665. 4. VATER.

J. Chriſt. HUNDESHAGEN *de imaginatione ejusque viribus* Jen. 1665. 4.*.

EJ. *de monſtris* Jen. 1665. 4.*.

EJ. *de ſtillicidio ſanguinis in hominis violenter occiſi cadavere conſpicui, an ſit ſufficiens præſentis homicidæ indicium* Jen. 1679. 4. BOEHM. Redit inter VALENTINI novellas.

Philippi MATTHÆI *de bile* Franeker. 1665. 4.*.

EJUSD. *de liene* ibid. 1667. 4.*.

EJ. *de ſanguine diſputationes undecim* Utrecht 1668. & 1669.*

Cl. le VASSEUR & *Pauli* MATTOT *Non ergo motus cordis a ſanguinis fermentatione* Paris 1665.

Guid. Creſc. FAGON & *Petri* LOMBARD *Ergo ſudor cruentus fit vi naturæ* Paris 1665.

Dionyſii JONQUET & *Raymundi* FINOT *Non ergo ſemper & certum impedimentum generationis eſt amoris vinculum* Paris 1665.

Jac. GAVOIS & *Car. le* LONG *Non ergo chyloſis prævia fermentatione perficitur* Paris 1665.

Antonii le MOINE & *Roberti* RAOULTE *E. ſtatim a menſtruorum effluvio concepti firmioris valetudinis* Paris 1665.

§. CCCCLXXXIII.

§. CCCCLXXXIII. Societas Regia Londinensis.

Coaluerat primum Oxonii cura *Joh.* WILKINS, Epiſcopi inde Ceſtrienſis, anno 1645., deinde magis ſolenniter Londini coivit: & dudum in anatome etiam laboraverat, cujus teſtimonia aliqua MONCONIS adtulit, multo vero numeroſiora habet *Th.* BIRCH in *hiſtoria ejus Societatis* non dudum dictæ.

Ita anno 1661. (*l*) ipſe *Johannes* WILKINS vires animæ humanæ exploravit, quibus pondera appenſa elevat, & invenit ſuperare 110. pondo.

An. 1663. experimentum Socii fecerunt temporis, quo idem neque renovatus, aër diverſis hominibus ad reſpirandum ſufficiat, quæ tempora valde diverſa fuerunt, omnino ut 23. & 56. (*m*).

Experimenta piſcis a ſubtracto aëre ægre habentis & pereuntis (*n*). In eorum piſcium aliquo veſicula aërea rupta fuit.

Robertus MORAY menſuras dedit giganteæ puellæ, quæ anno ætatis nondum altero pleno $37\frac{1}{2}$. pollices alta fuit (*o*).

Partus 18. menſibus in utero retentus, ut demum rupto abſceſſu oſſa prodierint (*p*).

D. HOAKE de exciſo de canibus liene (*q*).

CLAYTON de dente repoſito qui comprehendit (*r*).

Chriſtophorus MERRET de ſanguine & humoribus oculi congelatis (*s*).

An. 1664. HILL de experimento cryptæ caninæ (*t*).

Lien canis feliciter exciſus (*u*).

Mus in aëre ad octavam ſui partem compreſſo vixit (*x*).

Rob. MORAY de animale hybrideo, ex cato & cuniculo nato (*y*).

De R. CAROLI II. experimentis ſtaticis in ſeipſo captis (*z*).

Sed primum publicum opus anno 1665. M. Martio SOCIETAS edere cepit, cum titulo *Philoſophical tranſactions giving ſome account of the preſent undertakings ſtudies and labours of the ingenious* curante H. OLDENBURG; Recuſum eſt in Belgio & Lipſiæ. Totum opus Pariſiis prodire cepit, interruptum tamen, & nuper Wittebergæ tomi anni 47. & 48. anno 1768. & 1769. prodierunt. In n. 1. & 2. *David* THOMAS de monſtroſo vitulo retulit. Multa pars pars animalis putrefacta, lingua triplex.

In n. 5. dicuntur viſi in vituli capite duo oculi coaliti, palpebræ quatuor.

In n. 6. de lacte in ſanguine viſo. Aſperam arteriam gramine plenam fuiſſe.

N. 7. de Chirurgiæ infuſoriæ progreſſibus, quam *Chriſtophorus* WREN propoſuerit, BOYLEUS apparatu adjuverit; bono ſucceſſu Londini & Oxonii varii exercuerint.

 Ej.

(l) p. 36. (m) p. 192. 216. (n) p. 214. 243. 244. (o) p. 270. (p) p. 315. (q) p. 277. (r) ib. (s) p. 354. (t) p. 421. (u) p. 426. (x) p. 428. (y) p. 393. (z) ib.

Ej. Destinatus de renum fabrica tr. nunquam prodiit.

N. 8. Variæ peculiares corporum humanorum temperies.

Ib. de spermate ceti ex capite balænæ nato.

Qui non exhalabat quidquam. Quæ salem devorabat, & ex eo cibo obriguit. De lacte in sanguine viso.

Apud T. BIRCH (*a*) C. MERRET vesicam semiduplicem ostendit, ex bove.

Animalia in vacuo spatio enecta, & reddito aëre suscitata (*b*).

Infusis venenis occisa animalia (*c*).

§. CCCCLXXXIV. JOURNAL *des* SAVANS.

Diarium, quod etiam nunc edi pergit; primum hoc anno cepit edi. In eo princeps est scopus, nova opera recensere. Admiscentur tamen hinc inde adnotationes rariores, & libelli proprii; potissimum etiam in prioribus diarii annis. Ita anno 1665. traditur anatome puellæ bicipitis, quadrimanæ & bipedis.

§. CCCCLXXXV. *Johannes* SWAMMERDAM,

Medicus, Leidæ laboribus anatomicis innutritus, vir miræ solertiæ, & patientiæ in minutissimis animalium partibus dissecandis unicæ, inventor materiæ ceraceæ (*d*), qua vasa non replerentur solum, sed distenta manerent, admirabilem potissimum in anatome insectorum industriam adhibuit. *Antoniæ* BOURIGNON veneratione demum percitus, omissis rebus physicis & anatomicis, totum se curis æternitatis dedit, & præmatura morte abreptus est.

EJUS labores videas mature a contemporaneis laudari, ut aëris per pulmones in sanguinem impulsionem a STENONIO, anno jam 1663 (*e*): ductum thoracicum ab *Olao* BORRICHIO (*f*): experimenta de respiratione anno 1663. instituta a F. SYLVIO (*g*). Neque dubium est, quin ipsi RUYSCHIUS eam artem replendorum vasorum debuerit, qua inclaruit; sed neque diffitetur. Nondum doctor varias figuras vasorum lymphaticorum *Gerardo* BLASIO impertivit, in tabula 29. *syntagmatis anatomici* excusas.

Inde anno 1667. 4. edidit *theses* quidem *inaugurales brevissimas*, in quibus a lacessito nervo phrenico diaphragma docet convelli. Uveam insectorum tunicam pone corneam expandi.

Deinde eodem anno dissertationem suam inauguralem edidit cum titulo *Tr. physico-anatomico-medicus de respiratione usuque pulmonum* Leid. 1667. 8.*. Recusus est Leid. 1679. 8.* tunc 1738. 4.* & in *Bibliotheca* MANGETI. Nihil hujus speciminis inauguralis simile hactenus aut in Belgio prodierat, aut alibi. Circulum

(a) T. II. p. 21. (b) p. 25, 46. (c) p. 50.
(d) RUYSCH. *musc. uter.* p. 2.
(e) ad BARTH. *Ep.* LV. *Cent.* IV.
(f) eodem anno *Ep.* 76. *Cent.* IV. (g) *Diss. med.* 7.

Circulum quidem Cartesianum noster admittit & fermentationes, non aliter a suis præceptoribus doctus. Experimenta tamen addidit sua, quibus dilatatio pectoris, pulmonis ab admisso aëre externo subsidentia docetur, & aërem eo secedere, ubi minus resistitur, per varias machinas confirmatur. De musculorum antagonismo & perpetua contractione eorum, quibus nulli sunt autagonistæ. Humor in pectore fetus, qui non respiravit. Etiam vespertilionibus aërem in pectore esse, (ut avibus), ut omnino is pectoralis aër ad volatum pertinere videatur. Vesicula fellea reticulata & glandulosa. Contra fibras & cellulas lienis. Valvulas vasorum aquosorum lymphæque motum demonstravit; tubulos subtiles ad inflanda ea vasa depinxit. Sanguinem in vasis minimis lentius fluere putat. Penem vulvamque in cochlea motumque venarum dixit, & icone expressit. Chylum in venas mesentericas sorberi docuit. Thermoscopium ad calorem febrilem definiendum suasit adhibere.

Ej. *Miraculum naturæ seu uteri muliebris fabrica, notis in J. v.* HORNE *prodromum illustratum*, Leid. 1672. 4.* 1679. 4.* 1717. 4. 1729. 4. GUNZ. & in *Bibl.* MANGETI, tum cum J. HOFMANNI *dissertationibus anatomico-pathologicis* Noriberg. 1685. 4.* & Londini 1680. 8. HARLEY. Icones a PALFYNIO sunt recusæ Leid. 1708. 4.* Eum *prodromum* diximus, & labores istos sibi SWAMMERDAMIUM tribuisse. Vasa utriusque generis depinxit, quæ uterum adeunt, & ova quasi de arteriis pendula. Sic plexum vaginalem arteriosum & venosum. Ligamenta teretia vasculosa. Non bene negat, ductum deferentem cum vesicula seminali communicare; ut proprium vesicularum semen esse docere cogatur. Ductum HIGHMORI ex arteriis & venis conponi, multaque ejus cava esse. Penis erectionem a sanguine esse, per experimenta didicit. Icones bombycis MALPIGHIANAS castigat, quæ sint ex ingenio delineatæ, & in quibus cerebrum male omittatur. Tubam ovarium amplecti, ovumque sorbere. Chylum a venis mesentericis resorberi: in lacteis lympham ferri. Injectionem ceraceam docet. Rudiusculæ cæterum icones, & ad siccas humani corporis partes factæ.

IDEM Belgice edidit *algemeene verhandeling van de bloodeloose diertjes* Utrecht 1669. 4.*: quæ latine, vertente *Henr. Christiano* HENNINIO, *historia* est *generalis insectorum* Leid. 1685. 4. edita*, etiam Gallice excusa.

Omitto classes insectorum: nympham, quæ ipsa sit involutum animal: chrysalidem, in qua & ipsa futurum animal complicatum lateat, & ex qua papilionem sua manu ipse eduxerit. IDEM ex eruca se chrysalidem fabricare posse, aut evolutionem retardare gloriatur: dimidiatam etiam chrysalidem facere. In omni natura evolutionem meram esse, quæ dicitur generatio; quæ theoria late a peritis adoptata, SWAMMERDAMIO debetur. In quaque classe insectorum phases vitæ mutatas ostendit. De apibus. Se penem testesque marium vidisse & ostendisse, & in regina ovarium. De culicis historia & aculeo. Alas papilionis ut facias monstrosas. Ut in eruca papilio lateat; ut eadem in chrysalidem intumescat. Ut per suos vitæ gradus transeat, alasque explicet. Pulmonem pleuræ continuum esse, neque musculosum: quiescere quoties vulnus glottide latius inflictum est.

In HARVEJO etiam nonnulla emendat. Pulicis generatio ex ovo. Dignissimus certe liber, qui in *operibus* redit, nuper recusis.

EJUSD. *Ephemeri vita of afbeeldingh van's menschen leven vertoont in de historie van het vliegend ende een dagh levend hast oft oeveraas*, Amsterd. 1675. 8. LAMBERGEN & 1681. 4. In BOURIGNONIÆ gratiam hunc libellum dicitur scripsisse. Metamorphoses hujus insecti tradit, nymphamque rapacem. Cor vidit & genitales partes, venerem ei non contigit vidisse. Musculos vero expressit, medullam spinalem & asperam arteriam. Vermis ephemeri sic satis longævus, volatile animal ephemerum.

Auctor noster a. 1680. quidem obiit; postquam a paupertate pressus codices & icones vili pretio THEVENOTIO vendiderat. Eos feliciter superstites post dimidium seculum thesauros *Hermannus* BOERHAAVE non exiguis pecuniis redemit; vitam viri descripsit, opera edi curavit belgice & latine, cura D. H. GAUBII. Titulus est, *Biblia naturæ s. historia insectorum in certas classes reducta, nec non exemplis & anatomico variorum animalculorum examine illustrata, insertis numerosis rarioribus naturæ observationibus* Leid. 1737. fol.*: Germanice recusum Lipsiæ 1752. fol. & Anglice vertente FLOYDIO Londini 1758. fol. Gallice in collectione Divionensi T. IV. V. excerptum. Historia apum etiam excerpta est a D . . NETTIS. Incommode utraque lingua conjuncta est, & tabulæ duobus tomis destinatæ ita distributæ, ut in secundo tomo plusculæ sint, quæ ad primum pertinent aut vicissim.

Nova hic sunt, anatome pediculi humani. Systema animalculum nervosum pulchre eruit, tum aëreum, cor nequivit invenire. Organum alimentarium etiam descripsit, & quod mireris, solas in hoc animalium genere feminas incidit. Validissimus est in pediculo motus peristalticus.

Historia aliquot cochlearum. Eximium opus. Systema nerveum subtilissimum, & integra anatome: sacculus in omnibus purpurifer, in unica tamen specie coloratus. Nervi optici spirales in musculum inclusi. Oculi tres humores, & fabrica, quæ facit, ut propiora non videant. Myologia animalis. Musculi omnes punctum fixum in testa habent. Polypos aquæ dulcis minime ignoravit. Mytuli anatome, in quo neque cor vidit, neque ventriculum.

Anatome cancelli solitarii. Nativum esse suæ testæ hospitem, cumque ea connatum. Cerebrum, medulla spinalis. Fibræ nervi optici.

Historia scarabæi nasicornis anatomica. Hic hominem ante lapsum minoribus fuisse intestinis BOEHMIO credit, & per insecta confirmat. Verus in scarabæo penis. Testes sunt glomeres vasorum. Ductus seminales varii. Pinguedinem globulis fieri.

In T. II. Bibliorum princeps opus auctoris reperitur, apum nempe historia: ea diu in Gallia latuerat, & suspicatur BOERHAAVIUS, Academicos Gallos, qui de apibus scripserant, non neglexisse ditissimum inventis codicem. Viderat eum codicem *Petrus* HOTTON (*h*). Pulcherrime SWAMMERDAMIUS tres sexus descri-

(h) *Phil. Transf.* n. 257.

describit: venerem tamen nunquam vidit. Operarias apes habere scrobem in crurum articulo quinto, quæ neque in maribus sit, neque in femina. Quando femina sterilis est, mares in multam hiemem ali, & conservari. Primum laborem novi examinis esse cellulas regias. Oculi historia subtilissima & difficillima, & nervi optici ad quamque hemisphæram propria propago. Visus fit fibris pyramidalibus a radiis lucis percussis. Numerum apum iniit. Fistulæ aereæ in mare magis expansæ quam in femina, & dentes operariarum majores.

Anatome papilionis diurni.

Anatome erucæ & ex chrysalide evoluti papilionis. Tubuli pulmonales crassiores in chrysalide, in papilione tenuiores, plus tamen aëris recipiunt.

Anatome muscæ asili, cum asperæ arteriæ ramis ad omnia viscera distributis. Dum in muscam abit, animal brevius fit, & magnam partem sui deserit, aere plenam.

Anatome acari.

Tum muscæ ichneumones, quæ in gallas sua ova deponunt.

Iterum eximia historia ranarum. Testes ranarum, ductus nempe seminales convergentes in centrum testis. JACOBÆUM male tubam recto intestino inserere. Ova in abdomine; tuba, ovaria. In iisdem animalibus experimenta facta in musculis de corpore separatis, quorum nervum Sw. irritavit, contractionem speculatus est, musculum in agendo minorem fieri reperit; verum corde hic usus est, aliter ac reliqui musculi facto & intus cavo. Non verum esse, arteria ligata motum musculi deleri. Omnem in animale ab anima motum esse.

Anatome sepiæ: ubi ante NEEDHAMIUM juniorem paxillos dixit, qui in aqua se evolvunt, & materiem lumbrici similem evomunt.

Ephemeri & Cancelli historia sola Gallice prodierat Paris 1682. 8. BUR.

In *Philos. Trans.* n. 94. negat ranas habere arterias pulmonales. Id ita accipias, ut nullam ex corde arteriam habeant, nam habent ex arteria aorta evidentissime natas. Testiculum scarabæi nasicornis evolvit, filum obtinuit 30. unciarum longitudine.

Processum peritonæi (cellulosum) non ingredi venas arteriasque spermaticas, noster invenit apud *Justum* SCHRADER *Dec.* II. *obs.*

IDEM in *Philos. Trans.* n. 112. ruptum mesenterium dixit, cum intestinum flatu turgeret & fæcibus.

Apud Cl. BIRCH memorantur (*i*) aliquæ partes corporis animalis artificiose siccatæ, quas SWAMMERDAMIUS Societati Regiæ obtulit: inter eas vas lymphaticum de gallinæ abdomine sumtum.

§. CCCCLXXXVI. *Varii.*

Honorati FABRI *Tr. duo quorum primus de plantis & de generatione animalium, posterior de homine* Paris. 1666. 4.*. Noriberg. 1677. 4.*. Physiologiam tradit,

(i) T. III. p. 312.

tradit, in oculo multus. Circulum ſanguinis aliqui huic viro tribuunt, de quo anno 1638. ſcripſerit. Sed anno 1628. HARVEJUS ſua experimenta deſcripſerat.

EJ. *Synopſis optica* Lugd. 1667. 4.

Joh. PEYSSONEL, Medici Maſſilienſis, *de temporibus humani partus juxta doctrinam* HIPPOCRATIS *tract.* Lyon 1666. 8.*. Dies HIPPOCRATICI, ternarii, quaternarii, ſeptenarii. Menſes. Dies pro partu ab HIPPOCRATE definiti a 182. ad 280. Multum tribuit diebus & numeris.

Pierre BARRA, Medici, *de veris terminis partus humani* Lyon 1662. 12.

EJUSD. HIPPOCRATE *de la circulation du ſang & des humeurs* Lyon (ou Paris) 1683. 12.*. Circuitum ſanguinis HIPPOCRATIS inventum eſſe ex libro *de corde* defendit, non quidem accuratiſſime, ſed etiam id notabile foret, ERASISTRATEO alicui medico notum fuiſſe. In L. II. *de oſſibus* dicitur, venas pulmonis de corde ſugere & eo ſtillare; id videtur ad circuitum minorem ſpectare, ſed hæc omnia egent aliqua accomodatione.

Sebaſtianus BADUS circa hæc tempora floruit, cujus *de viribus imaginationis* ſcriptum MAZUCHELLIUS citat.

EJ. *de generationis hominis.* Ib.

Ludovici de la FORGE *de mente humana, ejus facultatibus, & functionibus ſecundum principia* RENATI DES CARTES, Paris 1666. 4. Amſterdam 1669. 4. Bremæ 1674. 4. ordine meliori B. BOEHMER. Gallice *tr. de l'eſprit de l'homme* Paris 1666. 4. CARLSON.

Septimi Andreæ FABRICII *Diſcurſus medicus de termino vitæ humanæ* Romæ 1666. 4.*.

QUERBRAT CALLOET *Avis. On peut éléver en France des chevaux auſſi bons, que dans les royaumes voiſins. Secret pour faire entrer des cavales en chaleur, pour leur faire porter des moles &c.* Paris 1666. 4. *Bibl. de France.*

Pierre de BETBEDER *queſtions nouvelles ſur la ſanguification & circulation du ſang, avec un traité des vaiſſeaux lymphatiques decouverts depuis peu* Paris 1666. 12. BUR.

J. SMITH K. *Salomons deſcription of old age* Lond. 1666. Laudant Socii S. Reg. Circulum ſanguinis in deſcriptione Salomonis, & ipſe reperit.

Geraud de CORDEMOI *ſur le diſcernement du corps & de l'ame* Paris 1666. 1670. 8. Carteſianus.

EJUSD. *de la parole* Paris 1668. 4. Anglice Lond. 1668. 12.

Opera omnia Paris 1670. 12. 2.Vol. 1704. 4. 2.Vol. utrumque quod diximus opuſculum. Genev. 1679. 12.* latine verſum a J. C. Modum deſcribit quo quæque littera generatur.

Matth. CLEMASIUS *de putredine* Lipſiæ 1666. 4. B. THOMAS.

Gottfried

Gottfried VOGT *de lacrymis Crocodili* Witteberg. 1664. 4.

EJUSD. *de stillicidio sanguinis ex interemti hominis cadavere præsente occisore* Witteberg. 1661. B. BOEHMER.

EJUSD. *Curiositates physicæ* Gustrow. 1668. 8.* Rostoch. 1671. 8. Lipsiæ 1698. 12. Multa huc pertinent, ut congressus & partus viperarum; victus chamæleonis; cantus cygni; lacrymæ crocodili; de piscibus volatilibus; de infantibus suppositítiis, & de cruentatione cadaveris &c.

EJUSD. *Physicalischer Zeitvertreiber, worinn* 300. *lustige und annuthige Fragen aus dem Buch der Natur kund gemacht werden* Rostock 1675. Stettin 1686. Lips. 1694. & forte Gustrow 1671. 12. Non vidi.

Chiromantie Royale & naturelle avec les prognostics des Chiromantiens anciens & modernes Lyon 1666. 12.

SOLEYSEL *parfait Marechal* Paris 1667. 4. 1684. 4. 1746. 4. Genev. 1677. 4. Amsterd. 1696. 4. 1698. 4. Anglice cum Supplemento *Guilielmus* HOPE Lond. 1696. fol. Anatome parvi momenti est BOURGELAT *Hipp.* II. p. 23. 174. 175.

Georg. KORMARK *de spiritu animalium corporeo vero s. vitali* Lips. 1666. 4. B. BOEHM.

Michael MARGGRAF *de sensibus internis* Lips. 1666. 4. B. THOMAS.

Christ. DONATI *de somno* Witteberg. 1666. 4. VAT.

EJ. *de somniis* 1671. 4. BURCKH.

EJ. *Demonstratio Dei ex manu humana* Witteb. 1686. 4. BURCKH.

J. SCHMIDT *de nutritione* Jen. 1666. 4. HE.

Georgii TRINKH *Diss. unde fiat ut animalia quædam insecta diu moveantur, quædam vero minime* Jenæ 1666. 4.

Constantin. ZIEGRA *de lacrymis* Witteberg. 1666. 4. HEFT.

EJ. *de Zoophytis* ib. 1667. 4.

EJ. *de rege avium Aquila* 1667. 4.

EJ. *de halcyone* 1667. 4.

J. Georg SEEMAN *de fetus humani generatione & nutritione in utero* Hafniæ 1667.

Frider. HOFMAN *de singultu* Jenæ 1667. 4. PLATNER. Idem puto majoris filii parens.

J. Bapt. FERRAND & *Raymondi* VASLET *Ergo ingenii diversitas a sexu* Parisiis 1666.

Petri IVELIN & *Cl.* GUERIN *E. minus certa virginitatis quam conceptus signa* Paris. 1666.

Matth. THUILLIER & *Mich.* POINSSART *Non ergo ex chylo lac* Paris 1666.

Mathurin DENYAU & *Dom. de* FARCY *Ergo in humano corpore imperium monarchicum exercetur* Paris 1666.

Fr. L. VIGNON & *Cl.* BIENDISANT *Non dautur certa virginitatis indicia* Paris 1666.

§. CCCCLXXXVII. *Philosophicæ Transactiones* a. 1666.

N. 18. *Edmundus* KING de parenchymatibus. Viſcera meris ex vaſis conponi. De celeri emaciatione & reſtitutione quorumdam ægrorum.

N. 23. Ej. De formicarum ovis, evolutione, vita.

N. 24. Ej. De transfuſione ſanguinis rectius adminiſtranda per venas ſolas, nulla arteria aperta.

N. 52. Vaſa propria teſtis.

N. 30. EJUSD. & LOWERI transfuſio ſanguinis in homine tentata, hactenus feliciter. Sic apud BIRCH. II. p. 125. Sic ejusd. KINGII opera anno 1667. ib. p. 162. 164. 179. 190.

EJUSDEM experimentum STENONIANUM ib. II. p. 261. 300. bono eventu: & HOOKIANUM p. 284. 291.

Experimentum avis enectæ in aëre compreſſo p. 352.

IDEM teſtem cuniculi in fila reſolvit p. 327.

IDEM corpus animale ex vaſis, hæc iterum ex vaſis componi: omnia vaſa fibras habere motrices.

T. III. p. 402. de nervorum minutiſſima per muſculos diſtributione. Fibras carneas in omnibus arteriis reperiri, arteriasque veros eſſe muſculos.

T. IV. p. 205. Lac in venas injectum, funeſto eventu.

N. 19. 20. De transfuſione ſanguinis ex animale in aliud animal, primum a R. LOWERO adminiſtrata, cum encheireſi & ſpe effectus inde ſperabilis in curatione morborum.

N. 19. J. HEVELIUS de animalibus colorem mutantibus.

De hirundinibus ſe in aquas demergentibus.

Apud BIRCH ad hunc annum experimenta transfuſoria (*k*) LOWERI.

In *Diario eruditorum* anni 1666. de animalculis lucentibus agitur a D. *de la* VOYE: & de animalculis lapides rodentibus.

§. CCCCLXXXVIII. *Academia R. Scientiarum Pariſina.*

Hoc anno curante COLBERTO coaluit, & menſe Junio Academicas aliquas exercitationes orſa eſt, magis tamen ſerio anno 1667.

Primum-

(k) II. p. 98.

Primumque GAYANT chirurgus vidit lac quidem circulum per pulmonem absolvere, non perinde aërem. Hoc etiam anno PECQUETUS, GAYANT & PERRAULT anastomoses vasorum lymphaticorum cum venis lumbalibus detexerunt. Conf. *J. Sav.* 1667. p. 53.

Transfusionem etiam sanguinis tentaverunt, minus feliciter.

Sed inprimis hoc anno nobile cepit opus prodire, historia nempe animalium, de integro elaboranda, potissimum vero animalium rariorum, quæ in vivariis suis LUDOVICI XIV. regia magnificentia alebat, eo certe hoc tempore fine, ut veterum errores detegerentur & refutarentur. Princeps auctor, dum vixit, CLAUDIUS fuit PERRAULT, incisor idemque delineator eximius (*l*). Deinde *Josephus du* VERNEY, nobilis incisor, *Philippus de la* HIRE artis pictoriæ peritissimus, & *Johannes* MERY.

Primum prodierunt Paris 1661. 4.* *Observations sur un lion dissequé dans la Bibliotheque du Roi.*

Deinde, *Observations faites sur un grand poisson dissequé dans la Bibliotheque du Roi* Paris 1667. 4.*.

Porro *Description anatomique de l'ours, du castor, de la gazelle, du Caméléon* Paris 1669. 4.*.

Inde *Mémoires pour servir à l'histoire des animaux* Paris 1671. fol. maj. Magnifica editio cum præfatione, in qua scopus auctorum indicatur, finis est in Aguti.

Auctius prodiit id opus anno 1676. pariter fol. magn. secunda parte auctum, ut animalia nunc contineret 32. *Cl.* PITFIELD ea Anglice vertit, & Londini edidit 1687. fol. figuris diminutis. Latine *M. Bern.* VALENTINI in *amphitheatro zootomico* Francof. 17 . fol. 1742. fol.*. Plures autem fuerant animalium incisiones, multæque priorum emendationes a PERRALTIO perfectæ & a *du* VERNEYO. Eæ cum cepissent edi, inde suppressæ fuissent, demum Parisiis 1733. 4.* Amsterdam 1758. 4. 3.Vol. prodierunt, tertiumque tomum historiæ animalium faciunt; adjectis nonnullis aliis, ut CHARASII vipera, & Jesuitarum Siamensium anatome Crocodili, atque lacertæ Tockaya. Hæc Parisina hactenus editio plenissima est, Belgica enim posteriora incrementa non habet. Pisces a *du* VERNEYO, & a PHILIPPO *de la* HIRE incisi, nondum prodierunt.

In universum Academici cujusque animalis bonam dederunt figuram, deinde ventriculum, intestina, viscera reliqua, oculos, subinde etiam vasa aliqua, sæpe cum mensuris. Subtiliorem anatomen non sunt persecuti, de nervis vix unquam egerunt, neque de minutiori fabrica viscerum, testium, oculorum. Multa tamen utiliter viderunt, & primi. Pauca decerpam ex multis. In leone Ruyschianam tunicam tapeti nomine dixerunt, tum prostatas superiores, inferiores, vesiculam fellis quasi septis divisam. Lac in ciconia. In aquila membranam

(l) *Journ. des Savans* 1689.

nam pupillatem, ut videtur. In chamæleonte pulmonem ramosum & cornigerum, & oculi naturam. In camelo cellulas quadrangulares ventriculi, in quibus aqua colligitur. In urso renculos in renem coalescentes. In tigride sacculos ano vicinos, in propria papilla apertos, utrique sexui communes, & in omnibus animalibus quadrupedibus digitatis redeuntes, etiam in crocodilo. Civettæ sacci duo in spuriam vulvam patentes, in quos ex suis glandulis odoramentum deponitur, alii ab illis fœtidis folliculis ano ad positis. Prostatæ iterum superiores, inferiores. In oryge (gazelle) ventriculorum fabrica, acini hepatis. In galeo pisce, quem primum dissecuerunt, valvula dicta est cochleata intestini, cor pro portione minimum. In castore vesiculæ unguentariæ; sic in fele zibethica. In corvo marino larynx inferior. In gallo indico & grue numidica flexio asperæ arteriæ. In otide glandulæ bulbi ventriculi, cloaca. In meleagride musculi asperæ arteriæ, systema partium genitalium avium feminarum, cloaca, vagina, infundibulum, ovarium. In struthio-camelo systema respirationis, diaphragmatis & musculorum abdominalium æquilibrium. Musculi pulmones constringentes. Vesicæ abdominales & thoracicæ quæ alterne distenduntur: pulmo poris apertus. In eadem ave oculi, sacci ad anum positi. In casuario tres ventriculi, musculi pulmonis, membrana nictitans, pulmones & vesicæ aëreæ. In testudine cordis fabrica, renes, motus pulmonum a rete ligamentoso perfectus. In panthera, inque mure montano, iterum superiores & inferiores prostatæ. In platea ventriculus ejusque bulbus. Sic in phœnicoptero & præterea ingluvies. In ciconia radices bilariæ hepaticæ, vesicula fellea. In salamandra mira fabrica ductuum deferentium. In ave regia (Grue) glandulæ bulbi ventriculi. Sic in grifone (vulture nudi colli) ingluvies, bulbus & ventriculus. Elephantis amplissima & pulcherrima anatome, musculi palpebræ interni. In crocodilo Siamensi seminia dentium.

Anno 1667. duæ epistolæ D. *de la* VOYE de vermibus luciferis in Academiæ consensu prælectæ fuerunt. Conf. p. 546.

§. CCCCLXXXIX. *Academia Cimentina.*

Brevi floruit, etsi nobilissimos sodales numeravit. Ad rem nostram paucissima faciunt. Vis nempe enormis ventriculi avium carnivorarum. Vitreæ ampullæ fractæ & in minima fragmenta tritæ, ligna intrita &c. Succum in ventriculo avium rapacium non acidum esse. Deinde animalium in spatio aëre vacuo phænomena. Inflato aëre rana ad vitam revocata. Prodiit Acad. opus Florentiæ 1667. fol.* 1691. fol. Neapoli 1714. fol. & cum notis, ut dicemus, MUSCHENBROECKII.

§. CCCCXC.

Collegium Anatomicum privatum Amstelodamense.

Ejus membra erant G. BLASIUS, M. SLADE, *Abr.* QUINA, *Dan.* GODSKE, *Egbertus* VEEN, *Joach.* CORDES, *Petrus* BODDENS, SWAMMERDAMIUS, & *Mar-*

cus

cus RUYSCH. Dederunt Amſtelodami anno 1667. 12.* exiguum libellum, cum titulo *Obſervationum anatomicarum ſelectiorum Collegii Medici privati Amſtelodamenſis.* Is libellus bonis inventis pleniſſimus eſt. Huc tunica arachnoidea cerebri, cortex internus medullæ ſpinalis, vena intus in corde aperta, valvula cochleata inteſtini coli cuniculi, radices hepaticæ veſiculæ felleæ, & communicationes inter ductus hepaticos & cervicem veſiculæ. Hic venæ cavæ, auricularum, & cordis in cane & rana motus, villoſa tunica & valvula pylori. Primi etiam docuerunt infundibulum ſolidum eſſe. Glandulæ ſebaceæ auriculæ. Arteriam pulmonalem vena ſodali majorem eſſe. Veſicula natatoria piſcium. Succus pancreatis piſcium non acidus.

Alter tomus ib. 1673. 12. excuſus totus dicitur ad SWAMMERDAMIUM pertinere, & agere de piſcium ſacculis pancreaticis, & eorum ſucco non acido. MOELLER.

§. CCCCXCI. *Matthæus* SLADE.

Exiguum ſed memoria dignum libellum hoc anno edidit, quo G. HARVEJI auctoritatem conatus eſt infirmare. Nomine tectus *Theodori* ALDES edidit *diſſertationem epiſtolicam contra* HARVEJUM *interpolatam & tribus obſervationibus auctiorem* Amſterdam 1667. 12.*. Duplices aquas HARVEJO dictas rejicit, & humanam allantoïdeam tunicam. In tribus obſervationibus uterum fetusque vaccinos deſcribit.

Eæ obſervationes in vaccis factæ ſunt. Sciagraphia pulli in ovo & fetus in utero cum F. RUYSCHII obſervatiuncula de ovo in utero humano cura *Caroli* SCHÆFFERI prodiit, Hall. 1674. 12. RIV. 1673. BURCKH. & in B. MANGETI.

Ejus D. SLADI exſtat *epiſtola, qua deſcribitur recenter impraegnatæ feminæ inciſio a* RUYSCHIO facta; veſicula in qua corpuſculum mucoſum: rima in ovario ducens in cavum ſanguine ſuffuſum Act. Hafn. 1673. *obſ.* 4.

Citantur etiam obſervationes naturales in ovo factæ Amſt. 1673. 12. GRON.

§. CCCCXCII. *Claudius* PERRAULT,

Medicus artis delineandi peritiſſimus (*m*), plurimum in animalium anatome laboravit, quæ partim inter monumenta Academiæ reperias, omiſſo auctoris nomine, partim ipſe edidit. Ex inciſione cameli ſcabioſi morbum funeſtum contraxit (*n*).

Reperias primum anno 1667. (*o*) ejus contra transfuſionem chirurgicam objectiones, modumque adminiſtrationis deſcriptum. Reperitur in *Eſſays de phyſ.* Tom. IV.

(m) Oper. p. 237. *Mem. avant* 1699. ad annum 1681.
(n) DU HAMEL p. 254.
(o) *Mem. avant* 1699. p. 36.

Deinde *epistolam*, ut puto, anno 1669. scriptam contra Edme Mariotte novam de oculis theoriam. Eventum experimenti ejus viri, cæcamque sedem nervi optici, refert ad arteriam centralem retinæ (*p*). Titulus est *Lettre au sujet d'une nouvelle decouverte sur la vue.*

Idem ductum ex hepate (*q*) multis ramis ortum, in vesiculam fellis insertum, & in hepaticum ductum, ex animalibus depictum dedit.

Reperias etiam inter scripta Claudii aliquot breves libellos de communicatione inter venas rubras & vasa lymphatica, quæ tamen est Pecqueti & Gayanti. Primus ductum thoracicum pinxit, descendendo in venam inmissum.

Deinde majora opuscula scripsit. *Du mouvement peristaltique in Essais de Physiq.* T. I. De valvulis venosis. De plicis intestinorum. De motu musculorum, cujus causam esse putat contractionem fibrarum membranæ extimæ; causamque ejus motus esse elaterem naturalem. A relaxatione adversarii musculi magnam partem ejus motus deducit. Fibras longitudinem sequentes habere tantum motum passivum, ad ligandas transversas necessarium.

Tomus II. operis *Essays de Physique* totus pertinet ad auditum, cum titulo *traité du bruit.* Organum auditus noster descripsit, iconesque dedit, potissimum ex avibus novas bonasque. Laminam spiralem cochleæ primus habuit pro organo immediato auditus: particulas corporum omnes in corpore sonoro tremere ostendit. Musculum internum ad sonos debiles tympani membranam tendere. Glandulæ ceruminis.

In Tom. III. *Essays de Physique*, continetur *Mecanique des animaux*, integra nempe physiologia, quam sibi tribuisse Duverneyum (*r*) Lamyo non credo. Multa hic bona & nova, multa hypothetica. Animam in animale motum producentum, ipsosque ejus errores in cura corporis commissos, & desperationem Noster ante Stahlium dixit: corpus etiam suum regere & vitales actiones gubernare; cogitationes confusas ei esse eorum, quæ sibi longa consuetudine familiaria sunt, neque eam ad motus nimis consuetos percipiendos adtendere, ad eos vero omnino, qui corpus suum possent destruere. Generationem interpretatur per seminia animalium undique sparsa, a homogeneis particulis animata. Locum Hippocratis huc trahit. Sensum insectis unicum esse. Imaginationis maternæ effectum per nutrimentum explicat, quam magis minusve ad datum locum determinet. In embryone partes omnes præparatas esse, & unice evolvi. Musculum agere sponte sua, & vi naturali, quando antagonistam influentes spiritus laxaverunt. De dentibus, ubertim, ex anatome conparata. In corde fibras relaxantes admittit, etsi sensuum testimonio non confirmentur. Fuse de valvularum venosarum fabrica & agendi modo. Branchiæ piscium, tracheæ arteriæ insectorum, vesiculæ aëreæ avium. Valvulæ intestinales, etiam spirales. Ventriculi animalium

(p) In operibus omnibus p ult.
(q) *Essays de phys.* I. ad fin *Journ. des Savans* 1680, *Decemb.*
(r) In præf. libri *de l'ame sensitive.*

malium ruminantium, avium granivorarum. Cerebra piſcium, inſectorum. Cornua boum in ipſo cranio radicari, & ejus eſſe adpendices. Natatio, reptatus, volatus. Tali humani, tali animalium diverſorum. Muſculi inſectorum intra eos incluſi.

In T. IV. de ſenſibus agit. Tactum internum obſcurum admittit. Papillas cutaneas rejicit. Oculos a proceſſu ciliari reddi breviores. Animam ubique in quaque corporis parte habitare, hinc cor evulſum ſalire, a præſente anima motum.

In l. *de la circulation de la ſève*, ſanguinem alere, non chylum.

De regeneratione partium amiſſarum, caudarum lacertarum. Eſſe ab evolutione partium in ovo jam præſentium, ſed quæ ex ordine evolvuntur.

Du mouvement des yeux. Fibras ligamenti ciliaris lentem cryſtallinam dilatare. Iridi fibras motrices proprias eſſe. Omnes motus eſſe muſculares, & ab anima naſci.

Hæc *Eſſays de Phyſique* prodierunt Pariſiis Tomi tres priores a. 1680. 8.*. Tomus quartus anno 1688. 8.* & *Oeuvres diverſes de mecanique & de phyſique* utriusque fratris Leid. 1721. 4.* 2. Vol.

In *Journal des Savans* 1676. exſtant CLAUDII ova prægnantia & aliter difformia. Eadem in *Mem. avant* 1699. T. X. p. 559.

Anno 1702. 8. Pariſiis prodierunt duæ PERRALTII epiſtolæ, *des moyens de perfectionner l'ouie.*

§. CCCCXCIII. *Varii.*

Lucas SCHROECK, Academiæ Naturæ Curioſorum Præſes. Ejus eſt l. *de Moſcho* Jen. 1667. 4. Augsb. 1682. 4.* add. *Dec.* I. *ann.* VI. VII. *obſ.* 228.

Ann. VIII. *obſ.* 53. aliqua de animale moſchifero.

Ann. IX. X. *obſ.* 162. Fetus alter vivus, alter ante 4. menſes mortuus.

De partu numeroſo *Dec.* II. *ann.* II. *obſ.* 9.

Dec. III. *ann.* II. *obſ.* 25. Os ſine palato.

Obſ. 27. Trigemini, quorum ultimus biduo poſt reliquos natus eſt.

Obſ. 28. Fetus altero pede mancus.

Ann. VIII. *obſ.* 57. de hippomane, ad naturam.

Obſ. 58. de fetu canino, quam puer per alvum ediderit.

Obſ. 64. de pullo absque cerebro vitali.

Calculus per alvum *ann.* IX. X. *obſ.* 90.

Partus gemellorum monſtroſus *obſ.* 161.

EJ. *Cent.* VIII. *obſ.* 50. icon uteri.

Hiero-

Hieronymus BARBATUS *de ſanguine ejusque ſero* Pariſ. 1667. 12. Francofurti 1667. 12. Leid. 1736. 8.* defendit hepar tamen ſanguinem coquere, & chylum recipere per pancreas. Serum ſanguinis partes ſpermaticas nutrire, quod ad ignem concreſcat. Ex eo ſero lac generari, ſanguinis grumum ſero graviorem eſſe.

EJ. *de formatione, organizatione, conceptu & nutritione fetus in utero Diſſ. anat.* Patav. 1676. 4.*. Dictio mirifica, plurimum controverſiarum. Miſceri ſemina parentum perſuadetur, & ex muliebri ſemine partes ſpermaticas formari, vi ſeminis maſculi. Albugineæ teſtis tunicæ tres facit laminas, quarum una ex vaſculis conponatur piæ membranæ ſimilibus, ex qua arteriolæ in teſtes eant. Teſtis ductum excretorium unicum dicit, corpus Highmori cæcum. Vaſcula ovarii albo liquore plena eſſe. Modulos dari, ſecundum quos particulæ ſpermaticæ formantur, ex quibus embryonis corpuſculum conflatur. Vidiſſe ſe fetum tubarium. Glandulas eſſe, quæ ova dicuntur.

Chriſtianus Ludovicus WELSCH, Profeſſor Lipſienſis. Ejus eſt *Diſputatio de gemellis & partu numeroſiori* Lipſ. 1667. 4.*.

EJUSD. *de renibus ſuccenturiatis* Lipſiæ 1691. 4.*. Aliquid ab iis glandulis ad ductum thoracicum mitti.

EJ. *Tabulæ anatomicæ* Lipſ. & 1698. fol.*. Non malum opus, in quo etiam propria & RIVINIANA inventa reperias. Iſtius meatum in membrana tympani defendit; ductum NUCKIANUM ab humana fabrica excludit. Diaphragma negat perforari. Vaſcula dicit, ex veſiculis ſeminalibus verſus corpora cavernoſa penis euntia. Carunculas eſſe lacerati hymenis reliquias. Sinus duræ matris omnino 16. habet, quos inter duo transverſi.

EJ. *de maſticatione* Lipſ. 1703. 4.*.

J. Henrici GLASER, Profeſſoris Baſilienſis, Diſp. *de reſpiratione ex* HIPPOCRATE & GALENO *deſumta* Baſil. 1667. 4. PL.

EJUSD. *de ſuppreſſione menſium eorumque per aures excretione* ib. 1667. 4.*

EJUSD. *Tractatus poſthumus de cerebro*, editus a *J. Jacobo* STEHELINO Baſil. 1680. 8.*. In cerebro WILLISIUM, in vaſis VESALIUM fere ſequitur, multus in phyſiologia ſpirituum & adfectuum animi. Proprium habet hiatum (GLASERI) in circulo, quo membrana tympani comprehenditur. Rationes mechanicæ adfectuum animi.

Medicus Bernenſis nomine BENOIT apud GLASERUM vaſa lymphatica cerebri dixit ſe vidiſſe.

In vita viri a *Fr.* PARIZ ſcripta recenſentur aliquæ Cl. viri obſervationes. Cor innumeris carunculis aſperum. Hepar prægrande ſiniſtrum hypochondrium occupans. Cor inſolitæ molis cum valvulis oſſeis.

Ortus & progreſſus clyſmaticæ novæ, oder der Anfang und Fortgang der neuerfundenen Clyſtier-Kunſt 1667. 4.*. Vindicat inventum ELSHOLZIO.

Wohl-

Wohlgemeinte Ueberlegung der Hauptgründe, welche in einer sogenannten ortu & progressu clysmaticæ novæ angeführt worden 1667. 4.*. Contra chirurgiam & infusoriam & transfusoriam.

Jani ORCHAMI, vero nomine *Johannis* VORSTII l. *de generatione animalium*, Colon. Brandenb. (Berlin) 1667. 12.*. Semen utique in uterum venire, & ex utriusque parenti semine fetum coalescere defendit.

Herm. BEECK *de folliculo bilis* Traject. 1667. 4.*.

J. Jac. SPORLIN *de respiratione* Basileæ 1667. 4.

Abrahami MYLII *de origine animalium & migratione populorum scriptum* Genev. 1667. 12. B. THOM.

In LAMBECII *Bibliotheca Vindobonensi*, inque ejus Tomo VIII. dentes aliqui enormes depinguntur, quos giganti tribuit, & reticulum marinum: habet etiam pullum bicipitem.

§. CCCCXCIV. *Varii.*

J. Christian HIPPIUS *de corde* Lipf. 1667. 4. PLATN.

ID. & *Marc. Frid.* FRIES *de tussi* Lipf. 4.* absque anno.

Petri NOTTNAGEL *de monstris* Witteb. 1667. 4. HE.

Georg. WOSEGIN *de cordis structura ejusdemque usu* Regiomont. 1667. 4. B. BOEHM.

EJ. *de sanguinis in adultis motu naturali* 1681. 4.*.

J. Jac. THURM *de differentia animæ rationalis & sensitivæ* Lipf. 1667. 4. HE.

Gottfried THILO *de generatione piscium* Witteberg. 1667. 4. PL.

EJ. *de memoria* 1668. 4. HE.

Caroli RAYGER *de salivæ natura & vitiis* Argentor. 1667. 4.*.

EJ. Monstrum biceps, tribus, brachiis, pedibus duobus. E. N. C. *Dec.* I. *obs.* 7.

EJ. Fetus galea cranii & cerebro destitutus. *Ann.* III. *obs.* 280.

EJ. *Ann.* IV. *obs.* I. arterias spermaticas defuisse.

ID. *Ann.* VI. & VII. *obs.* 200. lacrumas sanguineas dixit.

Petri le MERCIER *Poteſtne infans per plures annos in utero matris ejusque tubis, sanus superstite matre conservari* Parif. 1667. fol.

Petri LEGIER & *Wilh.* PETIT *Ergo calor innatus παντοκράτωρ* Paris 1667.

Fr. SORAND & *Gabr.* DACQUET *Non ergo in corde ex chylo sanguis generatur* Paris 1667.

Raym. FINOT & *Henr.* MATTHIEU *Non ergo vita sine somno* Paris 1667.

§. CCCCXCV. *Gualtherus* NEEDHAM,

Medici Londinenſis, *de formato fetu* Londin. 1667. 8.* Amſterd. 1668. 12.* & in B. MANGETI. Animalibus quidem ſatis frequenter uſus cæterum multa bona protulit, & ex proprio labore nata. Lymphæ iter in ſanguinem contra EVERARDUM tuetur, & lymphatica abdominalia deſcribit. In præfatione ſibi ductum STENONII anno 1658. inventum tribuit. De placentæ in variis animalibus varietate, tum involucrorum fetus, quæ tria ſint. Defendit allantoïdeam membranam, etiam in muliere. De amnio & ejus liquore vere coagulabili & nutritio. Vaſa omphalo-meſenterica animalium carnivororum. Urachum humanum tuetur. Contra fervorem ſucci pancreatici cum bile; contra vaſa lactea ab utero ad mammas tendentia; contra aëris in ſanguinem receptionem. Vaſorum magnorum communicationes fetui propriæ. Contra igniculum vitalem, eo tempore paſſim receptum. Aërem in quadrupedum thoracem non effundi. Anatome uteri in variis animalibus & in homine. Nitidæ icones. Ovi optima anatome vaſorumque pulli. De rajæ ovis caudatis. De glandulis teſtarum liquorem fundentibus.

In *Phil. Tranſ.* contra novas illas anaſtomoſes vaſorum lymphaticorum cum venis abdominalibus dubia movet.

In hiſtoria a Cl. BIRCHIO ſcripta 1675. T. III. p. 233. bene magna Diſſ. exſtat Cl. viri. Aquam & lac tranſire ex vaſis bilariis in venam cavam, & in vaſa lymphatica. Adipem renalem chylo plenum eſſe, & a diverſitate chyli etiam ejus adipis naturam aliam fieri & aliam. Sanguinem in ſuis initiis pellucere, eſſeque fluidum. Analyſis cruoris & ſeri: in iſto plurima portio eſt aquæ, in illo minor. Plus in grumo ſanguinis eſſe ſalium volatilium. Liquores, qui cibos diſſolvunt, eſſe ſalivam & ſuccum gaſtricum. Succum pancreaticum cum bile non fervere. Omnia lymphatica vaſa abdominalia in animale bene paſto chylo plena eſſe, alio tempore lympha. Parenchyma hepatis pallere, ſuumque ruborem a ſanguine habere.

A. PORTAL citat G. NEEDHAM *Obſervationes anatomicas demonſtratas in Collegio Regio Cantabrigiæ* Lond. 1714. 12.

§. CCCCXCVI. *Philoſ. Tranſactiones.*

In n. 25. *Thomæ* COKE Experimenta in cane facta cum transfuſione ſanguinis.

In n. 26. GAYANTI Experimentum transfuſorium.

Monſtrum ſimile ſimiæ.

Aliud cui pro cerebro caro.

Aliud, agnus cyclops

Et agnus biceps.

In n. 27. & 28. LOWERO transfuſio vindicatur. Tum monita contra hanc curandi rationem.

Fabricii Experimenta infuforia in homine adminiftrata.

N. 27. Experimentum pro inhalatione cutanea in Jamaica factum.

N. 30. *Thomæ* Allen defcriptio hermaphroditi. Vir erat cui urethra in perinæo rima patebat.

§. CCCCXCVII. *J. Baptiftæ* Denis,

Medicus Regius, in fanguinis transfufione plurimum laborem pofuit, deque ea multos fcripfit libellos.

Primus videtur, *extrait d'une lettre à M. fur la transfufion du fang* Paris 1667. . inferta in *Journal des Savans* ejus anni p. 44. Chirurgo Emmerez adjutore ufus, ad Anglorum imitationem experimenta in canibus fecit, quæ feliciter cefferunt. Anglice in *Phil. Tranf.* n. 25.*.

Ej. *Lettre à Mr. de* Montmor *touchant deux experiences de la transfufion faites fur les hommes* Paris 1667. 4. In homine ftupido experimentum fecit, cui fanguis agni in venas infufus eft, bono eventu. Sic in altero. Anglice in *Phil. Tranf.* n. 27.*.

Aliud experimentum, quo quatuor arietum fanguinem in equum vetulum derivavit, qui ab eo fanguine vifus eft rejuvenafcere.

Ejusd. *Lettre touchant une folie inveterée guérie par la transfufion* Paris 1668. 4. Conf. Diarium Tinassi Romæ 1668. p. 4. 23. quæ nimis præcocia fuerunt gaudia.

Tota enim res miferum eventum habuit; nam ille idem homo parum fanæ mentis (*t*), de cujus fanitate nofter gloriabatur, poft transfufionem fanguinis periit, ejusque vidua medicos ejus operationis auctores in jus vocavit (*u*). Deinde Suecus nobilis, ex familia Bonde, cum ex febre acuta laboraret, alieno certe tempore, eamdem operationem paffus, brevi poft extinctus eft. Interceffit fenatus, & medicos ea curandi ratione juffit abftinere. Infuforia tamen experimenta Cl. Denis non deferuit (*x*).

Idem cum *Journal des Savans* ceffaret, fubplevit fuo diario, cui titulum fecit *Memoires concernant les arts & fciences* Paris 1672. 4.* recufum Amfterdam 1682 12.*. De pucro nimium adulto & barbato. De ovis mulierum, notæ nempe ad Kerkringii anthropogoniam. Tritonis hiftoria. Monftrum biceps & bipes. Puer enormi ventre, quod urina nullum exitum inveniens hydropem feciffet.

Succefferunt *conferences prefentées à M. le Dauphin* anno 1672. 1673. & 1674. Cornu ex poplite humano. De lienis utilitate & amputatione. *Lettre de l'Abbé B. touchant la grandeur aparente de la lune.* Hic reperias lentis cryftal-

(*) *Phil. Tranf.* n. 36.
(t) Tinassi Diar. p. 23. 24.
(u) *Phil. Tranf.* n. 36. 54.
(x) Dionis *Cours de chir.* p. 498. Du Hamel *Hift. Acad.* p. 21. 22.

cryſtallinæ ſitum arctata pupilla mutari. L. de M. N. de conſervandis partibus animalium. De nutritione animalium, ubi auctor ſe Sylvianum eſſe oſtendit, & de mutatione chyli in ſanguinem. De cordis anatome. Cor in agendo brevius fieri. In Conference 12. & 13. de fetu absque cerebro nato, vitali. De puero cerebro deſtituto. De alio puero, cujus umbilicus clauſus erat. Recuſus eſt uterque libellus cum diario eruditorum, cum titulo *Supplement du Journal des Savans.*

In *Philoſ. Tranſ.* n. 99. deſcribit fetum tubarium VASSALII (y).

§. CCCCXCVII. *Varia ad Transfuſionem Sanguinis.*

GUILLIELMI (z) LAMY *Lettre à Mr.* MOREAU *contre les pretendues utilités de la transfuſion* Paris 1668. 4.* Varia incommoda. Diverſitas ſanguinis in diverſis animalibus; nimia copia ſanguinis ſubito transfuſi.

C. GADROYS *Lettre à Mr. l'Abbé* BOURDELOT *pour ſervir de reponſe à la lettre ecrite par Mr.* LAMY *contre la transfuſion* Paris 1668. 4.* Experimenta opponit ratiociniis, & arbores alienas in arboribus non ſui generis bene nutriri adnotat, atque convaleſcere. Hominem demum morti proximum admiſſo ſanguine rectius habuiſſe (ut tamen perierit). Excuſat infortunium BONDII.

Seconde lettre de Mr. LAMY *pour confirmer les raiſons qu'il a apportées dans ſa premiere lettre contre la transfuſion* Paris 1668. 4. Et canem & nobilem Suecum poſt transfuſionem periiſſe.

EJUSD. *Diſcours anatomiques* Rouen 1675. 12. *revus & augmentés* Bruxelles 1679. 12.* & denuo Paris 1685. 12. BOECLER. Legi ALANUM nomen viro eſſe, apud alios GABRIELEM: non eſſet adeo GUILIELMUS LAMY, qui contra transfuſionem ſanguinis ſcripſit: temporum tamen ratio, & titulus quo in approbatione deſignatur, ſatis ſuadent, noſtrum eum ipſum GUILIELMUM eſſe. Juvenis videtur medicus fuiſſe, qui ad diſſectiones ab alio factas hos ſermones adaptavit. Erroneam autem omnino & hactenus impiam ſententiam tuetur; partes in corpore animali dari ſuperfluas, certe utilitate carentes, argumento mammarum virilium: deinde partes corporis animalis non eſſe factas ad eos uſus, qui ipſis tribuuntur, ut ad LUCRETII mentem neget, oculum eſſe ad videndum factum: denique, non potuiſſe aliter ex ſuis particulis coaleſcere eas partes, quam quidem coaluerunt, tribus enim talis ſemper numerum obtineri, qui ſit inter 3. & 20. Hos errores nullo proprio invento redemit.

In mea editione præmiſſæ ſunt *quinque epiſtolæ apologeticæ.*

Ej. qui hic dicitur D. Regens facultatis Paris. *Explication des fonctions de l'ame ſenſitive, où l'on traite de l'organe des ſens, des paſſions & du mouvement volontaire; avec une Diſſ. ſur la generation du lait; une Diſſ. contre la nouvelle opinion des animaux engendrés d'un œuf: une reponſe aux raiſons de Mr.* GALATHEAU;

(y) GOULIN, qui negat ALANUM quidquam ſcripſiſſe.
(z) Ita C. v. BEUGHEM. Sed puto verum nomen eſſe GUILLAUME, quod in faſtis facultatis Pariſinæ reperitur.

LATHEAU; *& une description de l'oreille* Paris 1677. 12. 1681. 12. & 1687. 12.*. quæ eadem ex approbatione videtur esse editio prima. In PERRALTUM ubique invehitur. Aërem per aurem inspiratum circumire per vestibulum: canales semicirculares & cochleam, hinc per fenestram rotundam in tympanum, & exire per tubam. Dum de sensibus agit, membranam unicam linguæ recte dicit, quæ est pro epidermide & pro cuticula; aurem vero describit, ut in libello adjecto MERYUS. Audacter animæ vocabulum & spirituum confundit, ut spiritus sint ea animæ pars, quæ est in nervis. Nulla dari peculiaria vasa, quæ chylum ad sanguinem vehant. Contra ova humana, a tubæ distantia, angustia. Contra D. GALATHEAU, hominem non esse rerum dominum. De MERYI libro suo loco dicam.

Porro ad transfusionem. *Lettre de* M. GURYE *de Montpellier à* M. BOURDELOT *sur la transfusion* Paris 1668. 4.*. Male evenisse, & canem periisse, quem conservare volebant.

EURYPHRONIS *De nova curandorum morborum ratione per transfusionem sanguinis* Paris. 1668. 4.* Contra transfusionem. Detracto sanguine opus esse, non addito. Lego *Petrum* PETITUM sub hoc homine latere.

Recueil de quelques nouvelles observations de la transfusion du sang & de l'infusion des medicaments dans les veines, la Haye 1668. 12. BOEHMER.

Pierre MARTIN *de la* MARTINIERE *opuscules contre les circulateurs & transfusions du sang* 1668. GOULIN.

§. CCCCXCVIII. *In Italia.*

Relazione dell' esperienze fatte in Inghilterra, Francia ed Italia, intorno la transfusione del sangue per tutto Gennaro 1668. Rom. 1668. Bologna 1664. 4. SEG. 1698. 4. alii. Redeunt hic duæ epistolæ, epistolæ LAMYI, GADROYSI, J. GURYE, & EYTYPHRONIS, omnes extractæ. Deinde experimenta Romæ facta a Chirurgo HIPPOLYTO MAGNANI, quæ feliciter evenerunt, sed in bestiis.

Pauli MANFREDI *De nova & inaudita chirurgica operatione sanguinem transfundente de individuo ad individuum, prius in brutis & deinde in homine,* Romæ experta. Rom. 1668. 4.*. Excitatus a belga nomine CAMAY in animalibus, deinde in homine, transfusionem feliciter administravit. Pro ea porro orat, & ad objectiones respondet.

EJUSD. *Novæ observationes circa uveam oculi & aurem* Rom. 1674. & in B. MANGETI. Membranam inter crura stapedis habet: sulcum crurum stapedis, porulos baseos. Chordas quasdam, mihi obscuras. In oculo nervos uveæ. Ligamentum ab incudis parte superiori ad os lenticulare productum.

Bartholomæi SANTINELLI *Confusio transfusionis, s. confutatio operationis transfundentis sanguinem de individuo in individuum* Romæ 1668. 4.*. Ratiociniis fere utitur, quod sanguis humanus a brutorum sanguine differat, deinde, quod

 canis

canis extemplo perierit, cui MAGNANUS sanguinem infuderat. VENANTIUS VENTRONI, Medicus, perierat, transfusionis facto experimento (*a*).

§. CCCCXCIX. *Alibi.*

Ondervinding door de beroemdeste Geneesheeren van het leyden des bloods uyt een gedierte in het ander Leeuwaarden 1668. 12. HEISTER.

Irenæi VEHR *præsidium novum chirurgicum de methæmochymia* Francofurti ad Viadr. 1668. 4.*. *Mauritio* HOFFMANNO hoc inventum tribuit, anno 1663. in programmatæ expositum.

EJ. *de fermentatione eaque in sanguine omnino exsistente* ib. 1698. 4.

EJUSD. *de phantasia morborum parente & medicina* A. & R. M. B. KALDENBACH. 1681. 4.*.

EJ. *de læso spiritu mundi parvi* 1698. 4.*.

§. D. *Richardus* LOWER,

Medicus regius & incisor minime vulgaris. Primum in *Philos. Transact.* n. 29. ejus experimentum recensetur, quo perforato pectore, & admisso aëre, nervo phrenico lacerato, canis asthmatico equo reddebatur similis, utroque respirationis instrumento læso. Idem habet BIRCH. II. p. 200.

EJUSD. & *Edmundi* KING transfusio in homine bis feliciter administrata. N. 30. BIRCH. II. p. 215, 216. 225. 227.

Aliud experimentum hydropis per ligatas venas inducti BIRCH. II. p. 202. & porro 203. 207. 209.

Ib. experimentum disrupti ductus Chyliferi p. 203.

Experimentum STENONIANUM IDEM fecit, & aortam arteriam revinxit. Aliquando crura canis resolvi comperit (*b*): alias neutiquam (*c*).

Demum insignis Cl. viri liber est *tractatus de corde, item de motu & colore sanguinis & chyli in eum transitu* Londini 1669. 8.* 1680. 8.* (hic cum minoribus figuris) Amstelod. & Leid. 1708. 8. 1722. 8.* 1728. 8. 1740. 8. 1749. 8. & in B. MANGETI. Gallice *traité du cœur, du mouvement & de la couleur du sang, & du passage du chyle dans le sang* Paris 1679. 8. KOENIG. Primum cordis fabrica, ex brutis quidem animalibus potissimum (ut tamen bonam arcus aortæ figuram ex homine dederit). Fibras musculares conatus est expedire, & strata earum depinxit. Tuberculum, quod dicitur LOWERI, nimis ornavit, angulumque cavum inter duas venas cavas expressit, qui potius convexus est. Spiritus animales fibram muscularem putat relaxare. Tendines orificiorum vasorum magnorum. Auriculæ dextræ fibræ & lacerti: carotidis cerebrum subeuntis

(a) PANELLI. II. p. 296.
(b) p. 493. (c) p. 254. KING p. 261.

beuntis flexum serpentinum exprimit. Ad sinus duræ matris aliqua. De musculis compositis. Potissimum de cordis motu ex vivorum animalium incisionibus. Contra sanguinis in corde fervorem recte dixit. Ut a risu, aliisque respirationis varietatibus, cordis motus adficiatur. A ligatis venis hydrops, aut salivatio. Pancreas nulli animali deesse. Utique sanguinem arteriosum a venoso differre.

De tempore, quo circuitus sanguinis absolvitur. De rubore sanguinis ab aëre nato. Integro fere capite agit de transfusione sanguinis, invento suo, & ejus encheiresi. De chyli motu per valvulas determinato. Experimentum fecit rupto ductu thoracico. Chylum aliquando sanguini conspicuum innatare. Receptaculum ad latus sellæ equinæ. Bulbus jugularis. Inæqualitas duarum venarum jugularium.

Seorsim prodiit Londin. 1671. 8. & in editione 1680. 8.* & in Leidensibus editionibus adjectum est caput *6. de catarrho*, ejusque viis, in quibus negatur, quidquam per ossium foramina descendere, sed humorem cerebri per infundibulum in glandulam pituitariam venire, inde in venas resorberi.

Calumniam puto, quando C. BARTHOLINUS vel erronea esse LOWERIANA, vel a N. STENONIO profecta, minatur se ostensurum (*d*).

Gallice prodiit *le traité du cœur du mouvement de la couleur, de la transfusion du sang* Paris 1679. 12.

In *vindicatione* T. WILLIS *diatribes de febribus* London 1665. 8. 1666. 12.*, magna pars ad physiologiam pertinet: de modo quo sanguis coquitur, quo partes humani corporis aluntur: An omnis sanguinis motus a corde sit. Contra hepatis hæmatosin. De sanguinis arteriosi & venosi discrimine. Sanguinem sanguificare. Contra calidum innatum cordis. Contra quatuor in sanguine humores. De natura sanguinis in universum.

§. DI. *Ex Philos. Transactionibus aliisque Diariis.*

Timotheus CLARKE anno 1668. n. 35. fuse egit de infusione & transfusione. Illam anno 1656. a *Christophoro* WREN excogitatam, & Oxonii administratam fuisse: anno sequente ipsi *Timotheo* revelatam. Transfusionem, propositam quidem in conventu Societatis Regiæ, non successisse, quoad LOWERUS eam anno 1666. feliciter perficeret. Bonam addit figuram vesicularum seminalium & ductus deferentis, ut vere sunt, communicantium. Ex filis testem fieri. Jam anno 1663. sua experimenta infusoria Regiæ Societati indicaverat.

In n. 36. cor testudinis.

Ej. exstant in E. N. C. *ann.* IV. *obs.* 164. 165. lienis & ex animale & homine resecti exempla.

In n. 39. recensentur SMITHII, qui idem est nuper ille p. 555. dictus FABRICIUS, Geda-

(d) BLAS. Anat. anim. p. 5.

Gedanensis medicus, medicamenta in venas infusa hominum variis morbis laborantium, bono eventu.

N. 37. Adgnoscunt locum A. LIBAVII de transfusione, quam tamen idem potius deridere voluerit, quam commendare.

In n. 37. 39. 40. De visu per tubos inanes confirmato: de myopia.

N. 40. Globus plumbeus deglutitus, per urinam excretus. Asitia in fœmina (*e*).

In *Journal des Savans.* Fetus cui alter pulmo totus consumtus, viscera situ mota.

In Diario TINASSI Rom. 1668. duæ epistolæ *Samuelis* SORBIERE excusæ sunt, in quibus curationem fatui hominis laudat, quam J. B. DENIS transfusionis ope peregerit.

Inde de transfusione in animalibus Bononiæ apud CASSINUM feliciter administrata.

§. DII. *Guilielmus* HOLDER,

V. D. M. in *Phil. Transf.* 1668. n. 35. historiam narrat juvenis, qui surdus natus fuerat; tum curationem, quam tympano percusso obtinuit, quo strepitu membrana ejus nominis tenderetur.

EJUSD. *Elements of speech or an essay of inquiry into the natural production of letters with an appendix concerning persons deaf and dumb* London 1669. 8.*. Ipse surdum docuit loqui, nemini præter AMMANNUM secundus. Litteras subtiliter pro organorum diversitate dividit: vocis & spiritus discrimen recte vidit, litterarumque formationem mechanicam, melius quam WALLISIUS, exposuit. Subjecit sua ad docendos surdos consilia.

Cum *Johanne* WALLIS lis ei intercessit (f), ob quam anno 1678. 4. edidit *Supplement to the philosophical transactions* July 1670. *with some reflexions on* D. WALLIS *letter.* WOODIUS in annalibus causam HOLDERI probat. Melius certe artem suam quam WALLISIUS docuit.

§. DIII. *Joh.* MAYOW.

EJ. *Tractatus duo, de respiratione prior, alter de rachitide* Oxonii prodierunt 1668. 8. Leid. 1671. 8. LIND. & *de respiratione* in B. MANGETI. *Deinde tractatus quinque medico-physici* 1. *de salnitro & spiritu Nitri aëreo.* 2. *De respiratione.* 3. *De respiratione fetus in utero & ovo.* 4. *De motu musculari & spiritibus animalibus.* 5. *De rachitide* Oxon. 1674. 8.* & cum titulo opera *omnia medico-physica* Haag. 1681. 8.*. Belgice Amsterdam 1683. MARTIN. Juvenis, ut ex pictura videtur, vir ingeniosus neque mathematum ignarus, cæterum in hypotheses pronior, quod fere commune ejus ætatis vitium fuit. Nitrum statuit per aërem obvolitans, quod in pulmonem resorbtum abeat in spiritus

(e) BIRCH, II. p. 334. 386. 390. (f) p. 450.

ritus animales, inque ignem, & sanguini calorem impertiat. Aërem per respirationem elaterem suum amittere, quem ab eo suo nitro habeat. In l. de respiratione primus recte docuit, omnes intercostales musculos consentire in costarum elevatione. Costas rotari. Aliqua de diaphragmate. Motus cordis & systole sensim progrediens. Fetum cum succo nutritio a matre necessarium aëris elementum adtrahere. Musculum contrahi, partim a missis a cerebro spiritibus, partim a sanguine, absque fervore tamen. Eosdem spiritus coctionem perficere. De motu cordis & musculorum experimenta aliqua. De fibra per irrorationem contorta. Multa admista alterius scopi. L. de motu musculorum redit in B. MANGETI.

§. DIV. *Moses* CHARAS.

Pharmacopola, de quo DRELINCOURTIUS conqueritur, quod suis se plumis ornaverit. EJUS *histoire naturelle des animaux, des plantes & des mineraux, qui entrent dans la composition de la Theriaque d'Andromachus* Paris 1668. 12.*. Varia de animalibus. Venenum in dentibus viperæ esse: castorem testiculos suos non posse morsu truncare &c. Truncum viperæ diu exemtis visceribus supervivere, & caput periculose mordere; cor exemtum 25. horis salire.

EJ. *Nouvelles experiences sur la vipere: Une description exacte de ses parties, la source de son venin &c.* Paris 1669. 8. 1672. 8.* 1694. 8. B. BOEHMER. 1699. 8. WASSENAAR. Anatome hujus animalis, venus & partus, repudiatis fabulis. In eo nimius fuit, quod nullum in succo salivali venenum esse, omneque periculum ab ira animalis pendere contenderit. Glandulas hunc succum secernentes detexit, earumque ductus in vesiculam terminatos, & ad radicem dentis exserti apertos; & numerosa experimenta protulit.

Germanice *Neuerfahrne Proben von der Viper* Frankfurt 1679. 8. Alibi titulum lego *Beschreibung der Viper und des Theriaks.*

Anglice *New experiments upon vipers* 1670. 8. BODL.

EJ. *Suite des nouvelles experiences sur la vipere* Paris 1671. 8. 1672. 8.*. Contra REDI epistolam. Confirmat novis experimentis, se varia animalia a mortuis viperis aut non iratis convulnerari curasse, nihil exinde passa esse. Anglice & REDI epistola recusa est, & MOYSIS Londini 1672. 8. Utrumque opusculum recusum est 1694. 8.

§. DV. JOB a MEEKERN. C. *van de* VOORDEN.

JOBUS a MEEKERN, celebris & candidus Chirurgus. EJUS *epistola ad* P. BARBETTE, cum hujus anatome practica edita, agit de viis, per quas in capitis concussione graviori sanguis per aures effluit.

EJ. posthumæ sunt adnotationes *heel en geneeskonstige aanmerkingen* Amsterdam 1668. 8.*: latine versæ ab *Abrahamo* BLASIO, *Gerardi* fil. Amsterdam 1682. 8.*. Pluscula sunt argumenti anatomici. Urina per anum reddita. Cu-

tis mira facilitas ad dilatationem maximam patiendam. Ren unicus. Ductus choledochi intussusceptio. Imperforata. Calculus vesicæ felleæ. Ossa pubis in puerpera non dissoluta, sed os sacrum loco motum. Manus anatome. Obtusum esse tendinis sensum, contra communem nuperorum opinionem. Unguium aliqua anatome. Puer difformis, cerebro extra caput in tumore frontis hærente. Infans suturis separatis. Limax ex femina. Puer absque cranii galea. Puer natus hydropicus. Homo brevissimis femoribus. Urachus a vesica in umbilicum deductus. Figura processus ciliaris. Suscitatus qui pro mortuo habebatur.

Cornelii van de VOORDE *lichtende fakkel der Chirurgie verdeeld in* 3. *deelen; de eerste handelnde van de Anatomie* Amsterd. 1668. 4.* 1676. 4. B. BOEHMER. & *geheele anatomie des menschen lighaems* Middelburg 1680. 8. GUNZ. Anatome integrum volumen efficit. Proprii nihil reperi.

Cum *C. van der* VOORDE prodiit *de Schepskist Johannis* VERBRUGGE, quare huc refero ejusdem *Examen of land en zee Chirurgie*, cujus editiones meæ sunt Amsterd. 1714. 8.* quæ sexta, & 1748. 8.*. Prodiit etiam Amsterd. 1687. 8. B. BOEHM. & Germanice vertente *Martino* SCHURIG Dresd. 1701. 8. Waldenburg 1714. 8. Continet & ipsa compendium anatomicum.

Cum versione, quam dedit GUILLEMÆI, J. VERBRUGGE de oculorum morbis breve de dentibus opusculum edidit Amsterdam 1678. 8.* 1681. 8.

§. DVI.

Tobiæ ANDREÆ, Prof. Francofurtensis, inde Franekerani, *triumviratus intestinalis cum suis effervescentiis* Groning. 1668. 4. PLATNER.

EJ. & *Frid.* BECMANN *de concoctione ciborum in ventriculo* Francof. ad Viadr. 1675. 4.*.

EJ. *Breve extractum actorum in cadaveribus methodo* BILSIANA *præparatis* Marpurg. 1678. 4. Redit in sequente opusculo.

EJ. *Bilanx exacta Bilsianæ & Clauderianæ balsamationis* Amsterd. 1678. 12.*. BILSII olim amicus fuit, ejusque hic causam orat. Rejicit CLAUDERI siccam mumiam; laudat BILSIANAM suamque, qua corpora flexilia servantur. Anatomen fetus eo modo præparati subjicit: tum nonnullorum animalium descriptionem, denique quinque corporum a BILSIO balsamo conditorum.

IDEM docuit vesicam urinariam inversam aqua stillare, habere adeo poros aquam admittentes pro breviori itinere lotii paratos.

§. DVII. *Ludovicus le* VASSEUR. *Alii.*

Vivebat eo tempore *Claudius le* VASSEUR: de *Ludovico* nihil inaudivi, & sunt, qui opuscula ejus nomine inscripta *Carolo* DRELINCOURTIO tribuant, cujus certe græcissatio hic manifesta redit. Ejus quicunque fuerit LUDOVICI *Epistola de* SYLVIANO *humore triumvirali* Parisiis 1668. 8.* prodiit, eodem anno in-

in Belgio recusa 12.*. Contra succi pancreatici & bilis conflictam. Nihil proprii experimenti adfert.

Ej. SYLVIUS *confutatus s. in Pseudo Schuylii falso ab eo dictam Medicinæ defensionem animadversiones* Paris. 1673. 8.*. SYLVII partum esse, qui nomen SCHUYLII præ se fert. Dictio eadem. Male theoriæ SYLVIANI fontes apud veteres quæri.

Amici ad amicum epistola Amst. 1668. 12. pro SYLVIO adversus CASSIUM.

Andreæ GRABA *Elaphographia* Jen. 1668. 8. Longævum esse utique animal. De chymica analysi cervi.

In *Baldass.* TIMÆI consiliis Lipsiæ 1668. 4.* fuse agitur de partu MÖLLERIANO 173. dierum.

Andr. OTTONIS *anthroposcopia s. de lineamentis externis in corpore humano* Lipsiæ 1668. 12.

Henr. Sigismund. SCHILLING *Tractatus osteologicus, s. osteologia microcosmica* Dresd. 1668. 4.*. Nihil proprium.

Video etiam citari ejus *discursum de microcosmi miseria & perfectionis excellentia* Witteberg. 1668. 4. MANG.

Balthassar Andr. FERRIOLI *wahrhafte Art und Natur der Dauung, so im Magen geschicht* Frankfurt 1668. 8. B. TH.

Edm. MARIOTTE *nouvelle decouverte sur la vue* Paris 1668. 4. in *Philos. Trans.* n. 59. & in operibus, inque *Mem. avant* 1699. ad annum 1669.

Celebre hic experimentum refert de sede cæca oculi, qua nervus opticus subit, unde putat confici, in chorioïdea tunica, neque in retina, visus esse organum, cum in ea cæca sede retina adsit, chorioïdea deficiat. In editione 1682. responsiones addidit ad PECQUETI & PERRALTI objectiones. Sic in editione Leidensi 1717. 4.* titulus est, *seconde lettre de* M. MARIOTTE à M. PECQUET. Retinam tamen pellucidam esse, neque adeo radios lucis retinere, qui a chorioïdea reflectantur. Excusat albedinem in ista membrana in nonnullis animalibus visam. Cæcitatem non esse a vasis, quæ nimis parva sint. Hæc ad PECQUETUM. Respondet etiam ad D. *Claude* PERRAULT objectiones. Iterum cæcitatem non esse a vasis. Chorioïdeam speculi vices accurate gerere.

Anno 1677. de capillorum structura agit, qui ex fibris componantur.

J. WOLFERD SINGUERD *de Tarantula* Leid. 1668. 12. Actionem musicam physiologiæ, ex hypothesi interpretatur.

EJUS *inquisitiones experimentales, quibus aëris athmosphærici natura traditur* Leid. 1690. 4.*. Experimenta hic sunt ad respirationem pertinentia, quibus conatur circulum CARTESIANUM defendere, & diaphragma inutile reddere. Experimenta bona, conclusiones malæ.

Ej. *Philosophia naturalis* Leid. 1681. 4. 1685. 4.*. Physiologiam in parte quarta tradit CARTESIANAM, ut etiam corporis animalis formationem a fermentatione derivet.

EJUS *rationis & experientiæ connubium* Rotterdam. 1715. 8.* De respiratione hic compendium redit, & lib. *de Tarantula*.

§. DVIII. *Varii.*

J. Jac. ZENTGRAFEN's Disput. *de notis genitivis* Witteb. 1668. 4. VAT.

J. Jac. DU CHASTEL *de Lochiis* Leid. 1668. 4. SL.

Christ. STROBACH *de morte* Lips. 1668. 4. B. THOM.

Christ. Andr. SCHOENGAST *de respiratione* Lipsiæ 1668. 4.

Isaac a LOEF *de medicina per Societates illustrata* Leid 1668. 4. BOEHM.

Matth. DENYAU & *Cl.* BIENDISANT *E. sedes somniorum &c.* Paris. 1668.

Nic. MATTHIEU & *Cl.* PUYLON *Non ergo solius gustus est de alimentis ferre judicium* Paris. 1668.

Cl. GUERIN & *J. B. de* MONTREUIL *E. vita longioris ex junioribus parentibus orti* Paris. 1668.

Henr. MATTHIEU & *Franc.* VESOU *E. cælibes μακροβιοτατοι* Paris. 1668.]

§. DIX. *Michael* ETTMULLER.

Celebris suo tempore Professor Lipsiensis, qui ante diem obiit, & cujus pleraque scripta posthuma sunt.

EJUS *Dissertatio de Chirurgia infusoria* Lipsiæ 1668. 4.*, bonæ notæ est, & experimenta propria continet, liquorum chemicorum in venas inpulsorum. Sanguis a spiritu nitri coactus: oleum tartari injectum pariter funestum, cum sanguine fluido. De WAHRENDORFII experimento. Recusa est hæc Diss. Gallice Lyon 1690. 12. cum Cl. viri chirurgia.

Sic *respirationis humanæ negotium, exulante vacui fuga ex genuinis causis plenius erutum* ibid. 1676. 4.* pariter melioris notæ est, nisi fuerit NEUKRANZII respondentis.

EJ. *de nimia corpulentia* 1681. 4.

EJ. *de morsu viperæ* 1666. 4. hactenus huc facit.

In Disp. cui titulus *parva magnorum morborum initia* Lipsiæ 1676. 4. habet de generatione aliqua.

EJ. *de cerebro orcæ s. spermate ceti* 1678. 4.

EJ. *Institutiones medicinæ physiologicæ*.

EJ. *Fundamenta medicinæ veræ* Francof. Lips. s. Dresd. 1685. 4.*. Chemicæ sectæ & fermentationibus erat addictus. Operum omnium editio Francofurtensis anni 1696. fol. pauca habet nova, aliquanto plura J. G. WESTPHALI editio Francof. 1708. fol. Ultima cura CYRILLI Neapoli prodiit 1729. fol. 4. Vol. a MANGETO recusa Genev. 1736. fol.

§. DX. *Otto* TACHENIUS,

Chemicus non incelebris, in Italia diu vixit. Ibi edidit *Hippocratem Chymicum, qui novissimi viperini salis antiquissima fundamenta ostendit* Venet. 1669. 12. *Phil. Trans.* 1666. LIND. Brunswic. 1668. 12.* 1690. 4. OSB. De eo sale breviſſime agit, potiſſimum vero principatum acidi & alcali vult adstructum. Paſſim aliqua de sale lixivo sudoris, de sale fixo sanguinis &c. Analysin urinæ habet, & alcalinum salem.

EJ. *Antiquissimæ medicinæ Hippocraticæ clavis* Francof. 1669. 12.* 1673. 12. Leid. 1671. 12. Scopus idem. Acidum idem esse cum igne, cum calido innato, cum seminali principio vegetationis, fere, ut nuper *Georgius* BERKLEY. Alcali aquam esse s. humidum radicale.

EJ. *Tractatus de morborum principe &c.* Brunswic. 1668. 8.* Francofurti 1679. 12.* Leid. 1671. 12. Iterum idem finis libelli. Acidum s. ignem, alcali s. aquam, causas esse omnis in corpore humano motus, eamque rem HIPPOCRATI notam fuisse.

§. DXI. *Franciscus* MAURICEAU.

Celebris per quinquaginta annos vir obstetricius, qui Parisiis artem exercuit. Edidit *Tr. des maladies des femmes grosses & de celles, qui sont accouchées*, qui sæpe prodiit: primum Parisiis 1669. 4. (aliis 1668.) tum anno 1673. 4.* 1681. 4. 1684. 4. B. BOEHMER. 1694. 4. GUNZ. 1718. 4. 1721. 4.* 1740. 4. Germanice, *von Krankheiten schwangerer und gebährender Weiber* Basil. 1680. 4. Anglice, *diseases of the women with child and in childbed, translated by* HUGH CHAMBERLEN, & ipso viro obstetricio, neque MAURICÆO ignoto Lond. 1683. 8. 1716. 8. Italice, *trattato delle mallatie delle donne gravide e delle infantati* Genua 1727. 4. Scopus est equidem, præcepta dare suæ artis; plurima tamen anatomica & ad physiologiam utilia habet: descriptionem partium genitalium, non quidem optimam, cum iconibus, quæ in nuperis editionibus aliter se habent, nusquam vero ut probes. Urachum solidum esse. Meliora sunt, quæ vir plurimum expertus habet de graviditate, partu naturali, pondere fetus in diversis ejus ætatibus, etsi etiam trivialia & apocrypha habet, ut ova primi, tertii & decimi diei. Multa inde bona per consilia chirurgica sparsa.

EJ. *Observations sur la grossesse & l'accouchement des femmes* Paris 1695. 4. 1715. 4.*. Germanice, Dresd. 1709. 8. & *dernieres observations sur les maladies des femmes grosses & acouchées* Paris 1708. 4. 1715. 4.*. In priori editione septingentæ, in altera 150 observationes reperiuntur, quæ variis modis ad physiologiam faciunt, potiſſimum etiam, quod fetus præmaturo partu editi describantur.

EJ. *Aphorismes touchant la grossesse, l'accouchement, les maladies & autres indispositions des femmes* Paris 1694. 8. Amsterd. 1700. Paris 1721. 4.*. Corollaria ex observationibus.

§. DXII. *J. Baptiſta du* HAMEL. J. ROHAULT.

J. Baptiſta du HAMEL, Clericus, amans conciliare cum CARTESIO veteres, vir modeſtus & a litibus alienus, Cancellarius Eccleſiæ Bajocenſis & novæ Scientiarum Academiæ Pariſinæ a ſecretis. EJUS *de conſenſu veteris & novæ Philoſophiæ* libri IV. prodierunt Oxon. 1669. 4. & 8.* 1675. 8.*, in operibus omnibus & alias recuſi. Hic vix quidquam ad rem noſtram facit.

EJUSD. *de corpore animato* L. IV. Pariſ. 1673. 12. & in operibus omnibus Noribergæ 1681. 4.*. Ex nuperis, STENONIO & WILLISIO atque ex ſcriptis Academiæ Scientiarum ſua fere habet; non alienus ab hypotheſibus, & fervoribus acidi cum alcali eo ſeculo dominantibus. De ſenſibus agit & de voluntario motu. Muſculos vegetabiles per ſiccitatem in actum cieri; animales per ſuccum. Ut epidermis regeneratur. Unguium cum ſpinis conparatio.

EJ. *Quatuor l. de mente humana* Pariſ. 1672. 12.

EJ. *de corporum adfectionibus tam manifeſtis quam occultis* Pariſ. 1670. L. II.; continet etiam tractatum de ſenſuum objectis, coloribus, odoribus, ſaporibus, ſonis.

EJ. *Hiſtoria Academiæ Regiæ Scientiarum* Paris 1698. 4.* & auctius 1701. 4.* Latiniſſimum compendium eorum, quæ in Academia ab an. 1666. ad 1699. geſta ſunt.

Jacobus ROHAULT ſcripſit Gallice *Traité de phyſique & œuvres poſthumes* Paris 1671. 4. 2. Vol. latine verſum & editum cum notis *Samuelis* CLARKE Londin. 1710. 8.*. Quarta pars tota pertinet ad corpus humanum, & anatomen conjungit cum phyſiologia. In L. I. de ſenſuum objectis & ratione ſentiendi, tum de viſione etiam potiſſimum, de oculi fabrica & videndi modo.

§. DXIII. *Antonius* MOLINETTI,

Venetus, ſucceſſor VESLINGII (*f*), non indiligens inciſor, cum quo anatome Patavina adeo celebris, pene ſopita periit, quoad a MORGAGNO ſuſcitata revixit. Prius ejus viri opus ſunt *Diſſertationes anatomicæ & pathologicæ de ſenſibus & eorum organis* Patav. 1669. 4.*. Hic muſculum peculiarem deſcribit, qui cum trochleari conjungatur, & una in oculum inſeratur, a *Fr.* BALDUINO demonſtratus. Retinam tunicam ad lentem cryſtallinam a muſculis externis adduci, a proceſſibus ciliaribus removeri. Ambitum lentis cryſtallinæ ellipticum eſſe.

EJ. *Diſſertationes anatomico-pathologicæ, quibus corporis humani partes accuratiſſime deſcribuntur* Venet. 1675. 4.*. Morbos cum anatome partium conjungit, neque abſque utilibus adnotationibus, potiſſimum chirurgicis. Senſum communem in ponte, minime abſurde collocavit. Tendines obtuſe ſentire monuit.

Codex

(*f*) TOMASIN p. 304.

Codex M.S. methodi qua utebatur in corporum humanorum anatome erat in libris *Eduardi* BROWN n. 4198. *B. Brit.*

Ei *Jacobus* PIGHIUS in theatro Anatomico ſucceſſit: ſed etiam *Michaël Angelus* MOLINETTUS, *Antonii* fil. chirurgiæ Profeſſor fuit & anatomes (*g*).

§. DXIV. *Varii.*

Thomas SPRAT *hiſtory of the Roy. Society of London* Lond. 1669. 4. 1734. 4.* 1764. 4. Inter ſpecimina laborum ſocietatis narrat HOOKII experimentum inflatorum pulmonum, generationem oſtreorum &c.

Georgii Friderici RALLII *de generatione animalium diſquiſitio medico-phyſica* Stettin 1669. 12.*. HARVEJUM contra J. ORCHAMUM defendit. Originem animalis ex ovo tuetur, & negat, marem præter motum quidquam addere.

Andreæ CASSII, Hamburgenſis, *de triumviratu inteſtinali cum ſuis efferveſcentiis repetita diſputatio* Groning. 1668. 4. Præſide *Tobia* ANDREÆ, Nimmeg. 1669. 12.*. Chemicus anti-Sylvianus, SYLVIANAS humorum analyſes carpit, plus in bile aqua eſſe defendit, negat in ſanguine, bile, ſucco pancreatico acidum eſſe, aut alcali: negat paratos ſales in corporibus exſiſtere. Bilis analyſis.

Adjecta eſt *epiſtola amici qua præcedens epiſtola examinatur* ib. Multa fatetur recte a CASSIO dicta eſſe, & tamen fervores Sylvianos tuetur, licet nullus in ſanguine ſal expeditus adſit.

J. BETTI, medici regii, *de ortu & natura ſanguinis* Londin. 1669. 8.*. Indiam adierat, ſed theorias fere meras adfert. Una prodiit HARVEJI inciſio *Thomæ* PARRE.

Benedetto CASTELLO, Abb. *alcuni opuſculi filoſofici* Bologn. 1669. 4. CLEM. Inter opuſcula eſt *lettera con un diſcorſo ſopra la viſta*. Altera *lettera* de eodem argumento.

Franciſco LIBERATI *La perfezione del cavallo* Rom. 1669. 4. Si huc facit.

In EVELYNI *Georgicis* fimum rariorum animalium accurate videas diſſolutum & deſcriptum. In *Phil. Tranſ.* n. 280. vaſorum icones LEONCENÆ edidit.

Ej. *Digreſſion concerning phyſiognomy* London 1697. fol. cum aliis libellis. Laudatur ſignificatio morum & adfectuum animi ex omnibus corporis humani partibus ſumta. In alio libello fimos variorum animalium laborioſe excuſſit.

VASSAL, Chirurgi, *deſcription d'une double matrice* Paris 1669. recuſ. in *Phil. Tranſ.* n. 48. & cum ELSHOLZIO de partu tubario, inque E. N. C. & in Diario TINASSI. Fetus in ovario reſes.

Franciſci Joſephi BURRHI *Epiſtola de cerebri ortu & uſu medico & de artificio humores oculi reſtituendi* Hafniæ 1669. 4.*. Pinguedinis ſe fere quartam partem de cerebro eduxiſſe, quod nupera experimenta confirmant. Arcanum inde revelat, ab equite SOUTHWELL acceptum, aquam nempe ſtillatitiam chelidonii, qua humores oculi amiſſi reparantur, in junioribus animalibus etiam lens cryſtallina. Vagus homo, alchimiſta, heterodoxus, morum non ſatis purorum

(g) PATIN Lyc. p. 131.

rorum (*h*), in carcere castelli S. Angeli obiit, hæresium reus, ut tamen ei laboratorii usus permitteretur (*i*). MAZUCHELLUS tamen ex inquisitione liberatum, & ex carcere ob pulchras curationes dimissum fuisse.

J. WOLPHIUS *van't Menschen leven* Amsterdam 1669. 12. HEISTER.

§. DXV. *Disputt.*

Wilh. ten RHYNE *in cel.* HIPPOCRATIS *textum de veteri medicina* Leidæ 1669. 4.* agit de loco HIPP. quo dicitur in homine amarum esse & acidum &c. SYLVIO DRELINCOURTIUS hunc libellum tribuit.

EJUSD. *Meditationes in* HIPPOCRATIS *textum* XXIV. *de veteri medicina, quibus traduntur brevis pneumatologia, succincta phytologia, intercalaris chymologia &c.* Leid. 1672. 12.*. Ante iter indicum scripsit, SYLVIANUS, ut etiam bilem circulationis sanguinis auctorem faciat. Dictio phalerata, commista varia non ejusdem argumenti. Exemplum testium sub umbilico positorum.

Ex ultimo oriente, ubi medicinam fecerat, redux edidit cum *Diss. de arthritide. Orationes tres*, inter quas est II. *de physiognomia, tertia de monstris* Londin. 1683. 8.*. In neutra aliquid proprium habet.

In *descriptione capitis bonæ spei* Scaphus. 1679. 8.* habet aliqua huc facientia, ut piscem qui pedatus sit, & bufonem generet, pulmonemque ut bufo habeat; tum de prolixis mulierum ejus regionis nymphis.

Adam MEYER *ὀδοντολογία s. de dentibus* Curiæ Variscorum 1669. 4. HE.

Friderich August JANUS *de visu* Lipsiæ 1669. 4. MOELLER.

Theodor KIRCHMAYER *de cruentatione cadaverum fallaci illo præsentis homicidæ indicio* Witteberg. 1669. 4. BURCKH. alii 1670. Hall. 1726. 4. BURCKHARD. Phænomenon pro certo receptum explicat per spiritus, qui sanguinem in motum cieant.

Just. Ortolf MAROLD *de abortu per vomitum rejecto* Altdorf. 1669. 4.*. Redit in E. N. C. *ann.* I. *Dec.* I. *obs.* 108. Fetum bimestrem ad secundas adhæsisse, & vomitu esse redditum. Tum alium cum officulis. Hæc revocat ad connatum cum recto intestino uterum.

Hermann BARTHOLD *de pancreate & ejus usu* Jen. 1669. 4. BOEHM.

Frider. MADEWIS *de longævitate patriarcharum* Jen. 1669. 4. HE.

EJ. *de basilisco ex ovo galli decrepiti oriundo* Jen. 1671. 4. B. THOMAS.

Wenceslai KHALI *de lacrymis* Witteb. 1669. 4. HE.

J. Frid. CROCIUS & P. SIMLER *de singultu* Marburg. 1669. 4.*.

Andreas SCHARMAN *de lochiis* Altorf. 1669. 4.*.

J. Dan.

(h) Conf. MONCONIS in itin. Belgico.
(i) CONNOR. *Poland* I. p. 319.

J. Dan. MEYER *de vivacitate patriarcharum* Kiel 1669. 4.

Henr. LINCKEN *de partu humano legitimo & illegitimo* Wittebergæ 1669. 1740. 4. HEFT.

Jac. RENAUT & *Petr.* GUILIN *Ergo ventres hieme calidiores* Paris 1669.

Nicolas MATTHIEU & *Felicis* LISLEMAS *Non ergo hermaphroditus utroque sexu potens* Parif. 1669.

Guil. PETIT & *Ludov.* GAYANT *Ergo fetus animæ fetæ pathematis obnoxius* Parif. 1669.

Nicolas POINSSART & *J.* ROBERT *Ergo ab uno sanguinis calore vitæ muniæ* Parif. 1669.

Domin. de FARCY & *Claud. de* QUANTEAL *Ergo femina viro salacior* Parisiis 1669.

Francisci BLONDEL & *Petri* YVELIN *Non e monstra formatricis peccata* Parisiis 1669.

Jac. MENTEL & *Lud.* GAYANT *E. lotium chyloseos excrementum* Parif. 1669.

§. DXVI. *Diaria.*

In *Phil. Transf.* n. 52. 53. *William* DURSTON de subito mammarum tumore.

N. 65. Ej. partus biceps pectoribus connatus, quadrupes, cum anatome.

Majorem acum crinalem deglutitam per anum exiisse.

Jonathan GODDART, medicus experimentum, quod vulgo GLISSONIO tribuitur, in *Regia Societate* proposuit anno 1669. (*k*) ex quo creditur effici, nixu edito, artum in universum detumescere: quod phænomenon, si verum est, sanguini venoso expulso tribuas.

Idem anno 1670. proposuit, omnium arteriarum capillarium lumina conjuncta videri trunco æqualia esse (*l*).

Idem in *Phil. Transf.* n. 137. chamæleontis aliquam anatomen dedit, & granula dixit cutanea, a quibus colorum mutationes putat produci. Mistos esse colores, cinereum, flavum, saturate flavum. Calefacto animali maculas erumpere &c.

Apud BIRCH. (*m*) agit de incerto loco vacuo ovi.

In *Diario Romano* TINASSI negat *Aegidius Franciscus de* GOTTIGNIES, veros esse oculos pulchros illos & reticulatos insectorum globulos. Dari enim alios duos veriores oculos, quos in cimicis specie viderit.

§. DXVII.

(k) BIRCH. II. p. 356. Conf. III. p. 403.
(l) p. 127. (m) I. p. 381.

§. DXVII. *Johannes* LOCKE,

Philosophus, equidem scriptis politicis, ethicis & theologicis celebris, cæterum medicinæ minime imperitus, amicus SYDENHAMI, quem proprio carmine cecinit, & consiliis suis adjuvit (*n*), tum GUILIELMUM III. Ad nos potissimum spectat *Philosophical essay on human understanding* Lond. 1690. fol. FOLKES. 1701. fol. 1706. fol. quæ editio pro optima habetur, & alias sæpissime editum, Gallice versum a *Petro* COSTE, & sæpe recusum Amsterdam 1700. 4. B. B. 1742. 4.* 1755. 4. Basle 1723. 4. & in operibus viri omnibus London 1714. fol. 1727. fol. 1759. fol. &c. Vir judicii recti, meditationi deditus, nullique credens scriptori, historiam naturalem animæ hoc libro tradidit; idearum originem, conservationem, combinationem, naturam perceptionis, cogitationis, imaginationis, memoriæ, judicii, adsociationis idearum, causas erroris &c. Omnes ideas per sensus advenire defendit.

Compendium hujus operis ipse scripsit, quod lego prodiisse Londini 1688. 8. Gallice versum Genevæ 1738. 8.

Contra anatomes subtilioris utilitatem scripsisse dicitur (*o*).

In *Transf. Phil.* n. 230. monstrosi in manu pedeque ungues.

In n. 272. de homine neque legente neque scribente, maximos tamen calculos ponente.

Primus anno 1670. sensit, latiores esse conjunctos omnium arteriarum fines, ipso principio quod in aorta est (*p*).

§. DXVIII. *Theodorus* KERKRING.

Homo singularis, morum suspectorum (*q*), ὀψιμαθής (*r*), qui aliquas suas adnotationes a RUYSCHIO (*s*) habere videtur, a C. DRELINCOURTIO ob alias plagii postulatus (*t*), alias omnino suspectas dedit, & inter eas potissimum ova humana, quæ non videntur primo die conspicua esse, cum in ove die demum 17. de fetu aliquid in tuba distinguatur.

EJUS *Spicilegium anatomicum continens observationum anatomicarum centuriam; nec non osteogeniam fetuum*, prodiit Amstelod. 1670. 4.* recusum Leidæ 1717. 4.* & 1729. 4. osteogenia vero in *Bibliotheca* MANGETI. Osteogenia ex septuaginta corporibus excerpta, habet sceletos ex ordine mensium, ita expressas, ut pars cartilaginea ab ossea distinguatur: ossa etiam peculiaria delineantur. Nihil habet, quod cum nitore ALBINIANARUM iconum compares.

In *spicilegio* pathologica aliqua, pleraque tamen anatomica reperias, neque incom-

(n) COCCHI *dell' anatomica* p. 20. (o) COCCHI l. c.
(p) BIRCH. II. anno 1670. Mart. 3.
(q) Uxorem veneno occidisse, ut servam ejus duceret.
(r) Præfat. ad LICETUM *de monstris*.
(s) Nam RUYSCHIUS passim easdem sceletos in *thesauris* suis habet, ut illam cacodæmonis.
(t) Sua ex PINÆO habere *de fem. ovis*. Id nimium.

incommoda. Ita duos fetus valde inæquales uno partu editos. Valvulas venarum longas & graciles, tubulos RIOLANI, quos RUYSCHIO tribuit. Varietates valvularum vulgarium, ut in uno circulo quinæ fuerint. Vasa umbilicalia diu post partum aperta. Hermaphroditos sive potius pueros, alterum perinæo fisso, alterum pene imperfecto. Ligamenta uteri id nomen non mereri. Manus pedesque semiduplices. Cacodæmoni similis fetus, collo nempe nullo, capite cum pectore conjuncto, vertebris colli amplissimis & fissis. Vascula arteriosa & venosa in superficie aortæ. Vasa omphalo-mesenterica. Ureteris sedes latiores. Vena cava abdominalis tota duplex; ductus thoracicus triplex. Quatuor arteriæ spermaticæ absque venis, ista suspecta. Valvulæ coli duæ: & valvulæ tenuis intestini, flatu impulso induratæ a RUYSCHIO, pro re nova datæ. Valvula coli non semper retrogressum impedit. Ossa fetus flava, in matre icterica: fetus galea cranii destitutus. Succus pancreaticus acidissimus, a magmate chyloso non dubie pro eo succo habito. Obesitas nimia. Tres cordis ventriculi. Pulmones absque malo eventu costis adhærentes. Contra polypos cordis; non dari veros. Menstruus sanguis per verticem capitis, per manum erumpens: idem præmaturus, serotinus. Vulnera vasorum lymphaticorum. Contra microscopii in anatome usum. Vena portarum & vena cava hepatica *excarnata*. Sic pulmonum vasa & placentæ. De arteria bronchiali. Crystallina lente amissa visum superesse posse.

Dicitur succino certa arte soluto corporis animalis partes circumfudisse, quas volebat conservatas, & testis est *Ph. Daniel. G.* MORHOF (u).

EJ. *Anthropogeniæ-ichnographia* Amsterd. 1671. 4.* cum prioribus operibus anno 1717.* & 1719. recusa, etiam in DENISII *Memoire* IV. & in MANGETI *Bibliotheca*. Parvus libellus, sed maximi momenti, si fidem ei dare liceret. Verum neque primi diei sphærico ovo, neque triduano aut 14. dierum humano ovo possis te credulum dare (x). Sceleti minimæ ac paulo magis credibiles, utilesque, ut tamen sceleto 21. dierum minus tribuas.

Catalogus anatomischer Sachen D. Antonii VERBORCHT Hamburgi prodiit absque anno, in quo potissimum KERKRINGII thesauri recensentur, ex quibus etiam fides fit ejus observationibus.

§. DXIX. *Christianus Fridericus* GARMANN,

Medicus Chemnizensis. EJUS *de miraculis mortuorum* L. III. prodierunt 1670. 4.* & aucti a filio *Immanuele Friderico* GARMANNO Dresd. 1709. 4.*. Amplissima compilatio, in qua plurima reperias collecta, quæ faciunt ad physiologiam vel ad anatomen. Sic in L. I. de capillis etiam viridibus, eorumque a morte incremento in cadaveribus adnotato; de eorum pene indestructibili constantia; de naso insititio loca aliqua scriptorum; de mortuis sonum edentibus quasi manducantium; de dentibus varia; de cordis incremento secundum

 Aegy-

(u) *Polyhistor.* L. II. P. II. p. 293.
(x) Olim de fide viri dubitavit J. SWAMMERDAM in *prodr.* & LA MOTTE *de la gener.*

Aegyptios & decremento; de corde ignem eludente; de abdomine patente; de partu cadaveris; de unguium incremento, de penis erectione. In additamentis de motu & sudore cadaverum; de eorum cruentatione, luce, putredine, incorrupta constantia, & mumiis, petrefactione; alia varia, & integra fere anatome.

Ej. *Homo ex ovo s. de ovo humano dissertatio* Chemniz. 1672. 4.*. Ejusdem ingenii.

Ejusd. *Oologia curiosa ortum corporum naturalium ex ovo demonstrans* Zwickau 1691. 4.*. Collectitium opus.

Ejus *Epistolarum Centuria posthuma a filio edita* Rostock 1714. 8.*. Pluscula huc faciunt, ut Epistolæ III. de chirurgia infusoria cum Majoris responsoria: discursus III. de gemellis & partu numerosiore, cum Sachsii responsoriis: de cruentatione cadaverum: de ovo humano pluscul æ epistolæ.

In E. N. C. Ovum prælongum *Dec.* I. *ann.* I. *obs.* 141.

Obs. 138. de luce scolopendræ innata.

Ann. III. *obs.* 42. mentula monstrosa ex capite pendula.

Ann. VI. VII. *obs.* 89. de submersis Succicis.

Ann. IX. X. *obs.* 171. Dentitio in nonagenario.

Dec. II. *ann.* IX. *obs.* 212. dentes molares septimo demum anno provenientes.

Dec. III. *ann.* 7. 8. *obs.* 137. de hepatis difficili putredine.

§. DXX. *Mathias* Tiling.

Fere ejusdem generis: Professor fuit Rinteliensis, qui perinde ex libris magis quam ex natura, sua opera collegit.

Ejus est *de tuba uteri deque fetu nuper in Gallia extra uteri cavitatem in tuba concepto exercitatio anatomica* Rintel. 1670. 12.*. Vix quidquam habet proprium, recenset Maji monstrum Marburgense hermaphroditum, capite deformi, mento ad collum adfixo.

Ejus *de placenta uteri disquisitio anatomica* Rinteln 1672. 12.*. Collectanea.

Ej. *de admiranda renum structura eorundemque usu nobili in sanguificatione, seminis præparatione &c. Exercitatio anatomica* Francof. 1672. 12.*. Iterum collectanea. Recusus est libellus cum titulo M. T. *mirabilis anatome renum* Francof. 1699. 12., & iterum *Nephrologiæ nova curiosæ titulo*, cura *J. Helfrici* Jungken Francof. 1709. 12.

Ej. *Anatomia lienis ad circulationem sanguinis accommodata* Rint. 1673. 12.* simile opusculum.

Ej. *Disquisitio physico-medica de fermentatione* Brem. 1674. 12. hactenus huc facit.

Ej. *Di-*

Ej. *Digressio de vase brevi lienis ejusque usu nobili* Mindæ 1676. 12.*. Acidum succum lienis per arterias breves in ventriculum destillare.

Ej. *de fetus in utero nutritione* Brem. 1698. 4.

§. DXXI. *Joh.* Muraltus,

Tigurinus, ex nobili familia Helvetiæ transalpinæ natus, quæ & Tiguri floret, & Bernæ, vir solers, & indefessus, qui postquam Monspelii, Parisiis & Leidæ artem didicit, in patria theatrum anatomicum condidit, artem obstetriciam exercuit, botanicen hactenus coluit.

Prima citantur *Experimenta anatomica* Monspel. 1670. L. Ej. Diss. *de bile & excrementis biliosis* Tiguri 1673. 4. L.

Experimenta anatomica de chylo & lacte, lympha & saliva, humoribus in corpore nostro circumfluentibus; bile, excrementis biliosis, sanguine, & reliquis humorum excrementis Tiguri 1675. 4. Pl.

Ejusd. *Vademecum anatomicum, s. clavis medicinæ pandens experimenta de humoribus, partibus & spiritibus* Tiguri 1677. 12.* Amsterdam 1685. 12. Tela libri est compendium anatomicum, in quo de chylo, lacte, lympha, saliva, bile, sanguine exercitationes reperias 4. Deinde de partibus firmis corporis; denique de spiritibus. Ipsum quidem compendium non plurima propria habet, tamen aliqua. Hookianum experimentum Monspelii fecit. Arteriam bronchialem sibi tribuit inventam, sociam etiam venam describit. Novum musculum pedis, nonum puto Vesalii, dicit. De thoracico ductu varia propria. Deinde animalium incisiones addidit, non inutiles, si nimis subtilia non desideres; incisiones certe propria manu factas. Graafii historiam acidi succi pancreatici falsam esse, consentiente D. Cronier apud J. Leonicenum. Cordis præ aliis musculis constans irritabilitas. Sibi tribuit ductus sublinguales.

Ej. *Collegium anatomicum, in welchem alle Theile des menschlichen Leibes beschrieben worden* Nürnberg 1687. 8.*. Morbos omitto & plantas. Anatome pro tironibus, fere ex bestiis sumta.

In Ej. *Kindbüchlein, oder Unterricht vor Wehmütter* Tiguri 1689. 8. *Hebammen-Büchlein, oder Unterricht, wie sich die Wehmütter zu verhalten haben* Basil. 1697. 8.*. Anatomen partium habet, cum iconibus fere Bidlojanis, & observationibus passim tamen etiam propriis. Pro hermaphrodito habitum partum describit, ubi neque vesica erat, neque anus, & intestinum rectum communi cum ureteribus ostio, aperiebatur.

Ej. *Zoologia* Tiguri 1709. 8.

In *Schriften von der Wundarzney* Basil. 1711. 8.*. Vix quidquam est proprii anatomicum argumentum.

Ej. *de humoribus microcosmum irrigantibus, chyli & lactis natura* Tiguri 1695.

Ej. *de sanguinis & lymphæ natura* ib. 1696.

Ej. *de bilis natura* ib. 1698.

Ej. Disp. *de œconomia corporis humani* Tiguri 1700. Haenel.

Ej. *de sanitate* ib. 1702.

Ej. *Nosce te ipsum; microcosmus expositus* ib. 1708. 8.

Ej. *de insectis & eorum transformatione* ib. 1718. 8. Leuw.

In *Acad. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* I. numerosæ animalium incisiones, breviusculæ quidem, aliquæ insectorum, non vero anatomicæ.

Obs. 46. Mustela fluviatilis; vasa mucifera, appendices.

Obs. 47. Troctæ vesica urinaria. Arteriæ branchiales.

Obs. 48. Vespertilionis anatome.

Obs. 49. Mustelæ quadrupedis nervi optici ad usque interna cerebri separata incesserunt.

Obs. 50. Aquilæ ventriculus, ejus glandulæ, pilæ.

Obs. 51. Noctuæ glandulæ ventriculi.

Obs. 52. Alterius noctuæ nullam fuisse bilariam vesiculam.

Obs. 58. Ventriculus grylli, qui pro lubitu vomit.

Obs. 59. Limacis.

Obs. 61. Simiæ, cum aliqua musculorum recensione.

Obs. 65. Erinacei sceletus, lympha in vasis lacteis visa.

Ann. II. *obs.* 28. Bombycis aliqua anatome.

Obs. 29. Milvi.

Obs. 30. Gryllotalpæ ventriculi.

Obs. 31. Ardeæ.

Ann. V. *obs.* 32. Anatome taxi cum sceleto.

Obs. 132. Ardeæ sceletus.

Cent. IV. *obs.* 134. Os fetui quasi lacerum, labio superiori nullo, ex terrore, ut credit.

Inter mea est *Clavis medica* M.S. qua etiam anatome continetur.

§. DXXII.

§. DXXII. *Varii.*

William MOLINS, Chirurgus. Ejus eſt *Myotomia, or the anatomical adminiſtration of all the muſcles of the human body* London 1670. 12. & *newly reviewd with additions, to which is added Sir Charles* SCARBOROUGH's *Syllabus muſculorum* Londin. 1676. 12.*. Multa habet valde antiqua, ut ligamentum buccinatoris, pro re nova, ſcalenum unicum. Habet tamen etiam magis propria aliqua, ut ligamentum POUPARTII, p. 6. a quo muſculus oblique adſcendens nonnunquam oriatur, quando pyramidales deficiunt: ſex flexores pollicis, coraco-brachialem a nervo non perforatum. Muſculi naſi quinque, tenſores pollicis duo, flexores ſecundi internodii quatuor &c. *Syllabus muſculorum* nimis brevis eſt.

Georg. THOMPSON *αἱματιατης ſ. legitime method of preſerving the blood* Lond. 1670. 8. Contra WILLISIUM.

MENGOLI *Muſica ſpeculativa* Bologn. 1670. 4. Duo deſcribit tympana, exterius & interius, inter ea poſita oſſicula: ad hoc vibrationes tympani exterioris pervenire.

Engelbert HOELTERHOF *Das lange und kurze Leben der Menſchen* Cölln 1670. 12. B. THOM.

EJUSD. *Animadverſiones in Franciſci de le* BOE *Diſſ. de primariis corporis humani functionibus demonſtrantes fundamenta illius nova veritati contraria* Cölln 1675. 12. MANGET.

MIRBEL *Palais du prince du ſommeil où eſt enſeignée l'oneiromancie où l'art de deviner par les ſonges* Lyon 1670. 16.

Collectio operum de urinis Ultrajecti prodiit 1670. 8.*. ACTUARII, WILLICHII, WILLISII & *Guillelmi* STRATEN de erroribus popularibus, de fallaci urinarum judicio.

George SIPSCOTA *A deaf and dumb man's diſcourſe* London 1670. cum Diſſ. de ſermone animalium.

Adrian GOLLES, Chirurgus Dieppenſis. EJUS eſt *Abregé de l'economie du grand & du petit monde* Rouen 1670. 12. In parte ſecunda anatome traditur. Urachum facit ſolidum. De fetu dicit, abſque ventre & medulla ſpinali, tamen maturo, ſexies ſe fetum de utero excidiſſe. Puerilia multa. Ita PORTAL.

J. L. M. C. *Kurzer Begriff der Wundarzney, wie auch ein Diſcours von der Generation der Menſchen, ins Deutſche überſetzt* Hamb. 1670. 12. TREW.

Arien SICELER *Hiſtoire inouie d'un accouchement de dixneuf mois* Au Puy 1670. 8. Superſtitione plenum eſſe lego:

J. LUPII *Groſſes und ſonderbares Traumbuch* Hall. 1670. 8. M.

Filipo

Filipo MASIERO *Chirurgo in pratica* Venet. 1670. 8.* habet etiam aliquam anatomen, & venarum fubcutanearum icones.

Vincentii TORDERA, Profefforis Valentini, *Commentaria pertinentia ad libros phyfiologicos* HIPPOCRATIS *&* GALENI *vel de natura hominis, quibus adjungitur introductorium ad autem medicam* Valent. 1670. fol. CAP. de VIL.

§. DXXIII. *Varii.*

Henrich RIDEMANN *de camera obfcura* Kiel. 1670. 4. PL.

Henr. SCRETA *de* ZAVORZIZ *de caufis & natura auditionis* Heidelb. 1670. 4.

Frideric. NITSCH & *Fr.* POLKE *de vifione* Gieff. 1670.

Chriftian HOFMAN *An ex homine & bruto generari poffit homo* Jen. 1671. 4. HE.

CORNELII *van* SON *de fpirituum animalium natura & vitiis* Leid. 1670. 4.

Elias NITSCHKE *de productione muci depravata* Leid. 1670. 4. Præfide F. SYLVIO.

Dan. de HOEST *de vomitu* Leid. 1670. 4. RIV.

Leonhard SENER *de origine lymphæ pericardii* Leid. 1670. 4.*.

Henr. MAJ & *Joh. Lud.* HUXHOLZ *fetus monftrofus* Marpurg. 1670. 4.*. Imperfectus, cor minimum, fexus uterque, nullum vas umbilicale, nulli teftes, nec ventriculus, nec fternum: cranium vix ullum. Cordis loco vesicula, ex qua vas ad palatum euns.

EJ. H. MAJI *de formatione fetus humani* Marpurg. 1672. 12. HE.

EJ. *Phyfiologiæ medicæ Nov. antiquæ Difputat. phyfiologici argumenti* Rinteln 1695. 4. HE.

Benjamin SCHARF *de conceptione* Jen. 1670. 4.* recenfa eft inter *Friderici* fcripta.

EJ. in E. N. C. *Dec.* II. *ann.* II. *obf.* 100. aquarum præmaturus fluxus.

Obf. 101. Menfes per os.

Obf. 102. Fetus capite connati femiduplici.

Dec. III. *ann.* V. VI. *obf.* 88. leporem fe putat androgynum vidiffe.

Obf. 89. cum quinque teftibus homo fterilis.

Obf. 91. Menfes in 64. annorum vetula.

J. Frider. SCHEPFER *omphalographia* Gieff. 1670. 4.

Thomas ITTIG *de lacrymis* Lipfiæ 1670. 4.

M. CARCÆUS *de acido præcipue microcofmi* Leid. 1670. 4.*.

Andreas PETERMANN, Profeffor Lipfienfis, *de nutritione integra fervanda, abolitaque reparanda* Altdorf. 1672. 4.

EJ.

Ej. Disp. *de visu* Lipsiæ 1690. 4. Vat.

Ej. *Theses de principiis cognitionis humanæ* 1707. 8.

Petri Yvelin & *Guil.* Lamy *An ut semen materies fetus sic & ejusdem opifex* Paris. 1670.

Claud. Puylon & *Ant. de S.* Yon *Ergo conformatio temperiei nota* Paris. 1670.

Guidonis Patin & J. Cordeile *Non ergo sanguis per omnes corporis arterias & venas jugiter circumfertur* Paris. 1670.

§. DXXIV. M. Thruston. J. Ott.

Malachias Thruston *de respirationis usu primario diatribe* London, 1670. 8.* Leid. 1671. 8.* 1708. 8. & in B. Mangeti. Placet modestus. Sanguinem in pulmone incalescere. Liquor in arteriam pulmonalem impulsus per venam copiosius, tamen etiam per arteriam rediit. Biolychnium refutat. Usum respirationis in transmittendo sanguine recte vidit. Experimentum simile Hookiani.

Accesserunt *responsiones ad Cl. viri* (G. Entii) *animadversiones*, humanæ ipsæ & solidæ.

Transfusionem sanguinis tentavit, sed animal periit (y).

J. Ott, *Cogitationes physico-mechanicæ de natura visionis* Heidelb. 1670. 4. Proponit telescopia eo modo parare, ut aucto angulo visorio longitudo tubi compensetur.

Ej. *Epistola de sono vocis humanæ*, data Scaphus. 1679. & cum Wepfero *de apopl.* Vix titulo respondet, & inter theorias subsistit.

Ej. *de propriorum oculorum defectibus ad mechanicas leges revocatis* Basileæ 1671. 4.* Promissor.

§. DXXV. *Franciscus* Bayle'.

Professor Tolosanus, jatromathematicus, non quidem incisor, cæterum acuti ingenii homo.

Ej. *de menstruis mulierum. Sympathia partium corporis humani cum utero & usu lactis ad tabidos; & immediato corporis alimento* Tolos. 1670. 4. d'Etr. Brugis 1678. 12. B. Thomas. Haag. 1678. 12.* Menses esse a fermento in sinubus mucosis uteri congesto, laxante vasa uteri sanguinea. De causis sympathiæ variis, vicinia, vasis & nervis communibus. Fetum in utero succum sugere lacteum.

Ej. *Dissertationes physicæ sex, ubi principia proprietatum in œconomia corporis animalis in plantis & animalibus demonstrantur* Tolos. 1677. 12. 1681. 12.* Hic tertia dissertatio est de physiognomia. Generari corpus animale ex succo, quem

(y) Birch, II, p. 316.

ſpiritus animalis informet. Vim imaginationis maternæ in fetum interpretatur per fetus alimentum, quod generet ſpiritus maternis ſpiritibus ſimiles. In IV. aliqua de viſione.

Ej. *Diſcours ſur l'experience & la raiſon* Paris 1675. 12. Anatomica inventa recenſet, nimia ratiocinia caſtigat. PORTAL.

Ej. *Problemata phyſico-medica* Toloſ. 1677. 12. 1681. 12.*. Pauca ad rem noſtram, pleraque ad praxin pertinent, ad venæ ſectionem etiam potiſſimum, in qua BELLINI theoriam ſequitur, motum nempe ſanguinis in ejus partis arteriis accelerari, cujus vena inciditur.

Ej. *Hiſtoire d'un enfant qui a demeuré 25. ans dans le ventre de ſa mere* Toloſ. 1678. 12. & in operibus omnibus latine. Incorruptus, gypſea quaſi maſſa obductus, in ventrem per ulcus uteri effuſus fetus.

Video citari *Diſſ. ſur quelques matieres de phyſique & de medecine* Toulouſe 1688. 12. in quibus Noſter primum defenderit, coſtas a muſculis intercoſtalibus internis deprimi.

Collecta prodierunt anno 1693. *Oeuvres de M.* BAYLE'. *Hiſtoire d'une groſſeſſe de vingt-cinq ans. Relation de quelques perſonnes poſſedées à Toulouſe* 1693. 12. d'ETR.

Ej. *de corpore animato* Toloſ. 1700. 4.*. Plena phyſiologia & anatome. Muſculorum motum eſſe a ſpiritibus in fibras influentibus. In reſpiratione, muſculis intercoſtalibus internis officium reddit coſtarum deprimendarum.

Ventriculum digitum immiſſum vix comprimere.

Magis quam ad $\frac{7}{10}$ muſculum contrahi.

Statio, progreſſio, volatus. Humores; pro fermentatione, fermento acido ventriculi. Aër eſt ſanguinis fermentum. Acriter in HARVEJUM. Omnes partes una formari, ut connexas. Corneam oculi tunicam a muſculis convexiorem reddi poſſe, ad varias objectorum diſtantias.

Ej. *Inſtitutiones phyſicæ* Toloſ. 1700. 4.* continent tra&atus *de ſenſibus* deque *muſculorum motu*.

In Tomo IV. operum continentur *Diſſ. circa conſuetudinem duæ & totidem de generatione animalium*. Iterum pro ſimultanea generatione.

Demum Diſp. *de voluptate & dolore*. Opera omnia prodierunt Toloſ. 1700. & 1701. 4.* quatuor voluminibus.

§. DXXVI. *Guilielmus* RIVA,

Aſtenſis, qui Romæ vixit ibique obiit, quod ſomno ſe ſub dio in agro Romano dediſſet (z).

EJUS in *Ephem. Nat. Curioſ.* pluſculæ ſunt Diſſ. *Ann.* I. *obſ.* 39. Secundæ gemellorum diſtinctæ.

Obſ. 45.

(z) LANCIS. L. I. P. I. c. 20.

Obſ. 45. Sceletus fetus poſt duos annos de utero egeſta.

Obſ. 117. BURRHI experimentum aqua ſimplici imitatus eſt.

Obſ. 149. Tria experimenta transfuſoria, cum teſtimoniis in homine factorum periculorum, felicis eventus, & ſublatorum morborum.

Eas tabulas anatomicas, quæ *Cajetani* PETRIOLI ope Rom. 1741. fol * prodierunt, ab ipſo *Petro* BERRETINO Cortonienſi tribuuntur, ut auctorem anatomicum dicat ſe ignorare. Pluſcula ſunt a VESALIO aut manifeſto imitata, aut clanculum aliqua ex EUSTACHIO & CASSERIO. Alia, & nervi etiam potiſſimum, huic operi propria. Nervi, ut eo ævo non male, & in ſitu ſuo naturali, cum muſculis expreſſi. Nervus intercoſtalis recte ab octavo ſejunctus; ejus anulus circa arteriam ſubclaviam; nervus maxillaris inferior; nervi brachiales, crurales. Plexus abdominis ſemilunaris, nervi viſcerum. Medulla ſpinali, ſed nimis longe continuata. Cerebri figuræ, ſed incommodo in ſitu. Denique venæ cutaneæ inque iis valvulæ, cauda equina, cum nervo impare; & nervi uteri & ovariorum.

Ut de RIVA olim cogitaverim volumen fecit in BIBLIOTHECA GOETTINGENSI ſervatum. Ei præfixa eſt RIVÆ icon; ſequuntur figuræ 32. inter quas pluſculæ chirurgicæ & joculares aliquæ. Sed etiam anatomica varia, tergemini, monſtra, vitulus tribus oculis, pullus biceps, fetus biceps, cum cordis icone; vaſa renum. Sequuntur in eodem volumine eædem tabulæ, quas PETRIOLUS edidit. Potuit autem BERRETINUS, qui anno 1669. obierat ſexagenarius, pro RIVA delineaſſe, qui anno 1676. obierit. Potuit IDEM VESLINGIO penicillum commodaſſe, qui anno 1649. vivere deſierit.

Hæc cum ſcripſiſſem, lego nunc Cl. MOEHSEN ſententiam, qui probabile reddidit, tabulas eſſe *Joh. Mariæ* CASTELLANI (Conf. p. 340.) & tabulam æneam citat, cui inſculptus eſt annus 1618. ut G. RIVÆ eſſe non poſſit. Et certe eadem CASTELLANI & noſtræ collectionis eſt tabula.

Apud ARENT *de cephalalgia* Leid. 1675. 4.* RIVÆ extiſpicium reperitur.

§. DXXVII. *J. Ludovicus* HANEMANN,

Profeſſor Kilonienſis. EJUS *nova ars clyſmatica enervata* Stadæ prodiit 1670. 12. Unica ſcheda MOELLER.

EJUS *Faſciculus 60. quæſtionum miſcellanearum. Una exhibens mantiſſam anti-Hoffmannianam de vero ſanguificandi organo* Brem. 1672. 4. Eorum aliqua in mantiſſa prolata ipſe in *Phœnice botanico* retractavit & deleri juſſit. MOELLER.

EJ. *Exercitatio de vero & genuino ſanguificandi organo ad Th.* BARTHOLINUM Kiel. 1675. 4. LIND.

EJ. *Ovum* HARVEJANUM *generationis animalium curioſum, quo demonſtratur quod generatio animalium fiat ex nihilo* Kiel. 1675. 4. LIND. 1699. 4.

EJ. *Curioſum ſcrutinium nigredinis poſterorum Chami i. e. Æthiopum* Kiel. 1677. 4.*.

EJ. *Vertheidigung der Aſtrologie — daß — die Chiromantie und Metopoſcopie aus der Natur können behauptet werden* Hamburg 1699. 4.

EJ. *Fortſetzung der Vertheidigung der Aſtrologie, Chiromantie, Metoſcopie &c.* Hamburg 1699. 4.

EJ. *de tribus naturæ regnis* Kiel 1705. 4.*.

EJ. *de motu cordis* Kiel 1706. 4.

EJ. *de piſce torpedine ejusque proprietatibus admirandis* Kilon. 1710. 4.*.

EJ. *de viſus & oculorum thaumatographia* Kiel. 1711. 4.

In *Act. Hafn.* 1673. *obſ.* 101. de organo ſanguificationis egit, cum reſponſo BARTHOLINI.

Obſ. 103. de ſanguine lacteo perinde &

Obſ. 104. de generatione hominis ex ovo,

& *Obſ.* 105. de fermento ſtomachi.

Vol. III. *obſ.* 13. hiatus palati & uvulæ.

Vol. IV. *obſ.* 13. de reſpiratione ſub aquis.

Obſ. 17. Æthiopiſſæ anatome.

Vol. V. *obſ.* 6. anatome monſtri ovilli difformis, ventre maximo.

In E. N. C. *Dec.* I. *ann.* VI. VII. *obſ.* 70. de lacte nimis abundante.

Dec. II. *ann.* II. aſphyxia.

Ann. III. fetus vivi ex matre mortua exciſi. *obſ.* 53.

Ann. IV. *obſ.* 60. Canities a metu.

Ann. V. *obſ.* 125. cruentatio cadaveris ad præſentiam occiſoris.

Ann. VII. *obſ.* 67. fetus per ſectionem ſuſcitatus.

Ann. VIII. *obſ.* 91. hircus lactans.

Obſ. 159. homo 162. annorum, ſed ex aliena fide.

Obſ. 160. Urina a morte excreta.

Dec. III. *ann.* V. VI. *obſ.* 197. Menſes per alvum.

In *Act. lit. Mar. Balth.* 1700. Lac in mammis feminæ ſterilis.

Ib. 1701. de adipe per umbilicum effluente.

Ann. 1702. *Febr.* de vena in gena virginis ſponte rupta.

M. Mart. de partium humani corporis ſympathia, & *M. Novembr.* de generatione æquivoca.

Ann. 1705. *M. Jan.* Gallina colorem plumarum mutans.

M. Febr. de ſtrepitu oſſium.

M. Maj. femina per novem annos ſopita.

J. Ferdi-

J. Ferd. HERTODT, Brunnæ in Moravia physicus, pluscula dedit in E. N. C. In *Dec.* I. *ann.* I. *obs.* 60, de fetu in utero a croco tincto, quem mater sumserat.

Ann. II. *obs.* 5. Anatome leænæ.

EJ. *Opus mirificum sextæ diei, i. e. Homo physice, anatomice, moraliter considerratus* Jen. 1671. 8.*

§. DXXVIII. *Ephemerides Naturæ Curiosorum.*

Cum ab ann. 1652. societas medica coaluisset, tandem primum volumen operum ann. 1670. prodiit *Philippi Jacobi* SACHSII cura. In hoc immenso diario plurima anatomici argumenti continentur, brevissimæ sæpe notulæ, aliquando historiolæ ad miraculum ornatæ, sæpe tamen etiam utilissimæ & eximiæ dissertationes. In iconibus studium certe in priori seculo desideres: optares etiam in libera equidem republica, censorium munus aliquanto severius.

Joachimus Georg. ELSNER, Vratislaviensis Medicus, in *Dec.* I. *ann.* I. *obs.* 40. dedit placentam excarnatam.

Obs. 61. in ductu thoracico, chyli loco liquor ruber.

Obs. 118. Dubia de sede veneris in liene. Eo exsecto catellam mansisse fecundam.

Obs. 136. de spermate ceti, quod sit ex cerebro piscis Cachillot de cetorum genere.

J. Georg. GREISEL, Medicus Viennensis, E. N. C. *ann.* I. *obs.* 55. de fetubus gemellis pectoribus connatis.

EJ. *de cura lactis in arthritide* 1683. cum aliqua analysi.

Albard Herman CUMME, Archiater Brunswicensis, in *obs.* 93. de visu duplicato.

Obs. 94, 95, 96. sanguis menstruus ex pulmone, ex ore, & in gravida superstes fluxus ejus sanguinis.

Ann. III. *obs.* 109. ossiculum pruni germinans a rustica rejectum.

Obs. 110. testes coaliti.

Obs. 113. arteriarum spermaticarum defectus.

Obs. 114. menses muliebres serotini & præcoces.

Obs. 117. secundæ pars post mensem expulsa.

Obs. 135. Os coccygis luxatum.

Jac. J. Wenceslaus DOBRZENSKY *de Negroponte* de unguento fabula, quo illiti pueri in pygmæos abeant. *obs.* 79.

EJ. *Hippocrates redivivus s. theses medicæ inaugurales præliminaria antiphysiologica, tum ad usum partium. Physiologica demum ad medendi methodum pertinentia* Prag. 1684. 4. HE.

Val. Andr. MOELLENBROECK. E. N. C. *ann.* I. *obs.* 109. felem ex ore mulieris natam dixit.

Ann. II. *obs.* 19. 20. Adeps per sudorem & urinam.

Obs. 76. Cor inversum, ut ventriculus dexter sinistra teneret.

Laurent. WOLFSTRIEGEL, Viennensis anatomicus, in *obs.* 76. os cuneiforme in fetu ex tribus partibus conponi, sellamque turcicam in fetu, non in adulto, perforari.

Ann. II. *obs.* 6. Anatome aliquot leonum. In eorum altero polypi cordis. Ossa non solida.

Ib. *obs.* 7. Tigridum anatome & sceletus. Hic, & in leone, vasa sanguinea retinæ tunicæ conspicua.

Obs. 22. satis accurata ani clausi anatome. In recto intestino appendix pro vesica.

J. PATERSON HAIN, Medicus Eperiensis, *Ann.* I. *obs.* 62. de fetus jam capite exclusi in uterum reditu.

Ann. II. n. 27. Aliqua microscopica, vermes aceti.

J. Jacobi PISANI, Viennensis Professoris, flamma ex ventriculo animalis, cui utrinque ligatus fuerat ventriculus; vapor nempe inflammabilis. *obs.* 77.

§. DXXIX. *Philos. Transactiones.*

In n. 58. *Jacobi* GRANDI mirifica historiola ductus pancreatici in lienem ducentis. Puellæ pectore coalitæ. Puer tribus ventribus apertis.

IDEM scripsit *de laudibus* SANCTORII Venet. 1671. & *orazione nel aperirsi il nuovo teatro d'anatomia in Venezia* ib. 1671. 4. CINELLI.

N. 64. Præceps fama de inventis a Germano anonymo ductibus, a thoracico canali ad mammas euntibus, & chylum eo ferentibus. Tum de breviori a ventriculo in vesicam via inventa.

N. 67. Fuse de ea breviori via. Ureteribus nempe ligatis, expressa vesica, canem cum affatim biberet, tamen in vesica lotium habuisse.

N. 68. de acido succo formicarum.

Apud BIRCH. II. p. 426. eo anno. Pulsantem arteriam utique intumescere.

§. DXXX. *Varii.*

Cornelii van SOLINGEN, Chirurgi Hagiensis, BILSII discipuli, *Embryulcia of te afhalinge eenes doden vruchts* Haag. 1673. 12.*, tum in operibus omnibus. Adnotationes non contemnendas adspergit. Non omisit uteri ejusve cervicis obliquitatem. In hernia uteri fetus. Atreta gravida. Nullum in cervice & vagina uteri adipem esse.

EJ. *Ampt en plicht der Vrædvrouwen* Amsterd. 1684. 4.* 1695. 4.*. Multa habet pertinentia ad generationem, graviditatem, partum naturalem, potissimum in adjectis & adnotationibus. Atreta, partus ovi integri. Nymphæ prælongæ. Falsum germen. Ossium pubis discessio. Gemellorum secundæ separatæ; & alias conjunctæ. Nodus funiculi umb. Clitoris inferiori loco sita.

Molæ

Molæ & placentulæ. Urethra in vaginam aperta. Funiculus umbilicalis bifidus. Caruncula prope urethram. Fetus ex tuba excisus. Fetus per antiquum funiculum nutritus.

Cosmi VIARDEL, Chirurgi, *Observations sur la pratique des accouchemens naturels, contre-nature & monstrueux* Paris 1671. 8. 1748. 8.*. Germanice Frankfurt 1676. 8.*. Ordo nullus, multa passim superstitio, & veteris vestigia ruris. Partium genitalium historiam habet & graviditatis, partusque, hæc breviter. Tria monstra describit: simiæ facie unum; alterum spina bifida; & tertium cornutum, si Diis placet. In nupera editione non malæ additiones accesserunt.

Pauli PORTAL *Discours anatomique sur le sujet d'un enfant d'une figure extraordinaire* Paris 1671. 12. d'ETR. FALC.

IDEM, ut puto, auctor fuerit, cujus *pratique des accouchemens soutenue par un grand nombre d'observations* prodiit Paris 1685. 8.*. Nam & hic & aliqui fetus monstrosi describuntur, tum immaturi, galea cranii destituti, & tergemini quorum duo conpressi & fere plani; porro placentæ vesiculares: Puer absque sexu, vesica cum recto intestino confluente; ovum humanum.

In appendice LAMZWEERDIANA SCULTETI Amst. 1671. 8.* agitur de transfusione sanguinis, & LOWERI atque aliorum inventa recensentur, tum BURRHI & BARTHOLINI l. de cerebro & suffusione.

Etat général des baptêmes, mariages & mortuaires des paroisses de la ville & fauxbourgs de Paris avec des observations generales sur les années 1670. & 1671. Paris 1671. fol. DEN.

Franc. Oswald GREMBS *Arbor integra & ruinosa hominis* Francof. 1671. 4.*. Totam physiologiam ad HELMONTII & chemicorum saporem continet.

Phil. GRULING *de triplici in medicina evacuationis genere — insensibili transpiratione, somno, & veneris evacuatione* Lips. 1671. 4.

Erici Ericii PONTOPPIDANI *Epistola in qua verba avium & animalium voces exprimentia Danice redduntur* Hafniæ 1671. 8.

Antonii le GRAND *Institutio philosophiæ secundum principia* RENATI *des* CARTES Londin. 1672. 8. (potius 1671. 8., cum in tomo 1671. *Philos. Trans.* recenseatur) Noriberg. 1683. 4.*. Physiologiam tradit cum iconibus. Sectam, quam dixi, sequitur.

EJ. *Curiosus rerum abditarum naturæque arcanorum perscrutator* Norinbergæ 1681. 8.*. Compilatio, in qua varia physiologica parum firma.

EJ. *Historia naturæ elucidata, secundum principia stabilita in institutione philosophica* Lond. 1673. 8. 1680. 8. BUR. Libro VIII. agit de animalibus: libro 9. de homine & functionibus corporis: hic potissimum de sensibus.

EJ. *de carentia sensus in brutis* Lond. 1671.

L'Abbé BOURDELOT (*Pierre Michon* BOURDELOT) idem medicus Christinæ olim

olim familiaris, *Recherches & observations sur les viperes, en reponse à une lettre de Mr.* REDI Paris 1671. 12. BUR. In Italia sufficere succum flavum ad occidenda animalia. In Gallia egere auxilio biliosi spiritus viperæ. Levissimum hominem fuisse, pharmacopolæ famulum, tonsoris filium PATINUS (*a*). Veneno seipsum occidisse alii. Huc referas *Conversations de l'academie de l'Abbé* BOURDELOT *recueillies par le* S GALLOIS Paris 1675. 12.*

Ovidii MONTALBANI *Curæ analyticæ aliquot naturalium observationum Aldrovandicas circa historias* Bonon. 1671. fol. si huc facit.

CINTHIO d'AMATO *prattica . . . . di balsamare corpi umani* Napoli 1671. 4.

Secrets de la medecine des Chinois consistant en la parfaite connoissance du pouls Grenoble 1671. 12.

Novæ hypotheseos de pulmonum motu & respirationis usu specimen Londin. 1671. 8. GUNZ. Septum transversum non nisi antrorsum & retrorsum moveri, & pulmones cedere, neque a septo & costis moveri, sed aere elastico illapso repleri. *Ph. Tr.*

§. DXXXI. *Varii.*

Arnoldi v. AALSEM *de humoribus* Leid. 1671. 4.*.

Theodori SCHNEIDER *de pilis* Jen. 1671. 4. HE.

Nicolai Benedicti PASCHAL *Quæstio an Esau fuerit monstrum* Wittebergæ 1671. 4. UFF.

Andr. HOMBERG *de tentigine s. clitoridis nimia excrescentia* Jen. 1671. 4.

J. COPER *de oculo* Brem. 1671. 4.

Joh. Valentin WILLI *de ira* Argentor. 1671. 4.*.

EJ. in *Act. Hafn. Vol.* III. *obs.* 78. analysis albuminis ovorum.

Obs. 80. Integri fetus ex manco patre.

Obs. 82. Clitoris leporis ingens: fetus leporini tenerrimi, absque corporis involucris. Corpus luteum in lepore, vulpe, & tursione. Anastomoses duarum arteriarum umbilicalium. Bona dissertatio.

Fr. VESOU & *Petri* OZON *E. quibus ingenii vis major, minor est corporis* Paris 1671.

Lud. GAYANT & *Petri* YON *E. spiritus animales in cerebri substantia procreantur* Paris. 1671.

§. DXXXII. *J. Jacobus* HARDER,

Professor Basileensis, & in practica anatome diligens, & in comparata.

EJUS *Epicheiresis physica animæ humanæ s. intellectivæ naturæ imperium* Basil. 1671. 4.

EJUS

(a) Ep. 51. ad C. SPON.

EJUS *Examen anatomicum cochleæ terrestris domiportæ*, *cum app. de partibus genitalibus* (ejus animalis) Basil. 1679. 8.*. Integra anatome, maxilla superior, inferior, ingluvies, œsophagus, sacculus, officuli, vas lacteum, vas coliforme s. cellulatum, in quod vascula ab intestini tubulo eunt, processus vermiformes, vasa lymphatica, plexus lymphatici. Intestinum, hepar spirale a quo idem ramos habet, fæces globulosæ; Hepar quadrilobum, inde ad cor vas magnum. Cor cum pericardio; ejus magna vasa. Plexus tortuosus, bronchus. Ductus a vasculo lacteo, & a sacculo lacteo spirali ad testam.

In *appendice*, ova vidit in omnibus cochleis, & coitum, & utriusque coeuntis animalis corpus ofsiculo confixum.

Una prodiit Ej. *prodromus physiologicus* Basil. 1679. 8.*. Juvenile opus, in quo multa vestigia sunt veterum præjudiciorum, ut quatuor humorum, tum fermentationum. Pro epigenesi. Humores vero solos percurrit.

Ej. & L. SCHROECK *epistolæ aliquæ de partibus genitalibus cochlearum* August. Vindel. 1684. 8.*. Ovarium cochleæ, penem, etiam testes describit. REDI animam cogitabilem impugnat.

In *exercitationibus* PÆONIS & PYTHAGORÆ habet glandulas vesicæ alia, vide cum J. C. PEYERO.

Ej. *de viscerum præcipuorum structura & usu* Basil. 1686. 4.*.

Ej. *Apiarium observationibus medicis & experimentis refertum*, *scholiis & iconibus illustratum: cum responsione ad invectivas J. Baptistæ de* LAMZWEERDE Basil. 1687. 4.*, recusum 1736. 4. cum titulo *Thesauri observationum medicarum rariorum*, *experimentis physico-medicis*, *nec non scholiis &c.* Hoc opus inter HARDERIANA princeps est, magna quidem parte pertinens ad anatomen practicam, tamen etiam ad nostrum scopum. Observationes centum cum scholiis. Subsidiariæ observationes. Glandulas duræ matris habet, quas sibi tribuit PACCHIONUS. Ren maximus quadrifissus. Iterum de cochleis. Vesiculam lacteam videri testam generare. Experimenta venenorum vivis animalibus propinatorum, & animalium enectorum incisiones, ut ciconiæ, ranæ, serpentis. Fetus vitulini anatome & secundarum. Sic leporini & cuniculi Brasiliensis catuli. Uterus porcinus prægnans. Fetus humanus quinquemestris. Viscera canis, hinnuli, rupicapræ, aquilæ, gallinæ, tardæ, lacertæ, muris montani, talpæ: hæc MURALTI. Cum LAMZWEERDIO de generatione litigat.

Ej. *de chylificatione* Disp. Basil. 1688. 4.

Ej. *de naturalis & præternaturalis sanguificationis in humano corpore historia* Basil. 1690. 4. HE.

Ej. *de chyli secretione & distributione* ibid. 1698. 4. HE.

Ej. *de sanguinis motu vitali* 1694. 4. HE.

Ej. *de cerebri humani structura naturali* 1710. 4. HE.

In *Act. Nat. Cur. Dec.* III. *ann.* I. *obs.* 35. agit de puellæ rene unico sinistro.

In *app.* de rupicaprarum visceribus & ægagropilis. De foraminibus prope aures respirationi dicatis. Quatuor ventriculorum descriptio, valvula duodeni, vesiculæ seminales.

Ann. II. *obs.* 185. de molarum generatione.

Ann. IV. *obs.* 123. anatome muris alpini.

Ann. VI. *obs.* 103. de glandulis duodeni, tum *Dec.* III. *ann.* I. *obs.* 96.

Obs. 105. anatome erinacei.

Ann. IX. *obs.* 90. in allantoide vituli scybala.

Obs. 92. Cor hirsutum &c.

Dec. III. *ann.* II. *obs.* 172. puella nono anno prægnans.

Obs. 173. uvula nulla.

Ann. IX. X. *obs.* 63. lienes tres.

In *Act. Erudit.* describit novam glandulam lacrumalem, cum suo ductu excretorio, in cervis & damis visam. Eam etiam HEUCHERUS habet, & in *idea machinæ humanæ J. Mauritius* HOFMANN, cum ductu excretorio, circa initium membranæ nictitantis aperto.

§. DXXXIII. *Mart.* LISTER,

Medicus Eboracensis. Paradoxorum amans, cæterum in anatome animalium frigidorum exercitatus & diligens; denique R. ANNÆ medicus.

In *Phil. Trans.* 1671. de insecto suavi odoris in hyoscyamo vivente.

Ib. de pyrallidibus.

N. 73. de Kermes Anglico.

N. 76. iterum de insectis grati odoris & n. 77.

N. 95. Nullo pigmento potuisse se chyli candorem fucare. Glandulas miliares fragiformes intestinorum tenuium dicit.

In collect. HOOKII n. 6. Animal pisci simile, vomitu exclusum.

Apud BIRCH. Tom. IV. p. 169. de cæruleo colore chylo impertiendo, dum Indicum in intestinum infunditur, quod cum nonnunquam parum ex voto cessisset (*b*), a *Wilhelmo* MUSGRAVE feliciter repetitum est (*c*) (& à nobis). De eodem experimento *Phil. Trans.* n. 143.

In *Phil. Trans.* n. 149. de Chyli albedine.

N. 155. de cæco intestino animalium. Factum esse ad figurandas fæces.

N. 160. Senum exempla, inter quæ vir 126. annorum.

Apud BIRCH. T. IV. p. 292. Sanguinem equi viscidissimum esse.

p. 356. Videtur lympham illam in vasis lacteis sæpe pro morbi effectu habere.

Phil.

(b) p. 183. 184. (c) p. 186.

Phil. Transf. n. 229. Anatome pectinis, cor, branchiæ, partes generationi infervientes. Habet pro animale androgyno.

N. 244. Dubia contra LEEUWENHOECKIUM, etiam alibi prolata, & repetita ab obfcura origine vermiculorum feminalium.

In n. 270. fibi vindicat experimentum vaforum lacteorum cæruleo colore repletorum.

EJUSDEM *Hiftoriæ animalium tres tractatus. Unus de araneis, alter de cochleis terreftribus & fluviatilibus, tertius de cochleis marinis* Lond. 1678. 4.*. Aranearum hiftoria naturalis, ova; fila etiam quæ projiciunt. Cochlearum aliqua anatome, vafa lactea. Limacum coitus & intertexti penes, ut apud SWAMMERDAMIUM. Cochleæ pullæ humor coccineus, fexus androgynus.

EJ. *Exercitatio anatomica de cochleis maxime terreftribus & limacibus* Lond. 1694. 8.*. Tabulas HARDERI & REDI in fuum opufculum inferuit. Veros oculos effe tuetur, quos animal in antenna præfert. Branchiæ. Vifcus pancreati aut hepati hactenus analogum. Arteriæ, vafaque animalis. Cor, aorta ejusque rami, vena cava, vafa argentea per hepar & inteftina diffufa (quæ alias lactea dixit.) Cordis pulfus. Caput, dens unicus, gula, ventriculus cum cæca appendice, ductus inteftinalis. Hepar verius, lobulofum, quod nullam tamen bilem feparat. Inteftinula cæca cancrorum. Globuli fanguinei noftris majores. Genitalia cochleæ & coitus. Gladiolus irritans. Appendices vaginæ, ovarium, vulva, ova, partus. Negat cochleas alterne intortis flagellis coire. Perfpirationem nimiam a SANCTORIO defcribi moveat, doctus a CRESSENERIO.

Digreffio de refpiratione; aërem negat noftra vafa fubire, nifi cum chylo. Pulmonem effe fanguinis diverticulum, & difflare vapores, neque fanguinem in pulmone conteri: hæc Diff. recufa eft in B. MANGETI.

Mantiffa anatomica: ad cochleas. Auricula cordis minima. Chylum animalium quadrupedum fponte non concrefcere. Venarum in pifcibus magnam ad arterias rationem effe. Margarita morbus eft.

EJ. *Exercitatio anatomica altera in qua agitur de buccinis fluviatilibus & marinis* Londin. 1695. 8.*. Aliqua ad cochleas, earum branchias, & oculos & contra POUPARTIUM. Cochlea non eft androgyna; ejus teftes, anatome. Ad hepar inteftinale. Ova in alia fpecie & genitalia. Tunc buccina, eorum anatome, fexus androgynus, trachea, auricula, anatome, lactes coccineæ. Succus coccineus. In alia fpecie branchiæ duæ, auricula major. Purpuræ, & earum fuccus tinctorius. Nullum inter animalium arterias & venas parenchyma intercedere. Nervos folidos effe, irrigari lympha cerebri. Pro glandulis cerebri contra LEEUWENHOECKIUM. De aëre vitali. Nitrum in aëre nullum effe. Aër vitalis fulphureus eft & vaporofus; in omnes humores de fanguine fecretus tranfit, coctionem perficit, calorem in fanguini fufcitat, eum fanguinem in animalibus frigidis agitat. Cordis motus in cochlea arbitrarius. Fabricam glandulofam corticis cerebri contra LEEUWENHOECKIUM tuetur. Icones propriæ & pulchræ.

Ej. *Conchyliorum bivalium utriusque aquæ Exercitatio anatomica tertia* Londin. 1696. 4.*. Loliginis sed in spiritu servatæ anatome via alimentaria, vesicula, gladiolus, viscera, branchiæ, genitalia utriusque sexus, vesicula venenifera. Musculi anatome, cor, auricula, aorta. Pectunculi tracheæ, cor. In tellina tracheæ, intestinum, genitalia. Similia in chama. Pholadis anatome: ad concham margaritiferam aliqua, cujus uniones pro morbo habet. Bivalvia ex ovo & suis parentibus generari. Pro ovis. Objectiones contra LEEUWENHOECKII vermiculos. Testarum generatio & analysis. Pro fermento & putredine ciborum, contra tritum. Branchias solas arterias continere absque venis.

Hæc omnia redeunt in Cl. viri magno opere, quod cum præsto non sit, nescio an plura aliqua anatomici argumenti contineat.

Ej. *Journy to Paris* London 1698 8. 1699. 8.*. Germanice Schwabach 1753. 8. Continuo a pace Ryswicensi, Parisios adiit, studia doctorum virorum & nova inventa cominus inspecturus, Du VERNEYUM medias inter sordes anatomes deprehendit, inde MERIUM, quem laudat. Non ignoravit duram matrem multo longius produci, quam spinalem medullam. De lite J. MERY mota ob inversum sanguinis per cor fetus motum. Foramen ovale in homine adulto apertum.

Denique nunc senex, majus opus edidit, *dissertationem de humoribus* London 1709. 8.* Amsterdam 1711. 8.*. Magna pars physiologiæ in hoc opere comprehenditur. In præfatione medicinam geometricam increpat, quod ultra experimenta progrediatur & contra ea. Asperior cæterum in *Jacobum* DRAKE, *Fr.* RUYSCH, *A. v.* LEEUWENHOECK, *A.* PITCARNE. Maxima pars operis eo spectat, ut ostendat, a fermentatione, aut putrefactione, neque enim eas distinguit, ciborum coctionem pendere. Multa hic congerit ex animalium anatome repetita, lectuque utilia. Contra nitrum aëreum. Contra acidum. Salem marinum in sanguine esse. Inflati per laniones corporis experimentum. Sudorem in aquam salsam collegit. Secretiones omnes a chylo deducit, non a sanguine. Bilem ex chylo, sed parcissime parari. Menses muliebres fætere, viscidos esse. Non esse a plethora. Fuse in spiritus animales: irriguam in cerebro pituitam parari. In vermiculos LEEUWENHOECKII; ad venerem incitandum factos esse.

In *secunda exercitatione de Thermis & fontibus medicatis Anglice* Londinens. 1684. 8. Leid. 1686. 12.* agit de concoctione, eamque ad putredinem refert. Lac vaccinum ultimum salsum esse. Humores ex lympha nasci, semen, pituitam, alios.

Edidit etiam SANCTORII *medicinam staticam cum notulis* Londin. 1716. 12.* vide p. 324.

Reformavit & edidit J. GOEDAARTIUM, in methodum redactum Londin. 1685. 8.*. Multos & maximos errores GOEDAARTIUS commiserat, cum ichneumonum ova haberet pro ovis compunctæ crucæ, eique alienos fetus imputaret.

taret. Alios etiam errores LISTERUS correxit, & utiles adnotationes addidit, de repetitionibus monuit.

Addidit adpendicem ad historiæ animalium Angliæ tres tractatus; novas icones; & aliquas adnotationes.

Objectiones in LEEUWENHOECKIUM repetuntur in MANGETI *Bibliotheca Anatomica.*

In RAJI epistolis de tribus apum oculis egit.

§. DXXXIV. *Johannes* RAJ,

Magnus botanicus, suisque in arte laudibus dignissimus, passim aliquam partem physiologiæ adtigit. De generatione in *Phil. Transf.* n. 74. Omnia animalia ex ovo & ex suis parentibus prodiisse.

N. 172. ib. de ave fulica macreuse.

N. 308. posthuma reperitur anatome leporis, & cæci ejus intestini: tum gallinæ montanæ, & ejus appendicum intestinalium.

In *topographicis observationibus*, plures quam puellas pueros docuit nasci.

EJUS *wisdom of* GOD *in the works of the creation* London 1691. 8. Editio 8va. 1722. 8.* Glasgow 1750. 12. Pene totum opus est physiologicum. Animalium communia, generatio, instinctus, aptitudo partium ad suos usus: fabricæ avium ad volatum, piscium ad natatum aptatæ, fabrica mammarum, aponevroseos cervicis. Deinde fabrica hominis sigillatim per singulas partes. Constantia partium præcipuarum, varietas in minoribus. Digestio. Causæ & fines fabricæ oculi. Sensus. Respiratio. Generatio. Venus. Animalia ex semine aut ovo produci. Nullas novas species nasci. Sacci ad uropygium pro illinendis avium pennis.

EJUSD. *Synopsis methodica quadrupedum & serpentum generis* Londin. 1692. 8.* Generalia animalium. Contra generationem æquivocam, speciesque novas. Contra LEEUWENHOECKIUM pro ovis. Passim anatomen animalium addit, ex bonis citatis fontibus desumtam, fusam in nonnullis, ut in elephante & tajassu. Corpus sanguineum pro retinendo pene in cane de ED. TYSON.

EJ. *Three Physicotheological discourses concerning the primitive chaos and creation of the world &c.* London 1717. 8.*. In parte prima contra evolutionem scribit, negat nempe omnia animalia potuisse in Evæ ovario contineri, neque admittere eam theoriam nævos, qui fetus fabricam mutent. Quare ad plasticas naturas confugit.

EJUSD. *Insectorum historia à Guil.* DERHAM a morte viri optimi edita Londin. 1710. 4.*. Passim de victu, oculis, generatione, aliisque animalculorum proprietatibus.

EJUS *Synopsis methodica avium & piscium*, pariter posthuma Lond. 1713. 8.*. Parcior hic in anatome quam in quadrupedibus.

EJ. *Philoſophical letters between M.* RAY *and ſeveral of his correſpondents*, poſthumæ, a W. DERHAM editæ London 1718. 8.*. Paſſim aliqua huc facientia continent; LISTERI cicindelam, opinionem de excreſcentiis vegetabilibus, de venenatis ſuccis animalium, de kermes, de coccinella, quæ de eodem genere ſit. Ipſius RAJI anatome rajæ dorſo ſpinoſo. H. SLOANEI viperarum genitales partes maſculæ & femininæ. D. TOWNE aliqua ad canem marinum. JOHNSON ſuſpicatur, & recte, anguillam eſſe oviparam. TENTZEL de ſua ſceleto Elephantina. Cl. WILLOUGHBY ad variorum animalium anatomen.

De liquore acri formicarum.

De transfuſione ſanguinis teſtimonium, de tribus minoribus apum oculis. Puer ultra ætatem doctus.

Sanguinem nigritarum non atrum eſſe SKIPPON.

In *Select Romains* nuper anno 1760. 8.* editis paucula huc faciunt, de inteſtinalibus appendicibus piſcium.

§. DXXXV. *Varii.*

P. CHERUBIN d'ORLEANS *Dioptrique oculaire* Paris 1671. fol.*; & *viſion parfaite où le concours des deux axes de la viſion en un ſeul point de l'objet* ib. 1677. fol. Non putat anatomen cadaverum oculi in videndo munia declarare. Humorem vitreum & cryſtallinam lentem ſuas firmitates invicem commutare. Lentis anteriorem faciem parum facere ad cogendos radios, quæ corneæ concentrica ſit, poſteriorem magis. Unico oculo hominem in videndo uti negat contra GASSENDUM. Corneæ tunicæ in refringendo eamdem eſſe vim, quæ aquæ, experiendo invenit. Non in unum retinæ punctum radios confringi. Hæc in *dioptrique oculaire*.

D. FOURNIER, Chirurgus Pariſinus, edidit Paris 1671. 4.* *l'anatomique pacifique*, quæ pars eſt *Oeconomiæ Chirurgicæ*. Integrum compendium anatomes, per omnes ſuas partes, cum figuris, fere ex VESALIO ſumtis. Varia undique habet ſingularia. Cor ſanguinem ab hepate habere, in hepar expellere. Ciſternam chyli ait ſibi anno 1635. viſam, & lymphatica vaſa ſepti transverſi anno 1647.

§. DXXXVI. *J. Jacob* WALDSCHMIDT,

Carteſianus, cæterum non abſque ingenio vir, non quidem inciſor, Profeſſor Marburgenſis.

In *Eph. Nat. Cur. Dec.* I. *ann.* II. *obſ.* 210. de ſanguine albo.

Obſ. 212. infans cui, ſi diis placet, penis palatum legebat, oriſque cavitatem ad fauces uſque.

Dec. II. *ann.* VI. In ſuffocatis ſub aqua, neque in ventriculo, neque in thorace aquam reperiri.

Diſpu-

Diſputationes noſtri argumenti ſunt

De chylificatione Marpurg. 1674. 4.*.

De ſanguificatione quæ fit in hepate.

De glandulæ pinealis ſtatu ſecundum & præter naturam.

De generatione ex ovo (reſpondente *Dominico* BEDDEVOLE).

Inventa circa opium Marpurg. 1676. 4. ad ſomnum.

EJ. *de colore Æthiopum* Marpurg. 1683 4.*.

De cauſis partus monſtroſi nuperrime nati & de cauſis monſtrorum in genere 1684. 4.*. Puellæ noſtro more connatæ. Derivat a duobus ovis, quæ aura genitalis una fecundaverit.

EJ. *Specimen de ſenſibus* Marpurg. 1684. 4.

De chylo & ſanguine Marpurg. 1686. 4.*.

EJ. *Fundamenta medicinæ ad mentem neotericorum delineata* Marp. 1682. 8.* Leid. 1685. 8. Totus Carteſianus, ut etiam rarefiendo ſanguinem de corde velit erumpere.

EJ. *Inſtitutiones medicinæ rationalis* Marpurg. 1688. 8. Brevis phyſiologia.

EJ. & DOLÆI *Epiſtolæ in quibus in inventa anatomica, phyſica, chymica inquiritur* Leid. 1688. 12. Francofurt. 1689. 4.*. Aliqua habet huc pertinentia, NUCKII, BRUNNERI & aliorum amicorum. Quæſtiones etiam agitat de nævis, de cordis motu mirifica cogitata DOLÆI: alia WALDSCHMIDII. Tubercula cornuum ſimilia in puero. Urinæ fluxus maximus.

Opera omnia prodierunt Francofurt. 1707. 8. 2.Vol.* Neapoli 1727. 4. 2.Vol. 1736. 4. 2.Vol.

Edidit etiam poſtremam BILSII ad T. ANDREAM epiſtolam Marb. 1678. 8.* in T. ANDREÆ I. *de balſamatione.*

An ejus an filii *Erkenntniß Gottes aus dem Bau des Menſchen* 1706.

Video etiam citari *exercitationes medicas* Cliviæ editas 1677. 12.

Apud PASCHIUM legas, habere WALDSCHMIDIUM uteri cellulas.

§. DXXXVII. *Acta Naturæ Curioſorum.*

In *anno* I. *obſ.* 61. *Simonis* SCHULZE manus fetus ex terrore matris incurvæ.

Obſ. 84. placenta veſicularis.

Obſ. 135. lac ex mamma juvenis.

Ann. III. *obſ.* 190. ovum ſerpentiferum.

Obſ. 2. 3. abortus curatio.

Ann. IV. *obſ.* 75. menſium errores.

Georg. Chriſtoph. PETRI *de* HARTENFELS, Profeſſoris Erfordienſis, ren monſtroſus, minimus.

EJ.

EJ. de androgynis n. 203.

EJ. de dentibus Erfurt. 1697. 4. PL.

EJ. *Elephantis descriptio* Erford. 1715. 4.*. Anatomen etiam collectaneam continet.

Iterum Anonymi animadversiones. Pisces habere bene crassum diaphragma, neque tamen respirare. *Eph. Nat. Cur. ann.* I. *obs.* 156.

Obs. 157. pro viis propioribus urinam ad vesicam ducentibus.

Salomon REISEL, Medicus Würtembergicus. EJUS est lepus bicorporeus & biceps vitalis. *obs.* 199.

Ann. VI. VII. *obs.* 193. de noctu lucente urina.

Obs. 192. de submersis Suecicis.

Ann. VIII. *obs.* 28. de flamma ex oculis erumpente & litteras illuminante.

Obs. 30. de pinguedine in gelatinam soluta.

Ann. IX. *obs.* 1. Statua humana, in qua per tubulos circuitum sanguinis imitari licet. Adde *Dec.* II. *ann.* I. *app.*

Ann. IX. *obs.* 14. de sede visionis perfectissimæ.

Obs. 141. valvulas depingit in vena cava sub hepate, ad ortum ramorum hepaticorum positas.

Dec. II. *ann.* II. *obs.* 115. hernia cerebelli.

Obs. 119. ovum monstrosum.

Ann. VI. *obs.* 47. Vortices in urina bubula.

Ann. VII. *obs.* 9. anus & glans penis clausa.

Obs. 10. fetus ventralis.

Obs. 14. Corpus pene exsangue.

Ann. VIII. *obs.* 53. fetus deformis, cæcus.

Obs. 54. infans absque artubus.

Obs. 58. saliva dulcis.

Ann. X. *obs.* 97. de corneæ tunicæ laminis.

Dec. III. *ann.* III. *obs.* 23. partus novem annis in utero retentus.

Ann. IV. *obs.* 80. serosi lactis diuturnus de mammis fluxus.

Ann. V. VI. *obs.* 150. fuse de colore coronæ urinæ.

Obs. 151. Anus perforatus, intestinum terminatum sacco cæco.

Ann. VII. VIII. *obs.* 169. Ceti Narwhal bicorne caput.

Georg Sebastian JUNG, Professor Vindobonensis. EJUS est lepus duplicato corpore sed capite unico, auribus tribus n. 200.

Ovum ovo prægnans n. 201.

Caspar

Caspar Theophili BIERLING, MOLINETTI discipuli, practici Magdeburgensis, urethra ad radicem penis aperta n. 204.

EJUS *adversariorum curiosorum Centuria* I. Jenæ 1679. 4.*. Pleraque practica, intercurrunt tamen monstra aliqua, obiter quidem descripta. Modus condiendorum cadaverum VESLINGII aliorum. Varietas vasorum renalium. Rariorum per itinera ab auctore visorum catalogus, inter ea novum cranium apri, post prius destructum subnatum.

J. Georg. VOLCAMER, Senior ut puto, Physicus Norimbergensis. EJUS est *obs.* 221. partus fetus putrefacti.

EJ. Epistola *de stomacho* Noriberg. 1682. 4.*. Contra fermentationem ventriculi.

An EJUS de SEVERINO JASOLINO & INGRASSIA 1690. 4. BOEHMER.

Ehrenfried HAGEDORN, Medicus Görlizensis. EJUS est columellæ ab ipsa nativitate defectus n. 239.

Ova duobus vitellis n. 241.

Ann. III. *obs.* 136. lac ex mammis non fetæ.

Ann. IV. *obs.* 69. partus quadrigeminorum.

Ann. VI. *obs.* 145. Menses in nonagenaria.

EJ. *Historiæ medico-physicæ* Rudolstatt 1690. 8. idem puto opus quod *observationum & historiarum medico-practicarum Centuriæ* III. Francof. & Lipsiæ 1698. 8.*. Monstrum, nempe adpendix capitis, suturæ dehiscentes. Humores oculi in femina sponte restituti. Nullæ a nativitate auriculæ, nulla uvula. Dentium varietates. Nonagenarius fecundus. Menses præcoces, serotini, in gravida. Partus a morte matris. Bidigita. Ruptæ a morte venæ. Infans absque epidermide. Glans penis imperforata.

In SCULTETI junioris, Medici Norimbergensis, *obs.* 253. Andria, quæ mihi vir videtur.

Ann. II. *obs.* 27. de sanguine per cutem pedis transsudante.

Ann. III. *obs.* 22. Fetus biceps, bipes, manu tertia intermedia. Collata alia.

Henric. VOLGNAD EJUS est lepus semiduplex n. 94.

Ann. IV. n. 170. Dracones Carpathici, nempe animalis ex cetorum genere sceleti.

§. DXXXVIII. *Acta Hafniensia.*

Potuissem cum BARTHOLINI operibus recensuisse, qui *Acta* ista *medica & philosophica Hafniensia* solus ediderit. Cum tamen diversorum auctorum conjuncti sint labores, eos scriptores enumerabo, qui sua cum Editore communicaverunt. Prodiit tomus I. pro annis 1671. & 1672. Hafniæ 1673. 4.*.

Fridericus HAMMERICUS, classis Regiæ medicus, aliquot monstrosos partus, hominis & animalium ad BARTHOLINUM misit n. 24.

Erasmus BARTHOLIN, *Thomæ* frater. Ova aliqua longissimo tempore incorrupta n. 52.

Caspar KOILICHEN de ano clauso n. 84.

J. Henr. BRECHTFELD *obs.* 106. testiculus alter demum circa pubertatis tempora erumpens.

Ann. VIII. *obs.* 127. descripsit fetum capillis promissis, cincinnatis, nullis auribus, oculis.

§. DXXXIX. *Caspar* BARTHOLINUS, *Thomæ* fil.

Juvenis industrius, in adhibendis alienis laboribus non meticulosus (*d*), pervenit ad altiora, & inter Aulæ ministros consenuit.

EJUS primum opusculum fuit, leporis anatome. *Act. Hafn.* I. n. 136. In unico ventriculo tamen duorum generum massa cibaria, Cæcum int. maximum, latum, glandulosum. Cor magnum.

N. 139. Puella inediam ferens diuturnam. Sed latentis fraudis metus subest.

Vol. III. *obs.* 3. de globulis sanguineis nuper detectis.

Obs. 31. BLASIUM in equo voluisse vidisse felleam vesiculam.

Obs. 53. De chirurgia transfusoria aliqua.

Obs. 54. Paternam anatomen in Indicum sermonem conversam fuisse.

Vol. IV. *obs.* 3. de sua nova diaphragmatis anatome.

Obs. 4. de siphone anatomico.

Obs. 20. de glandulis uteri in muliere repertis.

Vol. V. *obs.* 13. de ovariis mulierum, & *obs.* 14. dubia de iis soluta.

Obs. 16. de olfactus organo.

Obs. 32. Methodus demonstrationum anatomicarum.

EJ. *Exercitationes miscellaneæ varii argumenti, inprimis anatomici* Leidæ 1675. 8.*. In Prima lympha potius quam sanguine a matre adveniente fetum nutriri contendit. In Secunda contra gallos oviparos monet, ovarium eos non habere. In VIII. cor negat sanguificare. In IX. non male fundum ventriculi aut uteri dici contendit.

EJUS *de diaphragmatis structura nova* Paris. 1676. 8.* & in B. MANGETI cum querela C. DRELINCOURTII, qui hoc opusculum sibi vindicat. Juvenis auctor vix 22. annorum. Ipsa anatome quidem fere ex animalibus sumta, & icones malæ. Decussationem tamen fasciculorum carneorum circa œsophagi anteriorem

(d) Vide conquerentem SWAMMERDAMIUM p. 675. DRELINCOURTIUM in B. MANGETI.

teriorem habet. Superiorem & inferiorem musculum in diaphragmate distinxit, ex utroque & abdominis transverso musculo trigastricum musculum composuit. Avium respiratio per saccos membranaceos facta, quos propriæ fibræ carneæ regant. Asperæ arteriæ & bronchiorum compressionem, ortam a propriis fibris, adjuvare exspirationem. Male diaphragma exspirationi servire cum DIEMERBROECKIO docet. Reliqua longe plurima fere totam physiologiam tangunt, & varias eo seculo celebriores hypotheses. Chylum per vasa lactea resorberi. Contra hepatis functionem hæmatopojeticam. Venam cavam sphincterem prope cor habere. Tendineas fibras unice carnearum motum sequi. De lymphaticis vasis, etiam intestinorum. Vasa, quæ vocantur lactea secundi generis, subinde lympham vehere. Glandulam prostatæ analogam in vaccæ vulva reperiri, (non bene illam ad hominem translatam). Glandulas ad latera vaginæ ex DUVERNEYO, fibras musculosas uteri ductusque ramosos describit.

Accesserunt C. BARTHOLINI injectiones viscerum cum siphonis icone. Venas aqua eluebat. Ea ex pulmonali arteria in asperum transit. Lienis & pulmonis siccatio.

Una prodiit *epistola* ad OLIGERUM JACOBÆUM *de nervorum in motu musculari usu*. Cerebrum & medullam spinalem ranæ describit. De organo olfactus animalium, etiam ranarium. Sublato eorum animalium corde & cerebro musculos pergere moveri, & emortua membra facile ad motum revocari. Contra WILLISIUM.

EJUSD. *de ovariis mulierum & generationis historia epistola anatomica* I. Rom. 1677. 8. *Ep*. II. Amsterdam 1678. 12.* Noriberg. 1679. 8. & in *Bibl.* MANGETI. Ductus mucosi uteri ex vaccis, & prostata muliebris. De corpore luteo aliqua. Ovariorum nomen confirmat. Addit aliqua contra BARBATUM, qui ova humana rejecerat.

EJ. *de œconomia corporis humani, exercitatio anatomica* Hafn. 1678. 4.*. De intestinorum varietatibus; de valvularum vasorum lymphaticorum ad sustinendos impulsos humores impotentia, de circulo sanguinis &c. Rangiferi intestina in helices involuta: Valvula cochleata intestini struthio cameli; Rajæ cæcum intunicum esse, marti nullum; damæ longum &c.

EJUSD. *Positiones anatomicæ ex novissimis aliorum & propriis observationibus* Hafn. 1678. 4. CINELL.

Cum LYSERI *cultro* Francofurti 1679. 8.* prodiit *administrationum anatomicarum specimen*, quod etiam in *Act. Hafn.* exstat, & in MANGETI Bibliotheca. Ordo demonstrationum anatomicarum pro seculi consuetudine. Demum instrumentum anatomicum. Microscopia commendat, & GRAAFIANUM siphonem: repletionem vasorum, pulmonis iterum & lienis præparationem docet. De cera brevissime.

EJ. *de cordis structura & usu* Hafniæ 1678. 4. MOELL.

EJ. *de olfactus organo disquisitio anatomica* Hafn. 1679. 4.* idem libellus, qui

qui in *Actis Hafnienſibus* reperitur, & in *ſpecimine anatomico.* Sectio narium ex animale. Spiræ oſſium ſpongioſorum, & varietates ex diverſis brutorum ſpeciebus.

EJ. *de ductu ſalivali hactenus non deſcripto obſervatio anatomica* Hafniæ 1684. 4.* Utrecht 1685. 4. In leone ductum longum, ex glandula ſublinguali exeuntem, deſcribit & cum Wharthoniano confluentem. Aliqua de glandulis in univerſum. Repetitur in *Phil. Tranſ.* n. 164. A DUVERNEYO ſumtum eſſe inventum MURALTUS in *Vademec. anat.*

EJ. *de formatione & nutritione fetus in utero* Hafn. 1687. 4.*. Diſp. Deſcribit fetum vaccinum in utero adhuc latentem, tubam ovarium amplexam.

EJ. *Exercitationum anatomicarum de partium ſtructura & uſu Prima* Hafniæ 1692. 4.*. Aliquæ adnotationes anatomicæ. De muſculo cutaneo hyſtricis, papillis cutaneis, & comparatione fabricæ animalium cum humana.

EJ. *de ſecretione humorum in corpore animato* ib. 1696. HE.

EJ. *de partium ſtructura & uſu* Hafn. 1696. 4.

EJ. *de reſpiratione animalium* Hafn. 1700. 4. HE.

EJ. *Specimen hiſtoriæ anatomicæ partium corporis humani* Hafniæ 1701. 4.* Amſterdam 1701. 8.*. Compendium anatomicum cum inventis nuperorum, ſplanchnologia potiſſimum, & nonnullis de muſculis & oſſibus in univerſum adn.

Acceſſerunt *Analecta obſervationum anatomicarum.* Hic bene de modo agit, quo peritonæum viſcera abdominis obvolvit. De ductu ſalivali inferiore. Circuitus ſanguinis per præcipua viſcera icone expreſſus. Nervi tunicæ uveæ ex avibus, organum olfactus ex variis animalibus. De diaphragmate aliqua. Muſculi vertebrales, ut in STENONIO. Quæ oſſa ſunt, ea fuiſſe tendines. Repetita aliqua, ut caruncula & puncta lacrumalia.

EJ. *de via alimentorum & chyli in corpore humano* Hafn. 1700. 4.* Dicitur opus eſſe EDUARDI WIUM.

Diſſertationem patris *de cygni anatome & cantu* auctam reddidit Hafniæ 1668. 8.*

EJUSD. *de unicornu obſervationes* Amſterdam 1677. 12.*.

In *Act. Hafn.* 1673. *obſ.* 114. Anatomen dedit pavonis. Ut aër inſpiratus per anuli aſperæ arteriæ defectum emittatur in cava membranarum thoracicarum.

§. DXL. *J. Conrad* BRUNNER,

Dieſſenhoffæ in Helvetia natus, magni WEPFERI gener, poſtea Profeſſor Heidelbergenſis, archiater Palatinus, Baro de BRUNN in Hammerſtein, vir acuti & firmi ingenii. Ad praxin clinicam vocatus, pauca dedit argumenti anatomici, ſed eximia.

Diſputatio inauguralis *de fetu monſtroſo & bicipite* Argentorati 1672. 4.*.

Anato-

Anatomen & sceleton continet fetus humani, cujus duæ pelves confluebant, duoque brachia.

Ej. *Experimenta nova circa pancreas, accedit diatribe de lympha & genuino pancreatis usu* Amsterdam 1683. 4.* Leid. 1722. 8.* & in B. MANGETI. Hic potissimum libellus sectæ SYLVIANÆ nocuit. Ut nempe pancreatici succi maximam in vita animali sustinenda dignitatem refutaret, BRUNNERUS difficili experimento pancreas canibus amputavit, aut certe ductum filo adstrinxit aut resecuit: octies administrationem repetiit. Plerique canes feliciter evaserunt, neque ullum signum dederunt vitiatæ coctionis alimentorum. Sed neque eum succum acidum comperit, verum subsalsum.

In *Diatribe.* Ex lympha, primario succo corporis humani, tum glandularum conglobatarum, tum conglomeratarum succos secerni. Pancreas principem esse fontem succi visciduli, qui alimenta emolliat & misceat: verum tamen instrumentum ciborum coctionis esse spiritum, qui cum lympha advectus cibos dividat. Pulchra experimenta de digestione absque tritu. Lympham undique confluere in cisternam lymphaticam s. ampullam ductus chyliferi proximam in subclaviam venam insertioni. In sanguine lympham globulos rubros irretire spiritusque. Corda animalium post aliquot dies salientia. Utique amnii humorem a fetu deglutiri.

Ej. *Respons. ad J. C.* PEYER *de pancreatis usu.* De animalium origine.

In nova editione accesserunt ex *Eph. Nat. Cur.* nova in pancreate instituta experimenta, & nova descriptio glandularum intestinalium.

Ej. *de glandulis in duodeno intestino detectis* Heidelb. 1687. 4.* Schwabach 1688. 4.*. A WEPFERO, PECHLINO, aliisque, indicatas hic tradit glandulas simplices duodeni, valde agminatas, quales raro adparent, homine tamen aliquoties visas, deinde in aliis animalibus. Eas chylo perficiendo servire.

Ej. *de glandula pituitaria Diss.* Heidelbergæ 1688. 4.*. Recte duplicem describit, anteriorem rubicundiorem, posteriorem albam, molliorem. Per infundibulum partem posteriorem inflari. Reti mirabili carere animalia, quibus caput erectum est. Equo gl. pit. major est. De vasis lymphaticis parotidis glandulæ aliqua. Pituitariam gl. esse de conglobatarum classe. Per eam amandari cerebri lympham, & ad venas per inconspicua vasa lymphatica meare. Nervorum olfactoriorum duplex origo. Sinum circularem indicat.

Uterque libellus recusus est Francofurti 1715. 8.* cum tabula glandularum duodeni s. pancreatis secundarii. Derasa tunica villosa intestini hæ glandulæ adparent, ex pluribus acinis compositæ, foramine patentes, & succum effundentes ad ignem concrescentem, in jejuno int. sensim evanescentes. Inde varietates per animalia. Distinguit suas solitarias ab agminatis vesiculis: eam lympham secernere, chylum non recipere. De vasorum lacteorum radicibus, in villosa tunica visis. Digestionem ciborum a spiritibus perfici. Lymphæ in ea usus. Aërem ex intestinis in venas venisse. Bilem non effervescere, acorem

tamen maſſæ cibariæ corrigere. Suarum glandularum humorem eſſe digeſtivum, Peyerianarum eſſe viſcum oblinientem. Iterum de cane, cui abſque noxa pancreas excidit.

In *Ephemeridibus Naturæ Curioſorum Dec.* II. *ann.* V. *obſ.* 241. novas ſuas glandulas indicat.

Ann. VII. *obſ.* 132. nova circa pancreas, & revinctum, aut diſſectum ejus ductum experimenta.

Ann. VIII. *obſ.* 1. Liquor hydropicus igne coactus.

Dec. III. *ann.* I. *obſ.* 152. Canalem in medulla ſpinali ſe vidiſſe.

Obſ. 154. In cerebro venas eſſe, & in ſinus inſeri.

Dec. III. *ann.* V. VI. *obſ.* 293. Experimentum STENONIANUM. Non arteriæ cruralis vinculum paralyſin cruris facere, ſed aortæ, unde medulla ſpinalis patiatur.

Cent. VI. *obſ.* 1. de reſorbtione in venas meſentericas.

Inciſiones aliquæ apoplecticorum in poſterioribus editionibus operis WEPFERI prodierunt.

§. DXLI. *J. Nicolaus* PECHLIN,

Kilonienſis Profeſſor, Archiater Holſaticus, nobilem proſapiam in Suecia reliquit, vir acer & ingenio valens, inque anatome animalium minime peregrinus. Ej. *de purgantium medicamentorum facultatibus exercitatione nova* Leidæ & Amſterdam 1672. 8.* 1702. 8. & in E. N. C. edita magna parte ſui huc pertinet. Florida quidem DRELINCOURTIANA & Græca nimis dictio. Cæterum huc facit tunica villoſa inteſtinorum melius expoſita, ejusque lympha concreſcibilis; glandulæ ventriculi & recti inteſtini ſuilli, agminatæ: veſiculares inteſtini tenuis glandulæ; confirmatio bilis ab hepate adfluentis contra SYLVIUM. Experimentum, vinculo ductui cyſtico injecto, per hepaticum tamen bilem advenilſe. Nihil ab arteriis in inteſtina percolari. De lymphæ motu & vi contractili vaſorum. Purgantium medicamentorum vim & in lactea vaſa penetrare & in meſenterica, totumque ſanguinem. Arterias deſtitui fibris muſculoſis, neque adeo periſtaltice moveri. Oeſophagi glandulæ; motus periſtalticus inteſtinorum.

EJUSD. *de fabrica & uſu cordis* Kiel. 1676. 4.* & in meis *Diſpp. ſelectis* T. II. Verum ſitum cordis habet, & ſuperiorem eſſe ventriculum intellexit, quem vulgo dicimus ſiniſtrum.

EJUSD. *de aëris & alimenti defectu* Kiel. 1676. 8.*. Hortulanum Holmienſem 18. horis ſub aqua glaciali ſtetiſſe & revixiſſe narrabatur: de ejus rari certe phænomini cauſa PECHLINUS inquirit. De avibus ſub aqua hibernantibus; de urſorum aliorumque animalium ſomno hiberno. De hominibus abſque reſpiratione viventibus, de urinatoribus, quam vitæ tenacitatem nitro aëris abundantiori tribuit; a qua ipſa cauſa & ab aquis nitroſis etiam ſui olitoris

ris diuturnam vitam repetit. Longa jejunia ad perspirationem suppressam, ad humores glutinosos refert. Nimium conjecturarum.

Ej. *Progr. anatom. cadaveris feminæ Æthiopicæ* præmissum, Kiel. 1675. fol. MOELLER.

Ej. *de habitu & colore Æthiopum qui vulgo Nigritæ* Kiel. 1677. 8.*. Semel Æthiopem viderat. Pinguiores & rotundiores esse artus horum hominum. Nigredinem in reticulo cutaneo residere, post MALPIGHIUM: hoc rete in canibus etiam vidit; in molles nodos villosque excrescere. Bilem ad tingendam cutem conferre, neque a sole atrorem esse. Sudoris & succi poros detexit. Adjecit chamæleonis phænomena.

Ej. *Observationum physico-medicarum* l. III. Hamburg. 1691. 4.*. Pathologici quidem scopi, ut tamen multa huc faciant. Atretæ: menstruorum varietates, eorum per verticem capitis & ulcus pedis eruptio, tum per pulmonem, nares &c. Pulsus arteriosi varietates. Chylus ex vena incisa; ossicula præternaturalia; ossium cranii generatio. Sudoris & transpirationis varietates. Chamæleonis, sed in Holsatia languentis, phænomena, ut vix colorem mutaret. Vesperi pallescere, noctu album esse: color illi viridis, anatome aliqua: adserti renes. Pulmones undique animal universum replentes. Ductus ex hepate in vesiculam ducentes. Vasa lymphatica sub oculis evanescere. Succum intestinalem cogi. Glandulæ intestinorum. Linguæ fabrica. Varietates tactus, aliorum sensuum, imaginationis errores. Affectuum animi potentia. Sitis crudelissima. Corpus humanum æstate turgere. Ex cæcis opacas lentes crystallinas extractas fuisse. Pro ductibus bilariis HIGHMORI.

In *Act. Nat. Cur.* IX. & X. *obs.* 28. 29. Menses præcoces in puella trienni & in gravida.

Non longe a PECHLINO removebimus *Jani* LEONICENI, Veronensis, *metamorphosin Apollinis & Æsculapii* Leid. 1673. 8.* exc. cujus alium video titulum *Metamorphosis Æsculapii & Apollinis* Gratianopol. 1728. sive nunc ipsius sit PECHLINI opus, sive dirigentis calamum DRELINCOURTII (*e*). SYLVIUM nuper morbo epidemico exstinctum acriter exagitat, ut etiam ejus mortem nimio opii usui tribuat. Non mitius GRAAFIUM increpat, ut neque grammaticis erroribus parcat: ejus acidum succum pancreatis ex analogia succi intestinulorum cæcorum piscium refutat. Malum fuisse experimentum GRAAFII, quo eum succum acidum esse sibi persuasit. Obscura cæterum satyra per totum opus dominatur, cujus sal mihi non sapit.

§. DXLII. *Isbrandus v.* DIEMERBROECK,

Professor Ultrajectinus. Ejus *anatome corporis humani* prodiit Ultrajecti 1672. 8. (*f*) Genev. 1679. 4.* 1687. 4 2. Vol. Leid. 1683. 4. Ultrajecti cum reliquis operibus 1685. fol.* Patav. 1688. 4. Gallice vertente J. PROST Lyon 1728.

(e) Conf. p.
(f) Sic passim sed 1671. 4. *Phil. Trans.*

1728. 4. 2.Vol.*. Anglice Lond. 1689. fol. vertente SALMON. Compendium anatomes & phyfiologiæ integrum, cum plurima controverfiarum excuffione. Proprias quidem incifiones vix fequitur; adnotationes tamen aliquas adfperfit, tum anatomicas, tum pathologicas. In partu difficili vidit offa pubis difceffiffe. Cervicalem defcendentem mufculum defcripfit, & a facrolumbali diftinxit. Qui clyfterem vomitu reddiderit.

Additamenta ad priorem fuæ anatomes editionem feorfim edita citat TREW. 4.

Benjamin a BROECKHUYSEN *Oeconomia corporis animalis, f. cogitationes fuccinctæ de mente, corpore & utriusque conjunctione*, Noviomagi 1672. 8.* Amfterdam 1683. 4. B. v. der Aa. Non eft, ut nonnulli putant, idem opus cum *Oeconomia animali ad circulationem fanguinis breviter delineata* Goud. 1685. 8.*, de qua alias dicemus.

EJUSD. *rationes philofophico medicæ* Haag. 1687. 4. LAMBERGEN. 1698. 4. B. v. der Aa. Idem priori opus. Auctor CARTESIANUS, dictione præterea pene poëtica ufus: fanguinem rarefcentem de corde erumpere, ignem in corde refidere docet &c.

Ignatii Gafton PARDIES *de la connoiffance des bêtes* Paris 1672. 12. d'ETR. Pro anima brutorum. Etiam in homine multos motus abfque cognitione (apperceptione) peragi, & abfque ea dari fenfationem.

Sic aliqua huc faciunt in *Friderici* LOSSII, Palatini, qui Dorceftriæ medicinam fecit, *Obfervationum medicinalium* L. IV. Londin. 1672. 8.*. Clyfter vomitu rejectus. Funefta obefitas. Hydatides per urinam. Menfium infolitæ viæ & tempora. Superfetatio, mola veficularis.

§. DXLIII. *Georgius* FRANK,

Naumburgenfis, Heidelbergenfis Profeffor, denique Hafnienfis. Non quidem incifor fuit, in floribus tamen rerum colligendis delectatus eft.

EJ. *Inftitutionum medicarum fynopfis* Heidelberg. 1672. 16.*. Breviffima.

Deinde numerofæ difputationes. *De reftitutione in integrum* ib. 1672. 4.

De fterilitate muliebri ib. 1673. 4.

De umbilico & vafis umbilicalibus ib. 1673. 4. Hafn. 1699.

Satyra I. *de hymene, pullorum exclufione, hepate, liene & eorum viscerum ufu* Heid. 1673. 4.

De faliva & vafis falivalibus ib. 1673. 4.

De teftibus virilibus & muliebribus ib. 1674. 4.

De fanguine menftruo per fe non malo, in viris rarius, in muliebribus citius & tardius jufto imo nunquam præfente ib. 1674. 4.

Satyræ medicæ Cont. VI. ib. 1675. 4.* homines fine vifceribus &c.

De anguillis, difceffu offium pubis ib. 1675. 4.

De

De impuberibus generantibus & parientibus ib. 1675. 4.

De auribus humanis mobilibus ib. 1676. 4. HE.

De superfetatione ib. 1676. 4. HE.

Quamdiu dormiendum ib. 1676. 4.*.

De triplici lacte virginis ib. 1678. 4.*. Exempla lactis in virgine visi.

Tr. *philologico-medicus de cornutis* ib. 1678. 4. joculare videtur opusculum. BURKHARDUS annum habet 1676. 4.

EJ. *de naso* ib. 1679. 4.

De principiis anatomicis ib. 1679. 4.

EJ. *Disputationes privato publicæ* VII. an. 1679. & 1680. Prima de urinis. reliquæ de calido innato, num coctio ab acido; de ortu animalium, de cibo & potu; glandularum divisione; glandula pineali; num lien sedes melancholiæ.

EJ. *Bona nova anatomica* ib. 1680. 4.*. Inventa recenset nuperorum.

EJ. *Bibliotheca parva Zootomica* ib. 1680. 4. BOEHMER.

EJ. & *Dan.* BSCHERER *de halitu humano* ib. 1681. 4.*.

De risu Sardonio ib. 1683. 4.*.

ID. *Anatomen suspensi indicat* ib. 1683.

EJ. *de autopsia & iconibus anatomicis* ib. 1683. 4.

EJ. *de studio anatomes* ib. eodem anno. BURKH.

Quinque programmata recensentur in ACT. LITT. MAR. BALTH. an. 1679. ad. 1681.

EJ. *Collegii disputatorii ad institutiones medicas conamina* VIII. an. 1686. & 1687.

EJUSD. *Satyræ medicæ* XX. quibus accedunt dissertationes VI. a filio G. FRIDERICO editæ, Lipf. 1722. 8.*. Aliqua collectanea & loci collecti auctorum.

In *Eph. Nat. Cur. ann.* IV. *obs.* 100. sudor unius lateris.

Dec. II. *ann.* II. *obs.* 128. Nova aliqua inventa anatomica.

Ann. III. *obs.* 201. quadrigemini.

Ann. VI. *obs.* 83. vir menstrua pariens.

§. DXLIV. *Varii.*

La generation des œufs defendue par EUDOXE & PHILOTIME *contre* ANTIGENE Rouen 1672. 12. PLATNER. Contra quemdam SAUNIER, Monspeliensem, qui epistolam suam refutaverat scribit anonymus. Non difficulter ostendit, hunc adversarium parum anatomes peritum esse. Ipse hypothesin proponit, nuper magno plausu acceptam, insitionem nempe plantæ masculæ in uterum, in quo comprehendat & radices agat. Negat

ova fuiſſe, quæ adverſarius in puella ſeptem menſium repererit. Deridet eundem, qui ovarium & uterum gallinæ deſcripſerat. Auctorem lego dici *Guilielmum de* HOUPEVILLE.

Lego etiam titulum *la generation de l'homme par le moyen des œufs & la production des tumeurs par les ſels* Rouen 1675. 12. d'ETR.

Tum *la generation de l'homme par le moyen des œufs & la production des tumeurs par les ſels, defendus par* EUDOXE & PHILOTIME *contre* ANTIGENE (nempe per *Guill. de* HOUPPEVILLE) Rouen 1676. 12.

Reponſe à la lettre de HOUPPEVILLE *de la generation de l'homme par le moyen des œufs* Rouen 1675. 8. d'ETR.

François ANDRE, Medici Cadomenſis, *de acido & alcali.* Gallice *Entretiens ſur l'alcali & l'acide* Paris 1672. 12. 1680. 12. BUR. Pro duumviratu contra R. BOYER. Italice rediit, vertente *Laurentio* BACCHETI in *Galer. Min.* 1696.

Georg Simon WINTER *de re equaria tractatio nova complectens* P. III. *ſecunda de forma coloribus, ſignis ac ætate admiſſarii & equæ ineundæ &c.* Lat. Gall. Germ. Nuremberg 1672. fol. cum titulo *vollkommener Roſſarzt* ibid. 1679. fol. 1685. 4. 1691. 8.

§. DXLV. *Diſputationes.*

J. Martin JOHRENIUS *de circulatione ſanguinis* Marburg. 1672. 4.*.

J. Henr. LAVATER εντεροπεριστολη *ſ. de inteſtinorum compreſſione* Baſileæ 1672. 4.* & in *meis ſelectis Chir.*

Gottfried Sigism. BIRNBAUM *de ſternutatione Diſp. prior & poſterior* Lipſiæ 1672. 4. HE.

Samuel SKUNK *de ſenſibus* Halle 1672. 8.*.

Erneſt REDSLOBIUS *de homine* Witteberg. 1672. 4. VAT.

Adam PURPIUS *humanæ nutritionis ratio* Witteberg. 1672. 4. VAT.

Everard WORKUM *variæ quæſtiones medicæ* Leid. 1672. 4.*: inter eas phyſiologicæ multæ.

Petri HOTTON *poſitiones quædam medicæ* Leid. 1672. 4.* Aliqua phyſiologica.

Wilhelm. Chriſt. KUEFFER *de lacte* Argentor. 1672. 4.*.

Balthaſar BEBEL *de bis mortuis* Jenæ 1672. 4. BURCKH.

Jacobus Severus JOHN *de menſtruis immodicis* Altdorf. 1672. 4.*.

Johannes USLEBER *de ſterilitate utriusque ſexus* Altdorf. 1672. 4.*.

Henr. MARTIN *Theſes medicæ miſcellaneæ* Baſil. 1672. 4.

J. Chriſt. ADLUNG *animadverſiones phyſico-medicæ bipartitæ in corollarium de ſanguinis motu* Erfurt 1672. 4. HE.

Arnold

Arnold ECKARD *de illis corporis functionibus, quæ a nulla anima pendent* Rinteln 1672. 4.*.

Phil. HARDOUIIN & *Frid.* BAZIN *E. sanguinis circulatio impossibilis* Paris. 1672.

Ant. de S. YON & *Nic.* BAVEAU *E. nothi ingeniosiores* ib. 1672.

Petri YON & *Renati* CHAUVEL *Ergo mulier ætate provecta cui menstrua dudum defecerunt gravidari potest.* ib. 1672.

Guill. LAMY & *Man.* HELLOT *Ergo sensus veneris a tactu diversus* ib. 1672.

Guill. LAMY & *Nic.* PELLETIER *Ergo chylosis a succo acido* ib. 1672.

§. DXLVI. *Academia Naturæ Curiosorum.*

Hieronymus Conrad WIRDUNG ab HARTUNG, Medicus Schwarzenbergicus, *ann.* III. *obs.* 68. de generationis modo: bonam habet descriptionem ovi humani & embryonis.

Samuel LEDEL, Medicus Grunbergensis, EJ. *obs.* 83. sudor post mortem.

Obs. 84. vermis biceps.

Dec. II. *ann.* I. anno 145. gallus oviparus. *Ann.* II. *obs.* 34. sudor sanguineus.

Obs. 98. cerva cornuta.

Ann. IV. *obs.* 18. calor in cadavere ad quartum diem superstes.

Ann. VI. *obs.* 64. caput semiduplex.

Ann. VII. *obs.* 43. vagitus uterinus.

Ann. VIII. *obs.* 86. menses per vulnus digiti.

Ann. IX. *obs.* 3. Mamma absque papillis.

Obs. 36. sudor a morte.

Obs. 37. menses venenatos esse.

Dec. III. *ann.* II. *obs.* 49. Quadrigemini.

Obs. 50. anus imperforatus.

Obs. 52. sudor in uno latere.

Dec. III. *ann.* III. *obs.* 107. alter testiculus in abdomine resii.

Ann. VII. VIII. *obs.* 60. cuticula ter intra mensem novata.

Obs. 93. lintea lucida.

Melchior FRIBE, Medicus Haynoviensis, *Dec.* I. *ann.* III. *obs.* 98. penis in parte inferiore perforatus.

Obs. 165. partus biceps, bipes, brachiis duobus, & tertio imperfecto.

Friderich LACHMUND, Hildesheimensis, *obs.* 103. de visceribus sub cute prominentibus.

EJUSD. *Epistola de ave diomedea data* 1672. & cum REDI *insectis* excusa Amsterdam 1686. 12.*. Cranium avis depingit, & ovum isthmo interceptum.

Ann. IV. *obs.* 182. vespertilio large caudatus. EJUS sceletus.

Obs. 183. Testudinis sceletus.

Johann. SCHMIEDT, Gedanensis Medicus, idem ut puto, qui chirurgiam infusoriam administravit, & quem cum FABRICII nomine citavi p. 555. 559.

Dec. I. *ann.* III. *obs.* 123. lac ex secta vena.

Ann. IV. *obs.* 22. nævus.

Obs. 23. menses præcoces.

Obs, 27. anima frigida.

Obs. 28. puella capite monstroso.

Obs. 63. monstrum vitulinum biceps, unica cervice.

Ann. VIII. *obs.* 86. de lacte in mammis puellæ modo natæ.

Obs. 96. pro mortua habita & suscitata.

Ann. IX. X. *obs.* 61. pulsus in utroque carpo dissimilis.

Gottfried SCHUBART, Practicus Bergensis, *Dec.* I. *ann.* III. *obs.* 138. sternutatio tercenties repetita.

Ann. VI. VII. *obs.* 75. de illis sub aqua mersis Langelotianis.

Christian RUDNICIUS, Practicus Gedanensis, *obs.* 159. cæcum intestinum vulpis & leporis.

Henrich SAMPSON, Londinensis, *obs.* 168. Hermaphrodita, quæ in *Phil. Trans.* dicta est. Videtur vir fuisse cum perinæo fisso, & glande cæca.

Obs. 169. fetus valde imperfectus.

Obs. 171. Anatome catellæ jamjam pariture. Omentum per diaphragma in thoracem adscenderat.

Obs. 172. duo lienes in homine.

Obs. 17 . Asitia puellæ absque enthusiasmo, deficientibus omnibus excretionibus.

In *Phil. Trans.* n. 146. homo omnibus visceribus ita inversis, ut etiam ductus thoracicus in dextram axillarem venam inmitteret.

Henricus SCRETA, Scaphusiensis, *Dec.* I. *ann.* III. in n. 217. puella sexennis undique adulta.

Obs. 177. de gallo gallinaceo ova pariente.

Daniel LUDOVICI, Gothanus, *obs.* 155. maxima discessio ossis pubis in partu.

Ann. IV. *obs.* 207. Moschi folliculi, tum *ann.* IX. X. *obs.* 48.

Obs. 208. rostrum leporinum, ut putat ex nævo.

Ann. VI. VII. *obs.* 242. fetuum caninorum anatome, continuata *anno* VIII. *obs.* 17.

Ann.

Ann. VIII. *obſ.* 68. ſopor ex terrore diuturnus.

Obſ. 69. Partum ſeptimeſtrem ſpeciem eſſe abortus.

Obſ. 160. de ruminatione hominis brutorumque.

Paulus de SORBAIT, Profeſſor Wiennenſis, *Dec.* I. *ann.* III. *obſ.* 273. impraegnatio facta pene non inmiſſo.

EJUSD. *Univerſa medicina tum theoretica tum practica* Noriberg. 1672. fol. Wien. 1681. fol.

Inſtitutionum medicarum nova & aucta iſagoge Wien. 1678. 4.

Johannes JAENIS, Uratislavienſis, *obſ.* 277. fetus acephalos.

Franciſci BOUCHART, *obſ.* 10. lac ex femina neque feta, neque lactente, ſed ex vetula.

Obſ. 12. oſtentum Dolanum & 13. aliud, labio leporino duplici artubus imperfectis.

Chriſtophori ROESLER, Medici Anhaltini, qui vertente ſeculo 16. vixit, obſervationes poſthumae breves. Inter eas eſt partus a morte.

§. DXLVII. *Philoſophicae Tranſactiones.*

N. 87. *Thomas* PLATT epiſtolam ſcripſit de novis experimentis cum viperarum veneno Florentiae inſtitutis. Mortuae viperae dentibus compuncta animalia perierunt. Recuſa eſt in operibus REDI T. II.

Apud BIRCH de morte ſub aquis agitur, & de modo quo in Finlandia extinctos ad vitam revocant. Nimis longo tempore vitam ſub aquis ſuper eſſe adfirmat.

Johannes TEMPLER canem ſpiritu vini lotum reddi rachiticum.

IDEM in *Philoſ. Tranſ.* n. 93. de echinorum corde ſaliente, poſtquam ex corpore evulſum eſt.

Apud BIRCHIUM (g) reperitur minime ſpernendum W. NEEDHAM, G. CROONE & KING de lite inter SWAMMERDAMIUM & GRAAFIUM judicium. GRAAFIUM arteriam ſpermaticam virilem recte depinxiſſe. Credere ſe GRAAFIO, vaſa efferentia teſtis dicenti. Utique ductum deferentem communicare cum veſicula ſeminali, & recte eam conjunctionem a GRAAFIO delineatam. In nonnullis animalibus ductus deferentes cum veſiculis non communicare, quam fabricam ex variis animalibus deſcribit. Non immerito GRAAFIUM SWAMMERDAMII TULPIO dicatam tabulam carpere, errores tamen in nuperioribus figuris correctos eſſe. Generationem pulli ſe in multis aliter habere, quam ſit ab HARVEJO ſcriptum (h).

(g) III. p. 88. 103. (h) p. 40.

§. DXLVIII. *Franciscus* WILLUGHBEY.

Cum anno 1672. nondum quadragenarius obierit vir nobilis, ejus opera hic recenseo, quæ *Johannes* RAJI posthuma edidit, quo tutore varia itinera obierat. Huc ergo *ornithologia s. de avibus libri* III. Recognovit, digessit supplevit J. RAJ Londin. 1676. fol.* Anglice versa ab eodem RAJO, & cum appendice edita Londini 1678. fol. Liber I. huc pertinet, quo anatome avium altqua traditur, potissimum collectitia, quo communia avium traduntur, & ea quibus volucrum viscera ab aliorum animalium visceribus dissident. Deinde generatio avium, & de ætate aliqua; propria singularum avium mensura, pondera; aliqua anatome. Glandulas uropygii minimas esse in avibus, quibus cauda nulla est: iis pennas suas ea animalia ob ungere. De bulbo ventriculi; de appendicibus intestinalibus, & earum varia longitudine, longissimis in gallina, in carnivoris brevissimis, nullis in picis. De crassissimis musculis pectoralibus, quibus aves alas regunt.

Ej. *Historiæ piscium* libri IV. Opus recognovit, coaptavit, supplevit, primum & secundum librum adjecit *Johannes*] RAJ Oxon. 1686. fol.* sumtibus Societatis Regiæ. Anatomica pleraque RAJI sunt. In L. I. communia piscium a reliquis animalibus discrimina ex bonis fontibus collecta. In L. II. cetaceorum piscium historia, & sæpe anatome. In reliquis piscibus passim etiam aliqua viscerum memoria. Cetum Narwahl sensit bicornem esse. In asello ostendit membranam mobilem, qua oculus possit operi.

Supplementum ad hoc opus prodiit Londini 1743. fol. nempe index piscium in *Francisci* WILLOUGHBY ichthyologia descriptorum & nominum ex notis M.S. TANCREDI ROBINSON aliisque fontibus, etiam conspectu classium piscium. Edidit CROMWELL MORTIMER.

§. DXLIX. *Anton. v.* LEEUWENHOECK.

Hoc anno 1673. primum *Antonii* LEEUWENHOECK aliqua experimenta adparuerunt. Delphensis civis, exercebat se vitris convexis poliendis, quæ limpidissima parabat, etsi post mortem in ejus apparatu nulla valde augentia (*i*) vitra reperta sunt. Nisi forte, nam arcana amabat (*k*), neque a morte revelavit omnia. Interim totis quinquaginta annis se usui eorum vitrorum, molem apparentem minimorum corpusculorum augentium, unice dedit, & quæ nova sibi videbantur, cum Regia Societ. Brit. communicavit. In anatome, ut in aliis artibus, ipse quidem fere amusos (*l*) fuit: cum tamen diligenter vitris uteretur, multa vidit, quæ accedente doctorum virorum industria non mediocrem ei famam conciliarunt (*m*).

Primum in *Phil. Transf.* n. 94. & 97. aculeum apis describit, vaginam & duos veros

(i) Non vendebat UFFENBACH. itin. III. p. 360.
(k) Habuisse arcana BIRCH. IV. p. 365.
(l) BIRCH. IV. p. 366 latine non calluisse. Ejus errores HILL *review* p. 157.
(m) Non debere LEEUWENHOECKIUM sperni LEIBNIZ oper. T. II. ad BOURGUET.

veros aculeos. Dentes apis, oculos, qui cum favorum habeant fabricam, ipsi videntur moduli esse, ad quos hæc animalcula suos favos melliferos struant.

N. 102. tum 106. sanguinem ex globulis conponi hic primum docet: sed & lac & adipem & pilos & lanam, & quæ non, globulis constare.

N. 106. epidermidem ex squamis componi. In sudore globulos esse.

N. 117. Nervi optici structuram describit, maculas medullares, cellulositate cinctas. In sanguine suo globulos se reperisse modo duriores, modo molliores.

Esse in sanguine particulas quadrangulares.

N. 133. 134. de animalculis, in aqua cum variis seminibus & herbis infusa nascentibus.

N. 136. de carne, quæ & ipsa globulis fiat, & de cellulosa tela fibras uniente. Cerebrum etiam & medullam spinalem globulis fieri pinguibus, diversis a sanguineis.

In BIRCHII T. III. p. 347. eadem & præterea, sanguinem anguillarum fieri acutis tubulis. Se in anguillis vivas anguillas vidisse.

In *Phil. Transf.* porro n. 140. fabrica dentium ex tubulis conpositorum. Fabrica capilli, medullæ, bulbi.

N. 143. Epistola jam ab anno 1677. scripta hic recensetur, in qua *A. v.* LEEUWENHOECK viva animalcula describit, in semine masculo hominis & animalium visa, capite prædita longaque cauda. Ova muliebria jam nunc refutat. De eo invento agitur apud BIRCH. III. p. 332. 494.

In *Lectionibus* CUTLERIANIS R. HOOKE anni 1679. prodiit epistola anno 1677. data, in qua mirificum numerum computat animalium, quæ in aqua piperata vivunt, & de eorum exilitate agit.

Ibid. de globulis sanguineis. Quemque habere involucrum, in quo habitant sex globuli minores. Globulos etiam in pituita intestinali reperiit.

In n. 1. *collectionum philosophicarum*, pariter anno 1679. editarum, describit animalcula seminis masculi, ex variis animalibus, eorumque numerum init.

In n. 3. vermiculos seminales dicit in variis insectis etiam perminutis. Vera animalcula esse, quæ reperiuntur in aqua cum fœno, pipere &c. infusa.

In n. 4. de capillorum & setarum fabrica: in istis intus medulla fistulis facta numerosissimis. De vermiculis ex naribus expressis, qui fiant materie, quæ pilos alit. In materie fluida fæcum globuli, & in urina equæ.

In n. 5. Nunc fatetur, non ex globulis fibras musculorum conponi, sed rugis transversis exsculpi. Fibram esse fibrillarum fasciculum. Et fibram & fibrillam suam propriam membranam habere. Sanguinis piscium particulas ovales esse. Globuli istis minores in sanguine. Testarum laminæ.

In n. 7. Iterum musculosas fibras cancrorum plenas esse rugarum, & fieri fasciculis.

Phil.

Phil. Tranſ. n. 145. Contra ova & ſyſtema ovariſtarum. Omnium animalium muſculos perinde transverſis inſigniri rugis. Generatio pulicis. Globulos ſanguineos in ſex minores globulos a ſalibus diſſolvi. Nullas in ſanguine bullas eſſe aëreas.

Ib. n. 152. Vermiculos ſuos in ovis nidulari. De particulis planis & ovatis, in ſanguine ranarum viſis. Iterum de fibra muſculari. Ventriculum contractione ſua poſſe cibum comminuere.

N. 159. Epidermidem ſquamulis fieri. In dentium ſordibus animalcula eſſe, non in ſaliva. Nullos eſſe in epidermide poros.

N. 160. De infante ſquamoſo. Nullas ſe in vaſis ſanguineis anaſtomoſes reperire. Tunicam villoſam eſſe muſculum internum inteſtini.

N. 165. De laminis fibrisque lentis cryſtallinæ, ejusque fiſſione trifida.

N. 168. De cerebri fabrica: minutiſſimis & tamen rubris globulis, in cortice viſis: ejus natura vaſculoſa, adipoſis in medulla particulis. Cryſtallinam lentem humanam ſubflavam eſſe. Squamæ anguillarum.

N. 170. De ſalſis in ſanguine particulis.

N. 174. Memorabilis Diſſ. de generatione. Utique ſe in cornu femellarum uterino vermiculos ſeminales poſt coitum vidiſſe, atque adeo utique ſemen maſculum in uteri intima penetrare. Se die 17. in fetu ovillo, octies piſo minore, omnes partes animalis diſtinctas vidiſſe, ſexto etiam a venere die in cuniculo rotundam veſiculam in uteri cornu &c.

N. 196. Anatome teſticuli gliris, ex manifeſtis filamentis compoſiti. Animalcula in oſtreis.

N. 197. De vermiculis, ut putabatur, cutaneis, qui merus ſint adeps. De ſquamis epidermidis, per quarum intervalla putat materiem exhalare.

N. 199. Aliqua de generatione animalium.

N. 202. De fabricæ ligni cum fabrica oſſium ſimilitudine. De vaſis porisque exhalantibus, quos nunc demum invenit, & per quos, non autem per ſquamarum intervalla, perſpirari docet.

N. 205. In ſudore globulos vidit, ſalſasque particulas quadratas, & in bile globulos.

N. 213. De phalæna granariorum & inſectis microſcopicis.

N. 221. De ſexu & ovis anguillarum, hactenus veri ignarus, qui androgynas putat eſſe. Motum ſanguinis in iis animadvertit. De acarorum generatione.

N. 240. De oculis ſcarabæi objecta multiplicantibus, tamen ut perminuta adpareant De nervo cujusque corneæ tunicæ optico.

N. 255. Ad Listeri objectiones. Poſſe vermiculos ſuos duorum eſſe ſexuum, ſeque propagare.

Ib. De

Ib. De *D. de la* PLANTADE homunculo in vermiculo involuto. Non adeo perfecta esse animalium rudimenta. Recte sensit Batavus figmentum videri, quod GALLUS vidisse voluit.

N. 260. In girino putat se vidisse sanguinis circuitum; arterias afferentes in venas continuatas, cum oscillatione & retrocessione.

Idem n. 261. in rana. Vidisse se putat, sanguinis motum a musculorum actione substitisse, a quiete rediisse.

N. 263. Circuitus sanguinis in pisciculis visus. In globulis incertus est, nam & ovatos vidit & rotundos, & utrosque ex sex globulis conponi putat. Circuitum describit per vascula media arteriam unientia cum vena peractum.

N. 265. De vermiculis dentium, acaris, eorumque ortu.

N. 266. De aphidibus. Eas absque miscela sexuum generare, & vivis animalculis prægnare. Muscas ichneumones in aphides ova deponere.

N. 268. De vermiculis spermaticis ab anno retro 1674. sibi visis. Contra HARTSOEKERUM & ejus icones. Ipse caudas constanter depingit flexuosas.

N. 270. Iterum de vermiculis seminalibus asellorum & arietis.

N. 272. De aranea, ejus tela & generatione, fuse.

N. 273. De vasis sanguiferis corneæ tunicæ.

N. 279. De vermiculis spermaticis gallorum, anguillarum similibus, diu superstitibus, postquam de teste exemta sunt. De pene aranearum & earum animalculis spermaticis. De animalculis pluviæ aquæ. De circulatione sanguinis in minimis enguillis.

N. 283. Memorabilis iterum libellus. LEEUWENHOECKIUS hic describit polypum vulgarem, cum fetubus de latere germinantibus, tum polypos alios; ramosum de tubulo prodeuntem, petiolatum, campaniformem.

Sic n. 286. videtur describere polypi, certe zoophyti genus, arbusculæ simile & ramosum, motu communi præditum, cum globulis agminatis de cortice exeuntibus.

N. 289. De animalculis hepatis ovilli.

N. 292. De Coccinella. Esse animal.

N. 293. De crystallina lente variorum animalium, ejusque striis & laminis, etiam

N. 295. & 337. animal rotiferum ex tubo eminens describit.

N. 307. De fibrosa fabrica lienis non carnosa; & de proboscide pulicis ejusque vagina.

N. 311. De fabrica margaritarum, testæ ostreæ (in qua vasa vidit.)

N. 312. De particulis ramosis materiæ albæ, qua lingua in febre obducitur. De eadem materie n. 318.

N. 314. Aliqua de ſanguine ex vaſculis inteſtinalibus effuſo.

N. 315. De papillis & velamentis linguæ bubulæ & porcinæ, deque villis ſ. papillis graciliſſimis filiformibus. Papillæ ramoſæ ſunt & conglomeratæ.

N. 319. De motu cordis in piſcibus, deque ſanguinis motu: eum in arteriis perenni fluento putat pergere, in venis alternis retardari vicibus.

N. 320. Papillæ, foramina, glandulæ palati bubuli.

N. 323. Lanam eſſe, quæ data fuerit pro pilis, a femina per urinam ejectis. Ut circuitus ſanguinis in anguillis adjuvante microſcopio cerni poſſit.

N. 324. Aliqua de pilis & eorum bulbis.

N. 333. De Acaris, eorum pilis, ovis, animalculi excluſione, aliis animalculis.

N. 334. De carne balænæ, ejusque fibris, cute, nigro ſanguine.

N. 336. De cute elephantis.

N. 339. In omnibus animalibus fibrillas membranulis (celluloſa nempe tela) ambiri, potiſſimum etiam in balæna.

N. 366. Mira de vaſis oſſium hypotheſis, quæ credit non ex perioſteo in os venire, ſed ex oſſe in perioſteum, indeque per univerſum corpus didi.

N. 367. De celluloſa tela ambeunte fibras muſculares, quam fere invenit: de vaſis ex ea tela has fibras adeuntibus & per fibras in ramos diviſis. De transverſis fibris intra muſculos viſis. De eorum vaſculorum parvitate, quorum diameter quater minor ſit diametro globuli rubri.

N. 368. Eadem in aliis animalibus, inque piſcibus repetit.

N. 371. Iterum de carne, ejusque fibris; deinde de adipe, cujus particulas putat hilum habere, ut ſemina leguminum; tum numeroſa vaſcula.

N. 373. Fetum in utero ovis majuſculum quinto a venere die ſe reperiſſe putat; ſed certo bono ſeni a lanione impoſitum fuit, vix enim vigeſimo die ovicula ejusmodi molem adtigerit. Porro adverſus ovorum hypotheſin; nimis magna eſſe, neque poſſe per tubam iter invenire. Ea ova meris conponi vaſculis.

Idem de callo manuum ex particulis rhomboideis conpoſito.

N. 377. Aliqua de globulis ſanguineis eorumque menſura. Iterum anguillas omnes eſſe feminas.

N. 379. De fabrica diaphragmatis, membranulis plicatis inter fibras tendineas poſitis: foraminulis a pectore ad abdomen penetrantibus.

N. 380. Iterum de globulis in omni animali conſtanter ejusdem magnitudinis.

De animalium generatione: ſecum Leibnizium ſentire.

Martini Folkes relatio de microſcopicis Leeuwenhoeckii. Limpidiſſima fuiſſe vitra, non vero maxime augentia: multum adjutum fuiſſe apta objectorum diſpoſitione.

Hoc

Hoc demum anno 1723. pene nonagenarius obiit. Ejus scripta varie edita sunt, quæ plerasque neque tamen omnes, epistolas ad Societatem Regiam Britannicam, deinde etiam alias complectuntur. Ecce catalogum, quem puto plenissimum, esse ex *L. Theodori* GRONOVII Bibliotheca sumtum.

Ondervindingen en beschryvingen der onsigtbare geschapene waarheden vervat in verschiedene brieven an het K. Soc. Leidæ 1684. 4. B. THOMAS.

Ontdekkingen en ontleedingen van sout figuren, van levendige dierkens in mannelyke saden der Baermoeder ingestort, en van de voortteelinge Leid. 1685. 4.

Ontleedingen en ontdekkingen van het begin der planten, en zaden van boomen, waaruyt beweezen word, dat ieder boom och plant zyn rol van mannekee en wyfken speelen moet, als mede dat dieren van verscheyde aart met malkanderen verzamlende noodzaakelyk moeten schepzels hervoorbringen, die nog na de vader, nog na de moeder gelyken Leiden 1685. 4.

Ontledingen en ontdekkingen van de Cinnaber naturalis en buspoeder, van het maakzel van been en huyd, van de walnoot, kastanje, ookernoot; van de voortteling van zaaden vergeleeken by de voortteelinge van garneel krabbe en kreeft: waar in de duygzamheid van Eykenhout bestaat Leid. 1686. 4.

Vervolge der brieven geschreeven aan de K. Soc. in Londen Leid. 1688. 4.

Natuurs verborgentheden ontdekt zynde een tweede vervolg der brieven geschreeven aan de K. Soc. Delft 1689. 4.

Ontledingen en ontdekkingen van onsigtbare verborgentheden Leid. 1691. 4.

Derde vervolg der brieven geschreeven aan &c. Delft 1693. 4.

Vierde vervolg &c. ib. 1694. 4.

Vyfde vervolg der brieven geschreeven aan verschydene hooghe standspersoonen en geleerde luyden ib. 1696. 4.

Zes de vervolg geschreeven aan verscheide hooghe stands perzoonen en geleerde luyden Delft 1697. 4. AND.

Vervolg, waar in gehandelt wordt van veele opmerkens en verwonderens waardige natuurs geheimen Delft 1702. 4. AND.

Sendbrieven 200: aan de hoogedeleheeren de Koninglyke Soc. als aan andere aanzienlyke en geleerde luyden over verscheyde verborgenheden der natuur ib. 1718. 4.

Anno 1696. prodierat collectio *natuurkundige werken* Delft 4. HOTTON.

Opera omnia latine recusa sunt Leid. 1722. 4°. 4. Vol.*. Hac collectione continentur, *Anatomia & contemplationes.* P. I. Hic tres *epistolæ ad Soc. Reg.* 1683. & 1684. *datæ*, agunt de structura cerebri, lente crystallina, generatione animalium, vermiculis spermaticis, comminutione ciborum & motu cordis: Videntur prodiisse 1685. 4. tum Leidæ 1696. 4.* B. B.

Deinde *P. altera*, *s. quindecim aliæ epistolæ ad annum* 1686. In iis de animalculis spermaticis variorum animalium: aliis vermiculis; carne & ejus fabrica

in quadrupedibus & piſcibus: de gallis quas oſtendit ex vermiculis naſci: de ovis & embryonibus variorum animalium.

Hæc prodierunt Leidæ 1687. 4.* cum titulo *Anatomia & interiora rerum*, tum Leid. 1696. 4. B. B.

Continuatio epiſtolarum Leidæ 1689. 4. 1696. 4. 1715. 4.*. Epiſtolæ ſunt octo anni 1687. ad Soc. Regiam omnes, de dentium fabrica, bombycum ovis & generatione, tum curculionum & formicarum. Coccinellam eſſe animalculum. De variis minutis animalibus, & de motu chyli in acarorum inteſtinis.

Arcana naturæ detecta Delft 1695. 4.* Leid. 1722. 4.*. Epiſtolæ ſunt ad Societatem Regiam datæ, omnino 38. ab anno 1680. ad annum 1694. ſubjunguntur aliquæ ad alios Cl. viros epiſtolæ: numeri incipiunt addi ad n. 61., & ultima eſt n. 92. Hic globuli ſanguinis humani, chyli & lactis. Negat arterias minimas cum venis continuari. Contra ovorum hypotheſin. Teſticuli pulicis & vermes. Sanguis non fermentatur. Epidermis ſquamoſa. Lentis cryſtallinæ fabrica. Culicis anatome. Aſelli lactes & ova. Ranæ. Circulatio ſanguinis in girino, tum in anguilla, perca &c., etiam in homine, & de variato ſanguinis motu. Curculio. Pennæ. Anguillæ generatio, quam putat viviparam eſſe. Pulicum generatio, vita, tum aliorum animalium. Tænia. Contra ova. Fabrica linguæ cordisque. Mytulus. Motus ſanguinis in cancello. Oculi inſectorum. Animalcula varia minora. Oſtrea.

Continuatio arcanorum naturæ detectorum Leid. 1722. 4. & ut videtur Delft 1697. 4. B. Burkh. Pergunt epp. ad uſque 107. & ad diverſos viros doctos ſpectant. Animalcula teſtacea aliqua, & eorum ova. Generatio pediculorum fuſiſſime. Omnes anguillas feminas eſſe: in iis motus ſanguinis. Oſtrea maſculum ſexum habere & femininum. Coagulum ventriculi ruminantium. Squamæ piſcium.

Epiſtolæ ad Societatem Regiam aliosque illuſtres viros Leid. 1719. 4.*. Numerus pergit ad 146. & anni ad 1702. quod ultimum opus eſt Belgicorum. Oculi ſcarabæi. De ſanguinis circulatione multa. Decertatio cum Hartioekero ob vermiculos ſpermaticos. De iis plurima. Ad ſanguinis motum multa. Animalcula minora varia; inter ea, quæ jecur animalium infeſtant. Squilla. Globuli & particulæ plan ovales piſcium. De apibus aliqua, & de earum regina. De araneis varia. Animalculorum aquaticorum poſt multorum menſium quietem vita reddita. Ad bombyces & ſericum.

Epiſtolæ phyſiologicæ (quadraginta ſex) Delft 1719. 4.* ad varios eruditos viros, etiam ad Societatem Britannicam. Multa de balænæ aliorumque animalium carne fibrillis & membranulis. De pilorum fabrica, animale rotifero. Pro ſuis animalculis adverſus A. Valisnerium. Squamæ piſcium. Contra ova. Ad cerebri nervorumque fabricam, & adipis. Exhalatio corporis humani. Prima epiſtola eſt anni 1712.; ultima anni 1717.

Doleas, quod nulla plena editio operum hujus viri prodierit. Viginti ſeptem

ptem primas epiſtolas ipſe verecundia motus ſuppreſſit, ſed reliquæ poterant facile colligi, & earum numerus ex philoſophicis tranſactionibus compleri.

Gallice aliqua prodierunt *Obſervations faites avec le microſcope ſur le ſang, le lait, le ſucre, le ſel & la manne*; traduit par Mr. MESMIN Paris 1679. 12.

In *Roberti* HOOKE *philoſoph. experiments* Londin. 1726. 8.* prodierunt tres epiſtolæ LEEUWENHOECKII, prima de minutiſſimis in aqua animalculis; altera de pilorum fabrica & globulis alvinarum fæcum; tertia de muſculis, cerebro, dura meninge.

§. DL. *Acta Naturæ Curioſorum ann.* 1673. & 1674.

Salomon BRAUN, *obſ.* 13. Monorchis fecundus.

Obſ. 15. Cereviſia ex mamma excreta.

Obſ. 16. Uvulam omnino ad formationem litterarum gutturalium conferre.

J. Michael FEHR, Swinfurtenſis Medicus, & aliquamdiu Academiæ Naturæ Curioſorum Præſes, *obſ.* 28. de obeſitate nimia.

Dec. II. *ann.* I. Lien in multos lobos diviſus.

Ann. VI. *obſ.* 30. Noxa imaginationis feminæ gravidæ & viſi homines mutili.

Iterum *Dec.* I. *ann.* IV. *Antonii de* POZZIS ſuturarum diſceſſio *obſ.* 33.

Andreas CNOEFFEL, Regis Poloniæ Medicus, de infante monſtroſo, cutem aſſatam porcelli habente *Dec.* I. *ann.* IV. V. *obſ.* 61.

Chriſtophori Lud. DIETHERR de capillis & barba *obſ.* 140: longa epiſtola, collectitia.

Matthiæ PAISIN aliquot corporum inciſiones a *J. v.* HORNE adminiſtratæ *obſ.* 196. 197. Duram membranam nullo intervallo a cranio diſtare.

§. DLI. *Acta Hafnienſia* T. II. pro anno 1673.

Matthiæ JACOBÆI, Prof. Regii Monſtrum, nempe infans abſque galea cranii.

Oligeri JACOBÆI, diſcipuli BARTHOLINI, poſtea Profeſſoris Hafnienſis, qui Liburni etiam cum STENONIO piſces incidit.

Obſ. 39. Girini prima formatio.

Obſ. 98. Ululæ canalis alimentarius.

Obſ. 99. Ardeæ viſcera.

Obſ. 124. Pſittaci anatome. Maxillæ ſuperioris os mobile, aſpera arteria, larynx inferior & ſuperior.

Vol. III. *obſ.* 59. Fetus contortis cruribus: caprea unicornis.

Vol. V. Multæ animalium diſſectiones.

Obſ. 94. Ciconia, in qua videtur vaſa meſenterii lymphatica vidiſſe.

Obſ. 95. Linguæ pici; muſculi ex thorace in linguam euntes.

Obſ. 96. Centrinæ inciſio, &

Obſ. 97. Torpedinis, deque tremore quem creat. Non e longinquo ſtupefacere. Cor duabus auriculis inſtructum 7. horis ſalire.

Obſ. 98. de lampetra ejusque cerebro.

Obſ. 99. de ſcorpione & veſica venenifera.

Obſ. 100. Serpentum & viperarum morſum ſanguinem cogere. Augere ſeri ſecretionem.

Obſ. 102. Caput monſtroſum infantis maxima de fronte appendix.

Obſ. 101. Anatome aſini. Nulla ipſi aut equo fellis veſicula.

Obſ. 103. Puella monſtroſa hirſuta.

Obſ. 104. Fetus abſque oſſibus, artubus flexilibus.

Obſ. 105. Cornu ex palpebra prælongum.

Obſ. 106. de renibus.

Ej. *de ranis obſervationes* Paris 1676. 8.* cum C. BARTH. *de diaphr.* Girini in perfectam ranam paulatina reformatio. Anatome ranæ; pulmones; ovarium cum ovi ductu longiſſime proſerpente; corpuſcula ad latus medullæ ſpinalis cum acore ferventia. Sacculi pingues. Teſtes. Tympani membrana, duo oſſicula: dentes, muſculi aliqui.

Hunc libellum meliorem & auctiorem reddidit Hafniæ 1686. 8.* cum titulo *de ranis lacertis* obſervationes. Torpor ranarum hibernus. Teſtudinis anatome; pulmo veſiculoſus, cor cum duabus auriculis, penis. Anatome ſalamandræ, humor cutis lacteus, teſtes quatuor. Unicus cordis ventriculus inteſtudine.

EJUS *Compendium inſtitutionum medicarum in gratiam tironum* Hafn. 1694. 8.* Breviſſime. Fermentationes docet.

Muſæum Regium, ſ. catalogus rerum tum naturalium quam artificialium, quæ in Bibliotheca Regia Danica adſervantur Hafn. 1696. fol. Animalia aliqua rariora, pauciſſima tamen noſtri ſcopi habet. Pro ovo humano, duro cortice pugnat, verum eſſe & legitimum. Mandibula equi & cornu ligno inmerſa.

§. DLII. *Varii.*

Louis BARLES *les nouvelles decouvertes ſur les parties principales de l'homme & de la femme, avec des diſſertations ſur chacune en particulier* Lyon 1673. 8°. min.* lego etiam 1675. 8. HEIST. Medicus Maſſilienſi collegio aggregatus, KERKRINGIANA repetit.

Video etiam citari EJUS *nouvelles decouvertes ſur le bas ventre* Lyon 1673. 12.

EJ. *ſur les organes de l'homme* ib. 1675. 12. RAST. & *decouvertes ſur toutes les parties principales de l'homme & de la femme* Lyon 1680. 12. 4.Vol. BUR.

J. N.

J. N. PFIZER *drey Bücher von der Weiber Natur, Gebrechen und Krankheiten* Altorf. 1691. 8.*. Præfatio data est anno 1673. Fusa anatome & physiologia partium genitalium. In Commentario lac virgineum etiam in animalibus recipit, auramque seminalem. Glandulas vaginæ a DUVERNEYO esse ostensas.

Gerhardi FELDMANN J. C. *de cadavere inspiciendo* Groningæ 1673. 4.*. Docta disputatio, neque a nobis silentio prætereunda, etsi ad medicinam forensem fere spectat. Sanguinem a morte sæpe de vulnere fluere monet, etiamsi nemo criminis suspectus adsit.

J. Nicolai BINNINGER, Monsbelgardensis, *observationum & curationum medicinalium Cent.* V. Montbelgard. 1673. 8.*. MOLINETTUM audiverat & Monspelienses. Quare passim vel aliqua ad physiologiam pertinentia admiscet, vel omnino physiologica. Sic *Lazari* COLLOREDO dat historiam, & urinæ calculosa crusta tectæ. Hibernum quemdam sanguinis naturam coagulabilem primum anno 1550. *Hieronymo* FRIZIMELICÆ demonstrasse. Quare neque GOLZADII inventum esse, neque BARBATI. Renis sinistri defectus. Triangularis sterni musculus a MOLINETTO ostensus, pro re nova. Ab eodem hymen demonstratus. PECQUETUM anno 1651. suum ductum se præsente demonstrasse. Ovum humanum. Menses aberrantes, immodici. Atreta, & ani defectus; sudor sanguineus. Infans absque sexu. Pollex in manubus pedibusque duplicatus. Serum sanguinis in laminam concretum, ex vena extractum. Polyphagus (impostor, ut videtur).

In *Dom.* GERVASI *tratt. delle dislogazioni* Lucca 1673. 4.* aliqua est anatome.

Josephi MAGNASSII *disquisitiones physicæ de motu cordis & cerebri* Parisiis 1673. 4. BURCKH.

EJUSD. Disp. *physica de finibus corporis & spiritus* ib. una prodiit.

Sebastian WIRDIG *nova medicina spirituum* Hamburg 1673. 12. FALC.

Cornelio GIRARDELLI *Compendio della cephalologia physionomica: cento sonetti sopra cento teste humane* Bologna 1673 8.

Christian WINKELMANN *Tabulæ institutionum medicarum* D. SENNERTI Witteberg. 1673 fol.

J. B. FERRARI *Tr. utile per guarir cavalli, bovi, vacche &c.* Bologna 1673. 12. habet etiam aliqua anatomica & ossa equi.

PACICHELLII *Chirolitургia s. de varia & multiplici manus administratione & ornamento, itemque de pede* Colon. 1673. 8.

§. DLIII. *Disputationes.*

Corn. van der LINDEN *de anima hominis vitali cum commentario* Leidæ 1673. 8.

Fridemann BECHMANN *de termino vitæ humanæ* Jen. 1673. 4. HE. & 1676. 4. ID.

J. Henr. MELISSANDER, alias ACKER, *de homine ejusque anima rationali* Jenæ 1673. 4. HE.

J. de

J. de STOPPELAER *de calido innato* Leidæ 1673. 4.*.

J. BOECLER *de vomitu* Argentor. 1673. 4. HE.

Albertus MOEHRING *de animæ pathematibus* Leid. 1673. 4.*.

J. Gabriel DRECHSLER *de sermone brutorum* Lipſ. 1673. 4. B. THOMAS.

Juſtus v. BOGAERD *de humoribus* Leid. 1673. 4.*.

David MARTINI *de natura acidi & alcali, geminarum ſanitatis & mortis cauſarum* Leid. 1673. 4.*.

Claud. de QUANTEAL *An octimeſtris partus vitalis?* Lutet. 1673. fol.

Anton. de S. YON & *Petri* DACQUIN *E. præcox canities vitæ longioris argumentum* Pariſ. 1673.

Cl. de QUANTEAL & *Fr.* AFFORTY *E. octimeſtris partus vitalis* Pariſ. 1673.

J. ROBERT & *Claud.* MARILLIER *Non ergo ex ore ductus aër ſubit cor* Pariſ. 1673.

Petr. OZON & *Ren. le* CONTE *E. proceritas corporis brevitate præſtantior* Pariſ. 1673.

Petri LAURENCEAU *An oculis ſit meditantis animæ & amantis cordis ſpeculum* Pariſ. 1673. 4. Ita lego.

EJ. *E. ab oculis faſcinatio* Paris 1618. 4.

§. DLIV. *Diaria.*

In *Philoſ. Tranſ.* n. 105. de vitulis lactantibus.

N. 109. de ſudore ſanguineo.

ACTA HAFNIENSIA *Vol.* III. *Franciſci de* L'ESTANG. Renes quadruplices *obſ.* 7.

Stevelini Adami REUTZII, V. D. M. Agnus capite ſemiduplici, auribus quatuor, linguis duabus, oculo unico, pedibus octo.

Georgii HANNÆI femina tribus mammis prædita *obſ.* 93.

EJUSD. Hermaphroditus *Vol.* IV. *obſ.* 79. Verus vir cum rima in perinæo.

EJ. in E. N. C. *Dec.* II. *ann.* IV. *obſ.* 114. Placenta veſicularis.

Obſ. 115. Ovum gemellum.

Ann. VI. *obſ.* 135. Aſphyxia abſque damno.

Ann. VII. *obſ.* 150. Lienis pars in homine reſecta abſque noxa.

Obſ. 155. Capilli virides.

Ann. VIII. *obſ.* 17. Gallina ſuperfetans.

Ann. IX. *obſ.* 169. Anſer cornutus.

Ann. X. *obſ.* 148. Fetus in utero petrefactus.

Iterum in *Act. Hafn. Vol.* IV. *Martini* HELLOT ſenex 127. annorum *obſ.* 10.

§. DLV.

§. DLV. *Guilelmus* COLE,

Medicus Anglus. EJ. *de secretione animali cogitata* Oxon. 1674. 8°. min.* Haag. 1681. 12.* & in MANGETI *Bibl.* Poros non sufficere, & fermenta ad secretiones necessario requiri. Ea fermenta in glandulis nasci, motum intestinum producere, & verum fermentum esse succum nervosum, ut adpareat, ex nervorum glandulas adeuntium copia (imaginaria), cum glandulæ præterea neque sentiant neque moveantur. Bilem hepaticam acriorem, cysticam mitiorem esse. Vidit tamen, ad secretionem pertinere motum in vasis minimis tardiorem, dilatationem vasorum in minimis, & proportionem summæ ramorum ad truncum, quæ semper major est. Dictio obscura.

EJ. *Novæ hypotheseos ad explicanda febrium intermittentium symptomata & typos excogitata hypothesis* Londin. 1693. 8.* Amstelod. 1698. 8. Nutritionem fieri per fistulas minimas nerveas, quas succus nervosus lente perrepit, & in cavernulas inter solidas partes relictas deponitur. Totum corpus ex nervis constare.

Adjecta est Diss. *de mechanica ratione peristaltici intestinorum motus*, ex inspectione anatomica, qua ostenditur fibras, quæ pro circularibus habentur, esse revera spirales. In latinum versa est per auctorem ipsum Londin. 1693. 8.* & prius in *Philos. Trans.* edita M. Maji anno 1676. n. 125. Rem ipsam vidit, & fibras finibus suis inter vicinas fibras intortas, spiras ex ingenio addidit. Citat D. BACIACCUM Genuensem, qui sibi per experimenta demonstraverit, ventriculum in motu peristaltico quiescere.

EJ. *Consilium ætiologicum de casu quodam epileptico.* Adnexa est *disquisitio de perspirationis insensibilis materia & peragendæ ratione* Londin. 1702. 8. Sudorem differre a materie perspirationis. Fieri istam a sanguinis halitu, ab aliqua parte succi nutritii, & a partibus solidis corporis humani. Exponit, ut sudor & diarrhœa defectum perspirationis subpleant. Nutritionem fieri a succo per nervos & eorum propagines, fibras, deportato.

ID. in *Phil. Trans.* n. 178. Purpuræ dixit tingentem succum viridem, qui sensim per cæruleum in rubrum sole adfulgente transit, ante Gallos.

§. DLVI. *Justus* SCHRADER.

Observationes & historiæ ex G. HARVEJI *l. de generatione animalium excerptæ, in ordinem redactæ. Wilhelmi* LANGLEY *de generatione animalium observationes quædam: accedunt ovi fecundi singulis ab incubatione diebus factæ inspectiones, ut & observationum anatomico-medicarum Decades* IV. *Denique cadavera balsamo condiendi modus.* Studio *Justi* SCHRADERI, ex familia Cl. viris celebri Amsterdam 1674. 12.*. Magni pretii libellus. HARVEJUM omitto, cujus solæ rerum visarum descriptiones hic reperiuntur. *Guilielmus* LANGLEY ovis incubatis utiliter usus est. Halones, figuram venosam, duo puncta salientia, inde tria, colorem in sanguine primis diebus flavum vidit: embryonis bonam figuram dedit.

dit. Membranæ, facculus, quem vocat cicatriculam. Duæ funt incubationes. Inde de quadrupedum generatione. Valvulæ colli uteri. Embryones ovilli.

In *quatuor Decadibus* multa funt memorabilia, in cadaveribus Leidæ incifis vifa, a *J. v.* HORNE, *Fr.* SYLVIO, *Frid.* RUYSCHIO, *J.* SWAMMERDAM, etiam ab *Henrico* MEIBOM. Porro agni bicipitis, & prægnantis fciuri, aliorumque animalium. Ureteres in vulvam inferti. Caftoris anatome, & ex folliculo in vulvam ductus. Cadaverum condituram laudat fuam.

§. DLVII. *Johannes* MUNNIKS,

Profeffor Uitrajectinus. EJUS exftat *Differtatio de urinis earumdemque infpectione* Utrecht 1674. 12.*. Renum anatome. De urina aliqua, reliqua pathologica aut femejotica.

EJ. *de appetitu & deglutitione* Ultraject. 1677. 4. THOM.

EJ. *de corporis animalis œconomia Diff.* I. Ultraject. 1677. 4.*.

Diff. II. ib. 1678. 4.

Diff. III. *de chyli confectione & motu* ib. 1679. 4. B. THOM.

Diff. IV. vafa chylifera 1679. 4.

EJ. & SPOOR *de fudore* Utrecht 1679. 4.*.

EJ. *de re anatomica l.* Utrecht 1697. 8.* Dictio bona, neque nullæ propriæ adnotationes. Hiatum tympani confirmat. Sefamoidea poplitis officula habet. Gelatinam funiculi umbilicalis cum BIDLOO habet pro ductibus fuccofis, humorem amnii fecernentibus. Allantoïdeam membranam in muliere fe inveniffe adferit, & cæcum urachum. Exhalantia cordis vafa. Pulmonem primo trimeftri in fetu ponderofiorem effe. Fibræ transverfæ afperæ arteriæ. Duæ mallei epiphyfes. Succus thymi lacteus.

EJ. *de circulatione fanguinis* Diff. Traject. 1709. 4. Vafa in ventriculis cordis aperta vidit.

De hydrope tubæ adnotatio eft in BLANCAARDI *Jaarregifter* C. I. n. 61.

§. DLVIII. *J. Baptifta* LAMZWEERDE,

Medicus & Profeffor Colonienfis. EJUS *refpirationis* SWAMMERDAMIANÆ *exfpiratio, una cum anatomia neologices Jo. de* RAEI Amfterdam. 1674. 8.*. Non quidem incifor; principem fcopum præ fe habuit, circulum CARTESIANUM refutare; experimentum etiam fecit, in quo homo abfque ullo pectoris motu, folo diaphragmate refpiravit. Credulus carbones putat per urinam egeftos fuiffe. Aliqua habet de pectoris, diaphragmatis & pulmonum anatome. Non mere pati pulmonem; non augeri a diaphragmate pectoris caveam. Contra SYLVII effervefcentiam. De motu mufculorum.

EJ *Naturalis molarum uteri hiftoria* Leid. 1686. 8.*. Non valde fuperftitiofus. Aliqua anatome partium genitalium, Molas virgineas, diabolicas, partus

tus ex homine & bestia hybridas rejicit. Nimis cæterum fusus, propriaque fruge cassus.

Ej. *Examen eucharisticum Harderianæ apologiæ supra fraternas admonitiones in c. 24. tractatus de molis uteri contentas* 1689. 4. non vidi.

Armamentarium SCULTETI observationibus auxit, quibus aliqua anatomica admista sunt.

§. DLIX. *Varii.*

P. GUIDE, Medici Monspeliensis, qui Londini vixit, *observations anatomiques sur plusieurs animaux au sortir de la machine pneumatique* Paris 1674. 12.*. Libellus vix notus, neque tamen inutilis, qui mera experimenta contineat, eaque eo quo scripsit tempore, minime vulgaria. Pulmonum mutationes describit, quas patiuntur in spatio, cui aëris magna pars subtracta fuit, aut omnis denique aër exhaustus, quoad id per artem fieri potest. Invenit pulmonem solidescere, fundum in aqua petere, si aperta fuerit aspera arteria, natare si intercepta. Monet de vi medicamenti vomitum cientis ad expedienda, quæ asperam arteriam obstruunt.

Ej. *Reflexions sur les sucs dont nous sommes nourris, où il paroit probable, que le lait n'est pas une production du sang, & que c'est le chyle qui nourrit nos parties* Leid. 1684. 8. BUR.

Adalberti TYLKOWSKY S. I. *Disquisitio physica ostenti duorum puerorum, quorum unus cum dente aureo, alter cum capite gigantis Vilnæ spectantur* Oliva 1674. 12.*. Immensa fabularum farrago. Dens aureus videtur, ut prior ille in Silesia dictus, fabula fuisse: alter fetus hydrocephalos.

Philippi HOECHSTETTER, Augustani physici, *rararum observationum medicinalium Decades* VI. *antea editæ: accesserunt quatuor Decades nunquam hactenus visæ: curante J. Phil.* HOECHSTETTERO auctoris nepote Francof. & Lipsiæ 1674. 8.*. PLATERI & C. BAUHINI discipulus, vixit furente bello tricennali; non malus certe auctor. Observationes centenis plures sunt, etsi titulus non plures indicat. Multæ cadaverum morbosorum incisiones. Partus a morte matris. Aliqua nostri scopi. Sæpe indicata partium humani corporis fabrica. Admista monstra aliique eventus memorabiles. Sanguinis errores varii, etiam per oculos, per renes in variolis funestus, alias salutaris. Venæ sponte hiscentes. Hernia abdominalis congenita.

In *Antonii* BOIREL, Chirurgi Aginnensis, *tr. des playes de la tête* Alençon 1674. 12.* passim aliqua huc faciunt. Cerebrum in aqua fundum petere. Paralysis ejusdem lateris ex lapsu in caput &c.

Isaaci BARROW *optica*, quæ magni a peritis fiunt, potius ad mathematica pertinent Londin. 1674. 4.*.

De CAUX *varia philosophica & medica de atomis, circulari sanguinis motu,*

Adversus Pyrrhonios. De generatione hominis: de usu lienis: de causa motus pulmonum in perspiratione: Anatomica quædam Rothomagi 1674. 12. BURCKH.

Pauli de MINIS & *Antonii Vincentii* MAJOLI *Galenistarum hypothesis adversus recentiorum placita confirmatio* Bonon. 1674. & in *Act. Nat. Curios. Dec.* II. *ann.* 9. app. Contra theoria ex figura corpusculorum deductas, & contra fermentationes.

EJUSD. *Medicum igne non cultro necessario anatomicum esse* Venet. 1678. 4. alii 1679. 4. Contra MALPIGHIUM.

Martini PEREGRINI *resurrectio corporum humanorum probata rationibus naturalibus* Rom. 1674. 12. B. THOM.

David van der BECKE *Amœnitates physicæ* Hamburg. 1674. 8.* 1705. 8.*. Ideas plasticas defendit, & animas vegetabiles. In ovario idem corporis formatricem residere.

Henrici MARTINI *de sanguinis natura, origine &c.* Brig. 1674. 4.*.

Joh. a CHOKIER *de senectute* Leodi 1674. 4.

Henrici SCHAEVII, Professoris Stettinensis, cum JESSENII Chirurgia Nurnberg 1674. 8.*. *Anatomischer Abriß des menschlichen Körpers.* IDEM l. *mit neuen anatomischen Erfindungen vermehrt; durch* (E. KOENIG) Basel 1687. 8.* Compendium anatomicum brevissimum.

Orationes de fama & siti Tubing. 1674. 8. BOECL.

J. V. S. H. H. D. M. P. P. *Anatomia monstri Francofurtensis* anno 1674. *per abortionem rejecti* Heidelberg. 1674. Refutatur quidam NISIUS, qui contra FRANCUM scripserat de suffocatione hypochondriaca. Monstrosi nihil.

§. DLX. *Disputationes.*

J. DORNFELD *corporis humani statura physice delineata* Lipsiæ 1674. 4. B. THOMAS.

J. Henr. RUMPEL *de inedia quorumdam hominum diuturna* Lips. 1674. 4.*.

Chr. Henric. RUPERTUS *de Pancreate & ejus succo* Erfurt. 1674. 4. BOEHM.

J. Georgii GRÜBEL & *R. J. A.* SLEVOGT *de ductu chylifero* PECQUETIANO Jen. 1674. 4.*.

IDEM in E. N. C. *Dec.* II. *ann.* X. *obs.* 42. dicit Hydrocephalon pro monstro habitum.

Dec. III. *ann.* I. *obs.* 5. Fluxus sanguinis tertia a morte die.

Herman van BEECK *de fellis folliculo* Utrecht 1674. 4. Vide supra p. 552. Error sub esse videtur.

Aug. Henr. FASCH *Anatome quod sit columna praxeos* Jen. 1674. 4. PL.

IDEM *commendat anatomen utriusque sexus* Jen. 1674. 4. HE.

EJ. *de Castoreo* ib. 1677. 4.

Ej. *de ovario* 1681. 4. Tres bullæ de ovario pendulæ.

Ej. *παρωτίδες physiologiæ consideratæ* Jen. 1683. 4.* B. THOMAS.

Ej. *de circulatione lymphæ* Jen. 1683. B. THOMAS.

Ej. *de doloribus post partum* 1683. 4.*.

Ej. *sterilitas* Jen. 1684. 4.*. Uterus ruptus; graviditas diuturna, expulsis vesiculis soluta. Feminas commendat Jen. 1684. 4.*.

Ej. *Ventriculi sc. naturæ coqui cura circa sustentanda humani corporis organa & viscera* Jen. 1687. 4. PL.

Ej. *de bile vitæ balsamo* 1689. 4. B. THOMAS.

Gottfried SAND, Professor Regiomontanus, vir minime vulgaris, edidit Regiomonti anno 1674. *de menocryphia* Regiom. 1674. 4. & *progr. an femina concipere possit, cui nunquam menses fluxerunt.*

Ej. *de incertitudine signorum conceptus* 1682. 4.

Ej. *de sapore* 1685.

Ej. *de effetarum lactatione* 1701.

Ej. Disp. *de fungo cerebri* Regiom. 1700. 4.*

Ej. *rarus ventriculi abscessus* ib. 1701. 4.*

Ej. *de effœtarum lactatione* ib. 1701. 4.* B. BOEHM.

Andreæ GERET *infans monstrosus* Witteberg. 1674. 4.*. Hydrocephalus erat, pectore vix ullo, artus imperfecti.

Abraham KINKHUYSEN *de chylosi* Leyd. 1674. 4.*.

Gerard SERMES *de chyli elaboratione ejusque motu* Leid. 1674. 4.*.

Frider. BURMESTER *de sexu* Marpurg. 1674. 4.*.

Jac. de BOURGES & *M. Anton.* HELLOT *Ergo statim a cœna somnus* Parisiis 1674.

Petri DACQUIN & *Armand Johan. de* MAUVILLAIN *Ergo vultu matri similes patrem animo referunt* Paris. 1674.

Ger. PREAUX & *J. Bapt. Ren.* MOREAU *Non ergo ex capillis certum de temperamento judicium* Paris. 1674.

§. DLXI. *Philos. Transactiones.*

N. 117. *Thomas* TOWNS utique sanguinem Nigritarum nigrum esse.

N. 122. Anonymus duos lienes in cane vidit.

N. 122. HUGENII & PAPINII experimenta in vacuo aëre instituta: ea animalia D. GUIDE dissecabat, de quo diximus. Nulla pressione aëris ex pulmone abigi posse.

Isaacus NEWTON in *historia Soc. Reg. Lond.* p. 253. spiritus animales esse

 æthereæ

ætheree naturæ, & libere omnia pervadere. Ab eo motum musculorum fieri. Novos spiritus in corde ex fervore humorum generari.

Redeunt hæc in *Queries*, quæ prodierunt cum *opticis* London 1709. 4. 1721. 8.* 1729. 4.* & alias. Vibrationes a penicillo radiorum in fibris retinæ tunicæ putat excitari, coloresque diversos percipi, uti hæ vibrationes majores fuerunt, minoresve. Reliqua eximii operis physici fere argumenti sunt.

§. DLXII. *Academia Naturæ Curiosorum.*

Joel LANGELOTT, Medicus Holsatus chemiæ addictus, in E. N. C. *Vol.* VI. & VII. ann. 1675. & 1676. agit de menstruis serotinis *obs.* 5.

De sudore sanguineo *obs.* 10.

De hominibus pluribus horis sub aqua mersis & superstitibus *obs.* 20.

Ann. IX. X. *obs.* 88. cerva cornuta.

Luc. SCHROECK, *Lucæ* fil. Ejus est fetus intestinis propendentibus E. N. C. *Dec.* I. *ann.* VI. VII. *obs.* 232.

Animal moschiferum *ann.* VIII. *obs.* 53.

Ovum monstrosum *Dec.* II. *ann.* I. Mulier absque mensibus mater, & alia scholia.

J. Christian FROMMANN *Dec.* I. *ann.* VI. VII. *obs.* 185. Sudor post mortem.

EJUSD. lego esse historiam motus periodici sanguinis. Non reperiri apud Salomonem. Loci HIPPOCRATIS, GUTHMANNI.

J. Matthiæ NESTER de fetu monstroso n. 27. Puella quadrupes, capite & brachiis simplicibus.

Daniel WINKLER, Silesius, aliquos mensium errores dicit *obs.* 48. 49.

Christoph LIPSTORP *obs.* 101. vitula semibiceps *obs.* 74.

ANONYMUS de submersis Suecicis *obs.* 76.

Christian MENZEL, Archiater Brandenburgicus, *obs.* 78. sudor luteus ex usu rhabarbari.

Ann. VIII. *obs.* 8. hermaphroditi, nempe viri cum vulvæ in perinæo imagine.

Ann. IX. X. *obs.* 108. tria in ansere corda.

Dec. II. *ann.* III. *obs.* 15. Senex 120. annorum, qui in summa senectute dentiit.

Ann. V. Alius fetus octupes.

J. Frider. HULDENREICH. Hepar 14. loborum *ann.* VI. VII. *obs.* 219.

Gottfried Christian WINKLER *obs.* 118. Sedigitus.

§. DLXIII. J. DOLÆUS,

Archiater Castellanus. In E. N. C. *Dec.* I. *ann.* VI. VII. *obs.* 67. sudor cæruleus.

Obs. 131. aliqua de ovario muliebri.

Ann. IX. X. *obs.* 129. strepitus ossium.

Obs. 174. dens caninus in octogenario reparatus.

Obs. 177. puella bilinguis.

Dec. II. *ann.* I. *obs.* 131. fetus intra extinctæ matris uterum, vitalis.

Ann. VI. *obs.* 76. lac per os erumpens.

Ann. VIII. *obs.* 131. transfusio sanguinis in cane.

Obs. 132. improbabilis nævus.

EJ. *Encyclopædia Chirurgica*, in operibus omn. recusa, passim ad anatomen spectat.

EJ. *Encyclopædia medicinæ theoretico-practica* Francof. 1684. 4.*.

EJ. *Encyclopædia medica dogmaticæ* Francof. ad Mœn. 1691. 4.*. Notissimum systema spirituum secutus est, a quibus res humanas gubernari posuit, nominibus Græcis & Hebræis impositis, ut in hoc vel illo viscere residerent.

EJUSD. *Opera omnia* Venet. 1695. fol. 2. Vol. Francof. 1703. fol. TREW. In operibus præter WALDSCHMIDIANAS illas redeuntes, epistolæ variæ continentur, quarum aliquæ sunt physiologici argumenti, etiam BRUNNERI.

In *observationum Centuria*, ut puto, ex E. N. C. repetita, aliqua sunt hujus argumenti; quædam equidem incredibilia, ut urina per foramen prope claviculas profluens. Animal bipes per alvum excertum. Sed etiam de sanguinis transfusione agit.

§. DLXIV. *Bernardinus* GENGA,

Medico-Chirurgus Romanus, & incisor. EJ. *Anatomia Chirurgica, cioe Istoria Anatomica dell' ossa e muscoli del corpo umano, con la descrizione de vasi* Rom 1672. 8. GUNZ. 1675. 8.* 1687. 8.* quæ editio melior est. Liber minime contemnendus. Pro circuitu sanguinis propriam dissertationem addit. Rariores, quas vocant, adnotationes passim habet. Defuisse utrinque in femoris acetabulo ligamentum teres. Unicus gemellus femoris, PORTAL. Indicatorem sæpe peculiarem a medio cubiti ortum vidit. Extensorem longum digiti minimi, a radio natum: aliumque minimi digiti musculum ex ligamento carpi ortum. Tres adductores & tres abductores breves pollicis numerat. In primo sinu glandis penis sedem esse gonorrhϾ.

Ad GENGAM etiam refero splendidum librum cui titulus, *Anatomia per uso ed intelligenza del disegno* L. I. cum cadavera secuerit, etsi *J. Mariæ* LANCISII explicationes addidit. Prodiit Romæ 1691. fol. apud ROSSI *. totus æri incisus. Musculi sunt & ossa artificiose & nitide sculpta: ut semper memor sis, scopum auctoris fuisse, pictoribus servire, & musculorum nonnisi subcutanea

tanea ſtrata hic quæras, neque inſertiones in oſſa exigas. Celebriorum etiam ſtatuarum, Herculis, gladiatoris, Laocoontis muſculos hic ſuppletos videas.

In *commentariis ad aphoriſmos* HIPPOCRATIS Rom. 1694. 8.*, etiam anatomica aliqua intercurrunt.

§. DLXV. *Varii.*

Sebaſtian ALBINUS *kurzer Bericht, wie man den Perſonen, ſo nicht zu lang im Waſſer geweſen, und gleichſam wie todt herausgezogen worden, das Leben erhalten könne* 1675. 4.*. Reſpirationem ſuadet imitari, & compreſſo abdomine, ſanguinem furſum urgere.

BARNES *diſcovery of the pygmees* London 1675. 8.

Nicola SPADON *ſtudio di curioſita nel quale ſi tratta di fiſionomia, Chiromantia e Metopoſcopia* Venez. 1675. 12. d'ETR.

Converſations academiques tirées des conferences de l'Academie de Mr. l'Ab. BOURDELOT Paris 1675. 12.*. Auctor eſt *D. le* GALLOIS. Latine exſtant in ZODIACI MED. GALLICI T. III. anno 1681. Multa ad phyſiologiam, vaga tamen fere, neque a natura repetita, ut de communicatione vaſorum lymphaticorum cum venis lumbalibus: de pilis in cadavere ſubnatis. De cauſa ſemen in fetum formante. Num animal in ſemine ſit. De pinguedine, ſpermate ceti, & cerebro pingui. De renaſcentibus oculi humoribus. Num oſſa vegetent: ut in lapides abeant. De longævis animalibus. De dentibus in ſenio reparatis. De incurvata feminæ ſceleto, de fetu VASSALIANO. Vaſorum lymphaticorum inventum BOURDELOTO tribuitur.

Nicolai Orphæi PAULONII Diſſ. *contra novas opiniones de ſanguinis generatione & motu* Macerata 1675.

J. Paulus WURFBAIN *ſparganoſis* Altdorf. 1678. 4.* alii 1675. 4.

EJ. *Salamandrologia* Noriberg. 1683. 4.* & prius Altdorf. 1675. 4. GRONOV. Animal incidit, etiam gravidum: vidit vivos fetus eniti, & ipſe vivos exemit. Succum ſibi non nocuiſſe, neque ignis violentiæ obſiſtere. Plurima philologica.

Jacques CHAILLOU *recherches de l'origine du mouvement du ſang, du cœur & de ſes vaiſſeaux, du lait, des fievres intermittentes & des humeurs* Paris 1675. 12. 1699. 12.*. Nova eo tempore inventa ſequitur, ſanguinis circuitum, duplicem ductum thoracicum. Chylum ad cor venire, non ad venas. Lac chylum eſſe.

Thomas PETRUCCIUS, Medicus Romanus. EJUS *ſpicilegium anatomicum de ſtructura & uſu capſularum renalium* prodiit Rom. 1675. 12.* etſi vulgo annus dicitur 1679., recuſus cum C. BARTHOLINI & J. VERLE opuſculis Lyon 1680. 12. alii 1681. tum 1696. 12. Plenus errorum. Arterias capſulares aorticas rejicit: valvulam eſſe in venæ capſularis in venam cavam ingreſſu, quæ non ſinat eo ſanguinem venire. Caveam in ea capſula renali admittit, & ſuccum atro fuſcum. Atram bilem

bilem per venam in eam caveam vult deponi, inde per arterias resumi, in renem venire, urinæ adfundi, eam saturato colore tingere. Non bonæ icones.

Friderich MARTENS, Chirurgus Hamburgensis, in *Spitzbergischer oder Grænländischer Reisebeschreibung gethan anno* 1671. Hamburg 1675. 4.* aliqua habet ad vitam, generationem, cibos, etiam anatomen animalium septentrionalium, phocæ rosmari, balænæ, in cujus cute poros manifestos vidit.

Henrici MORE *de anima ejusque facultatibus* Lond. 1675. 8. & etiam prius Anglice, tum Roterdam 1677. 8. B. B. Omnino huc faciunt, quæ de partibus humani corporis, de sensorio communi, contra CARTESIUM adfert. Animam proprium corpus informare, & esse ejus facultatem plasticam docet.

§. DLXVI. *Varii.*

J. Georg. AAREND *de cephalagia* Leid. 1675. 4.*. Ab eo morbo membranæ cerebri duræ: suturæ nullæ. In alio casu nervi optici, & auditorii, arefacti.

Paulus LINSIUS *de occulto aëris cibo, juxta mentem hermeticorum* Jenæ 1675. 4. HE.

Chr. SCHMID *de viribus imaginationis* Lips. 1675. 4. B. THOMAS.

J. HOFMAN *de animæ rationalis natura ac potentiis* Jen. 1675. 4. HE.

J. Adam LIMPRECHT *de tussi* Leid. 1675. 4. HE.

Theodor. CELLARIUS *de anima vegetante* Tubing. 1675. 4. HE.

EJ. *de anima rationali* Tubing. 1677. 4. HE.

J. Wilhelm ANDREÆ *de generatione* Erfurt. 1675. 4. HE.

Quintus Septimus Florens RIVINUS *An emittendo vel recipiendo fiat visio* Lips. 1675. 4. B. THOMAS.

Joh. v. WYNINGHE *de intemperie sanguinis crassa* Utrecht 1675. 4.*.

Nic. RAVEAU & *Lud.* POIRIER *Ergo Hippocratis physiologia medico satis* Paris. 1675.

Nicolas de JOUVERNEY & *Josephi* THOMASSEAU *Ergo nitidus faciei color bene moratorum viscerum index* Paris. 1675.

Henr. MAHIEU & *Franc.* GIRARD *E. vivunt longius & felicius qui juniores conjugium ineunt* Paris. 1675.

Fr. AFFORTY & *Petr.* BONNET *E. natura intendit feminarum productionem* Paris. 1675.

§. DLXVII. *Guichard Josephus* DUVERNEY.

In *Mem. avant* 1699. ad annum 1675. reperitur B. THIBAULT monstrum quadrupes, quadrimanum, biceps, duobus cordibus, hepate unico.

Hic primum lego labores *Guichardi Josephi* DUVERNEY, Professoris anatomes Regii, qui per sexaginta fere annos innumerabilia corpora incidit, & a

 praxi

praxi etiam medica abſtinuit (*n*), ut inter mortuos viveret (*o*); multorum certe inventorum auctor, quæ aliis nominibus tribuuntur. Siquidem ſecundum ILL. SENACI teſtimonium, nihil additum eſt ejus poſthumis. Id habuit vitii (*p*), quod deſiliret ab invento ad inventum, neque priora inventa perficeret.

Primum hic in anſere oſtendit, ſanguinem arterioſum & venoſum colore differre.

Canem ligata ſuper ductum thoracicum vena ſubclavia, quindecim diebus ſupervixiſſe.

Anno 1678. de naribus egit, earumque conchis & laminis ad olfactum pertinentibus; & de motu tunicæ uveæ abſque fibris peracto. Nullum in avibus lacteum vel lymphaticum ſyſtema eſſe. Lapillos, quos aves deglutiunt, ad terendos cibos facere.

In *Mem. avant* 1699. ad ann 1679. branchias piſcium pro re nova deſcribit: totum corpus animale ex vaſis componi docet.

In *Journal des Savans* 1678. & *Mem.* X. p. 607. Duos muſculos palpebræ internæ deſcribit, ut puto ex avibus.

Journ. Sav. n. 30. de organis nutritionis, glandulis ſalivalibus, inteſtinalibus ex variis animalibus, quibus vim diſſolventem tribuit. Redit in *Mem. avant* 1699. X. p. 610.

Aliqua de ejus, qui continuo dicetur l. de organo auditus *Journal des Sav.* 1681.

EJUSD. *Traité de l'organe de l'ouie, contenant la ſtructure, les uſages & les maladies de toutes les parties de l'oreille* Paris 1683. 12.* 1718. 12. tum in poſthumis operibus. Etiam Noribergæ recuſum 1684. 4.* Leidæ 1731. 12. & in *Bibl.* MANGETI. Germanice Berlin 1732. 8. Anglice demum Lond. 8.

De integro organum auditus deſcripſit, partim bene, partim minus recte. Glandulas ceruminoſas depinxit, etiam ab aliis tactas: aquæductus nomen non bene tubæ impoſuit. Unicum habet muſculum auriculæ in fibras reſolutum. Inciſuras ductus auditorii diſtinxit; tympanum ſtapedis dixit & muſculum exteriorem mallei; proceſſum recipiendo anteriori deſtinatum omiſit: facieculas articulares oſſiculorum expreſſit. Tympani ſcalas, ſeptumque radiatum, & modiolum, & canales ſemicirculares, eorum oſtiola ampliora, eorumque nervos nimis ramoſos depictos dedit. Intercapedo aperta anuli tympani. Anterior auriculæ muſculus. Chordæ tympani originem & nervi duri faciales ramos delineavit, hos utcunque, nervum mollem hactenus. Differentiam organorum in fetu expoſuit. Deinde uſum partium, tenſionem & laxationem membranæ

(n) In Elogio.
(o) Vide LISTERI teſtimonium in *itinere*.
(p) FONTENELLE in Elogio.

branæ tympani; aptitudinem laminæ ſpiralis, ut cum omnibus tonis contremiſcat. De morbis bonas adnotationes habet. Icones artificioſe ſculptæ.

In *Mem. avant* 1699. an. 1684. Fetus pelvibus obverſos dicit, glandulas ventriculi ſuilli, & lymphaticorum vaſorum originem ex partibus corporis membranoſis & muſculoſis.

In *Philoſ. Tranſ.* n. 226. Chylum uterinum dixit.

Apud BIRCH. IV. p. 340. eodem anno inveniſſe dicitur proſtatas ſuccenturiatas, peni adjectas.

In *Mem. avant* 1699. anno 1685. Cæcum inteſtinum in carnivoris animalibus parvum, amplum eſſe in herbivoris. Mireris eum virum *ſuſpicari*, in tenuibus inteſtinis motum periſtalticum locum habere. In gallina fæces in appendices tranſire, priusquam in rectum inteſtinum veniant.

Anno 1686. Erinaceo mediaſtinum eſſe pro pericardio. Vocem in gallo formari in larynge inferiori. De cauda lacerti renaſcente.

Anno 1687. Salivam acidam eſſe, & in adultis magis: ſic liquorem in ventriculo avium & animalium ruminantium. De motu convulſivo poſt mortem ſuperſtite. Dura membrana oſſea in maniaco. Fetus tubarius.

EJUSD. *Lettre contenant pluſieurs nouvelles obſervations ſur l'oſteologie anatomes* Paris 1689. 4.* & in ſelect. diſp. VI. Plurima peculiaria habet; potiſſimum ex anatome comparata ſumta. Dentium in variis animalibus fabrica, cujusque vitæ generi accomodata.

Lettre écrite à M. COUSIN. Excerpta reperitur in *Journal des Savans* 1689. p. 219. Oſſa non formari ex tendinibus; neque medulla nutriri, neque ſucco nerveo. De medulla, de ejus vaſis. Multum ſalem alcalinum in oſſibus eſſe. Etiam ab intimis oſſa nutriri, certos per poros. De cornuum fabrica, dentium regeneratione, unguium ſtructura.

Compendium hujus Diſſ. in VERDUCI *oſteologia*, & apud Cl. VAUGUYON reperitur, prioris quaſi appendix ſ. continuatio.

Ad *Memoires de mathematique & de phyſique*, quæ MISSIONARII in Siamenſe regnum miſſi ediderant, notulas DUVERNEYUS adjecit, potiſſimum etiam ad Crocodili anatomen.

In *hiſt. de l'Academ. avant* 1699. anno 1690. de veſicula leonis ſeptem ſeptis diviſa.

Anno 1691. de ſtruthio-cameli palpebra interna ejusque muſculis: de ſpermate ranarum, qui liquor ſit in ovi ductu natus.

In *Mem. de Mathematique & de Phyſique* 1692, ſtruthio-cameli & erinacei ductus bilarios bilem in ventriculum effundere adnotat: ductum vero pancreaticum in hyſtrice & ſtruthio-camelo longiſſimo a bilario ductu intervallo in inteſtinum aperiri.

Mem. de 1694: utique bilem viridem (cum ſit hepatica) ſtruthio-cameli in ventriculum muſculoſum effundi.

In hiſt. de l'Acad. anno 1695. incipit noſter MERYUM impugnare: valvulam nempe utique adeſſe, quæ ſufficiat obturando foramini ovali.

Ib. anno 1696. de fetu ventrali, pauca verba.

In anno 1698. canem uvula deſtitui: in palato tamen habere muſculos, quos homo.

In *Mem. de l'Acad. des Sciences* 1699. inſignem dedit diſputationem, MERYO quidem eminus oppoſitam, qua cordis teſtudinis anatome continetur; ſinus venoſus maximus, arteriæ duæ abdominales; ventriculi cordis communicantes, eorumque valvulæ. Addidit etiam corda univentria viperæ, & ranæ, & cyprini; demum branchias, quarum arterias putat in venas abſque intercedente diviſione in minimos ramos converti. Cor teſtudinis nil pro MERYO facere, neque ſimilem in eo animale inque fetu fabricam reperiri, cum teſtudo ſæpe, fetus nunquam reſpiret &c.

In *hiſt. de l'Acad.* 1700. pro CHIRACI de vomitu ſententia. De glandulis nonnullis præputii (in beſtiis); de venarum corporis cavernoſi urethræ, cum venis corporum cavernoſorum penis communicatione.

Ventre aperto, reſectis nervis crurum, demum irritatos crurum muſculos convelli.

In *Mem.* ejus anni, vaſa omphalo-meſenterica animalium, quæ nova putat.

Ibid. de medulla oſſium. Reſorberi & oſſeas fibras obungere, & cavere ne fiant friabiles. Senſu acri eſſe.

In *Mem.* anni 1701. bronchiarum fabrica, & venarum in ea parte in arterias mutatio.

In *hiſt. de l'Acad.* 1702. acus in vena viri.

Hiſt. 1705. Venerem limacum accurate contemplatus eſt, ſed nunquam edidit.

Mem. de 1706. Anatome duorum infantum, obverſis pelvibus connatorum, in quibus propriæ particulæ artificioſe ad eam ipſam fabricam adaptatæ repertæ ſunt.

De eodem fetu duæ epiſtolæ in *Journal des Savans* 1707.

Hiſt. de 1708. Venus limacum. Aculeus, quo ſe mutuo compungunt, penis quem quiſque viciſſim in alterius valvam immittit &c.

Hiſt. de 1717. Serpentem qui piger ex ovo perrepſit, agilem fieri, quam primum reſpiravit.

In *Mem. de* 1725. WINSLOWIUS DUVERNEYI poſteriora, non levia, in corde fetus inventa, recenſet. Utique valvulam foramini aperiendo parem eſſe: ejus fibræ muſculoſæ; auriculæ duæ cordis ſeparatæ. Valvula EUSTACHII anguſta,

gusta, quando foramen ovale apertum est, lata vicissim. In fele se vidisse foramen ovale quasi sphinctere clausum, & valvulam ei adplicatam.

Ejusdem Duverneyi *Oeuvres anatomiques* Paris 1761. 4. 2. Vol.* curante J. E. Bertino, cui Senacus codices Duverneyi commiserat. Præter ea, quæ Cl. vir dum vivebat edidit, exstat hic compendium anatomicum, in quo plurima nova reperias, quæ vulgo solebant Winslowio tribui.

Ductus lachrymalis superior curvulus, inferior rectus.

Sclerotica tunica non nascitur a dura membrana.

Cornea tunica cocta in gluten abit.

Arteria posterior lentis crystallinæ.

De cerebro fuse, cum propriis iconibus & sectionibus. Lineæ transversæ & colliculus medius corporis callosi. Vasa pontis & plexus chorioïdei. Fibræ decussatæ in principio medullæ spinalis.

Sinus petrosi utrique, occipitales, circularis: sanguis circa carotidem. Motus duræ membranæ, tum qui a respiratione cietur, tum qui ab arteriis. Physiologia cerebri & nervorum.

Ganglion ophthalmicum, inventum ut videtur Cl. viri. Musculus in saccum nasalem insertus. Circulus arteriosus iridis.

Organum auditus nova tabula auctum, in qua arteriosa vascula membranæ tympani, & ossiculorum vascula.

Narium ossa bene, & inter ea corniculum sphenoideum Bertini. Nervi & vasa narium absque interpretatione. Glandulæ nimiæ. Foramen cæcum, & papillæ linguæ, ex variis animalibus. Omnes musculos pharyngis præter hyopharyngeum habet pro unico. In cute multæ tabulæ pilorum, papillarum, unguium, corporis reticulati, glandularum cutis, perinde absque interpretatione. Fuse de structura ossium & nutritione: ossa ex membranis generari. Ligamenta. Vidit discedentia ossa pubis. Sinum sphenoideum ab osse palati perfici. Sinus cæcus linguæ. De dentibus dissertatio, quæ in Diario *Journal des Savans* prodierat. De incremento cornuum: de plexu retiformi, mirabili, animalium.

In T. II. pergit compendium anatomicum. Fuse de valvula Eustachiana. De modo quo pleura pulmonem obvolvit, recte. Fila cellulosa habet pro fibris pulmonis muscularibus. Nihil esse in pulmone, præter inflatum cellulosum textum, ante Helvetium docet, neque cellulas fieri ex asperæ arteriæ vesiculis, & etiam in equo bronchia in tela cellulosa evanescere. De aëre communicante inter pulmonis lobulos. Mira vis musculorum intercostalium in equo. De voce cum Dodarto. Sinus occipitalis an. 1683. inventus, apud Keilium & Palfynium dictus. De vasis umbilicalibus fuse, deque eorum ramis, qui in adulto aperti manent. De musculis vesicæ, vesiculis, & prostata, nitida icone expressis. Ad penem, ejusque vesicam triquetram eminentiam

 pulchræ

pulchræ figuræ. Venarum cavarum ſphincteres. Aditus omenti hepaticus. Duodenum. Omnium inteſtinorum ampliſſimum eſſe. Tria ligamenta coli, & tres ordines cellularum. Hepar ex parvis veſiculis bilariis componi. In liene hominem ſolas habere fibras celluloſas. Omentum minus. Ventriculi pleni ſitus, idem quem WINSLOW. Glandulæ lienis ex elephante. Ligamenta inter uterum & veſicam atque rectum inteſtinum media. Proſtatas inferiores vocat, quas ſibi COWPERUS tribuebat, DUVERNEYO vero jam C. BARTHOLINUS reſtituit (*de diaphr.*). De corporibus luteis, fetuque tubario aut in teſte reperto. Contra ſemen muliebre. Cellulæ uteri.

Propria diſſertatio de generatione. Venus limacum, quam ipſe contemplatus eſt. Liquorem amnii ex veſica pueri provenire.

Pluſculæ diſſertationes de circuitu ſanguinis ante partum.

De valvula EUSTACHII.

De ventriculo animalium ruminantium, de eorum functionibus, & canale ſecundi ventriculi.

De ventriculo carnoſo avium.

Quarta membrana fetus canini.

De roſtro pſittaci, & glandulis ſalivalibus avium.

De renibus animalium, & eorum diverſa fabrica.

In poſthumo *tr. des maladies des os* Paris 1751. 12.* fabrica articulationum, capſulæ & ligamenta deſcribuntur.

In *præfatione* aliqua ad oſſium fabricam pertinent, de tubuli oſſis ad medulla incremento &c.

Promiſſa hiſtoria piſcium marinorum nunquam prodiit, cujus icones *P. de la* HIRE delineaverat (*q*). Nunc etiam audio praditura eſſe DUVERNEYI de cochlea experimenta. De integro etiam vaſorum lymphaticorum ſyſtemate, quod in cane demonſtravit (*r*), nihil unquam editum eſt.

In *Phil. Tranſ.* n. 139. aliqua habet de narium fabrica.

In Diſp. MEEKREN *de ſingultu* teſtimonium eſt de obſervationibus ineditis DUVERNEYI apud W. G. MUYS ſervatis.

§. DLXVIII. *Stephanus* BLANCARD,

Medicus Amſtelædamenſis, collector potius quam inciſor, & polygraphus. EJUS *Tractatus novus de circulatione ſanguinis per fibras*, *nec non de valvulis in iis repertis* Amſterdam 1676. 12.* & iterum 1688. 12.*. Sanguinem ex arteriis per fibras in venas redire: valvulas in venis eſſe, quæ caveant, ne ex iis ſanguis

(q) BIRCH. IV. p. 27.
(r) GRUDER ferment.

guis in fibras redeat, & quæ faciant, ne fibræ per venas possint repleri. Fermentationem cordis rejicit.

Ej. *Collectanea medico-physica of Hollands jaarregister der genees en naturkund; geaanmerkingen van gansch Europa* Amsterdam *Centuriæ* IV. 1680. 8.*. Germanice vertente T. J. M. C. G. L. Leipzig 1690. 8.*. Pleraque in I. tomo ex BLEGNYI *zodiaco medico Gallico*, alia ab aliis sumta VAN DYCK, VAN DUUREN, GRIMMIO. Habet tamen etiam bona aliqua, etiam anatomica, quæ non puto alibi prodiisse, ut RUYSCHII iconem conceptus, & uteri nuper fecundati. Pediculos androgynos esse. Plurima monstra; ex anatome animalium aliqua. In *Cent.* V. continetur Diss. BOKELMANNI Cel. Chirurgi, de pulmone natante & submerso. BOKELMANNUS negabat pulmonem a respiratione in vagina matris, aut ab humorum fermentatione mutari, ut natet; neque valde credebat RUYSCHIUS, ob putredinem natatilem fieri. Cæterum historias medicas a BLANCARDO per fraudem ex aliis transformatas fuisse indicatum est (*s*).

Ej. *Anatome reformata & concinna corporis humani dissectio. Accedit de balsamatione nova methodus* Leid. 1688. 8.*, & multo auctius ib. 1695. 8.*. Belgice 1686. 8.*. Germanice, vertente *Tobia* PEUCERO Leipz. 1691. 4. TREW. 1705. 4. TREW. Figuræ undique compilatæ (*t*), totusque liber. Balsamo condiendi methodus ex C. BARTHOLINO aliisque sumta. Adjectæ ultimæ editioni HARDERI obss. de ductu salivali novo.

Ars balsamo condiendi sola Germanice vertente G. A. M. excusa est Hanoveræ & Guelferbyti 1690. 8. 1692. 8. 1697. 8. 1705. 8. TREW.

Ej. *Anatomia practica s. variorum cadaverum morbis denatorum anatomica inspectio* Leid. 1688. 12.*. Undique collectæ fontibus non citatis cadaverum incisiones. Intercedunt passim etiam anatomica.

Ej. *Cartesiaanze Academie* 1683. 8. 1691. 8. LAMBERGEN. Germanice Leipzig 1693. 8.*. Physiologia inprimis CARTESIANA, cum omnibus illis effervescentiis, acida theoria febrium, acidæ diætæ proscriptione.

Ej. *Lexicon Medicum* Amstelodami 1702. 1717. 1735. 8. Hallæ 1739. 8. Anglice Lond. 1726. 8. & alias excusum, definitiones etiam partium corporis humani continet.

An huc facit *Schauplatz der Raupen, Würmer, Maden und fliegender Thierchen* Leipzig 1690. 8.

Ej. *Opera medica theoretica & practica & Chirurgica* Leid. 1701. 4. 2. Vol.*. Nihil priorum continet, sed diatriben *de fermentatione*, quæ aliqua parte huc spectat, lactis etiam phænomena. Tum *institutiones medicas*, in quibus etiam Physiologia CARTESIANA traditur, cum suis fervoribus.

§. DLXIX.

(s) MORG. *sed. & caus.* II. p. 17. 324.
(t) Vide de compilatore judicium MARCELLI MALPIGHII *posth.* p. 321. 322. & GRAETZII apud RUYSCH. *Ep.* VIII.

§. DLXIX. *Theodorus* CRAANEN,

Archiater Brandenburgicus, CARTESII adſecla. EJ. *de fluxu ſanguinis menſtrui* Diſſ. Leidæ 1676. 4.*

EJ. (nomine omiſſo) *Oeconomia animalis ad circulationem ſanguinis breviter delineata; it. generatio hominis ex legibus mechanicis* Goudæ 1685. 8.* Amſterd. 1703. 8. TREW. quod opus alii ad quemdam nomina FREGAN referunt (PLATN.) In priori opuſculo ad CARTESII mentem omnia interpretatur: ſucci tamen pancreatici Graafianum fervorem rejicit; & conſentit, non in diaſtole ſanguinem de corde erumpere. Venas pulmonales micare. Pro viis brevioribus urinæ. Animam in glandula pineali reſidere acriter defendit, nihil motus calculis, qui ſint in ea glandula reperti.

Inde brevis & ſimplex œconomia animalis.

Tunc generationis mechanica explicatio, ad CARTESII mentem.

EJ. *Tractatus phyſico-medicus de homine* Leid. 1689. 4.* Neapoli 1722. 4. TREW. Ampla ſatis, & per omnes ſuos receſſus deducta phyſiologia CARTESIANA, cum iconibus, ſæpe ad hypotheſin reformatis. Anatomici proprii nihil quidquam. Se vidiſſe poros veſicæ urinariæ introrſum ſpectantes, & extrorſum, cum valvula qua caveatur, ne liquor poſſit regredi. Oſteogenia ex KERKRINGIO.

Opera omnia prodierunt Amſterdam 1689. 4. *Journ. Sav.*

§. DLXX. *Johannes Chriſtophorus* STURM,

Profeſſor Phyſices Altdorfinus, ex primis qui experimenta phyſica in aliqua Academia Germanica fecit. Paſſim phyſiologiam adtigit.

EJUS Diſp. *de transfuſione ſanguinis* Altdorf. 1676. 4.* Hiſtorica.

EJ. *Oculus teleſcopicus* ib. 1678. 4.

EJ. *de generatione plantarum & animalium* ib. 1687. 4. Panſpermiam docet.

EJ. *de principio hylarchico* ib. 1685. 4.

EJ. *Idolum naturæ* ib. 1692. 4. contra archæum.

EJ. *de reſpiratione, prolixiori tractatui argumentum deſtinatum* ib. 1686. 4.*

EJ. *de ſenſu unius gemino* ib. 1686.

EJ. *Locus imaginum a ſpeculo repræſentatarum* ib. 1693.

EJ. *de presbytis & myopibus* ib. 1693. 4.* reſp. SCHEUCHZERO.

EJ. *de elephante* ib. 1696. 4.*

EJ. *Senſus viſus nobiliſſimus ex cameræ obſcuræ tenebris* ib. 1699. 4.*. Mutationem oculi interni fieri a proceſſibus ciliaribus. Rotundas apparere faces, quod pupillæ figuram exprimant.

EJ. *Collegium experimentale ſ. curioſum* ib. 1676. 4.

Inter

Inter experimenta viri, huc etiam pertinent, quæ in animalibus fecit, aëri rarefacto commiſſis; tum quæ in urinatoria campana, denique in camera obſcura. In ſcorpiis etiam microſcopio uſus eſt; ad oculum etiam & vires muſculorum legi poteſt.

Ej. *Phyſica electiva ſ. hypothetica* Noriberg. 1697. 4. 1730. 4.* Tomus II. . . . . . . Noriberg. 1722. 4.*

In T. I. aliqua de animalibus in univerſum, & de eorum generatione: & rudimentis organicis ſubtiliſſimis. Machina Papiniana & ejus effectus. Fabrica hominis ad prævisos fines evidentiſſima. Quid natura ſit. Senſus & eorum objecta.

In T. II. panſpermia. Perſpiratio inſenſibilis. Putrefactio &c.

Ad Borelli de motu muſculorum opus experimenta mechanica continet. In *app. anni* II. E. N. indaginem primam confirmat. In *appendice anni* III. in indagine ſecunda & tertia ſtabilienda laborat.

In *appendice anni* IV. ad indaginem IV.

In *appendice anni* V. indago V.

In *appendice anni* IX. & X. contra *Paulum de* Minis pro recentioribus medicis apologiam dat.

Et in *Dec.* III. *ann.* V. VI. *app.*

De motu cordis theoriam viri laudat Cl. de Hahn *de aëris effect. in pulm.* p. 89.

§. DLXXI. *J. Georg.* Morhof. *Alii.*

Morhof, Profeſſor Kilonienſis, polyhiſtor, chemiæ amans. Ej. Diſſ. *paradoxa ſenſuum* Kiel. 1676. 4.*

Ej. *Stentor hyaloclaſtes, ſ. de ſcypho vitreo per certum humanæ vocis ſonum fracto* Kiel 1683. 4.*. Ingenioſa commentatio ad cauponis cujusdam artificium, qui tonum ſcypho vitreo proprium, per experimentum doctus, paulo altiori voce inclamans, ſcyphum dirumpebat. Varia ad ſonum, & vocem humanam.

In *polyhiſtore* Hamburg 173 . 4.* aliqua ſunt de zoophytis animalibus, eorum generatione, denique de homine ejusque phyſiologia & anatome.

Guilielmus Briggs, Socius Collegii *Corporis Chriſti* Cantabrigienſis. Ejus eſt *Ophthalmographia, ſ. oculi ejusque partium deſcriptio anatomica* Cantabrigiæ 1676. 12.* Lond. 1685. 12. Leid. 1686. 12.* Obs. & in *Collect.* Hookii inque Mangeti *Bibliotheca.* Sola anatome & nova viſionis theoria. *Continuatio novæ viſionis theoriæ ex* Hookii *collectionibus.* In anatome fibras retinæ ad ligamentum usque ciliare productas, in nonnullis animalibus conſpicuas, rectius conſtituit. In theoria chordas alias curvas longasque, alias breves in optico nervo admiſit. Unicum objectum adparere ſuſpicatus eſt, quando id objectum in homologis utriusque oculi fibris depingitur.

In *Philoſ. Tranſ.* n. 147. tuetur ſuam theoriam contra varias objectiones. Aliquid glutinoſi fibras retinæ conjungere.

N. 159. Exemplum cæcitatis nocturnæ & viſus duplicis.

Pauli Ludovici SACHS *Monocerologia ſ. de genuinis unicornibus* Razeburg. 1676. 8.*. Cranium ceti Narwhal deſcribit, & depingit, tum reliqua oſſa, & ſatis quidem accurate.

James COOKE *mellificium chirurgiæ, or the marrow of Chirurgery much enlarged to which is new added anatomes* 1676. 8. BOEHM. 1685. 4. OSB. 1730. 8. OSB.

Charles GOODALL *the college of phyſicians vindicated and the true ſtate of phyſik in this nation faithfully repreſented* London 1676. 8.* Huc facit apologia anatomes, quam ad meliorem morborum cognitionem viam aperuiſſe oſtendit. Porro nuperos medicos & potiſſimum, etiam Anglos, anatomen ditaſſe; chemiam etiam ad illuſtrandam phyſiologiam adhibuiſſe.

GALATHEAU *Diſſ. ſur la digeſtion de l'eſtomac & touchant l'humeur acide* Paris 1676. 4. 12. Contra triumviratum SYLVIANUM, contra acidum ventriculi humorem: contra vim digeſtricem ſpirituum CURÆI. Ipſe rem medio relinquit.

EJ. *de l'empire de l'homme ſur les animaux* Paris 1676. 12. PORTAL.

J. Peter GIESWEIN *ſyſtema univerſæ medicinæ* Francof. 1676. 8.

Tobias VOGELIUS, Werdenſis, *Mnemoſynologia ſ. de memoria libellus* Jen. 1676. 12. BEUGHEM.

Zachariæ TRABER, S. I. *nervus opticus* Wien 1676. fol. 1690. fol.* Oculi aliqua deſcriptio, & ſolitæ de viſu quæſtiones.

J. DELLY *de l'ame des bêtes* Lyon 1676. 8. Amſterdam 1676. 8. Pro CARTESIO contra animam brutorum & *Ignatium* PARDIES.

Caſo d'un parto maraviglioſo ſeguito in Venezia nella contrada di S. Croce Venez. & Modena 1676. 4.

In DOMINICI AUDA *compendio di maraviglioſi ſecreti* Venet. 1676. 16.* agigitur etiam de phyſiognomia.

§. DLXXII. *Varii.*

J. Conrad BRODTBECK *de ſanguine menſtruo* Tubing. 1676. 4. alii 1679. 4.

EJ. *χολογευμα guſtamen phyſico-medicum bilis* Tubing. 1676. 4. PL.

J. Chriſtoph. BECMANN *de prodigiis ſanguinis* Francof. ad Viadr. 1676. 4. PL.

Joh. MULLER *utrum ex facie hominis de animi inclinatione judicium ferre liceat* Witteberg. 1676. 4. VAT.

EJ. *de notis & figuris infantum ab imaginatione matrum* Witteberg. 1677. 4. B. BOEHM.

EJ.

Ej. *An aliqua species corporum naturalium de novo orta sit, & an aliqua perierit* annum ignoro.

Georg. PRUKELS *fetus posthumus* Jen. 1676. 4. BOECL.

Valentin MERBIZ *de varietate faciei humanæ* Dresden 1676. 4. BOECLER.

Ej. *de infantibus suppostitiis & de nymphis* Lips. 1678. 4. BURKH.

J. Henr. STARK *An sanguis venis & arteriis inclusus in pus mutari possit* 1676. 4.

J. G. ROETENBECK *de sudore præter naturam* Altdorf. 1676. 4.

J. Frid. KREBS *de visu* Onoldi 1676. BURCKH.

Philipp. Arnold am ENDE *de productione ignis vitalis* Utrecht 1676. 4.*

Henrici MAHIEU & *Andre* ENGUEHARD, *E. melancholicis animi motus vehementiores* Paris 1676.

J. Bapt. Ren. MOREAU & *Petri* LAURENCEAU *E. ex vocis loquelæ modo corporis & animi virtus conjici potest* Paris. 1676.

Armand Joh. de MAUVILLAIN & *Petri Pauli* GUYART *E. iracundiores feminæ difficilius pariunt* Paris. 1676.

J. CYPRIANUS *de sensu & cognitione in brutis adversus A. le* GRAND Lipsiæ 1676. 4. BURCKH.

§. DLXXIII. *J. Jac.* DOEBEL.

J. Jac. DOEBEL *de ovis exercitat.* III. Rostock 1676. 4. HE.

Ej. *Conclusiones de corporis naturalis principiis* ib. 1682. 8.

Ej. *Sciagraphia corporis humani* ib. 1683. 8.* cum ea in civitate Professor esset & Poliater.

Ej. *Valvularum vasorum lacteorum, lymphaticorum & sanguiferorum dilucidatio* ib. 1694. 4. alias 1695. 4.

In *actis litt. maris Balthici* dedit bonam descriptionem gliris vere hermaphroditici, pene semen continente, tamen absque testibus; ovario vero, & vulva præditi.

Fetum etiam ventralem dixit, &

Visum in septuagenario ante mortem restitutum.

Anno 1702. sanguis de vulva puellæ 30. mensium.

IDEM, nisi alius & ejusdem fuit nominis, de celebri illa puella per plures annos

annos a cibo abstinente varios libellos scripsit; & primo *Simonis* HALLENBERG, judicis provincialis, inquisitionem judicialem de Estheræ morbo ob diuturnam inediam & aliqua symptomata notabili, latine versum Londini Scanorum edidit. Puella a suis durius habita, fanatica, hysterica, lecto addicta 10. annis absque cibo & potu victitavit; si testimoniis fidem præbeas; neque aut menses interim passa est, aut sudorem, sed neque alvum deposuit, neque urinam reddidit. Denique a milite impraegnata convaluit, & ad cibum rediit.

Historia Estheræ Norre Obyensis Suecice scripta a *J. Jac.* DOEBELIO. Ratiocinia aliqua.

Discursus Academicus de Esthera Norre Obyensis angelo, stella, templo albo & deliquiis; pariter DOEBELII. Lundin. Scanor. 1715. 8.* A cibo ea femina abstinere cepit anno 1704., ab aqua anno 1707; a syrupo, quem subinde adsumpserat, anno 1708. Anno 1712. cepit os aqua eluere: Anno 1713. ad cibum rediit. Et tamen, dum syrupo utebatur, aliquas fæces per alvum edidisse dicitur. Sanguinem aquosum fuisse. Egit etiam de viro 40. diebus jejunante, & de feminis hystericis asitis.

Germanice prodiit *Bericht von Esther Johanna und ihrem zehnjährigen Fasten* Hall. 1724. 8. B. BURCH.

Anno 1725. 4. Londini Disp. prodiit *de temperamentis doctrina emendata & de sanguinis statu naturali & corporis humani principio vitali.*

§. DLXXIV. *Fridericus* SCHRADER,

Primarius Professor Göttingensis, deinde Professor Helmstadiensis, & *Justi* CELLARII Disp. *de panis natura* Helmstätt 1676. 4.*. Agnum nondum natum leni calore totum in mucilaginem defluxisse.

EJUSD. Diss. *Epistolica de microscopiorum usu in naturali scientia & anatome* Götting 1681. 8.*. De LEEUWENHOECKII microscopiis & generatione pulicis. Ipse de musca ichneumone. De pene muscæ apud SWAMMERDAMIUM viso. Insectorum anatomen ad physiologiam utiliter transferri. Semen ad uterum non pervenire, contra LEEUWENHOECKIUM. HAMMIO, amico suo, vermiculos seminales inventos tribuit.

EJ. *de admiranda naturæ in suis operibus subtilitate* Helmstad. 1681. 4. HE.

EJ. & auctoris *Georgii Conradi* WOLF, *de aëris in corpus humanum effectibus* ib. 1685. 8.*

EJ. *de imaginationis maternæ in fetum efficacia* ib. 1686. 4.*

EJ. *Lymphæ & glandulæ pathologice consideratæ* ib. 1686. 4. HE.

EJUSD. *Additamenta ad* VESLINGII *syntagma anatomicum* ib. 1689. 4.*. Plures sunt, ad 16, perbreves disputationes cum hoc titulo collectæ. Liquorem in arteriam spermaticam impulsum transiisse in venam; urinam ex arteria in ureterem.

EJ.

Ej. *de Idiosyncrasiis* ib. 1696. 4.*

Ej. *de brutorum animantium armatura* ib. 1697. 4.*

§. DLXXV. *J. Mauritius* HOFMANN,

Mauritii fil. Professor pariter Altdorfinus, vir eruditus, neque ab anatome alienus.

Ej. *de primævæ salutis undæ, non ergo mortalitatis auræ, salivæ natura usu & affectibus* Altdorf. 1676. 4.*

Ej. *γλωσσογραφια τριμερης, linguæ statum naturalem, præternaturalem & signa inde petenda exponens* ib. 1677. 4. HE.

Ej. *de differentiis alimentorum & potulentorum* ib. 1677. 4.*

Ej. *Structura partium corporis masculi* ib. 1679. 4.*

EJUSD. *αεροτηρια* ib. 1680. 4.*

Ej. *de dolore* ib. 1680. 4.*

Ej. & M. MASSON *de urina* 1681. 4.* Aliqua ossium anatome. Vertebræ carie a steatomate nata contritæ. Sapor acerrimus acidus in scirrhosa renis glandula.

EJUSD. *de faciei promontorio, olfactus organo* ib. 1682. 4.

Ej. *de glandulis renalibus* ib. 1683. 4.*

Ej. *de anatome corporis feminini* ib. 1685. 4.*

Ej. *de cuticula & cute* ib. 1685.

Ej. & A. KNOPFII, qui auctor audit, *de odoramentis & suffimentis* ibid. 1686. habet organum hujus sensus.

Ej. & AYRER *de vena portæ* ib. 1687. 4.*

Ej. & *Bernhardi Matthæi* FRANK *de gustu Disp.* prodiit Altdorf. 1689. 4.* Melioris notæ. Papillas describit. Papillæ linguæ ex variis animalibus. Glandulæ ad latus epiglottidis, & arytænoideum. Buccas, fauces quas non totas gustandi facultate destitui. Ductum sublingualem distincto ostio aperiri. Pro ductu salivali NUCKIANO. In lepore prægnante pulchre vidit, flatum ex cornu uteri per tubam viam sibi aperire ad ovarium. Id ruptum fuisse; eaque sede corpora lutea, quæ numero suo respondebant numero fetuum in cornubus repertorum. Glandulæ ad latus epiglottidis, & glandulæ arytænoideæ.

In *append.* fissura in utroque ovario canis patula, ad tubam respiciens, & corpora lutea, ad fetuum numerum.

Ej. *de structura partium corporis masculi* ib. 1689.

Ej. *de liquore gastrico* ib. 1690. 4. HE.

Ej. *de pericardio* ib. 1690. 4.*

Ej. *de suturis cranii humani earumque usu* ib. 1691. In procero viri cranio nulla sutura.

Ej. *Anatome corporis feminini adornat* ib. 1691.

Ej. *de differentia viscerum abdominalium in homine & bruto* ib. 1691. 4. Bohem.

Ej. *de nervis in genere* ib. 1692. 4. He.

Ej. *de salivatione mercuriali* ib. 1692. 4. Veri ductus salivales.

Ej. *de fluidorum catholicorum in fetu motu* ib. 1695. 4.

Ej. *Sciagraphia secretionis animalis* ib. 1695. 4.*

Ej. *de omento* ib. 1695. 4.*

Ej. *de injectionibus variis* ib. 1695. 4. He.

Ej. *de pancreate* ib. 1706. 4.*

Ej. *Secretionis animalis specimen* ib. 1707. 4.*

Ej. *Ptarmographia physiologico-pathologico-therapeutica* ib. 1710. 4. Burkh.

Ej. *Disputationes anatomico-physiologicæ ad J. v.* Horne *microcosmum* ibid. 1685. 4.* Aliqua habet a Marchetto & Molinetto, præceptoribus suis. Succum pancreaticum acidum contendit se reperisse.

Ej. *Idea machinæ humanæ anatomico-physiologica ad recentiores observationes conformata* ib. 1703. 4.*. Sunt primum viginti Dissertationes nihil mutatæ, quæ conjunctæ compendium anatomicum efficiunt, cum physiologicis utilitatibus. Parcissime anatomica admista. Programmata decem subjuncta oratoria sunt.

Ej. *Disquisitio corporis humani anatomico-pathologica* ib. 1713. 4.* Partium corporis humani brevis census, reliqua pathologica. Subjiciuntur programmata anatomica nuperiora postea edita, quæ cum *idea* prodierunt.

Ej. *Sciagraphia institutionum medicarum posthuma* prodiit *curante J. Henrico* Schulze Hall. 1742. 8.* Breve pro tironibus compendium.

In *Ephemeridibus Naturæ Curiosorum Dec.* II. *ann.* I. *obs.* 155. anatome ovis gravidæ & fetuum. Liquor in horum ventriculo similis ejus qui in amnio, sapore acido salso.

Dec. II. *ann.* III. *obs.* 27. Sudor sub axillis miniatus.

Ann. IV. *obs.* 152. Fetus pectoribus connati, inde semiduplices, aliquamdiu intestino simplici.

Obs. 153. Vasa plexus chorioidei.

Obs. 155. Intestinum cæcum in fetu inane.

Ann. VI. *obs.* 164. Partus hydatidum.

Obs. 165. Fetus capite deformi, galea cranii destitutus.

Obs. 166.

Obs. 166. Vena carpi sponte se aperiens.

Ann. VII. *obs.* 246. Cartilago inter ossa pubis in puerpera, mollis & spongiosa.

Ann. VIII. *obs.* 186. Puer sub aquis mersus, sponte revivifcens, cum pro mortuo haberetur.

Obs. 187. Ex nævo saccus de sacro osse pendens.

Ann. X. *obs.* 80. Catelli eodem partu alii glabri, pilosi alii.

Dec. III. *ann.* I. *obs.* 142. Pullus gallinaceus quadrupes.

Obs. 143. Vitulus quinquipes.

Ann. II. *obs.* 110. Diverticula peritonæi in femina.

Ann. IX. X. *obs.* 177. Aqua pericardii in bove.

§. DLXXVI. *Christianus Franciscus* PAULINI,

Collector, multorum animalium historias scripsit, quibus & anatome continetur. Ej. Diss. *curiosa de sudoribus admirandis* Amsterd. 1676. 4. MOELLER.

Cynographia Noriberg. 1685. 4. Primæ opusculi lineæ exstant in E. N. C. *Dec.* II. *ann.* III. *app.*

Bufo breviter descriptus Noriberg. 1686. 8.

Talpa Lipsiæ 1689. 8.

Anguilla Lipsiæ 1689. 8.

Lagographia curiosa, s. leporis descriptio Aug. Vindel. 1691. 8.* Anatome & reliqua ex aliis: adnotationes aliquæ inter uberrimam compilationem intersperfæ.

Lycographia Francofurti 1694. 8.*

De asino Francof. 1695. 8.*

In *Acad. Nat. Curios. Ephemeridibus* aliqua sunt PAULINI.

Dec. II. *ann.* VIII. IV. mammæ sine papillis; & lac mensium tempore album ex papillis manans. *obs.* 104. 106.

Ann. V. *app. obs. medico-practicæ.* Multa in iis incredibilia; aliqua, quæ forte usum inveniant. Sudor a sirupo violaceus. Vulva cum hymene, ut videtur, pro re monstrosa. Vacca trimammis. Capra uberibus inter pedes anteriores positis. Femina tribus in mamma papillis: menses ex mamma: sudor arenosus. Clitoris maxima. Uterus difformis.

In *app. anni* V. *Dec.* II. iterum observationes habet. Huc facit pilorum robur, aves cornutæ, sudor urinæ, pubes nulla, lac viride, alia.

In *app. ann.* VII. aliquæ *observationes* ut sudor stercoris odore; fetus per os & vulvam rejectus: atreta, tamen imprægnata.

Dec. III. *ann.* IX. & X. *obs.* 53. ovum quadratum.

§. DLXXVII. *Philoſ. Tranſactiones* 1676. 1677.

N. 125. J. BEAL de carnibus lucentibus.

N. 137. J. GREAVES de modo, quo pulli in Ægypto per calorem artificialem excluduntur.

In BIRCHII *hiſt.* T. III. p. 341. Canes & feles nunquam ſudare.

p. 350. *Chriſtophorus* WREN, idem cui infuſio ſanguinis tribuitur, & ipſe anguillas exemit ex anguillis, & ex cancrorum ovis perfectos cancros.

§. DLXXVIII. *J. Conrad* PEYER,

Nobili familia Scaphuſina natus, diſcipulus DUVERNEYI, non diu quidem anatomicis ſe dedit, ſed quamdiu in iis ſe exercuit, maximam ſpem fecit ſui.

EJUS *Exercitatio anatomico-medica de glandulis inteſtinorum, earumque uſu & adfectionibus, cui ſubjungitur anatome ventriculi gallinacei* Schafhauſ. 1677. 8.* Glandulas agminatas inteſtinorum muciferas, poro apertas, in homine inque animalibus vidit, aliter in aliis ſe habentes: tum ſolitarias craſſi inteſtini glandulas. In parte poſteriori, in ſuis glandulis viſcidum putat humorem, fermento ſimilem, ſpiritibus gravem ſeparari. Porro motum antiperiſtalticum in muliere vidit. Purgantium medicamentorum effectum ab irritatione ſuarum glandularum deducit. Excretionem arterioſam, reſorbtionem venoſam rejicit. Intusſuſceptionem inteſtini in homine vidit inque rana.

In gallinaceo genere bulbus glanduloſus; inde duo muſculorum paria, carnoſorum, quorum alterum cruſtas cartilagineis adducit: alterum laxat.

Hæc Diſſertatio recuſa eſt Genevæ in B. MANGETI & in *Parergis anatomicis & medicis* VII., quorum primum locum occupat Genevæ 1681. 8.* Amſterdam 1682. 8.* Contra eos ſe tuetur, qui a PECHLINO PEYERUM ſua habuiſſe criminabantur. Plexum in duodeno inteſtino conſtantem reperiri: agminatas glandulas fermentum diſſolvens, ſolitarias mucum oblinientem ſecernere. Adjectum eſt certamen epiſtolicum cum *Johanne* MURALTO, qui PEYERI glandulas pro lacteorum vaſorum colis habebat.

EJUSD. *Methodus hiſtoriarum anatomico-medicarum, occaſione aſcitis, vitalium organorum vitio ex pericardii coalitu cum corde nato, illuſtrata* Pariſiis 1678. 12.* & in *Parergis anatomico-medicis* n. III. Ut debeant inciſorum cadaverum morboſorum deſcriptiones adornari.

In *epiſtola ad* HARDERUM, quæ prodiit in ejus *anatome cochleæ domiportæ*, Noſter vaſa varii generis, ſanguineis adſinia & lymphaticis, deſcribit, etiam glandulas muciferas. Veri oculi. Bronchi oſtium ducens ad cavum membranis cinctum. Vaſculum lacteum videtur generare materiam operculi. Teſta creſcit, mutato humore viſcido, qui ſenſim induratur. Oſſiculum cum acido vitrioli liquore fervet.

Intsr *parerga* ſeptimum eſt, experimenti enarratio, quo cor emortuum flatu

flatu per ductum thoracicum aut per venam impulso, revivifcere conspectum est. Additamentum accessit *J. Jac.* HARDERI.

EJ. *de valetudine humana* Diss. Basil. 1681. 4.*

PÆONIS & PYTHAGORÆ *exercitationes anatomico-medicæ familiares bis quinquaginta* Basil. 1682. 8*, nempe PEYERI & *J. Jac.* HARDERI. PEYERI priores epistolæ ex itinere datæ sunt, Parisiis, Monspelio, & passim nova inventa tangunt: tum brutorum, animalium incisiones. Glandulæ uterinæ in rupicapra; de ejus animalis prostatis, earumque ductibus. De aliorum animalium prostatis. Ventriculus hirci, leporis, cochleæ. In cuniculo glandulæ in cordis tunica. Ex anatome cochleæ varia; de ejus oculis &c. Puella galea cranii destituta. Glandulæ ventriculi & intestinales. Glandulæ sub cruribus clitoridis, quæ prostatæ BARTHOLINI. Glandulæ ad anum. Mulo omnia organa genitalia data esse. Vesiculæ seminales variorum animalium. HARDER de glandulis PEYERI. Ren unicus, testes vasculosi. Glandulas renis esse vasa contorta. Cordis motus flatu suscitatus. Tardæ anatome. Piscium appendices intestinales. Lien duplex.

Hic etiam, tum in BRUNNERI opere, exstat *de pancreate schediasma* PEYERI.

EJUSD. *Merycologia s. de ruminantibus & ruminatione commentarius* Basileæ 1685. 4.* & in B. MANGETI. Verbosior paulum & magis polemicus liber, potissimum in J. C. BRUNNERUM. Cæterum ventriculos animalium ruminantium copiose & abunde describit, internas omnium asperitates, fibras musculosas, has primus. De aliis animalibus & hominibus ruminantibus.

In *appendice* sunt Cl. virorum epistolæ, etiam WEPFERI. Ruminationem curiose contemplatus est. Non ignorant Helvetii modum aperiendi ventriculi, quando cum periculo animalis flatu distenditur. Inde HARDERI, MURALTI epist.

EJUSD. *Observatio circa urachum, post mortem* Cl. viri a filio *J. Jacobo* edita Leid. 1721. 8.* Urachum etiam in homine pervium esse, in fetu, ut ipse viderit, aliquando etiam in adulto.

Epistola ad MURALTUM *de generatione ex ovo*, cum hujus viri clavi medicinæ prodiit Tiguri 1677. 12.*

In *Eph. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* I. *obs.* 85. Lepusculorum anatome. Salmonum appendices pyloricæ: ductus bilem ex hepate in vesiculam ferentes. Cæci intestini per varia animalia discrimina. Ventriculus anseris cum glandulis.

Obs. 86. Veri meatus pone aures rupicapræ respiratorii.

Ann. II. *obs.* 111. Puellæ vulvis connatæ.

Ann. III. *obs.* 163. Agnus cyclops capite monstroso.

Obs. 164. Canis bipes.

Obs. 165. Bilis in ductu pancreatico.

Ann. IV. *obs.* 77. Pro motu antiperistaltico intestinorum.

Ann. V. *obs.* 176. De rete mirabili in homine non reperiundo.

Ann. VI. *obs.* 132. De glandulis inteſtinorum & duodeni, quas non ſatis veras putat eſſe glandulas. De villis.

Obs. 133. De ſecretione in univerſum.

Ann. VII. *obs.* 204. Anatome gravidæ. Urachus cæcus.

§. DLXXIX. *Johannes* MERY.

Hujus Chirurgi, Pariſini Academici, & inſignis inciſoris, *deſcription exacte de l'oreille cum Guilielmi* LAMY l. *de l'ame ſenſitive* prodiit Paris 1677. 12. 1687. 12.* Poſt PERRAULTI opuſculum, ante DUVERNEYUM ſcriptum eſt, cum illum refutet, huic parcat. Muſculo mallei interno duos tendines tribuit, tum anteriorem habet, demum muſculum ignotum, qui tympanum tendat. Proceſſus helicis. Inciſuræ meatus auditorii. Cochleæ duas ſcalas pervio foramine communicare. Nucleum non eſſe perforatum. Nervi mollis aliquot rami. Icones propriæ, quas inter eſt cochlea denudata.

EJUSD. *Nouveau ſyſteme de la circulation du ſang par le trou ovale dans le fetus humain, avec les reponſes aux objections faites contre cette hypotheſe* Paris 1700. 12.* Cum MERYUS videret, arteriam pulmonalem in fetu majorem quam aortam eſſe, inde non improbabiliter deduxit, videri adeo ventriculum cordis dextrum plus ſanguinis emittere quam aortam, cum vaſorum diameter conſtanter ſit in ratione transmittendi ſanguinis. Quare non videri de ſanguine dextri ventriculi diſcedere eum, qui per foramen ovale tranſit: ita fieri, ut probabile ſit, ſanguinem a ſinu ſiniſtro per foramen ovale in dextrum ſinum venire; ita intelligi, cur arteria pulmonalis, quæ plus ſanguinis accipiat, major ſit & aorta minor, quæ minus. Valvulam foramini nullam eſſe, quod ſit ſuper eam membranam, quam vocant valvulam. Reſpondet ad objectiones TAUVRYI, SYLVESTRI, BUSSIERE & VERHEYENII. Icones pluſculas addit.

EJ. *Problemes de phyſique*; 1. *ſi la generation du fetus depend de ſa nourriture*; 2. *s'il y a entre lui & la femme une reciproque circulation. Si le fetus ſe nourrit d'une portion du lait de la matrice, où du ſang de ſa mere. S'il ſucce le lait ſuppoſé. Si ſa vie depend de ſa mere. Si l'enfant ſort de la matrice parcequ'il eſt privé d'alimens, où parce qu'il en eſt chaſſé par la contraction de cette partie* Paris 1711. 4.* Contra FALCONETUM, qui negaverat, ſanguine materno exhauſto, fetum reddi exſanguem. Noſter affirmat; negat anaſtomoſes vaſorum ſanguineorum uteri & placentæ; communicare tamen fatetur, cum funiculo reſecto, neque ligato, de placenta in utero relicta, ſanguis matris per funiculum effluat. Nullum dari lac uterinum; fetum continuo cum matre mori. Partum fieri a contracto utero, non ab aliqua fetus fame, cum etiam mortuus fetus expellatur. Multa utilia intercedunt.

Hæc ſeorſim edita. Pleraque vero viri opera reperiuntur in *Mem. de l'Acad. Roy. des Sciences.*

In X.

In *Mem. avant* 1699. T. X. *anno* 1684. experimentum eſt felis ſub aqua merſæ, cujus pupilla mirifice dilatatur, ut in retina vaſa rubra videas.

Anno 1685. jam oſtendit, ventriculum cordis dextrum cum ſiniſtro in ave regia foramine communicare.

Ib. de teſtudinis pulmone veſiculari.

Ib. de ſimia magna clitoride, pro androgyna habita.

Anno 1686. ductus lacteos dicit, ad mammas tendentes in fèle zibethica.

Anno 1687. in avibus circulum oſſeum ambire tunicam corneam.

Anno 1688. agit de calcaribus in capi caput inſertis, quæ comprehenderunt.

Anno 1689. inciſio viri, cui omnia viſcera a dextro latere in ſiniſtrum tranſpoſita.

Anno 1690. de reſpiratione avium. Inſpiratio fit, quando ſternum extrorſum fertur & viciſſim.

In *Memoires de mathematique & de phyſique* 1692. novam ſuam de ſanguinis per cor in fetu circuitu aperit.

Mém. de 1693. aperto pectore alia animalia (calidi ſanguinis) interire, frigida, ut teſtudo, ſupervivere, quod in teſtudine cor roboris habeat ſatis, ad eum circuitum perficiendum. In teſtudine ventriculos cordis communicare, & omnes tres ventriculos vires ſuas ad ſanguinem expellendum unire. Pulmonem quidem ampliſſimum eſſe, parum vero ſanguinis continere, lentius etiam ejus ſanguinem circumire. Humanum fetum, matris ſuæ partem eſſe.

Eodem anno gemellos cum unica placenta & ſecunda deſcribit.

Eodem, aërem de veſiculis aëreis pelicani in celluloſam telam ſubcutaneam penetrare docet.

Anno 1694. ſanguinem in arteriis adquirere rubrum colorem, in venis amittere.

Fetum bufoni ſimilem deſcribit, cranio minimo.

In *hiſt. de l'Acad.* 1695. novam ſuam de tranſitu ſanguinis per cordis canales in fetu apertos opinionem aperit: negat valvulam eſſe in ovali foramine: venas pulmonales e directo ad id foramen ducere monet; arteriam pulmonalem eſſe aorta majorem: in corde teſtudinis eandem eſſe directionem motus ſanguinis, quam ipſe in fetu ponit. Ad objectiones DUVERNEYI reſpondet.

IDEM ib. veſiculam fellis vidit hepar in vulpe perforare. In ovario feminæ, os reperit quaſi maxillæ. Reticulum cutaneum perforatum deſcribit, & cutaneas glandulas.

In *hiſt. de l'Acad.* 1696. de muſculi fabrica aliqua. Vaginas fibrarum carnearum non bene tendineas facit.

Ib. de muſculis palpebræ internæ avium agit.

In *progrès de la medicine* anni 1697. de cute agit, de reticulo, quod verum admittit & cribrosum cum papillis conspicuis, fere ut MALPIGHIUS. Nervos olfactorios negat servire ei sensui, qui morbosi visi sint, cum is sensus integer esset: neque possunt in nares deduci. Quare olfactum esse a quinto pare. Fibram muscularem non oriri a tendine. Recte monet ad secundam lumborum vertebram medullam spinalem terminari. Chordam tympani, ut prius, vult musculum esse biventrem, cum medio tendine. In caruncula lachrymali glandulas esse suis cum ductibus excretoriis Musculos, qui dicuntur, erectores penis non posse eo officio fungi, ipsasque laminulas corporis cavernosis carneas esse. Veros dari canales deferentes perforatos inferiores. Ova GRAAFIANA habet pro hydatidibus. Fetum a seminibus commistis fieri.

Iterum in *hist. de l'Acad. des Sciences* 1697. aliqua de sua nova hypothesi, qua iter sanguinis per cor fetus mutat & invertit.

Novum suum ductum deferentem describit in *historia* anni 1698.

In rupicapra ductum pancreaticum in choledochum terminari.

Lumbricum teretem caninum describit.

In *hist. Acad. Reg. Scient.* ann. 1699; motum peristalticum in viva femina vidit.

Apud J. B. DU HAMEL & in *Mém. de l'Acad.* 1709. de lingua pici cum musculo ex medio rostro nato & multo posterius inserto, duobus ligamentis, quæ os hyoides gubernant.

In *hist. Acad. Reg. Scient.* 1700. Gemellos placenta unica, colon & vesica urinaria in umbilicum aperta.

EJ. Fetus contortus, ventribus omnibus apertis, cordis unica aure, ex qua utraque vena magna & pulmonalis prodibat, ventriculo dextro minimo, in sinistrum communicante.

Ibid. in *Mémoires*, aërem in sanguinem resorberi. Membranas corporis humani aquæ esse permeabiles, aërem vero coërcere. Ex aspera arteria aërem in cor viam invenire.

Anno 1701. contra ova Graafiana. Ovarium morbosum in fecunda femina. Glandulæ in sinu longo duræ meningis.

Gliris Indici & Talpæ anatomen omiserunt.

In herniosorum historiis habet appendicem intestini: phænomena ani artificialis, post amissum longum intestini tractum &c.

Anno 1701. glandulosum lienem se vidisse.

Duæ feles connatæ.

Anatome pelicani & cruris aquilæ in thesauris latet.

Ann 1703. integrum librum de sua cum DUVERNEYO lite edidit, etiam seorsim excusum Paris. 1705. 4.* Non licet omnia persequi, quæ plurima contra

tra ADVERSARIUM protulit. Cor teſtudinis & terreſtris & marinæ aliter deſcripſit, quam vel DUVERNEY vel BUSSIERE. Inde de foramine ovali ejusque valvula egit, & pariter DUVERNEYUM refutavit; negavit valvulam eſſe, cui id nomen tribuatur: ventriculum ſiniſtrum contendit duplo minorem eſſe dextro: urſit argumentum hujus diſcriminis, & minoris in fetu aortæ, ut oſtenderet, a ſiniſtris ad dextra ſanguinem ire, non viciſſim. Pulchras dedit icones.

Anno 1704. De iride; nullas habere fibras anulares recte oſtendit. Productionem earum fibrarum cum penis erectione comparat. Experimentum felis ſub aqua merſæ, cujus nervum opticum & membranam chorioideam eo in ſitu conſpicere dicitur. Pro chorioidea; eſſe ſedem viſionis.

IDEM de puero, cui ſola baſis cranii ſupererat, abſque cerebro aut cerebello.

In *hiſt.* 1705. recte oſtendit, duram cerebri membranam undique cranio adhæreſcere.

Hiſt. 1706. In utero puerperæ aliqua. Muſculoſum eſſe corpus uteri & craſſum.

Ovum prægnans.

Iterum glandulæ in hepate bubulo.

In *Mem. ejus anni.* Sceletos feminæ omnibus oſſibus, & ipſa dorſi ſpina mirifice contortis, ut miſera ad nanæ ſtaturam rediret.

Mem. 1707. Aëris in pulmone maſſam adſumi, per humores vero noſtros aërem diſſolutum fluere. Non ergo per ſudorem exire aërem, qui per pulmonem receptus ſit, ſed per pulmonem eumdem iterum expelli, poſtquam circuitum per vaſa ſanguinea obiit.

Ibid. cum cornea tunica facile ſaneſcat, & aqueus humor reparetur, ſuadet MERYUS, per corneam tunicam cataractam extrahere.

Uterum muſculum eſſe.

Mem. 1708. Utique ſanguinis commercium eſſe inter matrem & fetum; neque uterum, neque placentam membrana tegi. Fetum per vulnera materna ſanguine exhauriri.

Mem. de 1709. Contra ovorum dignitatem STENONIANAM. Objecit ova Nabothi, & hydatides iis veſiculis ſimillimas.

Ib. Fetus monſtroſi deſcriptio; cyclops erat, ore naribusque clauſis.

IDEM fuſe de oſſe hyoide & lingua pici. BORELLI & PERRALTI deſcriptiones corrigit.

Mem. de 1710. de mytuli anatome. Cerebri habere aliquam imaginem: cor, ſed abſque venis aut arteriis: aquam per proprium canalem in cor venire, nusquam exire. Habere utrumque ſexum, & ſeipſum fecundare. Teſtam utique partem eſſe ſui animalis.

Idem de fibris & motu iridis. Pupillam a morte ſemper dilatatam eſſe, a ſolo elatere, non ab actione muſculari.

Aortam pene a corde avulſam vidit.

Mem. 1712. Pro chorioidea tunica, ſede viſus, contra pellucidam retinam, quæ videatur lucis impreſſionem frangere.

Nervi optici fabrica celluloſa.

Fetus abſque cerebro, cerebello & ſpinali medulla.

Mem. 1713. De celluloſitate ſubcutanea, occaſione emphyſematis.

Ej. Herniæ veſicales.

In *Diarii Trivultini anno* 1713. Meryus contra Busserii anatomen cordis teſtudinis. Non quatuor, ſed tres eſſe arterias. Arnaldum ſuam adprobationem retractaſſe. Unicum quidem, ſed quadripartitum aut tripartitum eſſe in corde ventriculum.

Hiſt. de 1714. De cauſa flatuum, recte.

Pro matris communicatione cum fetu. Placentam nullo perpetuo involucro ab utero ſeparari. Plurimum ſanguinem a matre eſſe amiſſum, cui placenta in utero relicta, funiculus reſectus hiaſſet.

Mem. de 1716. Exomphalos in puero nuper nato, tum alter. Ex eo deduxit Meryus, abſque muſculis abdominis, & chylum propelli, & fæces abdominales.

In *Mém. de* 1720. fetum deſcribit, natum abſque capite & corde, etiam abſque ventriculo & inteſtinis tenuibus. Inde deducit, fetum utique pro parte matris, haberi poſſe.

Epiſtolæ ad Pacchionum cum hujus viri diſſertationibus Rom. 1721. 8.* prodierunt. Agitur de vaſis lymphaticis cerebri.

§. DLXXX. *Gunther Chriſtoph.* Schelhammer.

Chriſtophori fil. *Hermanni* Conringii gener, acer peripateticus, vir acuti ingenii, parcus inciſor, Profeſſor Helmſtadii, Jenæ & Kiloniæ. Ejus numeroſæ ſunt Diſputationes.

Ej. Diſſ. *inauguralis de voce ejusque effectibus.* Præſide G. W. Wedel Jen. 1677. 4.* potius videtur Schelhammeri. Vaſa lymphatica laryngis deſcribit.

Ej. *Introductio in phyſiologiam*, *programma auſpicale* Helmſtad. 1681. 4.* Hiſtoria aliqua inventorum.

Ej. *Diſquiſitio de ſpiritibus animalibus* Helmſtad. 1682. 4.*

Ej. *de lymphæ ortu, & vaſorum lymphaticorum cauſis* Helmſtad. 1683. 4.* & in B. Mangeti.

Ej. *Epiſtola de pulſu* Helmſtad. 1690. 4.* ad mathematicorum morem. Multa in Bellinum.

Ej.

EJ. *Programma de homine microcosmo præmissum corporis virilis dissectioni* Jenæ 1690. 4. MOELLER.

EJ. *de aqua pericardii* Jen. 1694. 4.*

Et *de imperfectione doctrinæ de humoribus corporis humani programma* Jenæ 1694. 4.*

EJ. *Programma quo philiatros suos postremum adlocutus est* Jen. 1695. 4.* Jenam nempe relinquebat. Quæ in sex cadaveribus viderit, hic adnotat. Papillas dorsi linguæ in speciem literæ V. dispositas. Papillas majores dorsi linguæ. Valvulas laryngis (ventriculos). Sublinguales ductus in Warthonianos apertos. Arteriam venamque bronchialem, novum eo ævo spectaculum. Valvulam coli esse producti ilei intestini partem. Ductum pancreaticum duplicem, ab eo ductu distinctum choledochum. In digitorum pulpa glandulæ: animadversiones aliquæ in varios auctores.

EJUSDEM *Phocæ maris anatome* Kiel. 1699. 4.* Hamburg. 1707. 4. & in E. N. C. *Dec.* III. *ann.* VII. VIII. *app.* Satis accurata. In eo ceto pancreas ASELLII. Renes absque pelvi, ex renculis conpositi, tecti vasorum reticulo. Intestinum unicum longissimum. Maximus sinus venæ cavæ sub corde, cordis dextræ caveæ peramplæ, sic venæ in universum. Prostatæ duplices, absque seminali vesicula. Vitreum oculi corpus rubrum.

EJUSD. *Theses selectæ de medicina in genere* Kiel. 1700. 4.

De fine medicinæ & sanitate ib. 1700. 4.*

De temperamentis & calido innato ib. 1700. 4.*

De partibus similaribus ib. 1700. 4.*

De principio motus animalis ib. 1700. 4.*

De animali motu ejusque organis ib. 1700. 4.

De alimentorum digestione ib. 1701. 4.

De cordis & pulmonum officio & usu ib. 1701. 4.

De lienis structura & usu ib. 1703. 4.*

EJ. *Theses selectæ de partibus generationi dicatis & earum usu* ib. 1703. 4.*

EJ. *de ventris imi visceribus secretoriis* ib. 1703. 4.

EJ. *de mentis palatio* ib. 1703. 4.

EJUS *Analecta anatomico-physiologica in breves theses congesta* ib. 1704. 4.* complectitur priores Diss. tredecim.

EJ. *Via Regia ad artem, stadium* II. *de studio anatomico & partium corporis humani natura & usu rite cognoscendis* ib. 1706. 4.*

EJ. *Anatome xiphiæ piscis* Hamburg. 1707. 4. & *append. Cent.* II. E. N. C Ventriculi ostium unicum; vesicula fellis ab hepate sejuncta. Cerebrum in adipem abiit. Ventriculus glandulosus, intestinum in hepar apertum; ad ejus latus duo sacculi, materie quasi seminali pleni.

Una

Una prodiit *anatome lumpi*. Duo ei animali ventriculi, alteri appendices accumbunt. Nulla veſicula aërea. In eo vaſa lactea vidit.

Ej. *de animi humani affectibus, ſpeciatim de perceptione ſenſuali* Kiel. 1710. 4.

Majora ejus opera non plurima ſunt.

De auditu L. I. Leid. 1684. 8.* recuſus in B. MANGETI. Phyſica pars operis melior eſt. Dari radios ſonoros: in meatu auditorio, ut in tubo acuſtico, vim ſoni augeri, multo magis vero in cochlea, inque canalibus ſemicircularibus, nervumque percutere, qui in utriusque harum partium confinio excubat. Anatomica minoris ſunt momenti. Oſſiculum novum poſſit eſſe uncus muſculi interni. BARTHOLINUM aliosque carpit ob male impoſitum tubæ nomen: cæterum neque muſculum anteriorem mallei, poſt tot aliorum indicia, neque chordam tympani, neque ſtapedis muſculum vidit.

Ej. *de animi adfectibus & inde exſpectandis bonis & malis* Kiel 4.* abſque anno, ſed annum 1713. in viri vita lego. Exempla affectuum ab animi paſſionibus ortorum, partim collecta, partim propria. Explicatio per ſpiritûs.

EJUSD. *Natura ſibi & medicis vindicata, ſ. de natura liber bipartitus* Kiel. 1697. 4.* & *naturæ vindicatæ vindicatio, ubi* J. C. STURMII *querelis reſpondetur* ib. 1702. 4.* Contra MALEBRANCHIUM & alios, qui motus omnes DEO imputent. Naturam ens quoddam videtur facere, ut tamen id ens in fabricam corporum reſolvatur, legemve, qua quodque corpus juſſum eſt agere convenienter ad finem. Practica paſſim admiſcet. Credulus cæterum ſcriptor. De malis adfectuum noxis.

EJUSD. poſthuma prodiit *Ars medendi univerſa ex veris ſuis fundamentis eruta, edita ab Ern. Friderico* BURCHART Wiſmar. 1747. 4.*. Compendium medicinæ hortante LEIBNIZIO ſcripſerat, cujus volumen I. eſt phyſiologia. Receptas opiniones proponit. De iis acute judicat; rarius autem propria aliqua monita aut adnotata habet, ut hiſtoriam potius artis tradat. STAHLIUM, Archæi ſectatores, CARTESIANOS & SYLVIANOS, demum Jatromathematicos contemnit, neque eos amat, qui omnia ſuſcipiunt explicare. Negat arteriarum in venas continuationem, arteriarum fibras carneas & felleæ veſiculæ, lienis cellulas. Muſculos intercoſtales pro unico numerat. Veſiculam fellis propriam bilem putat ſecernere. Corporis animalis partes firmas mutari negat. Spiritus animales medium quid eſſe putat corpus inter & animam, inque iis cogitationes reſidere &c. Vaſa lactea in Xiphia & Delphino vidit. Unicum facit inteſtinum tenue. SANCTORIUM nimium perſpirationi tribuere. Chirothecas integras epidermidis detraxit.

Virorum Cl. ad G. C. SCHELHAMMERUM *epiſtolæ ſelectiores: recenſuit vitam G. C.* SCHELHAMM. & *addidit Chriſtian Stephanus* SCHEFFEL 1727. 8.* Magna hic nomina occurrunt, LEIBNIZII, RUYSCHII, BOHNII, PECHLINI, aliorum. Pauca tamen anatomici ſunt argumenti, ut PECHLINI de dentibus.

SCHELHAMMERUS etiam CONRINGII *in univerſam artem medicam introductionem*

ctionem edidit Helmstad. 1687. 4. recusam Spiræ 1688. 4. titulo solo mutato: & Hallæ 1726. 4.* Eam passim locupletavit, & additamentis auxit, ostenditque, soceri sui, non SCHEFFERI opus esse.

In *Act. Acad. Nat. Curios.* passim symbola sua contulit. *Dec.* III. *ann.* I. *obs.* 130. talpæ anatome, renum fabrica, ductus uriniferi: glandulæ inter animalia maximæ.

Ann. V. *obs.* 13. Partus, qui jam brachium produxerat, eo retracto retardatus.

Obs. 14. Fetus diu intra uterum mortuæ matris vitalis.

Ann. VI. *obs.* 109. Ciconiæ non mala anatome; ductus pancreatici tres; cysticus ab hepatico sejunctus &c.

Ann. IX. *obs.* 148. Monstrum ex gliribus numerosis connatum, ein Rattenkönig.

Obs. 224. Feminæ gravidæ incisio; rima ex qua ovum prodierat, corpus, ut puto, luteum.

Dec. III. *ann.* II. *obs.* 89. Fetus mortuus, duobus mensibus absque malo gestatus.

Ann. III. *obs.* 92. Vas magnum chylum & lympham vehens intestini coli.

Ann. V. VI. *obs.* 225. Leporis anatome; non esse clitoridem, quæ putabatur. Glandulæ ad latus vaginæ & aliæ ad anum.

§. DLXXXI. *Nathanael* HENSHAW.

F. R. S. Libellus ejus cum titulo *Aerochalinos or a register for the air* prodiit Londini 1677. 12. min.* primum ut videtur anno 1664. editus. Pene totam physiologiam tractat; de fermentatione, chylificatione, respiratione, sanguificatione. Solebat BOERHAAVIUS hunc virum laudare. Princeps caput est de respiratione, ubi demonstrare suscipit, neque refrigerationem, neque resorbtionem alicujus de aëre alimenti, sed accelerationem motus sanguinis finem esse respirationis. Aërem admittit in cavea thoracis & in humoribus nostris, æquilibrium cum aëre externo defendentem, denique fermentationem vitalem.

Dicitur anno 1668. tentasse transfusionem sanguinis. *Phil. Trans.* n. 38.

Ap. BIRCH. III. p. 455. de KUFFLERI pullitie Ægyptiaca Conf. p. 459.

Ej. *de dentibus artificialibus comprehendentibus* p. 458. 459. T. IV. P. I.

§. DLXXXII. *Augustus Quirinus* RIVINUS,

Lipsiensis Professor, paulum paradoxus, non quidem incisor. Ej. Diss. *de acido ventriculi fermento* Lipsiæ 1677. 4. B. THOMAS. 1678.

Ej. Disp. *de dyspepsia* ib. 1678. 4.* Hic in *corollario* ductus breviores glandulæ sublingualis describit, multos eos & parvos.

EJ. *de nutritione* Lipf. 1678. 4.*

EJ. *de fanguificatione* ib. 1678. 4. BURKH.

EJ. *de bile* ib. 1678. 4. BURKH. 1678.

EJ. *de fpiritu hominis vitali* ib. 1681. 4.* Tria nempe principia in homine ftatuebat, inter ea archæum & a corpore diverfum & ab anima, qui fentiat, comparet, animi adfectibus agitetur, motuum in corpore humano omnium caufa fit. Unicum effe, cum una læfa omnes functiones patiantur. Corpus effe ad motum impotens. Spiritum fieri materie puriffima, ignea, ut ex luculis ante oculos adparentibus adpareat. Eft anima vegetabilis, & fenfitiva.

EJ. *de vifu* 1686. 4.

EJ. *de fymmetria partium corporis* Lipfiæ 1769. VATER.

EJ. *de omento* 1717. 4. BURCKH.

EJ. *de auditus vitiis* 1717. 4. Foramen in membrana tympani depingit, anno 1680. inventum, per quod nicotianæ fumus exeat, ore hauftus.

EJ. *de puella monftrofa* 1717. 4.* appendix ex occipite pendebat.

EJ. *de lienis gemino ufu* 1722. 4.* ad lubricandum abdomen.

Priores ante annum 1710. difputationes recufæ exftant, *in unum fafciculum collectæ* Lipfiæ 1710. 4.*

EJ. *Thefes phyfiologicæ* 12. abfque anno prodierunt, breviffimum compendiolum.

Codices M.S. reliquit, ut *obfervationes anatomicas* anni 1687. 1688. factas.

Thefium phyfiologiam totam comprehendentium tomos tres 4. apud HEBENSTREITIUM.

Breviarium anatomicum B. LEHMANN.

In *Act. Erudit.* 1687. defcripfit poros muciferos pifcium, ad offa ufque continuatos.

Deinde aliqua ad graviditatem, adque partum ranarum.

Pollicem tumentem ranæ maris &c.

§. DLXXXIII. *Varii.*

Leonhardi Francifci DINGHEN, Profefforis Lovanienfis, *fundamenta phyfico-medica* in VI. l. divifa Lovan. 1677. fol.*. Phyfiologia fatis fufe ad fcholarum faporem. De temperamentis, fpiritibus, humoribus partibus corporis. Lac e ductu thoracico in mammas defcendere.

Jofephi GALLARATI, Novarienfis, *fyftema renovatum phyfiologiæ medicæ* Lyon 1677. 12. Bonon. 1684. 12.*, cui editioni liber III. de anima fenfitiva acceffit. Scholafticum opufculum.

EJ. *Diatribe medico fceptica de acido & alcali* Bonon. 1688. 12. MANGET.

In *Roberti* PLOT *natural history of Oxfordshire* Oxford 1677. fol. 1705. fol.* huc pertinet caput VII. de animalibus & VIII. de homine. In priori varietates aliquas reperias, hœdos quadricornes, fetus prægnantes; cornua cervina difformia. In cap. VIII. de vagitu uterino, partubus numerosis, ferotinis, nanis, resuscitata, quæ strangulata fuerat. Aliqua superstitiosa.

EJ. *Natural history of Staffordshire* Oxford 1686. fol.* Similia, sed aliquanto uberiora. De bufonibus in solido lapide repertis. Lepus dentibus exsertis prælongis. Lepusculus in abdomine repertus; canum & ovium varietates; superfetationes; pilæ in ventriculo, monstra. Homo sexu destitutus; dentati fetus & deformes; dentes & pili in ovario. Fetus vitalis carens naso & labris, & foramen in dorso, ossa nulla. Sopor diuturnus. Robur singulare, & sensuum acumen.

Matthias GARCIA, Anatomes Professor Valentinus. EJ. *Disputationes medicæ selectæ* Lyon 1677. fol. *Physiologia* Valent. 1680. fol. CAP. de VIL.

Museo di Ferdinando COSPI *descritto da Lorenzo* LEGATI Cremonense Bologna 1677. fol.* Musæum patriæ Bononiæ donatum, ALDROVANDIANO adnexum fuit. Habet L. I. de animalibus, monstris & mumiis aliqua. L. II. de coralliis.

J. Baptistæ SCARAMUCCI *de motu & circulatione sanguinis tractatus* Ferrar. 1677. 12.

EJ. *de motu cordis mechanicum theorema* Senis Gallicis 1689. 8. & in *Diario Parmensi* 1689. Alternum auricularum & ventriculorum motum, putavit se in vipera videre. Sanguinem in fibras cordis penetrantem contractionem facere; relaxari idem, quando porro sanguis ad fibras cessat advenire. De causis diversitatis pulsus.

EJ. *Theoremata familiaria de physico-medicis lucubrationibus juxta leges mechanices* Urbin. 1695. 4. De mechanico effectu venæ sectionis. Sanguinem ab acido compactum per eamdem solvi. Viam breviorem potui patere per vasa lymphatica in arterias emulgentes inserta.

EJ. *Meditationes familiares de sceleto elephantino* Urbin. 1697. 4.* Vera fuisse elephantis ossa, quæ TENZELIUS viderit. Varia admiscet physici argumenti, etiam potissimum de petrificatione.

Marguerite du TERTRE *veuve du Sr. de la* MARCHE, *instruction touchant les choses qu'une sage femme doit savoir pour l'exercice de son art* Paris 1677. 12. & *augmenté par Louise* BOURSIER Paris 1710. 12.* Intercurrunt aliqua utilia ut duplex uterus. Non bene tamen in carunculis hymenem ponit, aut pueros ante puellos docet moveri.

§. DLXXXIV. *Marcus* MAPPUS. *J. Valentinus* SCHEID,

Marcus MAPPUS, Professor Argentoratensis. EJ. Disp. *de oculi humani partibus & usu* Argent. 1677. 4.*

EJ. *de voce articulata* ib. 1681. 4.* Literarum formatio mechanica.

EJ. *de aquis fetus* 1681. 4. aquam feorfim in utero ante partum reperiri.

EJ. *de rifu & fletu* 1684. 4.*

EJ. *de aurium cerumine* 1684. 4.* De fumo per aures exeunte, deque foramine membranæ tympani, quod D. COLLE ftatuit, ipfe non admittit.

EJ. *de acephalis* ib. 1687. 4.* cum figura & anatome fetus capite deftituti.

J. Valentinus SCHEID & ipfe Prof. Arg. *de vifu dodecas* Argentor. 1677. 4.*

EJ. *de vifu vitiato decas mathematico-medica* Argent. 1677. 4.*

EJ. *de corporis humani & brutorum difcrimine. Acc. Hiftoria primæ fectionis folennis in Theatro anatomico Argentinenfi publice exhibitæ* Argentinæ 1691. fol. PL.

EJ. *de ufu lienis pentas* ib. 1691. 4.*

EJ. *de hominis generatione* Spir. 1694. 4.

EJ. *de dilecto naturæ filio, fanguine* Argent. 1702. 4.*

EJUSD. *Doctrinæ fplanchnologicæ Diff.* I. Argent. 1705. 4.* fecundo 1705, tertio 1706.

§. DLXXXV. *Varii.*

Henrich HORCH *de infomniorum natura, interpretatione* Marburg. 1677. 4.

J. SCHNEIDERMANN *de partu difficili* Leid. 1677. 4.*

Henrich Chriftian HENNINGS *de hominis generatione* Utrecht 1677. 4.

J. Ern. HERZOG *de vifu* Witteberg. 1677. 4. HE.

Valentin. GREISSING *de partu feptimeftri* Witteberg. 1677. 4. B. BOEHM.

J. Ulrich BIX *de pulfu* Argentor. 1677. 4.

Rud. a ZYLL *de cruditate acida ventriculi* Utrecht 1677. 4.*

Pauli BRAND *de ovo humano* Hafniæ 1677. 4.*

Petri BONNE & *Fr. le* RAT *Non ergo viviparorum fetus ex ovo* Parif. 1677.

Ludovici POIRIER & *Cl.* HUGOT *Nullum ergo fani hominis excrementum corpori inutile* Parif. 1677.

Lud. MORIN & *Lud.* LABBE' *E. motus fpirituum ab æthere* Parif. 1677.

Jofephi THOMASSEAU & *Jac.* DESPREZ *Non ergo uterus pars ad vitam neceffaria* Parif. 1677.

§. DLXXXVI. *Nicolas de* BLEGNY,

Chirurgi, hominis variabilis & diverfiffima tentantis, quo emergeret, multa funt opera. Laudes quod anatomes gratia in magna mala inciderit: cum *G. des*

G. des NOUES, ut iste quidem ad quinquennium, BLEGNYUS in perpetuum relegalus fuerit (*u*). EJUS *Art de guerir les hernies* Paris 1677. 12. 1693. 12.* & alias, habet etiam anatomica.

EJ. *Histoire anatomique d'un enfant qui à demeuré 25. ans dans le ventre de sa mere* Paris 1679. 12.* Anglice Lond. 1680. 8. OBS. idem fetus, quem etiam F. BAYLE descripsit, qui de utero ulcerato prope tubas elapsus, induratus, post matris mortem excisus fuit.

EJ. *Les nouvelles decouvertes sur toutes les parties de la medecine* Paris 1679. 12.* Menstrua collectio. In M. 2. idem fetus redit, descriptus a *Guilielmo* SUBERCASAUX medico.

IDEM edidit aliqua contra congressum. De virginitate, de suffocationis signis, de suspensionis in vivo homine, & in cadavere indiciis, & submersionis.

Fetus referens latronem funibus constrictum.

TAMPONET, Chirurgi Regii, observationes anatomicæ. Varietates venæ azygos & emulgentium. Fetus absque sexu. Hymen perfectus.

PICHART, Chirurgus, de fetu bicipite, quadrimano & tripede, cum aliqua anatome.

Menses præcoces.

Felis in ventre gallinæ, si diis placet.

PAULÉ, Medici, descriptio fetus duplicis pectoribus uniti, cum anatome: & de eodem D. LANDOUILLETTE, De modo quo animæ adfectus operantur.

IDEM contendit se septum cordis pervium reperisse.

Hic annus Gallice versus a *Theophilo* BONNET Genevæ prodiit 1680. 4.* cum titulo Zodiacus medico-Gallicus.

EJ. *Doctrine des rapports de Chirurgie* huc facit Lyon 1684. 12. &c.

§. DLXXXVII. *Georg. Abraham* MERKLIN.

In *Actis Acad. Nat. Cur. Dec.* I. *ann.* VIII. *obs.* 46. de imaginatione feminæ gravidæ fetui nocente.

Obs. 47. de recens nati infantis dente præcociter erumpente.

Dec. II. *ann.* III. *obs.* 191. tertio a partu die gemellus.

Dec. III. *ann.* VII. & VIII. *obs.* 211. triorchis frigidus.

EJ. *de ortu & occasu transfusionis sanguinis* Noriberg. 1679. 8.*, quod opusculum anno 1674. scriptum fuisse adfirmat. Historiam hujus administrationis tradit, & demonstrat, non esse ad curandos morbos idoneam. Propria vix habet.

IDEM LINDENII L. II. *de scriptis medicis* auctos recudi fecit ib. 1686. 4.*

(u) PREVOT *jurisprudence* p. 302.

Christophori SELIGER, fetus difformis, ut putat, ex nævo. *Eph. Nat. Cur. ann.* cit.

§. DLXXXVIII. *Alia Diaria.*

In Diario eruditor. 1677. Chirurgus DESCHAMPS fetum dicit capite semiduplici, brachio semiduplici, aliis duobus & pedibus duobus.

Eodem anno describitur novus J. D. KRAFTII phosphorus, quem BRANDIUS inventit, ab eo habent J. KUNCKEL & KRAFTIUS.

In *Memoires avant* 1699. *Dionysius* DODART prima sua statica experimenta protulit. Libram sanguinis intra quinque dies reparari (quod non certum est, cum pondus hominis alio humore potuerit reparari). Excretiones visibiles per senium augeri, certe urinam, perspirationem minui. Non neglexit sordes cutaneas, quas ad calculos revocavit. Per jejunium quadragesimale de pondere corporis libras octo uncias quinque decessisse. Perspirationem maximam esse primis a pastu horis. Laryngem in sonis altis descendere, & vicissim.

In *Mem. de l'Acad. des Sciences* 1701. systema evolutionis defendit.

IDEM in *Mem. de l'Acad.* 1706. fuse egit de ligamentis glottidis elasticis, & tamen subtilius musculosis, quæ adducta vocem per infinitis gradus mutant. De vocis variis vitiis. Conjunxit utique tensionem chordarum glottidis cum angustia.

In *Mem. de* 1707. iterum de voce, de labiis quorum propior adductio etiam sonos facit acutos &c.

Quæ de perspiratione dedit, cura recusa redeunt *Petri* NOGUEZ Parisiis 1725. 12.* Experimenta facta in unico homine, per 33. annis continuata.

Apud DORIGNY *E. in somno perspiratio minuitur* Paris. aliqua sunt DODARTII.

In *Act. Hafniens. Vol.* V. *obs.* I. *Thomas* BARTHOLINUS, *Thomæ* fil. egit de vermibus aceti, & de vermiculis seminalibus, de quibus Leidæ inaudiverat.

§. DLXXXIX. *Godofredus Guilielmus* LEIBNIZ.

Vir summi ingenii, qui vix ullam humanarum artium intactam reliquit, medicinæ etiam cum aliquo amore se dedit. Ad anatomen aut physiologiam pertinet in *Journal des Savans* 1677. descriptio cincinnorum, ut quidem intelligo, qui circa caput capreoli captivi nati sunt, osse aliquanto molliorum.

Porro animadversiones circa assertiones aliquas theoriæ medicæ STAHLII. Satis æquus in adversarium. Anatomen tamen contra eum tuetur. Animam imperare quidem, sed machinæ sponte facturæ, quæ imperat, neque animæ imperia observaturæ, nisi aliunde eadem fuisset operura. Improbat, quod STAHLIUS omnem ab anima motum derivet.

Cum STAHLIUS respondisset, quæ alias sumus visuri, reponit LEIBNIZIUS, omnino motus in materie absque anima oriri; in corpore humano ab explosionibus

ſionibus naſci. Motus in morbis ex machina oriri, neque debere animæ tribui. STAHLIUM multis locis animam corpoream facere. Animi adfectiones motus quosdam ſequi, ſed in machina ortos.

Epiſtolæ aliquæ ad SCHELHAMMERUM exſtant in earum collectione.

In *hiſt. des ouvrages des Savans* 1705. de ortu plantarum & animalium agit; neutra poſſe mechanice formari: ex machinis vero conſtare præformatis, & per mechaniſmum evolutis.

De canis voce nonnulla experimenta, qui aliqua vocabula pronuntiaverit, *hiſt. de l'Acad.* 1706.

Quæ de harmonia præſtabilita numeroſa ſcripſit, ea omittimus.

In *Journal des Savans* 1695. ſuam de ea harmonia præſtabilita hypotheſin aperit, quæ hactenus huc pertinet.

In Epiſtola ad BOURGUETUM. Non ſpernendos eſſe LEEUWENHOECKII vermiculos. De germinibus præexſiſtentibus.

In *Miſc. Berolinenſium* T. I. hiſtoriam dat phoſphori urinoſi.

Hæc redeunt in collectione operum LEIBNIZII a Cl. viro *Laurentio* DUTENS curata Genev. 1768. 4.

§. DXC. *Act. Nat. Curioſorum ann.* 1678. 1679.

J. Petrus PRUCKEL, Medicus Ratisbonenſis. Ejus eſt ſedigitus, *obſ.* 8.

Obſ. 9. Menſes in gravida, in vetula.

David SPIELENBERG, Medicus Leutſchæ in Hungaria, *obſ.* 12. Capilli prodigioſe promiſſi.

J. Alphonſus KOHN, Ulmenſis, *obſ.* 23. Fetus galea cranii deſtitutus.

Sigismundus GRASS, Med. Suidnicenſis, *obſ.* 65. Lac ex vulnere ſcarificatorio.

Obſ. 66. Ex femoris tuberculo.

Obſ. 67. Serum ſanguinis nigrum.

Sebaſtian SCHEFFER, Medicus Francofurtenſis, qui CONRINGII *introductionem* ediderat, & aliquamdiu pro ſuo opere venditaverat. Ejus eſt *obſ.* 102. Ren monſtroſus. (potius calculoſus.)

Godofredi Samuelis POLIS, Medici Francofurtenſis ad Viadrum, *obſ.* 105. de glande penis cæca.

Dec. II. *ann.* IV. *obſ.* 41. Anſer quadrupes.

Obſ. 42. Partus a morte matris.

Obſ. 44. Ovum gallinaceum longum & contortum.

J. BURG, Vratislavienſis, *obſ.* 189. Sutura cranii hiſcens.

Dec. II. *ann.* VI. *obſ.* 58. Exempla fetuum varie difformium.

Stephani

Stephani SPLEISS, Scaphusiensis, Schediasma de visione distinctissima, *obs.* 291. Sedem ejus sensus esse in retina.

Obs. 193. Uvea tunica bicolor.

Dec. III. *ann.* II. *obs.* 146. Lienis varietates.

J. Otto HELBIG, novæ Bataviæ Medicus, in *obs.* 194. Brevia quædam & partim parum probabilia profert, de hominibus caudatis, feminis mammas in dorso habentibus.

J. Baptistæ VERLE, Veneti, oculus artificialis; Italice *anatomia artifiziale dell' occhio umano* Firenza 1679. 12. Latine in E. N. C. *ann.* IX. X. *obs.* 80. tum Amsterdam 1680. 12.* inque B. MANGETI. Habet etiam anatomen oculi humani. Corneæ tunicæ laminæ. Fibras & semifibras iridis esse octoginta. De ortu humoris aquei prope nervum opticum mira adfirmatio. Constrictionem pupillæ solis pueris ab quarto ad 15. annum tribuit.

§. DXCI. *Stephanus* LORENZINI,

Florentinus, REDI & STENONIS discipulus, *osservazioni intorno alle torpedini* Florent. 1678. 4. Anglice versæ a J. DAVIS cum titulo *observations on the dissection of the crampfish* London 1705. 4.* Eximium opusculum. In torpedine musculos succutientes bene descripsit: effluvia stuporifera refutat. Vasa mucifera subcutanea, viscera omnia, cerebrum etiam potissimum, & utriusque sexus genitalia organa, & primordia fetus describit.

Porro cum REDO multos pisces Liburni dissecuit p. 48, & lutræ, ursi, astaci etiam dissectiones addidit. In urso nares describit, & numerosas in iis lamellas. In lutra ductus hepaticos numerosos in ductum cysticum apertos. De lingua & dentibus piscium.

Præcipua momenta hujus de testudine libri reperiuntur in E. N. C. *ann.* IX. & X. ab *obs.* 172. ad 179.

§. DXCII. *Philosophical Transactions ann.* 1678.

Apud T. BIRCH, J. MOORE de juventute in Insula S. Helenæ reparata p. 456. De pullitie Ægyptia DREBEL. HUGENII testimonium, se vermiculos spermaticos a L. HAMMEN demonstratos sæpe vidisse.

N. 138. S. MORRIS anatome fetus bicipitis, corpore & artubus simplicibus.

§. DXCIII. *Edwardus* TYSON.

Vir ILL. in *Philos. Trans.* n. 142. ureteres quadruplices. Glandulas renales cavas esse, & quam adulto homini majores.

EJ. Anatome viperæ caudisonæ *Phil. Trans.* n. 144. Penes bini hispidi. Hepar a vesicula remotum. Vertebræ per enarthrosin commissæ. Fætor in folliculis habitat. De pulmonibus, corde, apparatu venenato, renibus, liquore fœtido. Pro natura venenata serpentis, de dentibus in vulnus stillantis.

In

In BIRCHII T. IV. p. 18. & in HOOKII *Phil. Coll.* n. 2. de capillis in ovario feminæ repertis.

Ib. p. 96. Odor liquoris ſacci muſtelæ, moſchatus. Eum ſaccum lepores, feles, canes, muſtelæ, ſerpentes, aves gallinaceæ & ſtruthio habent.

Ib. p. 204. Liquorem nigrum ſepiæ bilem eiſe.

Ibid. Veſicula odoriſera leonis.

In R. HOOKE *Collect.* II. oſſa, pili, dentes, in variis humani corporis partibus reperti.

EJUSD. Lumbricus latus *Phil. Tranſ.* n. 146. Caput ei tribuit & ſetas, & chyloſum ſuccum. Contra generationem univocam. Duos tæniæ articulos ſeparatos vixiſſe. Hanc Diſſ. *Daniel* CLERICUS latine vertit & edidit.

EJ. Lumbricus teres *Phil. Tranſ.* n. 147. Partes genitales accurate. Sexu enim diſtinguuntur.

EJUSD. Maſſa partu edita, in qua capilli & os dentibus molaribus conſitum n. 150.

EJ. Tajaſſu ſ. aper Mexicanus moſchifer (cui cellula unguentaria in dorſo) n. 153. Ejus animalis anatome, partes maſculæ, veſiculæ ſeminales glandulofæ: folliculus unguentarius, ventriculi tres: aorta cum anevryſmatibus.

Apud BIRCH. T. IV. p. 202. de polypi anatome aliqua, de hepate, & fellis veſicula.

Ib. Anatome lacertæ p. 206.

Ib. p. 210. De catulis extra uterum repertis.

p. 257. 258. Sanguinem erinacei pariter frigere, ut teſtudinis.

p. 409. Sepiæ atramentum bilem eſſe negat M. LISTER.

In *Phil. Tranſ.* n. 193. Lumbricus hydropicus: Singulare animal, lagenæ ſimile, ſed cujus collum vivat & ſe contrahat, a nuperis naturæ cultoribus confirmatum.

In n. 228. Fetus dat exemplum, cui cranium depreſſum, & cerebrum in caveam vertebrarum colli compulſum erat.

In n. 269. Contra *Johannem* WALLIS diſputat de alimento naturali hominis. Id alimentum facit omnigenum, potiſſimum etiam ex fabrica inteſtinorum, cum canalis alimentarius princeps animalis ſit character.

In n. 290. Aliqua addit de Sarigueia ſ. didelphide. Cerebrum abſque anfractibus. Claſſis quadrupedum.

Ad COLLINSIANUM opus multa contulit, etiam potiſſimum piſces & cancri lati anatomen.

Apud COWPERUM ejus glandulæ odoriferæ recenſentur.

EJUS *Phocæna or an anatomy of a porpeſs* London 1680. 4.* bonus omni-

no liber, ut omnes clari viri libelli. Animal cetaceum bimanum, abſque pedibus. Commendat anatomen animalium nimis neglectam. Oſteologiam animalis deſcribit, atque ſplanchnologiæ partem. Multi lienes. Machina aquam expellens cetacea. Tres omnino ventriculi, ſatis ruminantium adfines, cum tamen animal piſcivorum ſit. Muſculoſa ſtrata bina ab ovario & a tuba orta, parteſque genitales femininæ, & glandulæ muciferæ vaginæ. Corpus glanduloſum utrinque medullæ ſpinali adpoſitum. In maxilla inferiori canalis, in quo aliquid medullæ ſimile aut ſpermati ceti. Corpus glanduloſum multis ductibus in cavum inteſtinale apertum. Perfectas manus habet.

EJ. *Carigueya* (Sarigueja) ſ. *Marſupiale Americanum, or the anatomy of an opoſſum diſſected at Greſham college* London 1698. 4.* & in *Phil. Tranſ.* n. 239. Didelphis LINNÆI, habet in pede digitum pollici ſimilem, cum ungue plano. Pro ſacco ſuſtinendo, in quem catulos recondit, habet duo oſſa peculiaria ex oſſibus pubis producta, cum quatuor peculiaribus muſculis. In eo ſacculo unguen reperit fætidum, quod autem ſponte fragrantiam conciperet. Mammas, quas alii in ſacculo indicant, noſter non reperit. Viſcera, œſophagus pyloro proximus. Duo meſenteria, inteſtina ut in carnivoris animalibus. Duo uteri, duæque vaginæ. Renum, recti inteſtini & vulvæ communis, ut in avibus, cloaca. Claviculæ ut in ſciuro; nullus anulus in pyloro, glandulæ magnæ ventriculi.

EJ. *Anatomy of a pygmy, compared with a monkey, an ape and a man: and a philological eſſay concerning pygmies, cynocephali, ſatyrs, and ſphinges* London 1699. 4.* Bipes animal deſcribit, quadrimanum, quod erectum incedit, ſitque pygmæus HOMERI. Ejus integram anatomen tradit, & comparat cum ſimiæ anatome, cumque humana: oſtendit pygmæum ſuum homini, quam ſimiæ propiorem eſſe. Nihil habemus in comparata anatome huic operi comparabile, (ſi ab inſectis receſſeris). Per arterias vaſa lymphatica repleri. Cerebri anatomen etiam potiſſimum perſequitur. Myologia eſt COWPERI. Glandulas penis & axillares internas peculiares deſcripſit. Felium, leonum, & tigridum perſimilem eſſe anatomen. Peritonæum a vaſis ſpermaticis non perforari.

Recuſum eſt hoc opus ſatis nuper Londini 1751. 4. cum variis animalium inciſionibus ex *Phil. Tranſact.*, male omiſſa anatome Phocænæ.

Varia reperias apud RAJUM in *ſynopſi quadrupedum*, quæ ſunt TYSONI, ut corpus in cane ſanguineum pro retinenda pene.

In WILLUGHBYI ichthyologia lumpum deſcribit.

§. DXCIV. *Amatus* BOURDON,

Medicus Cameracenſis, edidit Pariſ. 1678. fol. 1683. fol.* 1702. TREW. fol. maximo, tabulas æneas octo, & explicationem, cui titulus: *Nouvelle deſcription anatomique de toutes les parties du corps humain, ſur le principe de la circu-*

circulation & conformément aux nouvelles decouvertes. Secunda editio dicitur aucta esse. Tabularum maxima pars undique collecta est, passim tamen aliqua, aut in iconibus, aut in descriptione addita non inutilia. De hymene recte sentit. Canem vivere, ligatis prius magnis vasis, si cor ei evulseris. In cane vidit palatum fissum. Angiologia reliquis operibus potius melior est. Vasa lymphatica pulmonis dixit, ductumque thoracicum delineavit. Lentem crystallinam posterius esse convexiorem.

In *Journal des Savans* 1690. agit de puella septem annorum menses patiente, & lac per femoris abscessum fundente.

§. DXCV. *Leonardus* TASSIN.

Les administrations anatomiques & la myologie Paris 1678. 12.* Lyon 1696. 12. HOUSSET. Paris 1723. 8. Belgice Amstelodami 1730. 8. Chirurgus Trajecti ad Mosam, laude dignus hactenus, quod ad naturam scripserit, non ut tot alii ad aliorum placita: etsi passim non recte res facillimas visu neget adparere, ut musculos aryarytænoideos, musculos uvulæ. Aliqua habet ad procerum musculum nasi, musculum clitoridis s. vaginæ. Bicornem brachii dividit, ut sit alter seminervosus indicis, alter radieus externus. Plantaris tendinem in corium plantæ pedis inseri, non bene. Decem interosseos numerat. Longum, brevem & anconeum rectius tricipitem dici.

In *Chirurgie militaire* monet, non valde periculosa esse vulnera tendinum, neque convulsiones ciere.

§. DXCVI. *Daniel* DUNCAN,

Medicus Monspeliensis ob religionem exsul, qui aliquamdiu Bernæ, deinde in Anglia vixit. EJUS est *Explication nouvelle & mecanique des actions animales, où il est traité de la fonction de l'ame, avec une methode facile pour demontrer toutes les parties du cerveau sans couper sa substance, & un discours sur sa formation* Paris 1678. 12.*. WILLISII doctrinam proponit, adversus CARTESIO: ab alio puto habere suam cerebri incidendi methodum. Multa habet hypothetica: a sale ammoniaco in cerebro dominante colorem cinereum derivat. Spiritus sublimari per inflammationem, quæ fiat a spiritu acido aëreo cum sanguine in cerebro effervescente. A simili fervore motum muscularem fieri.

EJ. *La chymie naturelle* Paris 1681. 8. prior tom. & 1687. tom. 2. & 3. Latine & auctius, *Chymiæ naturalis specimen, quo plane patet, nullum in chymicis officinis processum fieri, cui similis analogus in animali corpore non fiat* Haag. 1707. 8.*. Lusus ingenii boni senis; & operationum, ut vocant, chemicarum catalogus, calcinationis, cohobationis, stratificationis &c. quibus similes in corpore humano operationes reperit. Hydrargyrum cum acido luis venereæ veneno putat in acrem salem abire. In rene a sale ammoniaco letium præcipitari. In ventriculo & acidum succum esse, & sulphureum animalem spiritum.

 EJ.

EJ. *Histoire de l'animal, où la connoissance du corps animé par la mecanique & la chymie* Montauban 1686. 8. v. der Aa. Paris 1687.

§. DXCVII. *Jacobus* SPON &c.

Medicus Lugdunensis, qui sedem suam Genevæ fixit. Ejus est *Voyage d'Italie, de Dalmatie, de Grece & du Levant* Lyon 1678. 12. 2.Vol.* & alias. Ad antiquitates potissimum pertinet. Experimenta habet in chamæleone facta: locum aliquantum ad colores facere, certe ad viridem: ex timore bestiolam ex viridi nigram fieri, & a frigore maculis flavis pallidis variari. Hæc fuse & accuratius quam fere alii. Denique & anatome viscerum: lien nullus. Membranulæ ut in avibus, diaphragmatibus adfines. Habet & monstrorum exempla, & hominis cui ossa emollita, & hydrocephali suturis hiantibus. Quod habebatur pro corde perdicis duplici, fuisse cordis auriculas male inspectas. Apud BORELLUM sceletum cyclopis pueri vidit. De nummis aureis a VAILLANTIO deglutitis, & per alvum edidis. Pygmæus ossibus dilatatis, fontanella maxima, fronte valde prominente. Monstrum atticum leonis simile duobus in summo capite oculis.

In Aphorismis HIPP. Lyon 1684. 12. habet etiam physiologica.

EJUS Pater *Carolus* SPON *myologiam* carmine heroico expressit, & musculorum corporis humani originem & insertionem. Hi versus sunt in *Bibliotheca* MANGETI.

Samuel ANDREÆ epistola ad *Tobiam* ANDREÆ *de balsamationibus veterum, cum* TOBIÆ & BILSII scriptis prodiit Marpurg. 1678. 4. TREW.

Etienne le ROY *reflexions sur ce que les Cartesiens pensent de l'homme & de la bête* Poitiers 1678. 12. FALC.

Gazophylacium artis memoriæ, s. Tractatus variorum auctorum de arte memoriæ Francofurt. 1678. 8. d'ETR. alii Lipsiæ 1677. 8.

Francisci BERNIER *abregé de la philosophie de* GASSENDI Lyon 1678. 12. 8.Vol. Etiam physiologiam continet.

MALEBRANCHE *recherche de la verité* Paris 1678. 4. Multa de vi imaginationis, cui nimium tribuit, etiam artus confractos: deque vinculo animæ cum corpore.

J. BROWN, Chirurgus. Ejus est *adeno chiradologia, s. de glandulis & strumis anatomica & chirurgica tractatio of glanduls and struma's or of kings evils, swellings* London 1678. 4.

EJ. *A compleat treatise of the muscles or they appear in humane body* London 1681. fol.* 1697. fol. Leid. 1688. fol. (*Journ. des Sav.*) *Myographia s. musculorum omnium descriptio* ib. 1684. fol.* Amstelædami 1694. fol. Germanice, vertente *Christiano Maximiliano* SPENER Berolin. 1704. fol. TREW. Lipsiæ 1715. fol. & in MANGETI *Bibliotheca*. Icones fere ex CASSERIO sumtæ, aliquæ ex GRAAFIO. Tabula tamen X. salpingopalatinus (Levator) & circumflexus

flexus satis bene exprimuntur: hæc ex T. CROONE. Censuram MORGAGNI meritus est & expertus.

In *Phil. Transf.* n. 178. hepar (ex morbo) manifesto, ut putat, vasculosum describit.

Nonne idem cujus est *treatise of wounds* London 1678. 4.* ubi osteologiam capitis describit.

Traité de la Musette avec une nouvelle methode d'aprendre ajours de cet instrument Paris 1678. fol. Capistrum dicit, quo veteres cavebant, ne unquam in cantu genæ tumescerent.

§. DXCVIII. *Varii.*

Georg SEERUP defendit sub C. BARTHOLINO Diss. *de olfactus organo* Hafn. 1679. 4.

Disputavit sub eodem præside *de cordis structura & usu* ib. 1678. 4.

Justus CELLARIUS *De viventibus sponte nascentibus* Helmstad. 1678. 4. B. THOM. anno 1679. BUTTNER.

Gregorii HORST nepotis *specimen anatomiæ practicæ in Acad. Giessensi, aliquot philiatris exhibitum* Giessæ 1678. 4. MANGET.

J. Frid. HENNING *de ratione brutorum* Lipsiæ 1678. 4. B. THOM.

J. Daniel DORSTEN *de ductu thoracico chylifero* Marpurg. 1678. 4.*

EJ. *de succi nutritii statu naturali & præternaturali* Marpurg. 1683. 4.*

EJ. *de monstro humano nupero* Marburg. 1684 4.* Puellæ pectoribus connatæ. Unum hepar, duæ vesiculæ felleæ; duo ventriculi; unicum intestinum in saccum amplissimum insertum, ex quo porro duo intestina &c.

EJ. *de oculo* ib. 1687. 4. Gelu ad humores cogendos usus est.

Friderici SCHILLING *circulationis sanguinis negativa* Basil. 1678. 4.*. Juvenis ausus est circuitum sanguinis jam confirmatum in dubium revocare.

Caspar Henrich SCHREY *ortus morborum e fermento ventriculi in eorum ultimum ad vitam sanam* Altdorf. 1678. 4.*

Justus Jacob WINTHER περι απρακτων μοριων Argentor. 1678. 4.*

Conradi JOHRENII *de adfectione hypochondriaca diatribe* Rinteln 1678. 4.* cum icone ductus pancreatici.

EJ. *de visu integro & corrupto* Francof. ad Viadr. 1701. 4. HE.

Eliæ Rudolphi CAMERARII Disp. *de lacrumis* Tubing. 1678. 4.

EJ. *de subitanea refectione* ib. 1683. 4.*

EJ. *Historia anatomica renum & vesicæ* ib. 1683. 4.* Ren consumtus, pure plenus.

EJ. *de mictione pultacea* ib. 1683. 4.*

Ej. *de vomitu aquæ ex gula* ib. 1688. 4. Pl.

Ludovici Gallois & *Petri Pauli* Guyart *E. corporis exercitatio omnium saluberrima a gaudio* Paris 1678.

§. DXCIX. *Diaria.*

In *Journal des Savans* n. 3. & 6., ren monſtroſæ molis.

N. 5. de campana urinatoria.

N. 16. ren unicus, ut videtur, ex duobus coalitus.

N. 25. & 29. de fetu 26. annos geſtato Baylei.

N. 34. ex Diario Tinassi aliqua de tarantula.

In *Mem. avant* 1699. X. p. 609. Hugenius mentionem facit vermiculorum ſeminalium. Conf. p. 656.

§. DC. *Philippus de la* Hire,

Mathematicus, peritus delineator (x), paſſim anatomen inſectorum & phyſiologiam adtigit.

In *Journal des Savans* 1678. n. 29. tres oculos in capite muſcæ deſcribit. Palpebras iis tribuit. Sic in *Mem. avant* 1699. X. p. 609.

In eodem *Diario Eruditor.* a. 1685. duas Diſſertationes dedit contra vulgarum opinionem, oculum ſe ad diverſas diſtantias accommodare mutatione aliqua interna.

Anno 1688. in veſica poros dixit, valvulis munitos, ut aqua, ſabulum; aër effluat: eadem exſtant in *Mem. avant* 1699. ad annum 1685.

In *Mem. de mathematique & de phyſique* 1692. ipſe & Sedileau inſecta quædam coccinellæ adfinia, eorumque generationem deſcribit, quæ in aurea malo reperiantur. De iisdem denuo in *Mem. de l'Acad.* 1704.

Anno 1694. de ovis & muſcis ad animal Kermeſinum pertinentibus.

Ejusd. Diſſ. *ſur les differens accidens de la vue* Paris 1694. fol. & in *Mem. avant* 1699. T. IX.*. Inſigne opus, quo multum uſus eſt Boerhaavius. Motum pupillæ in juventute vividum, in ſenio vix ullum ſupereſſe. Myopes: presbyopes: viſus optimus: viſus duplex: vitrorum convexorum & concavorum utilitas. Menſura parvitatis objecti in retina depicti. Maculæ, lineæ, globuli, ſcintillæ, radii, objecti imago multiplex. Retinam tamen princeps eſſe viſus organum. P. II. oculum pro diverſitate diſtantiæ objectorum viſibilium non mutari: ſufficere diverſam amplitudinem pupillæ. Maculas volaticas in humore aqueo fluctuare. Locum cæcum eſſe a defectu chorioideæ tunicæ, quæ pro retina lumen moderetur.

Libellum

(x) *Mem. avant.* 1696. p. 308. 322.

Libellum *sur les dents* ei tribuit PORTALIUS, qui est in *Mem. de l'Acad.* sed est filii.

In *Mem.* 1706. Cataractæ sedem ponit in lente crystallina, & eam ex laminis conponi addit.

In *Mem. de l'Acad.* 1709. contra MERYUM defendit, retinam ob fibras suas distinctas, tamen organum visus esse: pupillam claudi ab elatere fibrarum se restituentium, dilatari a vi musculari. Inquirit, cur in felis oculo sub aqua pupilla dilatetur, & vasa oculi externa conspicua reddantur.

§. DCI. *Nicolaus* HARTSOEKER,

Academiæ Gallicæ sodalis: in vitris poliendis & adhibendis exercitatus.

In *Diario eruditorum* n. 30. anni 1678. vermiculos seminales ex gallo descripsit, breviter quidem, fusius alibi, ut in *Journal des Savans* 1695.

EJUS est, *Traité de dioptrique* Paris 1694. 4.*. Visionis rationem explicat. Lentem crystallinam necesse esse mutari. Animam corrigere judicio suo situm inversum imaginum. Animalcula seminalia; esse primordium animalis sui, inque ovum suum irrepere, atque umbilico suo inseri, qui sit cauda vermiculi. Ea animalcula frigus melius ferre quam calorem &c.

EJUS *conjectures physiques* Amsterdam 1706. 4.* De radiorum parvitate & tenuitate fibrillarum nervi optici.

Suite des conjectures physiques Amsterdam 1708. 4.* vermem semper caput habere in parte ovi, quæ ultima ex infundibulo prodiit. Pro via urinæ breviori. Repleri vesicam ligatis ureteribus.

Seconde partie de la suite des conjectures 1712. 4.

Eclaircissemens sur les conjectures physiques 1712. 4.

Suite des eclaircissemens 1712. 4. PLATN.

EJ. *Cours de Physique accompagné de plusieurs pièces concernant la Physique & d'un extrait critique des lettres de* LEEUWENHOECK la Haye 1730. 4.* Multi libelli, quorum potissimum huc spectat compendium epistolarum LEEUWENHOECKII, a quo noster parum civiliter exceptus fuerat. Animalcula sibi vindicat, quæ in semine sunt masculo, quæ eadem LEEUWENHOECKIUS vult ab HAMMIO inventa esse, noster jam anno 1674. valde juvenis viderit; HUGENIO autem ita ostenderit, ut præ pudore mentiretur; in saliva habitare. Non omnes aphides ova in ventre habere. Vermiculum seminalem in ovum irrepere; animalculum per umbilicum ex ovo nutriri; unicum in ovario locum esse, per quem subeat vermiculus, & cauda sua possit adhærescere, nam fetus semper eodem ordine disponi, ut unius caput proximi caudam contingat: LEEUWENHOECKIUM ex fama tantum de vermiculis aliqua percepisse, in saliva contineri dixisse. De ruditate queritur & de moribus LEEUWENHOECKII (y). Globulos

(y) Conf. SAVERIANI vitam HARTSOEKERI.

los ſanguineos & ſquamulas epidermidis refutat: neque inutile fuerit, hanc cenſuram inventorum civis Delphenſis legiſſe.

In alia epiſtola, ſua animalcula contra MULLERUM defendit: ad animas plaſticas redit.

De paſſionibus animi. Animæ in ſuum corpus plenum imperium tribuit.

§. DCII. *Philoſophicæ Tranſactiones.*

Cum anno 1678. *Philoſophicæ Tranſactiones* edi ceſſaſſent, *Robertus* HOOKE proprio nomine eum defectum ſupplere conatus eſt.

Et primum Londini 1679. 4.* edidit *Lectiones Cutlerianæ or a Collection of lectures phyſical, mechanical, geographical and aſtronomical read before the R. Society at Greshams college; to which are added miſcellaneous diſcourſes.* Vix quidquam ad nos fecerit, præter duas LEEUWENHOECKII epiſtolas.

Eodem etiam anno edere cepit *philoſophical collections*, in quarum n. I. etiam epiſtola eſt LEEUWENHOECKIANA. Numerus II. anno 1681. ſucceſſit.

In *hiſtory of the R. Society*, quam poſthumam edidit *Thomas* BIRCH, annus 1679. non ſterilis eſt. Hic primum *Dionyſius* PAPIN (z) ſua emollita oſſa produxit, annuumque ſtipendium a Societate Regia meruit.

EJ. *Maniere d'amollir les os, & de faire cuire preſque toutes ſortes de viandes en très peu de tems* prodiit Paris 1681. 8. Amſterd. 1688. 12. Paris 1721. 8.* Anglice *new digeſter, or engine for ſoftening of bones* Lond. 1685. 4. *Journ. Sav.* & anno 1687. *a correction of the new digeſter.* Lebetem bene clauſum paravit, in quo incluſus vapor miram vehementiam exercet, ut oſſa & cartilagines in gelatinam ſciſſilem convertat. Non ideo terra oſſium molleſcit, ſed gluten educitur.

EJUSD. *Continuation du digeſteur, où maniere d'amollir les os*, forte alter liber Anglicus. Machinam ſuam aliquantum perfecerat. Cornu bubulum non ſolvi. In vacuo ſpatio pullum non perire.

IDEM artem vaſorum ope vacui BOYLEANI replendorum docuit (*a*).

IDEM vaſa pulmonis gypſo fluido replevit (*b*).

Cum BOYLEO experimenta fecit alias dicta (*c*).

IDEM, cornu non fundi, ſed lamellas in chartæ craſſioris ſpeciem coaleſcere (*d*) in ſuo lebete.

Fridericus SLARE etiam vidit animalcula ſeminalia (*e*).

EJUSD. in *Phil. Tranſ.* anno 1682. ad analyſin urinæ aliqua. Nullum de ea adſcendere ſpiritum vinoſum.

EJUSD.

(z) p 486. &c. (a) *Journ. des Sav.* 1684. (b) BIRCH, IV. p. 296. (c) p. 504. 621. (d) p. 318. (e) p. 493.

Ejusd. de salivæ elementis experimenta. Cum acidis & lixivis non fervet. In sedimento aliquid est lixiviosi.

N. 193. de viro ruminante.

N. 204. de sanguinis florido colore, quem ab aëre habeat.

N. 229. Fasti emortuales & natales Francofurtenses.

N. 337. Dentium eruptio anno 80. ætatis facta.

§. DCIII. *Nehemias* Grew.

In Birchii Tom. III., legitur, jam anno 1675. prælegisse *de succo nerveo*, quod opusculum omnino intercidit.

Deinde recensentur anatomica, ut vocantur præparata, quæ societati obtulit (*f*). Pedes posteriores muri ad saliendum majores, talpæ anteriores ad terram effodiendam. Lentem crystallinam in trifidas stellas sponte dissilire. Larynges variorum animalium, indeque pendens varietas vocis.

Ej. *Musæum regalis societatis, or a catalogue and description of the natural and artificial rareties belonging to the royal society, and preserved at Greshams college* Lxndon 1681. fol.* Sollicitæ descriptiones cum mensuris. Pauca capita huc pertinent; mumia Ægyptiaca; Leoncenæ sceleti vasorum. Sceleti humanæ & sexuum discrinen. Animalium sceleti, & exuviæ, etiam moschi. Maxillam superiorem crocodili moveri. Unicus ventriculus cordis in testudine.

Ej. *The comparative anatomy of the guts* London 1681. fol.* Prælegerat coram societate R. ann. 1676. utile opus, quo ex magno numero animalium via cibaria depingitur, mensuratur & describitur. Fabrica musculosa gulæ. Glandulæ intestinales solitariæ & agminatæ. Glandulæ ad anum positæ; cæcum intestinum cuniculi in spiram contortum. Cæcum idem maximum & cellulæ coli apri: Quatuor ventriculi ruminantium, & spirales fibræ œsophagi. Appendices. Duo & tres ventriculi avium: glandulæ, bulbi, ventriculus carnosus granivororum. Piscium numerosa cæca intestina. Glandulæ fætidæ putorii felis, vulpis.

In Ej. *Cosmographia sacra* Londin. 1701. fol.* quæ teleologia est, aliqua spectant ad fines peculiares fabricæ animalis: & de animæ facultatibus. De aspera arteria in aliis animalibus dura, molli in aliis. De vesicula aërea. De analogia vegetabilium & animalium.

In magno opere *the anatomy of plants* London 1682. fol.* de saporibus agit, deque partibus oris præter linguam, quibus quisque sapor percipitur.

In *Phil. Transf.* n. 159. depingit lineas spirales in digitorum apicibus, & poros, ut putat cutaneos, quos Leeuwenhoeckius negat poros esse.

Ap. Birch. IV. p. 296. fibræ lentis crystallinæ.

(f) p. 475. 476. 483. 484.

§. DCIV. *Theophilus* BONNET,

Medicus Genevensis, non quidem anatomicus, sed integri judicii scriptor, & utilis collector. Ej. *Sepulchretum anatomicum* Genevæ 1679. fol. 2. Vol. excusum, & anno 1700. auctius a MANGETO redditum fol. 3. Vol.*. Ad anatomen cadaverum morbosorum spectat, utilissimum promtuarium; neque absque propriis Cl. viri laboribus. Eo etiam in physiologia scribenda utiliter usus sum; sed quæ bona habet, ea hic nequeunt enarrari.

IDEM cum titulo *Medicinæ septentrionalis collectitiæ* T. I. Genevæ 1684. T. II. 1686. fol.* Ex Miscellaneis Naturæ Curiosorum, Actis Hafniensibus, & primis voluminibus philosophicarum Transactionum excerptæ adnotationes, ad ordinem morborum digestæ sunt. In L. VIII. physiologica quidem ex titulo promittuntur: plurima vero præterea alia eo spectantia passim inter pathologica disponuntur.

§. DCV. *J. Georgius* WALTHERUS. *Alii.*

Adfinis hactenus est hujus Lignicensium Medici, *sylva medica opulentissima*, quæ Görlizii 1679. 4,* prodiit. Index ex medicis operibus congestus, ad adfectiones varias humani corporis spectans, adque titulos passim physiologicos. Tumor ex fronte pueri funestus.

Giacomo MORO *Anatomia ridotta ad uso de scultori e pittori* Venez. 1679. fol.*. Tabulæ musculorum & ossium VESALIANÆ sunt, ut solus ambitus lineis exprimatur.

Daniel BARTOLI *trattato del suono de tremori armonici, dell' udito* Rom. 1679. 4. 1681. 4. Bologna 1680. 4.* MAZUCHELLI. Egregium opus, physici quidem potissimum argumenti. Anatomen tamen etiam auris continet cum icone cochleæ: eam, non quidem incisor, ex BARTHOLINO, RIVA, aliisque collegit. Vitra a voce humana fracta, aliter quam MORHOFIUS interpretatur; eumdemque etiam effectum per unisonum obtinuit. Tremorem harmonicum chordarum non per aërem, sed per solida corpora propagari.

Barthelemi MARTIN, pharmacopœi, *tr. sur les dents* 1679. 12.* Chirurgici scopi, cum brevissima anatome.

EJ. *Traité de l'usage du lait* Paris 1684. 12.* 1706. 12. BUR. Parum ad rem nostram, & fere de lacte tamquam medicamento diuturno usu sumto.

J. Conrad AXT *dialogus de partu septimestri, an sit perfectus, vegetus, legitimus* Jenæ 1679. 12.* Tempus pariendi non adeo incertum esse; partum septimestrem esse imperfectum, sua enim certe ovis tempora esse, feminasque impudicas sua facta mutatis temporibus occultare.

Petrus Paulus a SANGALLO edidit *experimenta circa generationem culicum* Florent. 1679. Italice & latine in *app.* ad E. N. C. Contra generationem æquivocam.

Moses

Moses REUSDEN *Monarchy founded on nature, proved by the history of bees with directions for keeping them in colonies* Lond. 1679. Practica & bona esse, lego, & ad conservandam apis vitam consilia. De rege apum & ejus semine fabulas proferre.

de St. HILAIRE *anatomie du corps humain avec ses maladies* Paris 1679. 8. 2.Vol. 1684. 8.* 1688. 8. 1725. 8. 2.Vol.* Vastum compendium, in quo nihil proprium reperi.

Recueil d'experiences sur les saveurs, les odeurs, le sang, le lait, traduit de GREW, BOYLE & LEEUWENHOECK.

§. DCVI. *Sebastianus le* CLERC, *Alii.*

Celebris delineator & scriptor, ingeniosus vir & industrius. EJUS *discours touchant le point de vue dans lequel il est prouvé que les choses que l'on voit distinctement ne sont vues que d'un oeil* Paris 1679. 12.* Globulum (aut objectum quodcunque) duobus locis adpariturum fore, si utroque oculo in eo inspiciendo uteremur. Posse equidem corporis majoris plures partes una videri utroque oculo, sed eam visionem non esse distinctam. Denique radios visorios, quorum ope distincte videmus, in unico puncto uniri, & unico radio visorio nos videre.

EJ. *Observations sur la vue. Journ. de Trev.* Maj. 1705. Unico oculo nos distincte videre.

EJUSD. *Systême de la vision fondé sur de nouveaux principes* Paris 1712. 8.* Plenius hic repetit, quæ in priori libello protulerat. Aliquam oculi dat anatomen. Unico nos, & fere dextro oculo ad videndum uti. Nullos dari radiorum penicillos, nullam in humoribus oculi refractionem: unicum punctum per unicum radium nos videre. Radios lucis corneam tunicam non perforare neque ad retinam venire, sed impressionem solam a cornea tunica eo tendere; (hoc manifesto falsum). Negat oculum ad remota aut proxima videndum mutari.

Eloge de Sebast. le CLERC *par* VALLEMONT Paris 1715. 12.

Friderici Wilhelmi SCHMUCKEN, Tabularum ænearum negotiatoris, *Fasciculi admirandorum naturæ accretio, oder der spielenden Natur Kunststück in verschiedene Mißgeburt vorgestellt* Strasburg 1679. 4.* Icones fetuum semiduplicium: porci capite equino aut elophantis proboscide: porcelli capitibus, ut putat, humanis. Pulli tripedes. Raro auctorem addit.

EJ. *Continuatio* II. Argentor. 1680. 4.* Femina obesissima. Equus pedibus semiduplicibus. Duæ feles communi capite. Anguilla deformis. Admista utrinque fabulosa.

Alia editio fol. Argentor. prodiit, in qua præter priores, Continuatio III. anni 1682. & IV. anni 1683. accessit. Sed posteriores continuationes, fere undique collectas habent figuras, aut rariora etiam, neque monstrosa animalia.

§. DCVII. *Disputationes.*

Philip. ROHR *de masticatione mortuorum* Lipſ. 1679. 4. BURKH.

Gottfried Friederich SELIGMANN *de dubiis hominibus iis, in quibus forma humana & brutina miſta fertur* Lipſ. 1679. 4.

EJUSD. *Sciagraphia virium imaginationis* Roſtock 1682. 4. THOM.

Corn. Winand SPOOR *de ſudore* Utrecht. 1679. 4.*

Herman LUFNEU *de fermentatione* Leid. 1679. 4.* An idem, qui ſcripſit contra *Guilielmum* SNELL.

André ENGUEHARD & *Phil.* TOURBIER *Ergo a ſanguinis motu vita* Pariſ. 1679.

J. HESS *de fluore ſanguinis & aquæ ex latere Chriſti* Witteberg. 1679. 4. B. TIG.

§. DCVIII. *Diaria Anglica. Gallica.*

Anno 1680. in T. BIRCH hiſtoria & in *Phil. Coll.* n. 2. agitur de cadavere toto tecto pilis a morte natis.

Ib. (*g*) FLAMSTEAD refert de anguilla ſtuporifera Surinamenſi, cujus effectus in diſtantes homines, inque eos propagatur, qui ſtupefactos contigerunt. Mortua non nocet. Hæc mihi prima de hac nuper celebrata electrica anguilla relatio videtur.

AUBREY de fetubus ſupra umbilicum connatis (*h*) & vitalibus.

Nic. de BLEGNY *le temple d'Eſculape ou le depoſitoire des nouvelles decouvertes* T. II. Paris 1680. 12.* & latine T. II. *Zodiaci medico-Gallici* Genev. 1682. 4.* *continuatio* operis p. 653.

In eo CARON egit de duplicatis utrinque teſtibus.

EJ. Partes infantis a dextris in ſiniſtra converſæ.

BLEGNY pro via breviore urinæ.

BELIN de menſtruis per oculos.

BLEGNY de natura dentium, potius pathologice.

Petri DUVERNEYI Chirurgi (*i*) de generatione animalium, contra originem ab ovis deductam.

EJ. de ſtructura & uſu partium genitalium utriusque ſexus.

EJ. de natura dentium *ann.* III.

In *Journ. des Sav.* 1678. Duos muſculos palpebræ internæ deſcribit, ut puto, ex avibus. N. 30. de organis nutritionis, glandulis ſalivalibus, inteſtinalibus ex variis animalibus, quibus vim diſſolventem tribuit. ID. in *Mem.* X. p. 610.

In

(g) p. 27. (h) p. 41.
(i) Diſtinxit a *Joſepho* SCHELHAMMER phyſiol. p. CCXL.

In *Zod. ann.* III. de cutis organo, papillis, reticulo. In *Memoir. avant* 1699. venas duræ matris. Sinum occipitalem. Glandulam pinealem a cane monet abesse. Ramulos nervi olfactorii, & ejus in homine aliam naturam quam quæ in animalibus est.

Ejusd. Observations anatomiques sur les ovaires des vaches & des brebis. *Mem. de l'Acad.* 1701. Horum aliquem vereor ne sint Josephi.

In T. II. Diarii Blegnyani Seignette aliqua ad anatomen. Balænæ Rupellis in litus ejectæ.

Blegny calculi ex semine nati. Nasus præcisus, qui comprehendit. Suspensa in vitam revocata.

Rivet fetus imperfectus, unico pede & brachio.

Petri Russe anatome erinacei. Motus peristalticus intestinorum, in homine ostensus.

Baux puer partibus corporis a dextris in sinistra transpositis.

Conte gemelli valde inæquales.

Ej. de virginitate historiola.

Baugrand vasorum renalium varietates.

Vitulus duabus vulvis.

Gerberon præcox pueri incrementum.

In *Journ. des Sav.* 1680. cati monstrosi bicorporei, capite semiduplici historia.

Catalan non esse oculos reticulata illa muscarum corpora, verosque se oculos detexisse, tres nempe illos minores.

Culicis aliqua ib. a. 1681.

§. DCIX. *Varii.*

J. Helwig, Medici Ratisbonensis, *observationes physico-medicæ* a *Luca* Schroeck, *Lucæ* fil. August. Vindel. 1680. 4.* editæ, qui & scholia addidit. Non sola ea narrat, quæ ipse vidit, sed undique etiam ex codicibus anonymis collecta. Infans acephalos, infans galea cranii, ut videtur destitutus: alia passim communicata, ut infans felino capite, alter excoriati leporis similis; infantes bicorporei; alia propria, ut fetus artubus imperfectis, porcellus monstrosus, duplex dentium series. Brevia omnia & absque anatome. Schroeckius loca parallela collegit.

Petri Guenellon, Medici Amstelædamensis, epistolica diss. *de genuina medicinam instituendi ratione* Amsterdam 1680. 12.* Anatomen commendat, etiam potissimum comparatam. Alium vult in anatome ordinem adhiberi, ut circuitus sanguinis demonstretur, deinde a partibus similaribus incipiatur. Stenonii consilia ad inveniendi artem data laudat, Bidloum pungit.

IDEM in *nouvelles de la Republique des lettres* 1686. multa utilia dixit de oculis piſcium; Duas laminas retinæ; celluloſam naturam humoris vitrei, membranam novam chorioideæ & retinæ interpoſitam, quæ omnem a chorioidea radiorum commentum arceat; fibras radiatas retinæ; alia.

Octavii SCARLATINI, Canonici, *homo & ejus partes figuratus & ſymbolicus* Italice prodiit curante *Matthia* HONCAMP Bonon. 1680. fol. Dilling. 1695. fol.* Partium nonnullarum corporis humani anatome compilatitia, ad oranii oſſa, tum capilli, oculi, aures, frons, & ejus oſſa. De oſſiculis auditus, naſo, maxilla, facie, pectore, abdomine. In T. II. de monſtris, hermaphroditis.

Franciſci HENRIQUEZ *de villa corta de humoribus ſpiritibus & partibus corporis humani* Lyon 1680. fol. & in T. II. *de urinis pulſibus* ib. 1688.

Cornelii van DYCK, pharmacopolæ Medenblicenſis, *oſteologia, of naauwkeurige geraamte beſchryving van verſcheyde dieren nevens haare hiſtorien* Amſterdam 1680. 8.* Non bonæ icones 20. ſceletorum. Animalium hiſtoriæ undique, ex PLINIO aliisque collectæ.

J. Stephan KESLER *Phyſiologia Kircheriana experimentalis* Amſterd. 1680. fol. De generatione æquivoca, abſque concubitu.

TILEMANNUS *Cous ſ. hippocratica praxis* Ulm. 1680. 8. Compendium anatomes, cum ſceletopœja & arte balſamo condiendorum cadaverum. Vaſa hepatis lymphatica ſe vidiſſe ipſi ſibi teſtis eſt.

In *Jacobi Joſephi* JOEPSER *manuductione ad vitam longam* Noriberg. 1680. 4.* Phyſiologica aliqua ad ſcholarum mentem, de calido innato, humore radicali.

Gottfried von LANKISCH, Med. Zittavienſis, *Abriß und Beſchreibung der wunderſelzamen Mißgeburt, welche neben einer geſunden Frucht, anno* 1679. *gebohren worden* Zittau 1680. 4.*. Fetus acephalos & imperfectus, qui a renibus fere incipiebat. Multa præterea collectanea.

In *Act. Erudit.* Lipſ. 1693. IDEM dixit de conceptu, cum vagina pene coalita eſſet.

GRAINDORGE, Med. Monſp. *de l'origine des macreuſes* Caen 1680. 12. Veras eſſe aves ſuis ex parentibus ortas.

Henrici MUNDII Βιοχρηστολογια *ſ. commentarii de aëre vitali &c.* Oxon. 1680. 8. Francofurt. 1685. Pro nitro aëreo.

Daniel BSCHERERS *Beſchreibung eines Kunſtauges* Nürnberg 1680. 4.* Conf. in E. N. C. *Dec.* III. *ann.* VII. VIII. *obſ.* 220.

EJUSD. Arteria ſpermatica circa vaſa renalia conflexa, quod & ipſe vidi, in E. N. C. *Dec.* II. *ann.* IV. *obſ.* 172.

EJUSD. *de halitu humano* Heidelberg 1681. 4. B. THOM.

DALGARNO'S *deaf and dumb mans tutor* London 1680. 8. OSB.

J h.

Joh. PRÆTORII *ciconiarum latibulum hybernale* Francof. & Lipf. 1680. 4. Germanice *Störche und Schwalben Winter-Quartier* ibib. 1676. 8. GRON.

Lud. Maria BARBIERI *fpiritus nitro aërei operationes in microcofmum* Bonon. 1681. 12. TREW.

De la CHAUME, Medici, *Tr. de medecine contenant la parfaite connoiffance de l'homme, fa fanguification au cœur, la circulation du fang* Auxerre 1680. 12. *Journ. des Sav.*

Ifaac SCHOOK *Difquifitiones hiftorico-politico-medicæ curiofæ de capite humano* Francof. ad Viadr. 1680. *Journ. des Sav.*

§. DCX. *Chriftian Joh.* LANGE,

Profeffor Lipfienfis, BOHNII difcipulus. EJ. Difputatio *de circulatione fanguinis* Lipf. 1680. 4.*

EJ. Difp. *homo aerometrum* Lipf. 1694. 4.*

In *operibus omnibus medicis theoretico-practicis* Lipfiæ 1704. fol.* a RIVINO editis, continetur hiftoria medica: paffim mifta erroribus Phyfiologica Theoremata proponit, fubjicit objectiones, ad eas refpondet. Aliqua propria. In canibus a morte apertis, fe veftigia egrefforum ovorum reperiffe. Placentam per uterinas arterias tinxit. Injectum liquorem ex arteria pulmonali in afperam vidit tranfire. In mefenterio galli Indici vafa pellucida. Contra deglutitionem fucci amnii.

In *pofthumis* multæ hic difputationes repetuntur, neglectis annis. Ut *de vi animi commotionum medica.*

De odoratu ejusque læfionibus.

De guftu.

De loquela.

De loquela hominis læfa.

De requifitis bonæ nutricis.

§. DCXI. *Varii.*

Francifci KLEINII Difp. *An fanguinis transfufio utilis fit & admittenda* Herbipol. 1680. 4. BOEHM.

J. Bernhard SCHWELING *de admiranda hominis microcofmi fabrica poëma* Brem. 1680. 4. HE.

Martin HERBST *de fpiritu vitali animalium & fpeciatim hominum* Jen. 1680. 4.

Antonii VALLAN *de femine* Ultraject. 1680. 4. B. THOM.

J. Jac. MISLER *de vifus ftatu naturali & præternaturali* Gieff. 1680. 4.*

J. Chrift. HOEFICHEN *de vifione* Leid. 1680. 4.*

Petri

Petri JENS *Considerationes quædam circa corpus humanum* Leid. 1680. 4.*

Sim. Henr. MUSÆUS *de auctoritate* HIPPOCRATIS *in jure tam canonico quam civili* Giess. 1680. 4. HE.

Petri van den BOSCH *de lympha* Leid. 1680. 4.*

Renat CHAUVEL & *Rud.* OREN *An ab uterino fermento menstruorum fluxus* Paris. 1680.

Jac. DESPREZ & *Fr.* MAILLARD *Non ergo alia a spiritibus in corpore fermenta* Paris. 1680.

§. DCXII. *Cornelius* BONTEKOE.

Vero nomine DECKER, Medicus Haagiensis, inde archiater Brandenburgicus, acris & confidentissimus CARTESIANUS, qui omnem fere perfectionem vitæ humanæ in humorum tenuitate posuit. EJUS primum opus reperio, *nieuw gebouw van de Chirurgie of heelkonst stukwyze opgetimmert Eerste deel* Haag. 1680. 8.* Initium facit a physiologia & ab anatome, quam in *elogio* dicitur diligenter exercuisse. Germanice prodiit cum vita auctoris, edente *J. Petro* ALBRECHT Francof. & Lips. 1697. 8. TREW.

EJ. *Notæ in* BLASII *Corollaria* Amsterdam 1682. 8. B. RUFFORTH.

EJ. *Fragmenta dienende tot een Berwys van de beweginge en viendschap oft lieuver Vriendshap van het acidum met het alkali, als mede de grondtleg tot de opbouw der medecyn en Chirurgie* Haag. 1683. 8. MOELLER.

Korte verhandeling van t' menschen leven gezondheit ziekte en dood, begrypende recepten I. over 't ligham on zyne werkingen in gezondheit, over de middelen van het leven en gezondheit te bewaaren, en de meeste ziekten voor te koomen door spyze dank slap en Thee, Coffee, Chocolade, Tabak en geneezmiddelen, zynde een vervulling van t' over gebouw der Chirurgie: den tr. van de kortzen en thee, als mede 3. verhandelingen over de natuer de bevinding en de zekerheit in de genees en heelkonde Gravenhage 1684. & 5. 6. 8. B. B. nam tres ultimæ Dissertationes sunt anni 1685. & 1686. Germanice Bauzen 1701. 8. TREW. 1728. 8. TREW.

EJ. *Fundamenta medica* Amsterdam 1688. 12. RAST. Germanice *Grundsätze der Medicin, oder Lehre vom alcali & acido durch die Würkung der Fermentation und Effervescenz, übersetzt aus dem Holländischen durch H. H.* Frankfurt und Leipzig 1691. 8. TREW.

EJ. *Metaphysica l. de motu & œconomia animalis* Leid. 1688. 8. RUFFORTH. Brem. 1692. 8.

EJ. *de passionibus animæ*, l. *posthumus cum* GEULINKII *ethica* editis Amsterd. 1695. 12. BEUGHEM.

EJ. *Verscheyde tractaten, handelnde van de vornaamste grondstukken om tot een waare kentnis der Philosophie en Medicyn te geraaken* Haag. 1687. 8. MOELLER. Aliqua ad physiologiam pertinere lego, inesse etiam de ulceribus tr. omnia imperfecta

perfecta

perfecta esse, exque codicibus sumta, ultimam manum non expertis, le CLERC *Bibl. univ.* T. IV.

Hæc passim legi, sed in collectis operibus *de philosophische, medicinale en chymische werken* Haag 1689. 4.* alia omnino opera reperio, alios certe titulos.

Omwerp van t' oud gestel der Medicyne eerste deel dat de general theorie der Chirurgie vals is; idem opus quod citavimus sub titulo *nieuw gebouw van de Chirurgie*. Nullam dari naturam, neque calidum innatum, neque humores, neque facultates, neque rorem aut cambium, neque diversas spirituum classes.

Tweede boek van de gemeinen opinien in de Anatomie die loos onzecker en meest alle vals en onnut zyn. In ossium historia damnat subtilitatem & Græca nomina. Sic intestinorum discrimina, nomina musculorum.

Deerde book dat gemeene gevoelen van de oorzaaken der gezwellen wonden en ulceration valsch zyn. Nullam plethoram dari, neque atram bilem. Reliqui duo l. practici sunt.

Kort en vast bewys dat er geen annus climactericus ofte mord jaar is.

Van de twiffelinghe in de Philosophie derde boek; de adfectibus animi.

In l. *van de verscheyde geslagten van beweging:* agit de fermentatione & effervescentia.

Opbouw der medicyne derde deel, behelzende de anatomie met den loop der sappen, de natuur der menschen en haare werkingen: vans menschen leven, gezondheit, ziekten en dood, met een nette verhandeling van de huyshouding des menschen. Videtur esse librum *korte verhand.* p. 672. Anatome & physiologia nil boni habet aut proprii.

Kort denkbeeld van de œconomia animalis of een nieuwe leer van de physiologie. Brevissimum compendium.

De grondslag en nieuw gebouw der medicyne en chirurgie nieuwelyke ontdekt in het acidum en het alcali. Scriptum videtur *nieuw gebouw &c.* p. 672. Lego in corpore calloso sedem animæ posuisse.

§. DCXIII. *Joseph* ZAMBECCARI.

EJUS *Esperienze intorno a diversi visceri tagliati a diversi animali viventi* Genova 1680. 4. & in D. SANCASSANI *dilucidationibus*, recus. in MANGETI *Bibl.* & *Eph. Nat. Cur. Dec.* III. *ann.* IV. *app.* versa a *Jos.* LANZONO. Hæ *obs.* omnino memoria apprime dignæ sunt. A GALILÆI nonnullis vocibus excitatus tentavit noster, varia viscera vivis animalibus exscindere, & eventum experiri. Lienem ergo feliciter excidit; tunc renem, funesto hunc plerumque eventu, & fellis vesiculam pariter feliciter, ut nihil inde decederet functionibus bilis, porro cæcum intestinum funesto eventu, nisi in avibus. Ea occasione bona de varietate cæci intestini in avibus & aliis animalibus adnotata profert. Oculorum etiam humorem aqueum, & in avibus & in quadrupedibus, sponte restitui confirmavit. Pancreas etiam cani excidit.

Multos codices M.S. argumenti anatomici reliquit (*k*).

(k) CORTE apud MANGET.

§. DCXIV. *Petrus* ROMMEL.

Petri ROMMEL *de fetibus leporinis extra uterum repertis, & de conceptione alia uterina epistola* Ulm. 1680. 4.* Absurdæ historiæ fetuum in ventriculo repertorum.

EJUSD. improbabilis historia mensium pro voluntate retardatorum. *Eph. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* V. *obs.* 29.

EJ. Ovum caudatum. *obs.* 147.

Obs. 148. Pullus quatuor alis pedibusque.

Ann. VI. *obs.* 226. Capilli virides.

Ann. VII. *obs.* 209. Puer absque funiculo umbilicali.

Obs. 210. Vitulus androgynus pedibus cervinis.

Obs. 212. Ossa mollia.

Ann. X. *obs.* 31. Partus cæcus, latente sub inferiori palpebra oculo.

Obs. 194. Sudor unius lateris.

Dec. III. *ann.* IV. *obs.* 13. & 14. Urina nigra innocua.

Ann. VII. & VIII. *obs.* 39. Clysteres absque malo vomitu rejecti.

Obs. 41. Femina sine mensibus.

Obs. 45. Gemellorum placenta modo simplex, modo duplex.

Obs. 177. Lac per umbilicum.

§. DCXV. *Philippus Jacobus* HARTMANN.

Professor Regiomontanus, vir omnino eruditus & solers, inque libris veterum exercitatus, qui & plurima animalia incidit, & hominum morbosa corpora.

EJ. Disp. *de generatione spirituum eorumque affectionibus in genere* Regiomont. 1681. 4. HE.

EJ. *de sanguine alimento ultimo* ib. 4. 1682. PL.

EJ. *Exercitationum anatomicarum de originibus anatomiæ* I. ibid. 1683. 4.*. Subjecta aliqua de signis imprægnationis.

Exerc. II. ib. 1683. 4.* Experimenta in pulmonibus catulorum nuper natorum facta. Non natarunt, cum tamen animalcula vixissent.

Exerc. III. ib. 1683. 4.*. De situ fetuum diversi sexus in utero diverso.

Exerc. IV. ib. 1683. 4.* Pro nutritione fetuum per os. In porcellis cuti sordes inhærent, quarum simillimæ in ventriculo reperiuntur.

Dec. II. *ann.* V. *obs.* 76. Fetus deformis, cui epiphyses ab ossibus decesserant, & alia monstrosa & morbosa.

Eph. Nat. Cur. Dec. II. *ann.* VII. *obs.* 17. 18. Anatome fame enectorum.

Obs. 20.

Obſ 20. Anatome fetuum in ſceletos converſorum.

Obſ. 22. Varia in renibus aliisque partibus præternaturam facta, aut rara.

Obſ. 23. Anatome veſiculæ fellis.

Et *obſ*. 24. Lienum.

Obſ. 26. Pro androgyna male habita.

Obſ. 27. Vitulus ſexu utroque imperfecto.

Obſ. 31. Porcelli diſparis molis.

Obſ. 32. Turtur ab obeſitate ſuffocatus.

Obſ. 50. Ventriculus ſiluri, ejusque motus periſtalticus.

In *appendice*, contra generationem animalium in aëre.

Ann. IX. Morboſorum corporum inciſiones.

Ann. X. *obſ*. 159. Atreta.

Obſ. 162. Fetus termino ſimilis, unipes, & omnia in viſceribus imperfecta.

Dec. III. *ann*. II. *obſ*. 193. & *Dec*. II. *ann*. IV. *obſ*. 73. Lumbricus hydropicus, etiam TYSONI dictus.

Obſ. 194. Hepar gallinaceum pingue.

Obſ. 195. Lien in ſue geminus.

Ann. IV. *obſ*. 83. Partus a morte, cum bonis teſtimoniis.

Ann. VII. VIII. *obſ*. 38. Vitulæ monſtrifica genitalia, inteſtinum rectum vaginæ inſertum, uterus in amplum ſaccum inſertus.

Ann. IX. X. *obſ*. 103. Hœdus hermaphroditus, pene perforato, utero deformi.

Obſ. 189. & ſqq. Fetus monſtrifici aliqui. Biceps unicorporeus, pelvi ſimplici, cordibus duobus.

Obſ. 190. Sceletus Jani ſimilis varie difformis.

Obſ. 191. Uteri ovilli collum in ligamenti ſpeciem coaleſcens, & tamen fetus in eo adultus. Contra tubarum officium: miram de modo imprægnationis hypotheſin habet.

Obſ. 19 . Ovum humanum undique villoſum, in quo fetus papaveris grano non major.

EJ. *De iis, quæ contra peritiam veterum anatomicam afferuntur in genere*, *Exerc* I. ib. 1684. 4.

Exerc. II. ib. 1687 Vulnus cordis non continuo mortem inferens. Talparum oculum unicum habere humorem.

EJ. *De iis, quæ contra peritiam anatomicam veterum afferuntur in ſpecie*. *Exerc*. I. ib. 1689. 4.

De diverticulo inteſtinorum in ſalmone; de valvula coli in variis animalibus, quas duas facit.

Exerc. II. ib. 1693.

Exerc. III. ib. 1693.

Exerc. IV. ib. 1693. 4.

Hæ exercitationes, omiſſis annis & adnotationibus anatomicis auctoris, recuſæ ſunt cura *Godofredi* KURELLA cum titulo, *faſciculi Diſſ. ad hiſtoriam medicam, ſpeciatim anatomes ſpectantium* Berolin. 1754. 8.* Docta certe ſcripta, & magna cura ex veterum monumentis decerpta, etſi paſſim putes, deſiderium ornandorum veterum aliquantum a ſtricto ſenſu veri Cl. virum abduxiſſe. Ita duas laminas piæ membranæ adtulit, ut arachnoideam tunicam COLUMBO adrogaret. Sed neque lactea vaſa apud GALENUM *de vivorum ſectione* reperiuntur, neque ductus narium STENONIANUS uſpiam apud veteres exſtat deſcriptus.

EJUSD. *de Phoca ſ. vitulo marino* ib. 1683. 4.* Plena anatome. Inteſtina prælonga undique ſui ſimilia. Foramen ovale hic & in caſtore cæcum. Tympani membranæ duæ.

EJUSD. *de Xiphia* ib. 1693. 4.* & in *app. anni* II. *Dec.* III. E. N. C. Plena anatome. Proceſſus uteri duo glanduloſi, glandulæ muco obſitæ. In ventriculo oſſa prædæ emollita. Glandulæ in ventriculo generis compoſiti.

EJ. *de generatione viviparorum ex ovo* ib. 1699. 4. & in meis *diſp. ſelect.* T. VI. Nihil contra ovorum hypotheſin fortius hactenus prodiit. GRAAFII experimenta in cuniculis facta critice recenſet, quorum multa repetiit; multa ipſe pulchre vidit, corpora lutea totum ovarium ſibi ſumentia: ſanguinem in corpore luteo; etſi aliter interpretatus eſt. Ovula, ut neque ego, nunquam in tuba invenit. Globulos albuminoſos etiam in cuniculis ſterilibus reperit, quibus GRAAFII experimenta ſtudet evertere. Nimis frequenter circa uterum veſiculas reperiri, tubas nimis anguſtas eſſe. Pro panſpermia & epigeneſi. Nullum, niſi poſt conceptum, corpus luteum apparere.

EJ. *de bile ſanguinis ultimi alimenti excremento* ib. 1700. 4.* Ex anatome comparata aliqua, ut de ductu cyſtico cornicis. Bilem ſanguine ponderoſiorem eſſe.

EJ. *Synopſis primæ partis artis medicæ de ſanitate* ib. 1701. 4.

§. DCXVI. *Leonardus a* CAPOA. L. TOZZI.

Leonardus a CAPOA, empaictes & empiricus. EJUS *parere diviſo in otto ragionamenti, ne quali narrandoſi l'origine & li progreſſi della medicina, ſi fa manifeſta l'incertezza della medeſima* Napoli 1681. 4. BUR. 1698. 4. HEIST. 1714. 8.* Hiſtoriam dat medicinæ, etiam anatomes, inſidioſam, fere ut medicorum vitia demonſtret, & hypotheſes refutet omnes, etiam quæ ad phyſiologiam ſpectant, non veritus HIPPOCRATEM cum reliquis carpere, qui Græcorum ingenium miraculis deditum recte perſpexerit. Ipſe non ſatis alienus a ſecta, fermentationem ſanguinis admittit, & ab ea explicat, quare alia animalia reſpiratione indigeant, alia poſſint carere. ARISTOTELI ruditatem anatomes

mes exprobrat. Nimis, & potiſſimum in anatomicos, aſper, in univerſum non ita dives propriis inventis, ut adeo acriter alios cenſeat.

Ej. *Raggionamento intorno alle moffete* Cologna (Neapoli) 1715. 8. *. Huc pertinet reſpirationis hiſtoria, cenſura eorum, quæ de ea functione dicta ſunt: hypotheſis auctoris, factam eſſe ad aërem pro fermentatione vitali ſanguinis ſuſtinenda recipiendum. Aërem celſorum montium recte negat nocere. Mephitides ſuffocare, quod aërem de pulmone expellant.

Lucæ TOZZII, Averſani, Profeſſoris Neapolitani, & Archiatri Pontificii, plures ſunt libelli, anatomici quidem, *de hominis generatione; feminæ & maris vi in generatione; fetus conceptione, formatione: fetus vita & nutricatione in utero: ſuperfetantibus & multiparis: fetubus monſtroſis & maculoſis: motu cordis: reſpiratione: ſenſibus, ſomno & vigiliis: motibus corporis & animi.*

Ej. *Medicinæ pars prior theoretica* Lyon 1681. 8.* & auctius 1711. 4. TREW. Phyſiologia & pathologia. Paſſim *Leonardo a* CAPOA adhæret, Electico propior, ditior aliorum inventis quam ſuis. Androgynos habet pro feminis clitoride longa. Tarantularum miracula confirmat: addit incredulos, diris quæ inde paſſi fuerint, malis convictos fuiſſe.

EJUSD. in l. *artis medicinalis* GALENI *paraphraſtica anacephalæoſis: adjectum eſt practicum opuſculum, de uſu ſex rerum non naturalium* Patav. 1711. 4. Addita eſt de reſpiratione digreſſio. Inflammationem ab acido deducit.

Opera omnia prodierunt Venet. 1747. 4. 5. Vol.

§. DCXVII. *Franciſcus Maria* NIGRISOLI.

Prodiit ann. 1681. l. *dell'anatomia chirurgica delle glandole di Franceſco Maria* GILIO, Piſaurenſis Chirurgi Comachienſis nomine præfixo, Ferraræ 1681. MANGETI: video etiam citari annum 1682. Tribuitur NIGRISOLIO, Ferrarienſi medico.

EJUSD. *Lettera nella quale ſi conſidera l'invaſione fatta da topi nelle campagne di Roma* Ferrara 1693. 4.* Putat fieri poſſe, ut fetus feminei ſexus in utero materno concipiant, & gravidi pariantur. Collectitium opus.

Ej. *Lettera in cui ſi contiene l' argomento, l' idea e diſpoſizione, di un opera il di cui titolo e, conſiderazioni intorno alla generazione de viventi, e particolarmente de moſtri* Ferrara 1710. 4.*. Sciagraphia operis, quod continuo dicemus, oppoſiti LEEUWENHOECKIO & SBARALEÆ, in tutelam theoriæ ovorum.

Ej. *Conſiderazioni intorno alla generazione de viventi e particolarmente de moſtri* Ferrara 1712. 4.* Modeſte & prudenter tuetur generationem ex ovo, & eam quæ univoca dicitur: per ova vero veſiculas notiſſimas intelligit, formationem tamen novi animalis naturæ plaſticæ tribuit, quam luce ſeminale ideata vocat. LEEUWENHOECKIUM & vermiculos ſeminales impugnat. Monſtrorum icones ſatis multas addit; libri ipſi, quibus de iis erat acturus, nunquam prodierunt. In eo deficit, quod parce propria experimenta producat.

Difesa della considerazione del S. NIGRISOLI *dalla lettera critica dell' Abbate di* CONTI Ferrara 1714. 4.*; ipsius, ut videtur, NIGRISOLI opus, satis asperum. Ad inanem censuram responsio utilitatis egena.

EJ. *de onocrotalo exerc. subcisiva* Ferrar. 1720. MANGET.

Elogium Cl. viri exstat in *Giorn. de letter. d' Italia* T. XXXVIII. p. 2.

§. DCXVIII. *Philippus* BONANNUS.

S. I. delectatus testis, & microscopicis observationibus. EJ. est *ricreazione della mente e dell' oculo*, quæ primum Italice prodiit Rom. 1681. 4.* deinde Latine, *recreatio mentis & oculi in observatione animalium testaceorum* Romæ 1684. 4.* Pro generatione æquivoca, argumento dactylorum & balanorum. In REDUM.

EJ. *Riflessioni sopra la relazione del ritrovamento dell uova delle chiocciole di A. F. M.* Rom. 1683. 12. MAZUCHELLI. In Abbat. MARSILIUM.

EJUSD. *Observationes circa viventia, quæ in rebus non viventibus reperiuntur, cum micrographia curiosa* Romæ 1691. 4.* Dialogi, quibus MALPIGHII & nuperorum sententiam impugnat, qui omnia animalia ex ovo velint provenire. Pleraque ex auctoritate aut experimentis dubiæ fidei desumta; dictio hic & ubique ægre tolerabilis. Gallis utitur, vermibus in glutine farinæ triticeæ subnascentibus, nuper celebratis. Experimenta etiam REDI audet carpere.

Micrographia, etiamsi BONANNUS valde augentibus vitris usus, tamen sterilis est, ut pauca habeat nostri argumenti, de pilis, & arenæ globulis, papilionis plumulis, proboscide, muscarum aculeo, oculo reticulato. Levia fere & aliqua aliunde sumta.

EJ. *Musæum Kircherianum* Romæ 1709. fol. In L. XI. agit de observationibus microscopicis, in L. I. & in III. de testaceis.

§. DCXIX. *Varii.*

Ludovici v. HAMMEN *de herniis* Diss. *Academica : acc.* Diss. *de crocodilo* Ed. III. Leid. 1681. 12.* Gedanensis, vermiculorum spermaticorum inventor ab anno 1677. Aliqua Crocodili anatome.

Petri HOFWEN, Professoris, Diss. *physico-medica de corde* Upsal. 1681. 8.* *Johannis v.* HORNE (*l*) laudat cupream sceleton, ab hoc viro cum arteriis & venis paratam.

Jean PASCAL *la nouvelle decouverte & les admirables effets des fermens dans le corps humain* Paris 1681. 12.*. Juvenis 21. annorum, omnes fermentationes ab alcali & acido derivat, ut etiam in farina conflictus sit inter acorem & farinam alcalinam. Spiritum ab astris per aërem descendere; variis cum corporibus varios sales constituere, ut nitrum. Mercurium alcalinum luem veneream acidam subjugare. In corpore humano omnia per fermentationes fieri, quæ in sanguine inque chylo fiant. Dari volatilia fermenta circumeuntia acida,

(l) *Waarschouwing* p. 22. 23.

da, tum fixa, quæ cum alcali *in substantiam* partium corporis humani abeant. Humidum radicale veterum esse fermenta fixa. Volatilia illa in cerebro oriri, quod acidum contineat, & cum farinacea pasta ferveat, spiritus animales etiam acidos esse. Hoc acidum in corde de sanguine decedere, venire in cerebrum, ibi depurari. Non dari succum nervosum, neque ex nervo vivi animalis disfecto stillare quidquam. In corde non esse ignem, sed effervescentiam inter spiritus acidos & sanguinem. Spiritum seminis vehementer acidum esse, feminæ semen alcalinum, ea fervere, similes particulas uniri, neque alienas adhærere alienis ob figuræ disparitatem, hæc ante nuperos. Acorem ventriculi esse a spiritu animali. Succum a sanguine in fundo ventriculorum cordis depositum alcalinum esse.

Lucas Antonius PORTIUS, Professor Neapolitanus, commentarium in HIPP. *de veteri medicina* edidit ann. 1681; deinde anno 1683. Venetiis varias dissertationes, inter quas multæ sunt de ciborum digestione, quam ad fermentationem refert, tum de cordis motu, deque nativo calore. In *opusculis* Neapoli 1701. editis est lib. de artificiosa respiratione. In BULIFONII *racolta* IV. *lettere all anatomia appartenenti* Neapoli 1698. Denique hæc omnia recusa sunt in *operibus* Neapoli 1736. 4. excusis *. Codices anatomicos bene multos reliquit, & lexicon anatomicum MOSCA.

In *Act. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* VI. *obs.* 19. Cancrorum utriusque sexus genitalia dixit.

DEROY, Chirurgi, *de la nature des liqueurs animales* Paris 1681. PORTAL. Fermentationes sequitur.

Bonaventura PAX *quid sit sonus* Mediolani 1681. 4. Etiam ad anatomen.

Wolf. HELMHARD *von* HOCHBERG *Adeliches Landleben* Nurnb. 1681. fol. 3.Vol. & 1715. fol.* Habet animalium domesticorum & ferorum aliquam historiam, generationem, partum.

Heidenryk OVERKAMP *nieuwe beginselen tot de genees en heelkonst steunende op de gronden der fermentatie, en deeze op die van Ren.* DESCARTES Amsterdam 1681. 4. & in operum collectione, cujus fere priorem partem efficit. Integra physiologia & anatome viscerum. Titulus cæterum mentem viri exprimit, qui ex alcali & acido omnia derivat. Germanice *Unterricht von der Geburt, Nahrung und Wachsthum des Menschen* Leipzig 1690. 8. B. TIG.

In *alle medicinale, chirurgicale en philosophische wercken* Amsterd. 1694. 4.* editis continetur etiam *Tafelpraatje* de diæta & ventriculi officio, & commentarius in SANCTORII *ontdekte uytwassеming.* Germanice hæc opera omnia prodierunt Leipzig 1705. 4.

J. J. *bondige verhandeling van de voortellinge* Amsterd. 1681. 8. LAMBERGEN.

Traité historique & medico-physique touchant les enfans nouv. nés 1681.

William SALMON, magni compilatoris, *synopsis medicinæ, or a compendium of physik, chirurgery and anatomy* London 1681. 8. GUNZ.

Ej.

EJ. *Synopsis medicinæ, or a compendium of a theory, and practice of physik* London 1685. 8. 1699. 8.

EJ. *Complet system of physik* ib. 1684. 4.

EJ. *Ars anatomica, or the anatomy of human bodies in 7. books* London 1714. 8.* A morte auctoris prodiit. Nihil habet proprium, neque judicium ad scriptorum merita expendenda adhibuit, qui ductum NUCKIANUM absque controversia admittat.

Lapis animalibus microcosmicus, samt einem Tractätlein vom Urin Strasburg 1681. 8.

C. *de la* BELLIERE *la physionomie raisonnée* Lyon 1681. 16. B. B. De temperamento ex omnibus corporis humani judicat, vanissimus.

§. DCXX. *Varii.*

Crisp. JERNFELD *de pygmæis* Holmiæ 1681. 12.

J. Frider. ORTLOB, Professor Lipsiensis, BOHNII discipulus & adsecla, *de adfectibus animi.* Præside B. ALBINO Francof. ad Viadr. 1681. 4.*

EJ. *de analogia nutritionis plantarum & animalium* Lipsiæ 1683. 4.

De integro cholepoieseos negotio ib. 1691. 4.* Liquorem in venas injectum per ductus felleos redire.

De dentitione puerorum difficili ib. 1694. 4. VATER.

De gustu & olfactu ib. 1695. 4. HE.

De tono & atonia ib. 1700. 4.

EJ. *Historia partium & œconomiæ hominis secundum naturam, s. Dissertationes anatomico-physiologicæ Lipsiæ ventilatæ* Lipsiæ 1697. 4.* Longe plures sunt, quam quas ego possideo, omnino 37. quibus totus physiologiæ ambitus continetur. Est inter eas, quæ iconem habet sinuum duræ membranæ, petrosorum, superiorum, inferiorum, circularis occipitis, transversi pone sellam equinam, cavernosorum, frena quædam in sinu longitudinali duræ membranæ.

Præfationem dedit ad versionem anatomiæ rationalis TAUVRYI. In ea describit experimentum canis, cui lien exsectus, & BELLINIANUM illud, nimium ornatum, in nervo phrenico sursum stricto, vel deorsum.

Adam Erdmann MIRUS *de monstris* Witteberg. 1681. 4.*

Michael PAULI *de calido innato, s. spiritu corporis vitali* Basil. 1681. 4.*

Petri NEITHARD *de tributo lunari feminarum intercepto* Altdorf. 1681. 4. B. THOMAS.

Benedict HOEFFER *de victu aëreo s. inedia Chamæleontis* Tubing. 1681. 4. B. BOEHM.

Nicol. Anton. FLACH *de callo* Argentor. 1681. 4.*

Samuel KEUCHENIUS *de nutritione* Utrecht 1681. 4.*

Christian

Christian FUNK *Mumiæ Philologica consideratio* Görliz. 1681. 4.*

Phil. TOURBIER & *Joh. du* MESNIL *Ergo sanguineis sensus acutiores* Paris 1681.

Car. MARTEAU & *Mich.* HODENCQ *Non ergo carnosi minus ingeniosi* Paris. 1681.

Ant. le MOINE & *Guil. Fr.* LEMEREZ *Ergo princeps visionis instrumentum retina* Paris. 1681. fol.*

Guil. Crescent. FAGON & *Joh.* POISSON *E. ventriculi motus ad elaborationem chyli confert* Paris. 1681.

Jac. de BOURGES & *J.* BOUDIN *Ergo nutritio & accretio ad motus leges exigendæ* Paris. 1681.

Anton. Joan. MORAND & *J.* BOUDIN *Ergo, qui humidioribus vescuntur diutius vivunt* Paris. 1681.

§. DCXXI. *Diaria.*

Hic *annus* III. s. 1681., NICOLAI est BLEGNY, & prodiit, cum titulo *Journal des nouvelles decouvertes.*

Huc PURI infans cum hernia umbilicali natus.

Ovum cometa notatum.

DE ROY, Medici, de humoribus humanis.

CLERICI puella absque cerebro nata.

PICHART mola vesicularis.

VIMONT ad labium leporinum difformius.

CONQUEDO anatome duarum puellarum cum visceribus duplicatis.

In *Journal des Savans* 1681. Ovum idem a cometa notatum.

PANTHOT de rene unico, cui duæ pelves.

In ovo figura capitis infantilis, seorsim recusa observatio, Avignon 1681. cui titulus, *la fidele relation de la figure humaine trouvée dans un œuf, decrite par Mr.* GUISONY, Medicum Avenionensem. Exstat etiam in T. III. Diarii *Nicolai* BLEGNY.

In *Roberti* HOOKE collectione II., puellæ vitales umbilicis connatæ.

§. DCXXII. *Petrus* DIONIS.

Chirurgus Aulicus. In *Diario Eruditorum* 1681, inque ZOD. GALL. T. IV. in *app.* ad *ann.* II. *Dec.* II. E. N. C., demum in proprio libello reperitur descriptus ab eo partus tubarius, qui idem redit in libello, cui titulus, Dissert. *sur la generation de l'homme, où l'on raporte les diverses opinions des modernes sur ce sujet* Paris 1698. 8.* Iterum recusus cum *Cours d'Anatomie* Paris 1716. 8.* &c. Auctor tubæ tumorem pro altera parte uteri bipartiti habuit. Duos etiam fetus in ventrem effusos describit. De generatione in universum, & pro ovorum hypothesi.

Adjecta eſt, *Deſcription d'une oreillette du cœur extrêmement dilatée.*

Ej. *Hiſtoire anatomique d'une matrice extraordinaire* Paris 1683. 12. eſt is ipſe partus tubarius. Bur.

Ejusd. *Anatomie de l'homme ſuivant la circulation du ſang* Paris 1690 8. 1695. 8. Trew. 1698. 8.* 1716. 8. 1723. 8. 1729. 8. cum notis J. Devaux Genevæ 1696. 8. 1699. 8. Marsh. Latine Amſterd. 1696. 4. Heist. Anglice London 1702. 8. Rufforth. 1716. 8. Osb. Germanice demum. Ab anno 1672. in horto regio corpora inciderat, præſidente D. Cresse, Lamyi adverſario. Non eruditus proprium nihil habet, aliqua Pariſinorum inventa aliena exponit. Azygos uvulæ duplex, Secerni in thymo ſuccum lacteum, quo fetus alatur. Icones non bonæ; editio ultima aliquanto auctior eſt: ei adjecti duo libelli quos dixi. Lego pro Chinenſium imperatore hoc compendium in linguam ejus gentis verſum eſſe (m) (puto in *Manſuricam*).

In *traité general des accouchemens*, poſt mortem Ludovici XIV. ſcripto, edito Pariſ. 1718. 4. 1724. 8.* Belgice prodiit Leid. 1735. 8.* Germanice *von Geburt und Erzeugung des Menſchen &c. durch* J. T. M. D. Frankf. und Leipzig 1723. 8. Trew. De falſis germinibus præduris, in quibus cavum aqua plenum ſit, inque eo puncti ſimile germen. Oſſa pubis non diſtrahi. Nodi umbilicalium vaſorum. Anatome ex *Cours d'Anatomie.*

In *Cours d'operations de Chirurgie* Paris 1707. 8. Bruxelles 1708. 8.*, & alias excuſo, paſſim aliqua anatomica intercedunt.

§. DCXXIII. *Petrus Sylvanus* Regis,

Medicus Monſpelienſis. Ejus anatomica hiſtoria duorum catulorum, quibus cor nudum de pectore propendebat, exſtat in *Journ. des Savans* 1681.

In Ejusd. *Cours entier de Philoſophie* qui Pariſiis anno 1690. 4. 3. Vol., Amſterdam 1691. 4. 3. Vol.* prodiit, liber VII. eſt de phyſiologia & anatome, additis iconibus collectitiis. Nuperorum inventa profert & opiniones, & judicium ſuum interponit. Ita contra Bayleum oſtendit, muſculos intercoſtales internos pariter coſtas levare. Fermentationes, fervores & præcipitationes ad Sylvii ſenſum admittit. In L. VIII. humanam anatomen & phyſiologiam tradit.

§. DCXXIV. *Guillaume* des Noues,

Chirurgus Gallus, ob illicitam anatomen exſul, Genuæ fere vixit. Lienes tres, teſtis unicus: novæ veſiculæ in cervice uteri, & aliqua de puella ſine cerebro nata: quæ dedit in Blegnyi Diario anni 1681, ubi etiam de glandulis piæ membranæ nonnulla perhibet.

Cum in Italia viveret, dedit Romæ 1706. 8.* *Lettres de Mr.* des Noues *à Mr.* Guillielmini. In iis plerumque de ſuis, quas vocant, injectionibus loquitur,

(m) *Hiſt. l'Acad. R. des Sciences* anno 1726.

loquitur, & de anatome cerea, quam me Londini anno 1727. vidiſſe memini, cum natura non bene convenientem, & de qua edidit *Avertiſſement pour les anatomies toutes nouvelles de cire colorée* Paris 1717. 12. Habet tamen interſperſas bonas adnotationes, ut MISTICHELLI de fetu, qui putabatur leonem referre, cum aquam in celluloſa ſpatia ſubcutanea effuſam haberet. De MARCHETTI paradoxis ductibus chyliferis, ad medullam ſpinalem tendentibus. De ſuis injectionibus & cerea anatome, quam abbas ZUMBO imitatus ſit. De experimento LOWERI, in vena jugulari revincta facto, non eum eventum ſortito, quem ILL. BRITANNUS expertus eſt. De glandulis odoriferis penis. De operationibus chirurgicis (puto *de la* CHARRIERE) ad ſuos codices deſcriptis. De corporibus incorruptis, Panormi & Toloſæ & alibi oſtenſis.

§. DCXXV. *Acta Acad. Nat. Curioſ. Dec.* II. *annus* I. *Prodiit anno* 1682.

In eo *Carolus* OFFREDUS, Medicus Patavinus, de proceſſu falcato duræ membranæ cerebri oſſeo egit *obſ.* 127.

IDEM *ann.* II. *obſ.* 15. Hepar dixit maximum.

Ann. IX. *obſ.* 24. Vir 110. annorum robuſtus & vegetus.

Andreæ CLEYER, Medici Bataviæ orientalis, de ovo prægnante. *obſ.* 17.

EJUSDEM hoc anno prodiit *Medicina Sinica* Francofurti 1682. 4. *. Ipſe nihil ad id opus contulit. Pulſum Chinenſes quemque tribus locis tangunt; ad radicem ſive in radice, in medio, & in ramo, ſive verſus pollicem. Cuique pulſui ſuam ſignificationem tribuunt, in diſtinguendis pulſibus ſubtiliſſimi. Malæ cæterum obſervationes, ut pulſum etiam unum cum ſingula reſpiratione admittant.

Dec. II. *ann.* VI. Lactis puerperæ & dudum lactentis diverſitas.

Ann. VIII. *obſ.* 22. Aliqua monſtra ſemiduplicia & deformia.

J. Georg SOMMER, Medicus Arnſtadienſis. EJUS eſt ovum prægnans, *obſ.* 44.

Ann. II. *obſ.* 176. Granula per urinam reddita.

Obſ. 181. Fetus exſanguis.

Ann. IX. *obſ.* 16. Piſa in ventriculo puellæ germinantia.

Obſ. 23. Variolæ in fetu.

Ann. X. *obſ.* 203. De ſuturarum uſu.

Dec. III. *ann.* V. & VI. *obſ.* 247. Non male de avium vi digerente cibos.

Obſ. 250. In gallo Indico aſitia.

J. Petri ALBRECHT, Hildesheimenſis, meatus a veſica in rectum inteſtinum in cadavere virili inventi; pro via urinæ breviori dati, *obſ.* 78.

Dec. II. *obſ.* 12. Sternutatio ad mortem uſque.

Obſ. 13. Puer a nævo niger.

Obſ. 14. Abſurda nævi hiſtoria, fetus ex deſiderio mortui.

Obſ. 15. Fetus intra uterum ſingultiens.

Dec. III. *ann.* III. *obſ.* 124. Cuticula de univerſo corpore decidens.

Ann. IX. X. Papilionis ova abſque venere fecunda.

Adami Adamandi KOCHANSKI S. I. de gallina reviviſcente, cum exenterata & deplumata eſſet. *obſ.* 132.

Balthaſaris CHILIANI, Eisfeldenſis Medici; fetus corpore ſimplici, capite ſemiduplici. *obſ.* 143.

Gregorii HILLING Ungues molis monſtroſæ. *obſ.* 160.

§. DCXXVI. *Diaria Anglica.*

In HOOKII Coll. 5. exſtant *Eduardi* BROWNE notata ad anatomen arteriæ aſperæ in Struthiocamelo. Muſculi ejus arteriæ directores, (etiam Gallis dicti). Anulus craſſior in diviſione arteriæ aſperæ. Glandulæ ad gulam & carotidem. Penis majuſculus. Ventriculi bini cum pulchris glandulis. Nulla veſicula bilaria.

Apud BIRCH (n), genitalia apri, & quadruplex ſemen. Liquor proſtatarum viſcidiſſimus. Semen teſtium album; veſicularum minorum ſemen tenue; aliæ craſſiores, quarum ſuccus albus.

§. DCXXVII. *Diaria Gallica.*

In *Journal des Savans* 1682. aliqua de inſectorum vita hiemali.

Canis bipes, & ſepes.

Homo corde deſtitutus.

In *anno* IV. *Zodiaci Gallici*, de St. MAURICE fetus in ovario reſes.

CHASSEBRAS a GRAMAILLES fetus monſtroſus, deformis.

Anonymi de via breviori urinæ.

RIVALIER fetus putridus per vulvam & umbilicum egeſtus, & alius per umbilicum.

De ROY de humoribus humani corporis. Conf. p. 681.

Porcelli coaliti, capite ſemiduplici.

In *Hippocratem chemicum* animadverſiones, & *contra theoriam acidi & alcali* objectiones.

§. DCXXVIII. *Antonius* NUCK,

Harderwicenſis, Profeſſor Leidenſis, vir ſolers, in replendis potiſſimum vaſis lymphaticis, quorum hiſtoriam molitus erat: qui tabulas eorum vaſorum argento vivo repletorum concinnaverit, quas nobis BOERHAAVIUS laudabat (o). Pari

(n) IV. p. 184. (o) *Prælect.* I. p. 165.

Pari facilitate vaſa lymphatica oſtendebat, ut alii rubra (*p*). Antlia pneumatica ad eum ſcopum uſum fuiſſe lego (*q*). Pauca edidit, neque undique perfecta, matura morte præventus.

In faſtis *Societatis Regiæ Britannicæ* anni 1682. (*r*), reperitur indicium novi a Cl. viro detecti ductus ſalivalis: lymphaticorum vaſorum in venas rubras inſertorum cum valvulis: de pulmonibus flatu plenis conſervandis &c.

Primum edidit Leidæ 1685. 12.* *de ductu ſalivali novo, ſaliva, ductibus oculorum aquoſis, & humore oculi aqueo* libellum. Novus ille ductus ſalivalis ex propria nonnullis quadrupedibus glandula intra orbitam poſita natus, ductu ſuo non longe a Stenoniano aperitur: homo & glandula deſtituitur & ductu. Circulus uveæ obiter. De ſalivæ ſecretione, de ejus copia; de phænomenis naſcentibus, quando cum variis liquoribus commiſcetur, aut igne ſubjecto urgetur, & per quæ pauxilla in ſaliva ſalis copia oſtenditur. Morbi etiam & vulnera ductuum ſalivalium.

De ductibus oculorum aquoſis. Arterias longas ſcleroticæ accumbentes vidit, Vir Cl. quas oſtendit, in circulum uveæ ramos inmittere; eas pro ductibus ſecretoriis habuit, aquoſum ſuccum fundentibus. Reſtituti, etiam in homine, humoris aquei exempla producit, etſi nulla medicatio acceſſiſſet. Analyſis humoris aquei; aliquantum ſalis continet.

Recuſum eſt opus cum titulo, *Sialographia, & ductuum aquoſorum anatome nova auctior & emendatior* Leid. 1695. 8. 1723. 8.* Ductus oculorum in *Bibl.* Mangeti. Icones hic aliquæ novæ, tum ex cane, tum ſalivalium ductuum hominis, vaſorum & nervorum faciei.

Ejusd. *Defenſio ductuum aquoſorum* Leid. 1691. 8.* etiam cum *Sialographia* recuſa eſt. Ductus ſuos aquoſos a Warnero Chrouet impugnatos, quoad ejus fieri poterat, tutatur. Etſi rubrum ſuccum vehant, tamen etiam lympham rubere. Secretionem poſſe in vaſis peragi abſque glandula, ut etiam colores injectorum liquorum ſecedant. Per vaſa ſpermatica, vaſcula lymphatica teſtis impleri. Sic lienis aquoſa vaſa per lienis arteriam. Vaſa lymphatica per ductum deferentem repleta. Ureteribus ligatis viſcidam ſalivam provenire. Jugularibus venis ligatis oculos non tumere.

Ejusd. *Adenographia curioſa* Leid. 1691. 8.* 1696. 8. 1722. 8.*, quæ editiones non differunt, & in *Bibl.* Mangeti. Tres ſunt libelli. Prima adenographia, in qua nova datur deſcriptio glandularum conglomeratarum: peculiariter mammarum, quarum ductus deſcribit mercurio plenos; non bene vero communicationes per ramos transverſos iis tribuit. Papillarum fabrica celluloſa, erectio a ſanguine in cellulas effuſo. De conglobatis glandulis, uberius, de earum natura celluloſa. Vaſa lymphatica ab arteriis venire per mediam intercedentem veſiculam, etiam abſque ea. Argentum vivum ex vaſis lacteis in

 arterias

(p) Dolæus ad Waldschmid. ep. I.
(q) Camerar *Anat. præſ. ex Antl. pneum.*
(r) Birch. IV. p. 152.

arterias transiisse. Lymphatica vasa inferentia, efferentia; valvulæ, hæ accurate. Lymphatica vasa aere, vel liquore per arterias impulso repleri. Sigillatim lymphatica vasa renum, uteri, ovariorum, fere ex animalibus. Experimenta ad generationem pertinentia. Vinculo ostendit injecto, nihil generari a semine virili, si ovuli adventum interceperis. Calculum pro lubitu produxit, corpore aliquo peregrino in vesicam urinariam introducto. Porro vasa lymphatica peritonæi, sacra: mesocolica. Processus peritonæi animalium, quibus homo destitutur. Diverticula ejusdem peritonæi in femina (cellulosa). Uteri humani icon, non ut sperares, anatome. Tubam ligavit, ita ut inter ovarium & vinculum fetus reperiretur. Membranam allantoideam admittit.

Epistola de inventis novis anatomicis (ad *Dominicum* BEDDEVOLE). Lymphatica vasa pene ubique, in abdomine, teste, pede reperit; in cerebro, sed rarius. Lactea vasa in homine etiam vidit.

Opera omnia prodierunt Leidæ 1733. 2.Vol.

Hymenem discipulis suis ostendit *v. der* LAHR *de sterilitate* Leid. 1687.

§. DCXXIX. *A. M.* ALLEN. MULLEN, alibi MOULIN.

Medici Dublinensis. EJ. *Anatomical account of an elephant accidentally burnd in Dublin: with a relation on the eyes of animals* London 1682. 4.* Bonum opus, etsi festinato natum, cum putredo vastum animal & semiustulatum consumeret. Papillæ cutaneæ in tanto animale tamen non majores capite aciculæ. Sanguis & caro animalis abundantes sale urinoso. Nullæ vesiculæ bilariæ neque seminales: cæcum intestinum magnum & valens, ejus ligamentum unicum. Ductus pancreaticus. Ren absque pelvi & papillis. Nullum cordis ossiculum. Lingua perforata aditum dat in œsophagum. De sceleto & ossibus fuse.

Minus firma sunt, quæ de oculis habet, & de ligamentis in bovis oculo visis, & in avibus, quæ putat crystallinam lentem ad retinam adducere. Vasa persuadetur, se vidisse, a processibus ciliaribus in lentem crystallinam euntia, inque vitreum humorem.

EJUS obss. *de aure avium.* Dextram cum sinistra & supra cerebrum communicare & infra (*s*). Unicum esse ossiculum (*t*).

EJUS experimenta cum coagulo facta, & ab eo in venas canis injecto mors (*u*).

EJ. in n. 174. Feles duæ connatæ cum capite semiduplici, cum bona anatome.

EJ. apud BIRCH. (*x*) de pulsu in capitis vertice forti, exstinguente pulsum carpi.

Ib. de hydatidibus per anum emissis (*y*).

In *Phil. Trans.* n. 191. de copia sanguinis; vix excedere vigesimam partem corporis

(s) BIRCH. IV. p. 273. (t) p. 546. (u) p. 295. (x) p. 420. (y) p. 546.

corporis in quoque animale, in homine adeo vix ſuperare 8. libras. In cor ad minimum uncias quatuor venire; circuitus eſſe circa 92. intra horam.

N. 192. Mali effectus argenti vivi in venas vivi animalis injecti.

N. 199. de organo auditus avium. Tubam EUST. unicam eſſe. Communicare duas aures canali in arcum a dextris in ſiniſtra flexo. Unicum oſſiculum eſſe cum cartilagine. Piſcibus omnibus membranam eſſe nictitantem.

Dec. III. *ann.* II. *obſ.* 138. Mus ex nævo.

Obſ. 139. Anatome ranæ piſcatricis.

§. DCXXX. *Emanuel* KOENIG,

Mihi in ſenio ſuo notus, Baſileenſis Profeſſor, non quidem inciſor. EJUS tamen *regnum animale* omnino huc pertinet Baſileæ 1682. 4., & auctius 1698. 4.* excuſum. Integram phyſiologiam continet: ſed ad nos potiſſimum facit *Petri* CHIRAC Nevrologia, & Chirurgi LESCOT Pariſini, deinde Genuenſis Profectoris, myologia, Gallico ſermone utraque ab AUCTORE, eorum virorum diſcipulo, in Gallia calamo excepta; paſſim etiam aliquæ peculiares adnotationes intercedunt. Anatomen comparatam conjungit. De urinæ anatome mirifica aliqua.

EJUS *Spicilegium botanicum & anatomicum* prodiit Baſileæ 1703. 4.* Nova inventa aliqua.

EJUSD. *De eo, quod ſummum eſt in medicina, una cum triplici regno, minerali, vegetabili & animali* Baſil. 1711. 4.*

In *Act. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* IV. *obſ.* 32. de organo cantus gryllorum.

In eodem *Petri* CHIRAC experimentum motus cordis 24. horis ſuperſtitis poſtquam evulſum erat, *obſ.* 33.

Noctuæ anatome & oculi, *obſ.* 34. Non ſatis urſit miram convexitatem corneæ.

Ann. V. *obſ.* 101. Aliquot piſcium ventriculi.

Ann. VIII. *obſ.* 145. Gemelli leviter connati, ut ſeparari potuerint.

Ann. IX. *obſ.* 129. Homo caudatus.

Lego *de adfectibus* diſputaſſe Baſileæ 1677. 4.

§ DCXXXI. *Cornelius* STALPART *van der* WIEL,

Medici Haagienſis, *Eerſte honderd genees heel en ſnydkondige aanmerkingen* Amſterdam 1682. 8.* *Eerſte deel van het tweede honderd* Haag. 1686. 8.* Latine 1687. 8. 2.Vol. Leidæ 1727. 8. 2.Vol.* Gallice vertente PLANQUE Paris 1758. 12. 2.Vol. Adnotationes ſunt, cum ſubjectis ſcholiis & parallelorum caſuum collectione. Multa anatomica. Infans deſtitutus cerebro, ex hernia, ut videtur, cranium perforante. Aqua poſt capitis ictum, de aure emiſſa. Sanguis menſtruus e palpebris erumpens. Cor pericardio adnatum, lien loco motus.

motus. Bilis per veficulæ poros fudans pro re rara. Lien maximus. Renes coalefcentes. Alvus pigra; feces per vomitum rejectæ, adeps & pituita per anum. Placenta veficulofa. Canis, fi diis placet, ex muliere. Fetus in fecundis induratus. Gemini fuo fingulus funiculo donati, & præterea communi tertio. Menfes in anicula: per papillas fluentes: Penis imperforatus. Pili in abfceffu nati.

In *fecunda centuria.* Afitia in puella diuturna. Menfes per vomitum rejecti; glans plumbea per lotium. A menfibus propinatis, ut putat, magna fymptomata. Partus ventralis. Puer abfque umbilico natus, & inde pro alimento embryonis per os. Hernia fpinalis & umbilicalis connata. Puer fquamofus. Nævi. Pili & os in altero ovario. Lac cum lotio editum. Ovum prægnans. Hippomanis defcriptio. Sacculus linguæ adhærens.

§. DCXXXII. T. Gibson. Novarinus. Stokhamer.

Thomas Gibson, Medicus Londinenfis, edidit anno 1682. 8. Pl. *Anatomy of human bodies epitomized* recufam 1684. 8.* 1703. 8. 1716. 8.* Nova eft & aucta Readii editio. Addidit aliqua ex Tysonio, ut icones glandularum renalium, multa ex Graafio, Willisio, aliisque nuperis, cum figuris. Nihil de fuo.

Antonii Novarini *Anatomia curiofa; Wahrhafte Vorftellung von des Menfchen Urfprung und Gliedern &c.* Rotenburg 1682. fol.*

Et Ejusdem *Chirurgia curiofa ander Theil, oder neues Feld- und Stadtbuch bewährter Wundarzney.* Hic nunc reperio recudi Dryanri vetuftas icones, ftanno, ut puto, incifas.

Francifci Stokhamer *Microcofmographia, f. partium humani corporis omnium brevis & accurata defcriptio, novis inventis adornata* Viennæ 1682. 12.* Compendium breve & fimplex, cum phyfiologia aliqua. Nuper recufum Ulm. 1755. fol.* cum titulo Arch. Piccolhominei *anatome integra.*

§. DCXXXIII. *Dionyfius van der* Sterre,

Medicus. Ej. *Voorftelling van de noodzaakelykheit der Kayferlyken Snee daarneven de verhandelinge van de teeling en baaring* Leiden 1682. 12.*, qui de partu & generatione tractatus alter eft libellus: Propriam fetui vitam effe, neque adeo cum matre eum mori, & ea exftincta debere de fepulchro extrahi. Exempla fetuum in matris mortuæ utero viventium. Primam refpirationem effe a fanguinis impulfione in pulmonem, hujusque adeo dilatatione. Septimeftres non effe robuftiores. Omitto chirurgica & obftetricia.

Ejus *Epiftolæ duæ de generatione ex ovo & monftrorum productione* Amfterdam 1687. 12.* In I. epiftola aliqua, neque male, contra Leeuwenhoekium profert. Vermiculos in variis humani corporis humoribus vifos. Diutius vim imprægnantis galli in ovario gallinæ fupereffe, quam poffit a vita vermiculorum fperari; Ova ovis inclufa ab ea hypothefi non explicari. Marem vult

folum

ſolum fermentum ad ovum conferre. Ante nuperos putat ſe animalcula in liquore genitali mulierum vidiſſe.

Ep. II. De nævis. Matris animam conſtringere fibras alicujus partis fetus, ita obeſſe nutritioni & incremento. Primis temporibus fetum magis ſignari, quando matris adpetitus vehementiores ſunt.

§. DCXXXIV. *J. Georgius* GREULICH. *Alii.*

Moguntini. EJUS χολιλογια, *ſ. themata paradoxa de bile ſana & ægra* Francof. 1682. 8.* Bilis utilitates & vitia colligit.

Georgii ROGERS *oratio* HARVEJANA anni 1681. *in memoriam beneficiorum Collegio Medico Lond. præſtitorum* Lond. 1682. 4.

Non undique omiſeris J. MUYS *praxeos medico-chirurgicæ rationalis Decades* IV. Leid. 1682. 12. quinque 1685. 12. ſex ib. 1690. 12. duodecim Amſterdam. 1695. 4.

DE FLEURIVAUX *Moyens de conſerver les dents belles & bonnes* Paris 1682. 12. De dentitione.

In *Georgii* WHEELER *Journy into Greece* Londin. 1682. fol. habet ſuas de mutatis chamæleontis coloribus adnotationes.

Matthiæ NALDII, *rei medicæ prodromi de præcipuis phyſiologiæ problematibus* Rom. 1682. fol.

William PETTY, F. R. S. *Eſſay concerning the multiplication of mankind and the growth of the city of London* London 1686. 12.*, & prius 1682. Pluſculi libelli. Magna incrementa urbis Regiæ ab anno 1665. & 1666., quo partus fuerunt infra 10000, mortes vix 7000. Cives facit 672000. Ut Angliæ incolæ ab anno 1565. ad annum 1842. duplicatum eant: videtur vero nimia incrementa gratis admittere.

Further obſervations upon the Dublin bills London 1686. 8.*

Five Eſſays in political arithmetiks concerning the people, houſing, hoſpitals of London and Paris London 1687. 8.* 1755. 8. Multo plures mortales Pariſiis in noſodochiis mori, & vitio quidem aliquo curæ publicæ.

Obſervations upon the cities of London and Rome Lond. 1687. 8.*

Four eſſays on political arithmetiks ib. eod. anno. Æſtimatio numeri incolarum Londinenſis urbis, quem fere ad 700000. cives auget. Ut ii numeri ex partuum & funerum numero eruantur.

Petri ANGO, Prof. Cadomenſis, *l'optique diviſée en trois livres* Paris 1682. 12. Pro retina contra chorioïdeam.

EJUSDEM, ut videtur, eſt *quæſtio medica, an homo ſit a vermibus* Caen. 1711. 4. Contra LEEUWENHOECKIUM fetum ex ſeminibus commiſtis componi.

Anton. Filipp. CIUCCI *Filo d'Ariadna, nel quale si aggiunge un breve trattato della circulazione del sangue* Macerata 1682. 12.

Lego J. BROWNE *novam & genuinam animalium generationem, necnon accuratissimam humani corporis delineationem academicam* Leidæ 1682. 12. prodiisse GRON. Sed id est opusculum EVERARDI & STOCKHAMERI.

Vitus RIEDLIN, Medicus Ulmensis, clinicus, numerosas edidit observationes medicas, quas inter passim aliqua physiologiam tangunt. In *Centuria observationum medicarum*, quæ anno 1682. 12.* prodiit, amaræ vis medicamenti in lac transitus reperitur, & testes ex nævo deleti.

In EJUS *lineis medicis & curarum medicarum millenario* passim aliqua reperiuntur physiologici argumenti. Monstrosæ fabricæ rariores adnotationes, insoliti eventus, etiam physiologicæ cogitationes. Obiter omnia, neque sollicito studio facta.

Traité de la circulation des esprits animaux; par un Religieux de la congregation de St. Maur Paris 1682. 12.* Ex corde spiritus venire ad glandulam pinealem, inde in nervos erumpere, inque cor redire per ductum thoracicum, perque venas. A nervis calorem esse &c. Nomen auctori *Natalis Philibert* JAMET. In *Cat.* FALCONETI tribuitur *Johanni* BONNET fratri *Theophili.*

Louis CUSAC *traité de la transpiration des humeurs, qui sont les causes des maladies* Paris 1682. 12.* Ad vendendum nescio quem spiritum scriptus libellus, quo perspirationem promittebat se promoturum. Agyrta. Aliqua de perspiratione, ex SANCTORIO.

EJ. *Reflexions sur la theorie* D'HIPPOCRATE *& de* GALIEN Paris 1692. 12. ASTRUC.

Andreæ NORCOPENSIS *de somnio & divinatione* Holm. 1682. 12. B. BOEHM.

A. BOSSE *natuurlyke en schilderkonstig ontwerp der menschkunde* Amsterdam 1682. 8. HOTTON. Quomodo differt a P. GOREE.

J. Bapt. CUCHOT: Medicus in Auxerre, *histoire d'un monstre né à Auxerre* Dijon 12. obiit anno 1682. PAPILLON.

In *Julii* MALVICINI *utilibus collectionibus medico-physicis* Venet. 1682. 4.* aliqua physiologica sunt. Puer cui os coccygis rectum anterius prominebat.

DANIELIS *Physica Hippocratea recentiorum commentis illustrata* Francofurt. 1682. 12. Animalia tangit & eorum œconomiam.

§. DCXXXV. *Varii.*

Frid. Jac. BRUNO, GALENI *axioma, mores animi sequuntur temperamentum corporis, explicatum* Altdorf. 1682. 4.* HE.

Frid. Wilhelm WINCLER *de singularum partium corporis humani nutritione* Heidelberg. 1682. 4.* B. BOEHMER.

Johannes

Johannis BAGLEY *obſervationes circa fetum humanum* Leid. 1682. 4.* Anatome feminæ gravidæ, fetus & ſecundarum. Uteri craſſities eadem, quæ inanis uteri. Fetum digitos habere ad tempora poſitos, carpos ad maxillam inferiorem. Liquorem amnii ſalſum eſſe, odore urinoſo. Maximam partem ſanguinis continuo per foramen ovale in ſiniſtram aurem tranſire. Urina de veſica facile in penem effluens, in urachum nequaquam.

T. KENNEDUS *de nutritione fetus* Leid. 1682. 4.

Nicolaus van der KAPPEN *de ſanguificatione* Leid. 1682. 4.*

J. REINOLD *de ſpiritibus animalibus* Leid. 1682. 4.*

J. Andreas SCHMIDT *cæcus de colore judicans* Jen. 1682. 4.

EJ. *Auris theodeictos* Jen. 1694. 4.*, & Germanice *Klarer Beweis der Exiſtenz Gottes von dem Ohr hergenommen* ib. 1731. 8.

EJ. *de perioſteo oſſiculorum auditus* Leid. 1719. 4.* cum iconibus.

EJ. *de Germanorum in Anatome meritis* Helmſtad. 1723. 4.*

EJ. *de menſtruo fluxu ejusque ſuppreſſione* ib. 1722. 4.

EJ. *de lienis genuinis uſibus* ib. 1723. 4.

J. Lud. NEUENHAHN *anatomen indicit* Meinungen 1682. 4.

Michael Friederich LOCHNER, Præſ. J. M. HOFMANN, Altdorfii 1682. 4.* diſputavit *de faciei promontorio naſo odoratus organo.* Organum ipſum deſcribit. Dari in naribus quaſi valvulam. De ſinubus mucoſis narium &c.

EJ. *de oſſium ſtrepitu Eph. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* V. *obſ.* 97.

Ann. VIII. *obſ.* 26. Gallus cornutus.

In *rarioribus muſæi* BESLERIANI paſſim anatomica tangit, ut in chamæleonte. 1716. fol.*

Chriſt. Gunth. SCHMALKALDEN *de felici atque infelici hominis arbore ſ. de hominis generatione* Gotha 1682. 4. HEIST.

J. Siegfr. KISSLING *de fame canina ſ. bulimo* Erford. 1682. 4. ut lego.

§. DCXXXVI. *Rud. Wilhelm* CRAUSE,

Jenenſis Prof. numeroſæ diſputationes, *de lochiis naturaliter fluentibus & præternaturaliter ſuppreſſis* Jen. 1682. 4. PL.

De fermentatione in ſanguine non exſiſtente ib. 1682. 4.*

De reſpiratione cordis ib. 1684. 4. BURKH.

De principatu cordis ib. 1694. 4. HE.

Aeger bulimia laborans ib. 1695. 4. PL.

De ærumnoſa muliebris ſexus conditione ib. 1702. 4.*

De dentium ſenſu ib. 1704. 4.*

EJ. *de tonsillis* Jenæ 1704. 4.*

De liene ib. 1705. 4. BURKH.

De restitutione in vitam suffocatorum laqueo vel aqua ib. 1705. 4.

De vanitate lusuum naturalium speciatim in animalibus & cumprimis hominibus programmata quatuor ib. 1705. 4. HE.

EJ. in *Eph. Nat. Curios. Dec.* III. *ann.* V. *obs.* 268. Abortus sex mensium dentatus.

Obs. 269. Dens cartilagineus.

Obs. 270. Dentes connati.

Obs. 273. Semen virile a croco tinctum.

Joh. POISSON & *Petri* GAMARE, *an bilis præcipua vis in amarore* Paris 1682.

Fr. MAILLARD & *Fr. de* BELLESTRE *Ergo heroum virtus in sobole* ib. 1682.

Dionysii PUYLON & *J. Mich.* GARBE *Ergo innuptæ ævi brevioris* ib. 1682.

§. DCXXXVII. *Godofredus* BIDLOO,

Chirurgus, Medicus, Archiater GUILIELMI III. Professor Leidensis, non ineruditus homo, sed vitæ liberiori plura tempora daturus, quam studiis. Magnum opus molitus, celeriter perfecit, anatomen corporis humani 105. tabulis illustratam, quam *Guilielmus de* LAIRESSE tabulis exquisita cura delineatis & sculptis ornavit.

Artificium iconum summum est, in carnibus membranisque potissimum. Neque nullæ bonæ sunt, quoties pictoris oculus sufficiebat. Arachnoïdea medullæ spinalis membrana bene expressa est, pulchre fetus humani, non male penis, cum suis musculis exemtus, denique viscera abdominis in vario situ. Habet etiam musculum trachelo-mastoideum, inscriptiones sternohyoidei, vincula quæ flexoris utriusque digitorum tendines conjungunt. Bismutho fuso pulmones repletos exprimit, eam etiam artem describit.

Quæ vero pictori non sponte patebant, ea negligentior incisor non curabat sollicite exprimi. Musculorum origines, intervalla, fines, plerumque obscuri sunt, multa denique omnino fictitia, quæ per microscopium depicta dicuntur, tum arteria aorta, quæ ad venæ cavæ similitudinem in thorace expressa est. Ductus succiferi funiculi umbilicalis, merae videntur cellulæ.

Ipsius tamen BIDLOI has tabulas esse, non, ut COWPERUS non bene criminabatur, SWAMMERDAMII, confirmavit nobis olim vir summus B. S. ALBINUS. Neque enim SWAMMERDAMIO unquam tanta fuit humanorum cadaverum copia, neque adeo negligenter in opere fuisset versatus.

Reliquorum BIDLOI opusculorum non omnes editiones teneo. *De variis anatomico-medicis positionibus* Leid. 1682. 4.*

De antiquitatibus anatomes Leidæ oravit 1694. fol. TREW.

EJUSD.

EJUSD. *Vindiciæ quarumdam delineationum anatomicarum, contra ineptas animadverſiones Fr.* RUYSCHII Leidæ 1697. 4.* RUYSCHIUS melior erat inciſor, doctior BIDLOUS. Cum vero ille quidem Amſtelodami ſcholam ſtudioſorum anatomes aperuiſſet, æmulatione motus curabat, aut certe adnuebat, ut juvenes de erroribus aliquibus BIDLOI epiſtolas ad magiſtrum darent, ad quas ille ita reſpondebat, ut BIDLOO non parceret; ita pleræque RUYSCHII epiſtolæ natæ ſunt. BIDLOUS ut poterat ſe excuſabat, potiſſimum quidem uſus ratiocinationibus. Addit tamen aliqua etiam peculiaria, & quæ in magno opere non exſtant, ut iconem lienis humani cum ſuis vaſis, etiam lymphaticis. Reſpondet autem ad RUYSCHII priores novem epiſtolas.

EJUSD. *de animalculis hepatis ovilli epiſtola ad A. v.* LEEUWENHOECK prodiit Leid. 1697. 4.*, in qua oculi, vaſa, os, inteſtina, ovaria horum animalculorum deſcribuntur. Belgice, *Brief aan* LEEUWENHOECK *over de dieren die man in 't lever der Schaapen vind* Delft 1698. 4. GRONOV.

EJUSD. *Guilielmus* COWPER *citatus coram tribunal* Leid. 1700. 4.* Juſtam querelam contra COWPERUM movet, qui bibliopolarum lucro ſtudens trecentas tabulas operis BIDLOIANI, a Belgis emtas, omiſſo BIDLOI opere, pro ſuo ediderat, ſermonem BIDLOI varie mutaverat, explicationes tabularum etiam alias dederat. De glandulis & ſecretionibus aliqua addit, & de vaſis lymphaticis glandulas conglobatas aut adeuntibus, aut penetrantibus.

EJ. *Poſitionum anatomico chirurgicarum* pars quarta apud me eſt, diſputatio, Leidæ 1698. 4.*, propoſita. Hæc theoretica eſt, & arteriæ diviſionem, ramoſque & denique pulpoſos fines exhibet. Tres priores exſtant in opuſculis, theſes nempe phyſiologicæ, & ſanguinis in tubulo vitreo conſpecti globuli.

De venenis Leid. 1704. 4.

Deinde prodierunt Leidæ 1708. 4.* *Exercitationum anatomico-chirurgicarum Decades duæ*, repetitæ in *opuſculorum* editione Leid. 1715. 4.* In prima Decade propria ſunt de nervis experimenta, circa ann. 1695. facta. Nervos ligatos potius infra vinculum intumuiſſe, ſuccum de nervis effluxiſſe nullum, ſive ſecares, ſive compungeres. Ligatis nervis in cane gangrænam ſuperveniſſe, quod etiam ipſe ſum expertus; neque adeo tubuloſos eſſe nervos, neque ſpiritus animales poſſe demonſtrari. Hæc in prima exercitatione. In altera anni 1704, cerebri in fetu ſede moti & inter occiput primamque vertebram latentis exemplum.

In *Decade* etiam *prima* Diſſ. de hydatidibus hactenus huc facit, quas pluſculas dat depictas, & ab obſtructis vaſis lymphaticis derivat. Et in *ſecunda* de nervo olfactorio & oſſe cribroſo, naſis & enormi de naribus profluentis liquidi copia.

In collectione, quæ Leidæ ann. 1715. 4.* cum titulo prodiit *opera omnia Anatomico Chirurgica edita & inedita:* hæc priora præter magnam anatomen redeunt, & præterea *obſervationes phyſico-anatomicæ de oculis & viſu variorum animalium*, ultimum opus auctoris & poſthumum, cum anno 1713. obiiſſet, tamen ut totum ante ejus mortem de prelo prodierit. Talpæ minutiſſimum

oculum & cæciliæ icone expressit. Acutius nos videre pupilla contracta. Experimento comperit, felem olfacere murem & sagiendo insequi, potius quam visu. De varietate partium oculi in variis animalibus breviter, sed ut videtur, ad rem ipsam. Aliquot insectorum oculos reticulatos delineat, & de eorum visu quærit.

Præside BIDLOO *de thymo* a MULLERO, *de viis lacteis* a Cl. EVERTSE, de glandula thyroidea ab eodem disputatum est. Cum vero eæ disputationes in operum collectione non redeant, neque ego BIDLOO sustinui tribuere.

§. DCXXXVIII. *Acta Eruditorum.*

Hoc anno novum Diarium Lipsiæ cepit prodire, curantibus primum MENKENIIS patre & filio, deinde aliis doctis viris. In eo præter librorum pleniores censuras, etiam passim adnotationes aliquæ anatomicæ prodierunt, potissimum dum J. BOHN in eo diario laboravit. Primo anno *Joh.* SCHREYER, physicus Cizensis monstrum satis negligenter descripsit, quod putet partim vituli naturam habere, partim hominis.

Ej. SCHREYERI *Erörterung der Frage, ob es ein gewiß Zeichen, wann eines todten Kindes Lunge im Wasser untersinket, daß solches im Mutterleibe gestorben seye* Zeitz 1690. 4. Hall. 1745. 4.* Quærebat Cl. THOMASIUS, num satis certo ex subsidente pulmone constet, fetum nunquam vita esse fruitum. Adfirmat auctor, & natare pulmonem, si fetus respiraverit, & subsidere, si mortuus sit editus. Responsa Lipsiensium & Francofurtensium consentiunt, Wittenbergenses ne ex putredine quidem pulmonem putant natatilem fieri.

§. DCXXXIX. *Diaria Gallica.*

Zodiaci Gallici hoc anno ultimum volumen prodiit. Ejus primos quatuor menses videtur edidisse ABBAS *de la* ROQUE, si recte Diarium eruditorum interpretor (z) cum titulo *Journaux de Medecine.* Reliqua *Theoph.* BONNETUS addidit. Inter ea dialogi sunt de valetudine, physiologici argumenti, cum satyra in ejus ævi medicos. CUCHÖTI etiam monstrum huc redit, & aliud bicorporeum quadrupes, quadrimanum, cum anatome, duobusque intestinis confluentibus, binisque cordibus.

In *Journal des Savans* 8. Febr. aliqua in BORELLI de motu animalium opere carpuntur.

D. DUNCAN de mensibus præcocibus in puella septenni refert.

P. MERINDOL levem commentarium edit de hædula octipede.

Demum Canonicus BRUCHET fictitiam iconem dat infantis veste monachali induti.

In

(z) Annum indicat 1683., sed error subest, nam ad annum 1682. a BONNETO in ZODIACO reperiuntur.

In *Memoires de l'Acad. des Sciences avant* 1699. anno 1682. de hydrocephalo agitur cum offibus cranii cartilagineis.

§. DCXL. *Diaria Anglica.*

Hoc anno revixerunt Tranfactiones Philofophicæ.

In n. 147. vera fuperfetatio in catella, five conceptus, cum prior fetus in cornu uteri refediffet.

Porcellus ano claufa, vefica nulla, neque utero.

N. 151. *Wilhelmus* MUSGRAVE, idem, qui cæruleo colore chylum tinxit p. 586. cæcum inteftinum variis animalibus excidit, fine malo.

EJ. (*a*) Aqua abfque noxa in canis venas injecta.

EJUSD. in *Phil. Tranf.* n. 162. Experimenta facta, ut oftendat nullum in ventriculo acorem effe. Glandulæ ventriculi lucii.

N. 166. Lympham fæpe in lactis vafis reperiri.

IDEM experimentum ligatis venis jugularibus repetiit, neque reperit ullum inde fymptoma fequi (*b*). Aquam in canis venas injectam reforberi (*c*).

N. 242. Experimentum per quod oftendit, animal aëre privatum perire, quia fanguis per pulmones non poteft circumire, & in dextris cordis vafis coacervatur.

EJUS experimentum, quo oftendit aquam in pectus vivi canis impulfam reforberi.

N. 275. Vindicat fibi experimentum venarum lactearum cæruleo liquore repletarum.

PATTENSON de vifis in cadavere. Vena fpermatica dextra ex renali (*d*).

§. DCXLI. *Acta Nat. Curiof.* 1683.

Adam a LEBENWALD fanguis acerrimus, *Dec.* II. *ann.* II. *obf.* 106.

IDEM *ann.* VIII. *obf.* 122. Duplex vefica.

Ann. IX. *obf.* 118. Amnion cum fetu connatum.

Jacob SCHMIDT urina pinguis, cryftallina, fudor unius lateris. *Dec.* II. *ann.* II. *obf.* 124. 125. 126.

Petri JALON vefica reticulata, *obf.* 129.

Georg. Chriftoph. GOELLER fetus difformis, capite maximo, nullum hepar, neque lien, neque pulmones, neque cor, *obf.* 143.

§. DCXLII. *Rofinus* LENTILIUS,

Clinicus in Curlandia, deinde Stutgardiæ. EJ. Globuli pingues per alvum excreti, *obf.* 152. EJUSD.

(a) apud BIRCH. IV. p. 213. (b) p. 309. (c) p. 321.
(d) p. 429. 430. (e) p. 273.

Ejusd. *Primæ lineæ oologiæ. Eph. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* VI. *app.* Opus ipſum nunquam prodiit.

Ann. VII. *obſ.* 237, Fetus oſſa per umbilicum.

Ann. VIII. *obſ.* 230. Hircus androgynus.

Obſ. 231. Gallinæ ingluvies hiatu patens.

Ann. X. *app.* Variæ parallelæ hiſtoriæ ad obſervationes in *Acad. Nat. Cur.* recenſas. Sic ad *Dec.* III. *ann.* III. *app.* ad V. VI. *app.* tum ad VII. VIII. *app.*

In *Cent.* IV. *obſ.* 171. De ranis in piſcium naturam redeuntibus.

Obſ. 172. De bufone dorſiparo.

Cent. VII. *obſ.* 62. Foramen ovale apertum in adulto.

In ejus variis operibus paſſim aliqua ſparſa ſunt argumenti anatomici aut phyſiologici, ut in *miſcellaneis medico-practicis chymicis* Ulm. 1698. 4.* *Eteodromo medico-practico* anni 1709. Stuttgard. 1711. 4.* & *Jatromnematibus theoretico-practicis* Stuttgard. 1712. 8.*, ut trichiaſis admiranda; de uterino vagitu; de fetus alimento: lien cani exſectus; menſium varietates; pilorum anatome; pullus intra ovum pipiens. Inciſiones cadaverum. Oſſicula in duræ matris falce. Pili de puella bimula undique efflorescentes; & calx de facie podagrica, Vagitus uterinus. Pulſus per notas muſicas expreſſus (in *Eteodr.*)

§. DCXLIII. *Michael Bernard* Valentin.

Profeſſor Gieſſenſis. In *appendice* ad *E. N. C. Dec.* II. *ann.* II. addidit matricis novam anatomen, ut vocat, collectitiam, ut ea ſunt quæ ſcripſit omnia. Prodiit etiam Gieſſæ 1683. 8. Nicolai.

Ej. *de monſtrorum Haſſiacorum ortu atque cauſis* Marburg. 1684. 4.* & in *append.* ad. *Eph. Nat. Cur.* ejusdem anni.

Ejusd. *Medicina novantiqua* Francof. 1698. 4.*: curſus, ut ajunt, medicus, in quo etiam phyſiologia continetur.

Ej. *de natura naturæ* Gieſſ. 1689. 4. Lehm.

Ej. *de lapide porcino* ib. 1699. 4.*

Ej. *Diſſ. variæ* Francof. 1700. 4.* Anatome etiam uteri & glandulæ vaginæ hic continentur.

Muſæum Muſæorum T. III. Francof. 1708. 1714. fol.* In prima parte habet eas partes animalium, quæ ad medicinam faciunt; in altera animalia paſſim cum aliqua anatome, cum rarioribus nonnullis & monſtroſis: in tertio etiam monſtrifica & rariora aliqua, ut hominem ſolertem, cui nulli artus.

In *armamentario naturæ & artis, ſ. compendio phyſico* Gieſſæ 1709. 4.* excuſo, etiam phyſiologia continetur.

Ej. *Amphitheatrum zootomicum, ſ. hiſtoria animalium anatomica* Francof. 1720? fol. 1742. fol.* Pars prior anatomen animalium continet, ex *Alexandro*

libro PITTFIELD *natural history of animals*, SEVERINO, MALPIGHIO, *Naturæ Curiosis*, & *Actis Hafniensibus* descriptum, paucissimis ab editore additis.

P. II. continet cultrum anatomicum, f. administrationem partium corporis humani, cum injectionis ceraceæ materia & artificiis; *Sim.* PAULI de ossibus dealbandis lib. & RAVII compendium anatomicum, quod cum ejus viri scriptis indicabimus. Programma etiam Berolinense, quo primi novi theatri labores indicuntur, hic recusum est.

EJUS *Corpus Juris medico-legalis. Pandectæ, novellæ, authenticæ, adpendices* Francof. ad Mœn. 1722. fol.* Collectio responsorum variarum facultatum, Giessensis etiam potissimum, tum ex TIMÆO, AMMANNO, ZITMANNO repetitorum, in qua, plurima ad physiologiam, partum, virilitatem, impraegnationem. Adjectæ orationes auctoris.

EJ. *de vacillatione casu & palingenesia dentium* Giess. 1727. 4.*

In *Eph. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* V. *obs.* 81. Menses per ulcus tibiæ.

Ann. X. *obs.* 122. de vagitu uterino.

Dec. III. *ann.* III. *obs.* 77. Puer binis mentulis.

Ann. V. VI. Glandula moschata orbitæ porcinæ, quam habet pro lacrumali HARDERI.

Centur. III. IV. Invaginatio duplex intestini.

Vol. I. *obs.* 130. Felis a morte reviviscens.

Obs. 131. Ardeæ stellaris anatome.

Vol. II. *obs.* 121. Lac in catella non impraegnata.

Obs. 171. Androgynus, atreta.

Septem continuationes historiæ Academiæ Naturæ Curiosorum paulatim edidit. Collectas omnes & auctas reddidit, cum titulo, *Historiæ litterariæ Academiæ Naturæ Curiosorum* Giess. 1708. 4.* Censuras & compendia continet librorum, quos sodales ad Academiæ nutum edidissent.

§. DCXLIV. *Georgius Ernest.* STAHL,

Vratislaviensis, non quidem incisor, ut etiam & ipse & tota ejus secta ab anatome subtiliori medicos revocaverint, chemiæ præterea addictus, vir acris & paulum immitis ingenii, aliarum, præter suam, hypothesium osor; dictione, & opinionibus ipsis obscuris usus. ARCHÆI theoriam a *Claudio* PERRAULT ad animam humanam translatam ornavit, extendit, sapientia ejus consilia laudavit, & adeo probabiliter proposuit, ut magna pars Germaniæ eam hypothesin receperit; nuper etiam eadem, paulum quidem mutata, in Anglia & Gallia incrementa ceperit.

In universum docuit, hæc pariter ut RIVINUS, motum nullum a corpore esse, ab anima omnem; eam motus pariter vitales dirigere ad prævisos scopos.

Corpus proprium ſtruere; ſanguinem ope textus fibroſi adſtricti ad certas ſedes compellere & evacuare: motus febriles ad expulſionem noxiæ materiæ & ſuperandam ſanguinis craſſitiem moliri: & in univerſum proprios cauſis morborum motus opponere, etſi propriæ actionis, ob conſuetudinem non conſcia ſit: ſubinde tamen errare, aut deſperabundam inutiles convulſiones excitare. Hæc omnia ſolebat non ab experimento, ſed per varias in ægrotis adnotationes concludere: mechanicos vero medicos, & omnes eos contemnere, qui a corporis fabrica proprios motus exſpectarent.

Pauca ſcripſit, ſed novæ Academiæ Halenſis per viginti annos & ultra Profeſſor, plurimas diſſertationes & programmata edidit, quibus mentem ſuam declaravit.

Primum ſcriptum fuit, *Ætiologiæ*, *phyſiologiæ*, *chemiæ* Jenæ 1683. 12. NICOLAI, recuſæ in *opuſculo*. Voluntatis efficaciam, & ſyſtema ſuum jam indicat.

Inde Diſſ. inauguralis, ſive STAHLII fuerit, ſ. CRAUSII *de inteſtinis* Jenæ 1684. 4.*

De ſanguificatione in corpore ſemel formato Jen. 1684. 4.* Hall. 1711. 4.*

EJ. *Epiſtola de motu tonico vitali, & inde pendente ſanguinis particulari* Jen. 1692. 4.* Hall. 1702. 4.* Hic primum ſuam hypotheſin expoſuit. Germanice Lipſiæ 1728. 8.

Vindiciæ theoriæ veræ medicæ, ſuperfluis alienis falſis ex incongrua Anatomiæ, Chymiæ, Phyſicæ applicatione prognatis &c. Hall. 1694. 4.*

Programma quo lectionum ſeriem indicat ib. 1694. 4.*

De commotione ſanguinis translatoria & eluctatoria ib. 1694. 4.* 1704. 4.*

De menſium muliebrium fluxu & ſuppreſſione ib. 1694. 4.* 1705. 4. Germanice *Abhandlung von den monatlichen Reinigungen &c.*

EJ. *de ſynergia naturæ in medendo* ib. 1695. 4.*

De paſſionibus animi corpus humanum varie alterantibus ib. 1695. 4.* 1719. 4.*

Huc etiam facit *febrium pathologia & therapia* ib. 1695. 4. 1707. 4.* 1722. 4.

Poſitiones de mechaniſmo motus progreſſivi ſanguinis, quibus motus tonici partium poroſarum neceſſitas, utilitas ad motum ſanguinis & ſeri dirigendum demonſtratur ib. 1695. 4.* 1710. 4. Iterum ſuam hypotheſin tradit: motuque excitato, animam corruptionem proprii corporis impedire. Multum adfinitatis hic ſubeſt cum ſyſtemate irritabilitatis, niſi quod STAHLIUS conſilium mentis addat.

De autocratia naturæ, ſ. ſpontanea morborum excuſſione & convaleſcentia ib. 1695. 4.* etiam Germanice. Non aliter explicari poſſe, ut fibræ coaleſcant.

De natura ut ſubjecto phyſiologiæ, & ſuperfluis anatomicis ib. 1696. 4.

Temperamenti phyſiologico phyſiognomico pathologico-mechanica enucleatio ib. 1697. 4.* 1707. 4. Germanice, *Neue Lehre von den Temperamenten*, vertente *Gottfried Henrich* ULAU Leipzig 1716. 8. & 1723. 8.

De

De motibus humorum spasmodicis a motu pulsus ordinarii diversis 1697 4.* 1707. 4.* Humores a spastica strictura colligi, quæ transfluxum sanguinis moretur.

De vena portæ porta malorum, 1698. 4.* 1705. * 1713. 4. Hic, ut ostendat vir Cl. se anatomen non negligere, vasa ab uterinis ad rectum intestinum communicantia adducit, per quæ ipsa actionem hæmorrhoidum mensiumque fluxuum explicat. In lentiori autem sanguinis per venam portarum motu caussam plurimorum morborum chronicorum ponit.

De motu sanguinis hæmorrhoidali & hæmorrhoidibus externis ib. 1698. 4.* 1705. 4.

De hæmorrhoidum internarum motu & ileo hæmatite HIPPOCRATIS ib. 1698. 4. 1722. 4. Pro magno naturæ beneficio hunc motum habuit vir Cl.

De requisitis bonæ nutricis ib. 1698. 4.* Germanice *von den Stücken, die zu einer guten Amme gehören* ib. 1724.

De commotionibus sanguinis activis & passivis ib. 1698. 4.*

Inflammationis vera pathologia ib. 1698. 4.*

De lumbricis terrestribus ib. 1698. 4.* Negat in pediculo circuitum sanguinis posse demonstrari.

De cornu cervi deciduo ib. 1699. 4.*, & de causis hujus delapsus. Utile opusculum.

ARISTOTELIS *error circa definitionem naturæ conatus* ib. 1700. 4. & in *opusculo*: tum inter obss. curiosas 1709. 8. excusas *.

De vita ib. 1701. 4.*

Febris in genere historia ib. 1701. 4.

Cogitationes de medicina medicinæ necessaria & de natura ib. 1702. 4.*

Excusatio respondens examini pulsus celeris & frequentis, eorumque constans distinctio ib. 1702. 4.* 1709. 4. Recte distinguit. Apologiam pro se ipso scribit, & anatomen, potissimum comparatam, se exercuisse confirmat.

Mortis theoria medica ib. 1702. 4.* Fatetur cum mentis quiete mortem corporis nondum conjungi, nam & fæces adhuc expelli, & evulso cordi amphibia supervivere.

Fluxus muliebris quatenus menstrui causa ib. 1762. 4.* etiam Germanice.

De mensium insolitis viis ib. 1702. 4.*

De spasmis ib. 1702. 4.* Pro potestate animæ in motus vitales.

Φυσις απαιδευτη. ib. 1703. 4.*

Fundamenta theoriæ medicæ ib. 1704. 4.* Non necesse esse texturam scire partium.

De abortu & fetu mortuo ib. 1704. 4.* 1708. 4.

De novitatibus medicis in genere ib. 1704. *.

Physiologia medici ad pathologiam, therapiam & praxin clinicam directe conferenda Hall. 1705. 4.*

De organismi & mechanismi diversitate ib. 1706. 4.

De differentia rationis & ratiocinationis ib. 1706. 4.* Cogitationis cum apperceptione & conscientia, & sine ea. Distinguit nempe, ut se a mechanicis tueatur, internam animæ voluntatem, quæ est fere absque conscientia, ab externa, cujus conscia sibi est anima.

Sanguinis temperies optima conservanda & restauranda ib. 1706. 4.*

Hereditaria dispositio ad varios affectus ib. 1706. 4.* Pro potestate animæ, quæ corpus proprium fabricatur.

De diversitate corporis mixti & vivi ib. 1707. 4.

Febrium pathologia & therapia ib. 1707. 4.*

Anno 1707. *collectæ disputationes* prodierunt 4.*

De animi morbis ib. 1708. 4.

De motus sanguinis vitiis a crasi & viis non pendentibus prudenter tractandis ib. 1709. 4.

Præparatio artificialis pro circulatione humorum vitali secretoria & excretoria ib. 1710. 4.

Sciagraphia physiologiæ veræ medicæ ib. 1711. 4.*

Proportio humorum ad motus ib. 1711. 4.

De viribus ib. 1711. 4. & termino mortis.

De uromantiæ & uroscopiæ abusu tollendo ib. 1711. 4.*

Alia *disputationum collectio* ab ann. 1701. ad 1707. hoc anno prodiit.

De mutatione temperamenti ib. 1712. 4. 1720. 4.

De secessionibus humorum ib. 1712. 4.

Observationes luculentæ medicæ ib. 1713. 4.

Medicina medicinæ curiosæ ib. 1714. 4.

Hæ disputationes erant. Princeps autem viri opus est, *Theoria medica vera, Physiologiam & Pathologiam sistens* Hall. 1708. 4.* 1737. 4. Pars prior Physiologiam continet, cujus brevem repetitionem ad finem libri subjungit. Corpus humanum putredini esse obnoxium. Eam ab anima motus ope averti, qui sit ab ea, & ab ea sola. Eam corpus suum gubernare ad prævisos fines. Ab ea secretiones esse, excretiones, mutationem, motus tonici augmentum, relaxationem. Inesse partibus corporis humani aptitudinem ad constrictionem ab irritatione.

In *opusculo Chymico physico, medico* Hall. 1715. 4.*, 1740. 4.* aliqua huc faciunt, quæ citavimus, tum epistolæ gratulatoriæ.

Ej.

EJ. *Negotium otiosum, s. σκιαμαχια adversus positiones aliquas fundamentales* Hall. 1720. 4.*: adversus LEIBNIZIUM, & primas atque secundas ejus viri animadversiones, pugnat pro motus animalis omnis ab anima origine, contra harmoniam LEIBNIZII præstabilitam. Hic vir Cl. quam alibi mihi obscurior videtur.

In *fundamentis chymiæ dogmatico-rationalis* Norimberg. 1723. 4.* & multo auctius 1747. 4.* 1749. 4.* editis possis huc adhibere, quæ in T. III. de fermentatione & putrefactione exstant.

Sic *Zymotechnia fundamentalis, s. fermentationis theoria generalis* Hall. 1697. 8. & in *opusculo* 1715. 4.*

In *specimine* BECCHERIANO, Lipsiæ 1720. 8. de terra triplici, atque adeo etiam de terra animalium agit.

Synopsis medicinæ STAHLIANÆ *ab ipso auctore proposita in quadam epistola familiari* Hall. 1726. 8. BURCKH.

Multa Germanica prodierunt, ut *Abhandlung von den Zufällen des Frauenzimmers. Bericht vom motu tonico vitali &c.* Leipzig 1724. 8. 1735. 8. male 1835.

Abhandlung von der guldnen Ader Leipzig 1729. 8.*. Sex sunt Diss. Naturæ esse opus, motumque etiam per horas suas definitum; sanguinem hæmorrhoidum motu tonico regi, & ab alterna constrictione musculorum ani; molimen esse naturæ; fieri a motu tonico, quo vasa per fibras comprimuntur; & peculiariter ab alterna laxatione & constrictione musculorum ano vicinorum. De hæmorrhagiis cuique ætati congruis, per nares, sputum, anum. In Diss. de hæmorrhoidibus fuse de anima suum corpus emendante, ut ex variis exemplis pathologicis adpareat.

Proprius de scriptis G. E. STAHLII aliorumque ad ejus mentem differentium liber prodiit, *J. Ludovici* APINI Nürnberg 1729. 4.*, quo & usus sum.

§. DCXLV. *Varii.*

Francisci ZYPÆI, Professoris Lovaniensis, & secreti BILSIANI depositarii regii, *fundamenta medicinæ reformata* Bruxell. 1683. 8. 1692. 8.*. SYLVIANA & CARTESIANA principia plerumque sequitur, & vix quidquam proprii habet.

Antonii FELICIS, Abb. MARSIGLI, *relaz. del ritrovamento dell uova di Chiocciole* Bologn. 1683. 12. sive *de ovis cochlearum epistola ad M.* MALPIGHIUM Aug. Vind. 1684. 8.*. Contra BONANNUM ejusque pro generatione æquivoca argumenta. Ova cochlearum describit, & sensim de iis prodeuns cum vera testa animal. Adjectæ sunt aliquæ HARDERI & SCHROECKII epistolæ.

Gerard AUDRAN *les proportions du corps humain mesurées sur les plus belles figures de l'antiquité* Paris 1683. fol. B. B. Germanice; *des menschlichen Leibes*

Proportionen von den Antiken abgemessen, *apud J. Jac.* SANDRAART. fol. TREW. Mensuræ sunt variarum partium corporis humani in statuis celeberrimis Laocoontis, & ejus filiorum, (qui mihi minime nani videntur) Herculis Farnesii, Apollinis ex Belveder, Veneris Medicææ (Cnidiæ) Antinoi, Gladiatoris, nonnullis aliis sumtæ. Denique seorsim figuræ & mensuræ oculi, auris, nasi aliarum partium faciei, pariter ex antiquis statuis.

Andrea FERRER *de* VALDECCHI l. 19. *de las aves monstrosas* Madrit 1683. 4.

Menonis MATTHIÆ *experimentorum medico-chymicorum Decades tres* Francofurti 1682. 12.* Est inter eas fetus humanus facie galli gallinacei calecutici, tum menses in puella bimula. In juvenca die 12. rudimenta embryonis in dextro uteri cornu se vidisse.

Problema della parola humana, dove si riceve, se l'uso della parola posse essere un ritrovato dell' huomo, o pure se si debbe ricorrere ad un principio infuso di Dio nell' anime humane Venez. 1683. 12. B. THOMAS. FALCON.

BERTRAND *reflexions curieuses sur l'acide & sur l'alkali* Lyon 1683. 12. BUR.

BRONCHET *lettre à Mr.* BRYON *sur un monstre* Paris 1683. 4.

§. DCXLVI. *Eberhardus* GOEKEL,

Medicus Ulmensis, E. N. C. *Dec.* II. *ann.* VI. *obs.* 126. Hernia umbilicalis congenita.

Obs. 128. Ova sole signata.

Ann. VIII. *obs.* 127. Palatum fissum, labium leporinum duplex.

Consiliorum & observationum Decuriæ VI. Aug. Vind. 1683. 8. Monstrum habet tumore capite adnato deformatum.

Ej. *Der Eyer legende Hahn samt seinem Basilisken-Ey* Ulm 1697. 8.* ovum caudatum, teste tectum, in vero gallo natum, nullo fetu gravidum.

Ej. *Consiliorum observationum & curationum medico-practicorum Centuriæ duæ cum dimidia* Ulm. 1700. 4.* Pleraque practica. Aliquæ hominum vulneratorum incisiones. Fetus idolum referens. Gemelli monstrosi. Fetus deformis duplici labio leporino. Alii fetus deformes. Multa superstitiosa; ovum sole signatum. Facies humana in piro expressa. Dæmonum historiolæ.

§. DCXLVII. *Disputationes.*

Christophori HELWIG *de sanguine* Greifswald. 1683. 4.*

J. Georg. SARTORII *admiranda narium hæmorrhagia* Altdorf. 1683. 4.

J. Gottlieb HARDT *de sensatione; an in solo fiat cerebro* Lips. 1683. 4. HAENEL.

Andreæ Wolfang AM ANDERN ENDE *oratio de mirabili quodam homunculo non ita pridem in Holsatia viso aliisque rebus admirandis* Francofurti ad Viadr. 1683. fol. BURCKH.

Theoduli

Theoduli KEMPER & *J. Ern.* RICHELMANN *de valvularum in corporibus hominis & brutorum natura, fabrica & usu mechanico* Jenæ 1683. 4. & in *Diss. meis selectis* T. II. Valvulas primarum viarum, inde vasorum sanguineorum & lymphaticorum. Duas in ductus thoracici insertione valvulas vidit. Valvulæ cordis in avibus. Nullas in avibus valvulas esse.

Guilielmi MOLIER *de nutritione fetus & ejus meconico* Leid. 1683. 4.

Jac. VALLAN & *Nicolaus de* RYP *de generatione hominis* Utrecht 1683. 4.*

Bernard ALBINUS, Professor Francofurtensis ad Viadrum, inde Leidensis, Diss. *de adfectibus animi* Francof. ad Viadr. 1681. 4.* est ORTLOBII. Ej. *de sterilitate* ib. 1683. 4.

Ej. *de poris corporis humani* ib. 1685. 4.* Contra fabricam glandulosam pro vasculosa RUYSCHII. Hic habet ductus molares s. pulatinos: NUCKIANUM sibi vindicat.

Ej. *de phosphoro liquido & solido* ib. 1688. 4*

Ej. & *J. Ernesti* SCHAPER *de massæ sanguineæ corpusculis* ib. 1688. 4.* & in meis *Diss. sel. Vol.* II. sanguinis phænomena sibi commissi, & cum variis liquoribus commisti, & aliorum humani corporis humorum analyses continet.

Ej. *de salivatione mercuriali* ib. 1684.* Ductus sublinguales describit, ut BARTHOLINUS.

Ej. *de fame canina* ib. 1691. 4.

Ej. *Oratio de incrementis & statu artis medicæ Seculi* XVII. Leid. 1711. 4.*; etiam anatomes profectus laudat.

Ej. *Oratio in obitum J. Jacobi* RAVII Leid. 1719. 4.* celebris anatomici.

Ej. in *Act. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* IV. *obs.* 94., ovum de ovario humano ex vasis pendulum.

Bapt. de REVELLOIS & *Bert. Sim.* DEUXIVOYE *E. quæ primo partu marem generant fecundiores* Paris. 1683.

Pont. MAURIN & *Nicolai* BAILLY *Ergo a salibus fermentationis motus* Parisiis 1683.

Mich. de HODENCQ & *Mich.* PICHONNAT, *E. vitæ munia a spiritibus* Parisiis 1683.

Guyer EMMEREZ & *Claudii* QUIQUEBOEUF *Non ergo sanguis in corde generatur* Paris. 1683.

Edm. CHARRIER *Estne oculus microcosmi miraculum* Paris. 1683. 4. Non est in catalogo authentico.

§. DCXLVIII. *Diaria Anglica.*

In *Philosophicarum Transactionum* T. XIV. n. 160. exemplum pueri monstrosi & caudati.

Caroli

Caroli LEIGH liquor digeſtivus ex vitulina carne faciens chylum.

EJ. apud BIRCH. IV. p. 295., aliqua de reſpiratione.

EJ. *Natural hiſtory of Lancashire Cheshire, and the peak in Derbyshire* Oxford 1700. fol.*. Repetit quæ de digeſtione habet in *Philoſ. Tranſact.* De generatione anſerum Scoticorum, de canis carchariæ duplici ſexu, de ranarum ſomno, de ſepiæ atramento, de viperæ veneno.

Thomas MOLYNEUX de circuitu ſanguinis in pulmone lacertæ aquaticæ viſo (*e*).

IDEM de LEEUWENHOECKII ruditate, microſcopiis &c. (*f*).

IDEM n. 168. de enormi & giganteo oſſe frontis Leidenſi, & n. 177. de circuitu ſanguinis in lacerta aquatica viſo.

De viro, cui ſanguis ex apice digiti prodierat (*g*).

N. 225. Scolopendræ mainnæ deſcriptio & anatome.

N. 227. de cornubus vaſti animalis, alcis, ut videtur. N. 261. Pro gigantibus. De oſſe frontis maximo Leidenſi denuo. Molem ejus negat a morbo auctam eſſe.

§. DCXLIX. *Diaria Germanica.*

In *Act. Acad. Nat. Cur. Dec.* II. *anni* III. anni 1684.

Franciſcus LEBENWALD de femina, in qua nullus ventriculus repertus ſit.

Joh. BLUMIG ovum in ſuccinum converſum, *obſ.* 58.

Benedict HERMANN, Monorchis utriusque ſexus prolem generans.

Zacharias FURST anus nullus, *obſ.* 112.

Erneſtus Fridemann SCHELHAS de puella capite ſemiduplici, *obſ.* 156.

Obſ. 157. Placenta veſicularis.

Obſ. 158. Puellus cerebro deſtitutus.

EJ. Obſ. anatomicæ *Dec.* III. *ann.* III. *obſ.* 166. Obſervationes ut vocant, anatomicæ, potiſſimum *Antonii* MARCHETTI, cujus diſcipulus fuit. Cor 14. librarum.

Dec. II. *ann.* III. *J. Jac.* WAGNER levia aliqua de culicum generatione, *obſ.* 188.

Dec. III. *ann. obſ.* 164. Puer duplici uvula.

Daniel CRUGER, Lien abſque malo exciſus in viro, *obſ.* 295.

Ann. VI. *obſ.* 23. Hepar anati ſubreptum, expreſſum in ovo.

Ann. IX. *obſ.* 139. Lac ex puella modo nata.

Dec. III. *ann.* VII. VIII. *obſ.* 111. Sanguinis fluentum quinto a morte die.

In *Act. Eruditor.* ann. 1684. *Ern. Gottfr.* HEYSE (ut puto) Caſtoris & maris & feminæ anatomen deſcripſit.

§. DCL.

(e) BIRCH. IV, p. 304. (f) p. 366, 386. (g) p. 375.

§. DCL. *Diaria Gallica.*

In *Journ. des Sav.* 1684. 24. Januar. deſcribuntur puellæ pelvibus conjunctæ.

Die 20. Martii SAROTTI experimenta Venetiis inſtituta, ad replenda vaſa ope aëris in vacuum ſpatium irruentis.

Die 1. Maji. Novem fetus uno partu editi.

Die 29. Maji. Puerpera novennis.

Die 3. Jun. Lac ex femoris abſceſſu.

In Diario, cui titulus *Mercure Galant*, ſubinde aliqua medici argumenti intercurrunt, ut COMIERS *traité des phoſphores.* Menſe Junio & Julio 1683.

§. DCLI. *Antonius de* HEYDE,

Medioburgenſis. EJUS *ontleedinge des moſſels met ontledkondige waarnemingen* prodiit Amſterdam 1684. 8. B. WACHENDORF, & eodem anno latine ibid. recuſa eſt. Anatome mytuli, cui ſubjecta eſt *Centuria obſervationum medicarum.* Satis accuratam dat viſcerum & muſculorum mytuli hiſtoriam, tum vaſa, fibrarum fabricam, linguam, fila, ſtylum cryſtallinum, quem non habet pro ſpinali medulla. Ventriculum, inteſtina, hepar.

In *obſervationibus* adnotavit, duram meningem læſam abſque magnis ſymptomatibus ſanari. Glans penis inferius perforata, Ovum humanum. Canum veneno occiſorum inciſiones. Ranarum oſſa fracta, quæ effuſo ſanguine conſervere vidit, & calli generatio obſervata. Circuitus ſanguinis in ranis per continua vaſa. Sanguinis ſpontaneus ſeceſſus, phænomena cum admiſtis ſalibus, elementa in quæ igne ſubjecto diſcedit. Ita ſalivæ analyſis & urinæ. Experimenta facta flatu & variis liquoribus in vivorum canum venas impulſis. Gallus male natis genitalibus. Ranæ feminæ partes genitales.

Utrumque opuſculum recuſum eſt ib. anno 1686. 8.*, præmiſſa vero *Experimenta circa ſanguinis miſſionem, fibras motrices, urticam marinam &c.* In vivis ranis venas incidit. Acceleratum inde ſanguinis motum adnotavit, & alia phænomena, ſatis eorum ſimilia, quæ ipſe in ſimilibus experimentis vidi. In BELLINI rheoriam animadvertit, negat ſanguinem arterioſum per ſectam venam accelerari.

Inde de fibræ carneæ ex fibrillis compoſitione & transverſis rugis. Tunc urticæ marinæ quadricinnatæ anatome. De vermis ex hepate ovillo anatome, & de tænia aliqua. Redit in Amphitheatro zootomico VALENTINI.

§. DCLII. *Clemens Joſeph* BRECHT. *Alii.*

BRECHTII διδυμογραφια *ſ. diatribe de vita gemellarum a thorace umbilicotenus coalitarum* Argentorati 1684. 8.* Puellæ earum ſimiles, quas deſcripſimus, non vitales. Earum anatome, cor mirificum, triventre, ſceletus. Tota adjecta phyſiologia.

J. Daniel STRAUSS, *Laurentii* fil. EJ. *Administrationum anatomicarum decas, anno* 1684. *Francofurti ad Mœnum exhibita.* Erinaceum carere pericardio. Pila pilorum in utero feminæ.

Theodori JANSSON ab ALMELOVEEN *inventa novantiqua* Amsterd. 1684. 8.* Scopus viro fuit ostendere, non ignota fuisse veteribus, quæ nuperi præcipua invenerint, ut circuitum sanguinis, ovaria, ductus salivales, canalem pancreaticum, fermentationem bilis cum succo pancreatico, quæ non alia.

Matthias Gottfried PURMAN, Chirurgus Castrensis apud Brandenburgicos, tum Vratislaviensis, vir satis excitati ingenii. EJUS exstat *Chirurgischer Lorbeercranz, oder Wundarzney* Halberstatt 1684. 4. Frankf. 1691. 4. Frankf. und Leipzig 1703. 4.* Cum singula corporis parte conjungit anatomen. In *appendice partis* 2. agit de chirurgia infusoria & transfusoria. Illam in se ipso, cum scabie laboraret, passus est administrari, ut spiritus theriacalis & aqua cochleariæ injicerentur, periculoso certe experimento, etsi bene cecidit. Eadem felicitate altero vere in quotidiana febre aquam cardui benedicti sibi curavit in venam injici.

In *chirurgia curiosa* 1699. 4. & Frankf. & Leipz. 1716. 4.* recusa, iterum caput est de chirurgia infusoria.

Roberti SIBBALD *Scotia illustrata, s. prodromus historiæ naturalis Scotiæ* Edimburg 1684. fol.* excusa aliqua huc faciunt, ut cornu feminæ. De animalibus aliqua, de anseribus Scoticis vere ex ovo natis, & tota suppellectili genitali instructis.

In *Phalænologia* etiam osteologiam pinnarum balænæ habet, quæ vices gerunt brachiorum, cum scapula, humero, ulna &c. Ceti etiam anatomen aliquam dedit *Phil. Transf.* n. 308.

François LAMBERT *explication des accidens extraordinaires que cause la ratte par son dereglement; nouvelle façon d'expliquer les sensations de la vue & de l'attouchement, du mouvement volontaire & des actions animales* Toulouze 1684. 12. BUR.

Sacra eleusinia patefacta, s. tractatus anatom. de organorum generationi dicatorum structura mirabili in utroque sexu Francof. ad Mœni 1684. 4. BUR.

Isaac AYME *trichiasis admiranda & observatio pilorum de abdominis fistula, & alvo per plures annos redditorum* London 1684. 8.

J. Jac. NOSET *Delineata bilis petulantius dominantis idea* Friburg. 1684. 12.

J. LANGEN *exercitium anatomicum* Hamburg 1684. 8. HEIST. Germanice.

In *Sylvii* BOCCONE *osserv. nat.* Bonon. 1684. 12. agitur de viro infantem lactante.

§. DCLIII. *Disputationes.*

Henrici Christophori ALBERTI *de lactis statu, secundum & præter naturam* Erfurt 1684. 4. PL.

EJUSD. *de bilis natura & usu medico* ib. 1691. 4. PL.

EJ.

Ej. *de sanguine* ib. 1691. 4. Pl.

J. Conrad SCHEID & *Christian* KUERNER *de causa partus monstrosi nuper nati* Marburg. 1684. 4.*

Melchior SEBIZ, junior, præside *Marco* MAPPO, *de visu & fletu* Argentor. 1684. 4*

Ej. & J. BOECLER *de spiritibus* ib. 1702. 4.*

Eberhard Rud. ROTH *de probatione per cruentationem cadaverum* Ulm. 1684. 4. BURCKH.

J. Stephani ADAMI *de osse cordis cervi* Giess. 1684. 4.

J. BUKING *de influxu facultatum animæ* Leid. 1684. 4.

J. Albert BORST *de nutritione fetus, ejusque nati augmentatione* Leid. 1684. 4.*

J. Melchior GOEBEL *de lacte ejusque vitiis* ib. 1684. 4.*

J. COOKE *de intestinis eorumque affectibus in genere* ib. 1684. 4.*

Christophori SCHMID *de prodigiis sanguinis vulgo creditis* Lips. 1684. 4. Pl.

Daniel. Christophori BECKER *de respiratione* Utrecht. 1684. 4.*

J. Volkman BECHMANN *de coitu damnato von sündlichen Vermischungen* Jen. 1684. 4. Hall. 1733. 4. He.

Cl. QUIQUEBOEUF, & *Nic. de la* CARLIERE *E. cor instar musculi movetur* Paris 1684. 4.

§. DCLIV. *Diaria Anglica.*

N. 167. de cicindelarum oculis hemisphæriis factis innumerabilibus pilosis.

N. 171 de homine, cui sanguis ex digiti apice erumpit, eodem, qui BIRCHIO dictus est.

N. 172. *Tancredi* ROBINSON de fulica macreuse. Utique esse oviparam.

IDEM de ætate 170. annorum *Henrici* JENKINS.

N. 175. *Georgii* GARDEN fetus gemini pectoribus connati.

N. 192. IDEM experimenta LEEUWENHOECKII in systema constituit, quod ipsum fuit BOERHAAVII, & plurimorum hujus seculi physiologorum. Vermiculum esse junius animal, & nusquam nisi in ovo feminino posse convalescere.

Georgii ASH n. 176. puella, cui undique cornua erumpebant.

IDEM apud BIRCH de viro lactante (*i*).

§. DCLV. *Petrus* CHIRAC,

Professoris Monspeliensis, inde Archiatrorum Comitis, acris ingenii viri, sed amantis hypothesium, experimentum quo putabat demonstrari, vomitum

(i) IV. p. 417.

absque vi contractili ventriculi, sola actione musculorum abdominis peragi, *obs.* 125. *ann.* IV. *Dec.* II. *Ephem. Natur.*

In *Journ. des Sav.* 1685. experimentum HOOKII pro re nova ei tribuitur.

EJ. *Extrait d'une letre ecrite à Mr.* REGIS *sur la structure des cheveux*, Montpelier 1688. 12. recusa (*k*) in *consultat. de* SYLVA & CHIRAC Paris 1744. 12.* & in *Act. Eruditor. Supplem.* II. Fibras tendineas cutis pilum efficere per longitudinem protensas; medullam inesse ex glandulosa membrana sanguine ebria continuatam, quæ in radice bulbosa pili intus continentur. Medullam fere ad unciam supra radicem terminari. Ab eo sanguine præter naturam totum pilum replente plicam derivat. Pleraque hæc inventa *Placidus* SQRACI sibi vindicavit.

EJUSD. CHIRACI *An incubo ferrum rubiginosum* Monspel. 1694. & cum Diss. I. Paris. 1744. 12.* Morbum ex fermentatione læsa derivat.

EJUSD. *de motu cordis adversaria analytica* Monspel. 1698. 12. ASTRUC. Non recusa est, cum rariora videantur exemplaria fuisse. Prodiit tamen libellus, parvi a SENACO factus (*l*), quem negabat DEMETRIUS prodiisse (*m*). Motum cordis CHIRACUS contendit, non esse a spiritibus, cum cor & evulsum diu micet, & resectis nervis; sed neque resectis venis cordis motum tolli; vim ergo contractilem spirituosam ei musculi innatam insidere: relaxari eundem ab elastica vi tendinearum fibrarum (*n*). Fibras habet transversales dilatantes, & alia fictitia.

EJUSD. *An passioni iliacæ globuli plumbei hydrargyro præferendi* Monspel. 1694. 12. De motu peristaltico aliqua.

EJUSD. *Tres priores epistolæ*, ad quas VIEUSSENIUS respondit, Monspelii 1698. excusæ, pariter non redeunt in collectione, sed duæ literæ nuperiores, quæ quarta sunt & quinta; asperæ, & inciviles. Plagii VIEUSSENIUM postulat. Jesuita ad opus suum scribendum usum esse. Modum acidi liquoris de sanguine educendi habere a D. SIDOBRE &c. Editæ sunt anno 1698. 8. exeunte, & ineunte 1699. posterior JULIANI titulo. Secundam habet ASTRUC.

Libelli de pilis, de incubo & posteriores epistolæ continentur in *Dissertations & consultations medicinales de* CHIRAC & SYLVA Paris 1744. 12. 2.Vol.*

In epistola cum *lettre à Mr.* BESSE edita contendit, ostendisse ASTRUCIUM acidum sanguinis esse a bolo.

In *Phil. Transf.* n. 226. cerebello inciso non continuo animal perire.

In

(k) In *Journal des Sav.* 1688. aliqua jam habet.
(l) *du Cœur* p. 34.
(m) *Penelope* I. p. 122.
(n) *Phil. Transf.* n. 263.

In *hist. de l'Acad. des Sciences* 1716. Animalia umbilicum mandendo abscare, ita hæmorrhagiam vitare.

Icones anatomicas vasorum lymphaticorum parasse dicitur, quas Cl. MONTAGNAT valde laudat. Multa de CHIRACO ASTRUCIUS in *hist. Acad. Monspel.* *Johannem* BESSE accusabat, qui suas exscripsisset prælectiones: acer & gloriæ cupidus.

§. DCLVI. *Diaria Germanica.*

In *Act. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* IV. f. 1685.

Ernest Sigmund GRASS de calore in cadavere perdurante, *obs.* 22.

IDEM *Dec.* II. *ann.* X. *obs.* 55. Mira historiola de viro, qui uxorem duxerit pene perforato, & tamen & ipse impraegnaverit & pepererit.

Obs. 56. Fetus dicitur perfectus & articulatus in tumore colli repertus.

Obs. 163. *Jacobus* DOBRSENSKY fetus tertio anno barbatus.

Dec. II. *ann.* IV. *Michaelis* BOYM, Chinensium de pulsu sententia, jam alias dicta, & anatome aliqua in appendice.

ISEBORDI ab ALMELUNXEN, Monachi Corbiensis, breviarium memorabilium a C. F. PAULINO editum, plenum fabellis & monstrosis historiis.

LIBER

LIBER VII.

ANATOME HUMANA.

§. DCLVII.

Circa hæc tempora & magna & salutaris in re anatomica conversio facta est. Cum enim in Academia Leidensi, inque Germania universa, corpora humana hactenus valde rara fuissent, ut fere Patavium migrarent, qui humana corpora vellent sibi nota reddere (*o*), nunc paulatim Leidæ, in Germania & Anglia dissectiones humanæ frequentiores sunt factæ, Parisiis etiam frequentissimæ, ubi quadraginta prius annis anatome peritis minime satisfaciebat (*p*). Cum præterea uterque successor MOLINETTI minoris esset famæ, & paulatim in ea schola opportunitas incidendorum cadaverum minor esset, minorque, desiit Patavium communis medicorum schola esse (*q*), & paulo post Leida præfulgente BOERHAAVIO inter Academias medicas caput extulit. Parisiis vero incidendorum corporum occasione aucta, & chirurgorum etiam fama & peritia, adlecti exteri frequentes confluxerunt.

§. DCLVIII. *Raymundus* VIEUSSENS,

Professor Monspeliensis cerebrum nervosque, qui hactenus fere in brutis animalibus innotuerant in humanis cadaveribus est persecutus (*r*). Vir nobilis, nunquam Professor, sed indefessæ industriæ, parum latinus, & in hypotheses pronior, ad eum laborem accessit.

EJUS est *nevrographia universalis*, quæ Lyon 1685. fol.* prodiit, in Germania, sed minus bene recusa Ulm. 1690. 8. tum in MANGETI *Bibliotheca.* Ut nihil est ab omni parte beatum, ita glandulas corticis cerebri non bene tentavit adserere. Sculptore non optimo usus est; in minutis etiam capitis nervis defecit. Maxima tamen sunt viri in anatomen merita. Cerebrum multo quam priores omnes scriptores accuratius incidit, per varias parallelas incisiones, & potissi-

(o) Anno adhuc 1661. Chirurgum vivum hominem dissecuisse PASCHIUS, & sceleris pœnam tulisse.

(p) C. BARTHOLIN. *epist.* 658. ad O. WORM. *anno* 1640.

(q) Negat eam rerum conversionem vir ILL. *caus. sed morbor.* p. 248. Sed res ipsa loquitur. Priori ævo nemo fere ad famam pervenerat, nisi qui Patavii studiis se dederat.

(r) ex quingentis corporibus natum esse LAMBETRIE *comm.* p. 115.

potissimum partes visceris inferiores: ad ipsam naturam seniori CHICOYNEAU demonstratas figuras paravit. Sinus petrosos post FALLOPIUM interlapsos restituit, & transversum; sinus orbitarios adtigit, arterias plusculas in sinus cerebri reperiri ostendit; multis particulis nomina imposuit, ut ovali centro (in nominibus quidem minus felix), gemino cerebro semicirculari, corporibus olivaribus & pyramidalibus. Fibras a cruribus medullæ oblongatæ ad ea corpora, tuberculum thalamorum opticorum, valvulam magnam cerebelli, varias fibras medullares ventriculi quarti: pontis Varoliani fibras & corporum striatorum (quorum incommode nomina multiplicavit, etsi rem ipsam vere proposuit) fibras thalamorum opticorum, addititium collem thalami optici, caudas natium & testium, corpora rhomboidea cerebelli, receptacula ad latus sellæ equinæ, multa minora duræ membranæ vascula, aut primus dixit, aut plenius. Potissimum vero nervos universi corporis, primus in homine diligenter persecutus est, & magnas in tabulas dispositos depingi curavit, paulum incommode, quod nudas eorum sceletos, a musculis aliisque corporis partibus avulsas exprimant, cæterum summo labore in nervo intercostali, ejus ramo splanchnico, gangliis semilunaribus, plexubus abdominis; in dorso demum, hic unicus, inque artubus; porro in spinali medulla ejusque vasis, sinubusque, fine vero, & duobus quibus terminatur nodulis. Admiscuit de muniis partium theorias, deque sensibus internis, motu etiam musculorum, cordisque motu, ad quem propria in vivis animalibus experimenta contulit. Cellulas etiam ethmoideas habet, viam liquori colorato per foramina ossis cribrosi apertam, poros membranæ pituitariæ. Experimenta habet de pulsu. Non meritus est *Petri* CHIRAC censuram, qui nevrographiam sibi tribuit, & SYLVESTRIO. In icones nervorum brachii, MERY animadvertit in *progrès de la medecine.*

EJ. *Tractatus* II. *Primus de remotis & mixti principiis in ordine ad corpus humanum. Secundus de natura, differentiis, causis fermentationis* Lyon 1688. 4.* Libelli de corporis humani anatome, & observationes medico-practicæ nunquam prodierunt, quos in præfatione promittit. Theorias omitto & causam contractionis cordis repetitam a vi elastica, a vorticoso fluido, ipsius substantiæ motu, & ab impulsione spirituum. Sed in priori opere fibras cordis describit, iconesque dat valvularum, non optimas, isthmique, ut vocat; venas demum aliquas in cordis sinus apertas. Aliqua repetuntur in MANGETI B. *Anat.*

Anno 1698. *duas epistolas* dedit *ad Collegium Lugdunense in Gallia*, quas in opusculo citat, cujus paulo post mentionem faciam. Eamdem esse puto, quam eodem anno dedit ad Lipsienses medicos, ep. *de sanguinis humani cum sale fixo spiritum acidum suggerente, tum volatili in certa proportione sanguinis phlegma, spiritum subrufum, ac oleum fætidum ingrediente, nec non de bilis usu* Lips. 1698. 4.* editam, recusam *in tr. des liqueurs* ejusdem omnino argumenti. Ex sale fixo primum sanguinis, cum bolo misto, spiritum acidum verum ignis vi expressit; deinde ex oleo empyreumatico sanguinis ejusdem generis spiritum separavit. Similem ex animalium sanguine acorem obtinuit. Denique certa proportione mistis, quæ ex sanguine obtinuerat elementis, cum aqua simplici, sanguinis & spi-

& spiritum & oleum fætidum imitatus est. Ex bile lacteum humorem habuit, & ob sulphur sale acri acido gravidum chylum albescere conjecit, quem a bile haberet.

EJUSD. *Deux dissertations; la premiere touchant l'extraction du sel acide du sang: la seconde sur la proportion de ses principes sensibles* Montpellier 1698. 8.*. In priori dissertatione ostendit, salem fixum sanguinis non esse culinarem, neque ab eo nasci, neque a bolo, & acidum de sanguine liquorem obtineri cum bolo omini acore privato. Sed etiam in urina acorem esse, qui difflato sale alcalino volatili conspicuus reddatur. In altera, temperamenta ex diversa proportione phlegmatis, salis acris, sulphuris, terræ & acidi derivat. In præfatione repetit, ut admistis ad aquam certis liquoribus & salibus, aquam & alios humores imitetur, qui ad ignem de sanguine adscendunt, ut adeo definire possit, quantum salis volatilis in phlegmate sit, inque viscido oleo.

EJ. *Reponse à trois lettres de Mr.* CHIRAC Montpelier 1698. 8.*. *Petrus* CHIRAC acriter in VIEUSSENIUM invectus fuerat. Acriter pariter iste se tuetur, & vicissim CHIRACUM accusat. Acidum sanguinis liquorem se ab A. DEIDIER non habere, ostendit productis ejus viri litteris. Neque a CHIRACO, qui eum ipsum acorem in suis prælectionibus rejecerit, neque a D. FABRE, ut pariter ex ejus ipsius epistola producta appareat. Neque a SYLVESTRIO se in nervorum anatome adjutum, ejusdem testimonio; neque a CHIRACO, cum ab anno 1671. cadavera in nosocomio D. AEGIDII secuerit, nervosque persecutus sit; anno vero demum 1676. CHIRACUS discipulus ad eas sectiones accesserit. Vicissim CHIRACUM accusat, quod BELLINIANUM colores in urina producendorum experimentum, & SORACI de capillis & pilis, inventa sibi adrogaverit.

EJ. *Epistola, nova quædam in corpore humano inventa exhibens, ad* D. SYLVESTRE Montpelier 1703. VATER. Lips. 1704. 4.* Minora sanguinis vasa per injectiones patefieri, filamenta quæ a membranis producuntur, omnia vasa esse, & in liene adparere repetito eluto. Glandulas viscerum meros esse vasorum glomeres, etiam uterum.

EJ. *Novum vasorum corporis humani systema* Amsterdam 1705. 8.* Difficile opus: totum fere occupatur in vasis illis imaginariis nevrolymphaticis, quæ ex arteriarum parietibus in parietes venarum, vel excretoriorum ductuum exeant, quæ ego quidem pro mera cellulosa tela habeo, ut vel ex administratione adpareat, maceratione enim sola VIEUSSENIUS, vel siccatione, conspicua reddebat. Arterias maceratione in spongiosam naturam resolvit, earumque fibras musculares delet. Fabricam viscerum internam tradit, ventriculi, pancreatis, penis (in quo putes clanculum RUYSCHIUM imitari (s),) hepatis, uteri, cerebri. Totam machinam humanam nunc ex vasis ait componi, & glandulas MALPIGHIANAS antiquat. Humores arteriis injectos per venas redire. Sic argentum vivum etiam ex aspera arteria in vasa rubra pulmonis penetrare. Ventriculi fabrica; vomitum non esse a diaphragmate. Ab arteriis mesentericis argentum vivum

(s) Ita ipse RUYSCH prodit thes. VI.

vivum in cavum inteſtini penetrare. Venæ fabrica. Nullas in liene cellulas eſſe. Nihil de vaſis rubris in vaſa bilaria hepatica tranſire, præterquam a venæ portarum ramis. Venas ad portas dilatari, quoties cor contrahitur. Ab arteria cyſtica injectum humorem penetrare in fellis veſiculam. Intercedunt aliquæ diſſectiones morboſorum corporum.

EJ. *Experiences & reflexions ſur la ſtructure & l'uſage des viſceres* Paris 1755. 8.* Poſthumum opus, cujus magna pars ex paulo priori nata eſt. Fermentationes tuetur. Veram bilem in fellis veſicula ſecerni. Ex uteri arteriis argentum vivum in vaginam, non in uterum exire. Ex arteriolis tunicæ uveæ humorem injectum in aquoſum humorem ſudaſſe. Errorem loci, & ſanguinis ex arteriis in ductus lymphatico-arterioſo-nerveos, pleuræ tranſeuntis facere pleuritidem. Anatome morboſa uberior. Membranam uteri intimam, octavo menſe vaſculoſam adparere; vaſa lymphatica hepatis, vaſa bilaria inſerta in porum hepaticum.

EJ. *Nouvelles decouvertes ſur le cœur, dans une lettre à Mr.* BOUDIN Paris 1706. 12.* Fibras cordis deſcribit, quas ductus carnoſos vocat, & a quarum elatere, cum aëris interni ſanguinis de corde expulſi elatere pugnante, alternas cordis vices derivat. Ab aortæ ſanguine ductus carnoſos (fibras) dilatari; eas ſuo elatere conari, ut ſe liberent, & ſanguinis partem reprimere; ſic aërem comprimi, qui intra ipſos humores habitat, novumque elaterem adquirere, & fibras iterum dilatare, ut novum ſanguinem recipiant. Venas in cavo cordis apertas deſcribit, quas etiam THEBESIUS vidit. Glandulæ lienis. Pro fermento cordis CARTESIANO.

EJ. *Diſſertatio anatomica de ſtructura uteri & placentæ muliebris;* prodiit cum P. VERHEYEN *ſupplemento anatomico* Colon. 1712. 4.* Hiſtoria partus ventralis. Vaſa lactifera placentæ. Hymen integer ſanguinem menſtruum retinens. Membrana fetus media adſerta, tum chorion, qua parte placenta utero obvertitur. Lactea in placenta vaſa. Commeatus ex vaſis lymphatico-lacteis uteri in ſimilia placentæ vaſa, in quæ argentum vivum tranſierit, quod in matris carotides arterias injectum fuerat.

EJUS ad ea quæ leguntur in capite IX. & X. tractatus Illtii Cl. VERHEYENII. A morte ejus viri vindicat ſuam cordis hiſtoriam & vaſa exhalantia.

Excerpta ex ejus epiſtolis ad Profeſſores Patavii & Bononiæ. De arteriis argentum vivum ſibi in ductus lacteos mammarum penetraſſe ex matre in catulum. Hanc ſuam injectionem RUYSCHIANÆ præfert.

EJ. *Epiſtola ad* SOC. REG. LONDINENSEM. Renis figuram contra RUYSCHIUM tuetur, & confirmat, inter arterias, venas & ductus uriniferos, medios ductus carnoſos interponi. In hepate, quod & in nova vaſorum hiſtoria docuerat, non bilem adeo, quam lympham per capſulam GLISSONII ſecerni, quæ vaſorum lymphaticorum tela ſit, & per eam ex vena cava & portarum, in ductum hepaticum deponi, quem vas vocat lymphaticum blioſum. Hæc tria opuſcula etiam cum T. I. VERHEYENII prodierunt.

EJUSD. *Traité nouveau de la structure & des causes du mouvement du cœur* Toulouse 1715. 4.* Non sine labore natum opus, etsi fermentis & hypothesibus vitiatum. Quatuor causas esse contractionis cordis, inter eas elaterem fibrarum carnearum, sanguinem arteriarum coronariarum sua vasa dilatantium & cor decurtantium, & partes aëris elasticas. Similia in auriculis locum habere. Arterias cordis exhalantes hic repetit. Novam descriptionem dat venarum coronariarum; innominatas, mediam, sinum venosum addit, & profundum ramum arteriosum. Fibrarum cordis difficilem descriptionem proponit, quas putat tamquam ramos ex arteriis oriri, & secundum eas describit. Bonæ hic icones. Sanguinem non celerius per pulmones circumire.

EJUS *Traité de la structure de l'oreille* Toulouse 1714. 4.* cum priori obscurus libellus, icones certe in meo exemplo obscuræ, id ut alibi vitium habet, quod eamdem corporis partem alia & in alia sede aliis nominibus designet. Mallei duos musculos in unum monogastricum conjungit, ut prius MERYUS. Musculi auriculæ anterior, superior, duo posteriores. Fuse de membrana, quæ periosteum est tympani, & eam caveam a cellulis mastoideis separat, & aliquando ad septi modum tympanum bipertit. Membranam vestibuli etiam habet, & ipsissimas zonas VALSALVÆ, humore madidas, qui fiat ex spiritibus animalibus coagulatis. De ramis nervi mollis, & scypho nervi optici. Nervus mollis accuratius.

Hæc pleraque jam prodiderat in *epistola ad* SOC. REG. LOND., quæ reperitur in *Philos. Trans.* n. 258.

EJ. *Traité des liqueurs du corps humain* Toulouse 1715. 4.* Multa quidem habet ex prioribus operibus repetita, potissimum etiam hypotheses, & fermenta. Multa tamen & bona habet anatomica, ad ventriculos animalium ruminantium, ad circulum vasculosum iridis, ad papillas uteri muliebris. De temperamentis. Magna fragmenta BERGERI cum animadversionibus. Porro analyses varias sanguinis, seri ejusdem, sale acido; de aliis humoribus corporis humani. Vasa pellucida uveæ.

EJ. *de spiritu animali* Ep. II. ad MANGETUM, Nervos undique molles esse: non posse per eorum tunicas motum acceptum communicari, a spiritibus adeoque esse.

Una prodierunt *de acido sanguinis elemento epistolæ responsoriæ medicorum Parisiensium, Romanorum, Senensium, Lipsiensium, Lugdunensium,* quarum Epp. Romana alias dicetur.

EJUS l. *de la nature du levain de l'estomac* in Diario Trivultiensi 1710. Janv., in *Journ. des Sav.* ejusd. anni Octobri M. & cum HECQUETI Disputationibus, & repetito in PLANQUE *Bibl.* III. p. 674. Annon idem libellus, qui in *tr. des liqueurs* citatur p. 255. Argentum vivum ex arteriis ventriculi in ejus caveam penetrare. Fabrica ventriculi suilli & humani. Nullas in ventriculo glandulas esse. Contra vim tritus. Humorem ventriculi esse alcalinum. Ventriculi ruminantium. Diaphragma ventriculum claudere. Coctionem ciborum a dissolu-

ſolutione incipere, in fermentationem terminari. Contra tritum, qui nullus ſit, cum ventriculus leniter a diaphragmate comprimatur.

§. DCLIX. *Samuel* COLLINS.

Magnum opus edidit medicus Reginæ, cum titulo, *a ſiſtem of anatomy relating of the body of man, beaſts, birds, inſects and plants* Tomi II. London 1685. fol.* Vaſtum opus, parcius eſt in hominis anatome, in comparata uberius, natum per proprios auctoris ejusque amicorum labores, potiſſimum *Edwardi* TYSON, multa cum phyſiologia & pathologia. In homine foramen cæcum linguæ icone hic eſt expreſſum, tum papillæ aliquæ, & veli palatini glandulæ, papillæ renales, arachnoidea cerebri membrana. Sed anatome animalium uberrima eſt, & nemo COLLINO melius de ea eſt meritus, quantum ad delineationem adtinet, in piſcibus etiam potiſſimum, inque avibus. Colon cellulatum & duo ligamenta ejus ex ſimia: anſeris ventriculus & larynx inferior: piſcium inteſtina, eorum appendices, cerebra, nervi optici recte decuſſati. Sic avium & quadrupedum cerebra, glandulæ cutaneæ piſcium, papillæ majores circa foramen cæcum linguæ, proceſſus mallei longiſſimus. WILLISIANUM de nervis vitalibus cerebelli ſyſtema refutavit. Glandulæ ſinus falciformis & pericardii. Pauca hæc ex multis.

§. DCLX. *Varii.*

Johannis ZAHN, Canonici, in *ſpeculo phyſico-mathematico hiſtoriæ inque ejus parte Geocoſmo* Noriberg. 1696. fol. B. B. habet animalium claſſes, monſtra, vires medicas, proprietates ſingulares, venena; deinde hominem, ejus monſtra, nævos, hos fuſe, anatomen aliquam, menſuras, functiones, ſenſus, icones. Collecta omnia.

In *oculo artificiali tele-dioptrico*, *ſ. teleſcopio &c.* Herbipoli 1685. fol. Noriberg. 1702. fol. B. B. Oculi aliqua deſcriptio cum menſuris ex SCHEINERO ſumtis, qui tamen ipſe nunquam oculum humanum viderat. De functionibus partium oculi. Problemata & quæſtiones circa viſionem, presbyopes, myopes, microſcopia &c.

Johannis BROEN *exercitatio de duplici bile veterum* Leid. 1685. 12.*. Auctor *Theodori* CRAANEN diſcipulus, & pariter CARTESIANUS, agit de ſecretione in genere, de bile flava & atra, de illius itinere: contra ejus cum ſucco pancreatico fervorem. Acidas particulas in liene ſeparari, & ad ſanguinem redire. Plura pathologica.

EJ. *Opera medica*, Roterdam. 1703. 4.* poſthuma edita a *Petro de* PELT. Primum eſt *medicina theoretica*, *ſ. œconomia hominis.* Iterum ad CARTESII ſaporem, proprio experimento caſſa. SYLVIANAS tamen efferveſcentias refutat.

Nouvelle hiſtoire des os ſelon les anciens & les modernes, par (SCIPION) ABEILLE, *Chir. à Paris*, Paris 1685. 12.*. Pro chirurgiæ ſtudioſis factum compendium.

Ej. *Anatomie de la tête & de ses parties* Paris 1686. 12.* PORTAL. 1696. 12.

Nathanaelis SPRY *de fluxu menstruo, ejus retardatione & nimia profusione* Patav. 1685. 12.*. Negat a luna aut a fermentis menses esse. Sinus in vasis admittit mucosos & cellulas, quarum quæ exteriores sunt, oblique aperiantur in interiores, valvulasque adesse, quæ aditum in istas admittant, reditum vetent. In eos tubulos sanguinem stillare, de vasis a pressione ad aucta ruptis.

Reflexions à faire sur l'usage de la rate & du foie Toulouse 1685. 12. ASTR.

David ABERCROMBY *de variatione & varietate pulsus observationes* London 1685. 8. De causis ejus varietatis agente temperamento, aliunde. Classes saporum. Redeunt in opusculis medicis, Londini 1688. 12.

Giacomo BRACHI *pensieri fisicho-medici* Venet. 1685. 8. Animalia in spatio aëre privato perire, quod eorum sanguis cogatur.

EJUSD. de ostreorum ovis *Act. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* VIII. *obs.* 203.

Henrici Georgii HERFELD *philosophicum hominis methodo* CARTESII *concinnatum* Amsterd, 1685. 8. Plantas, zoophyta, animalia, hominem tractat, corporisque humani formationem.

Ej. *Cogitationes de origine morborum adaptatæ ad philosophicum hominis* Amsterdam 1706. 8.* Iterum de generatione hominis, semine, partium corporis humani diversarum formatione, venere, mensibus, reliquis visceribus.

Roberti GROVII (GROVE) *carmen de sanguinis circuitu a Guil.* HARVÆO *invento: acc. miscellanea quædam* London 1685. 4.* Nempe poëtica non illepida laudatio HARVÆI.

Isaac BEBBER, Medici Dordracensis, *waare en vaste gronden der heelkonst* Amsterdam 1685. 8.* Habet etiam compendium physiologicum, & anatomicum, ad CARTESII saporem.

J. MARII, Physici Ulmani & Augustani, *Castorologia aucta a Joh.* FRANCO Aug. Vindel. 1685. 8.* nuper Gallice recusa. Mores, folliculum, utilitates animalis tradit, vix ulla cum anatome, & enormi cum farragine formularum.

§. DCLXI. *Christian* VATER,

Professor Wittebergensis, non quidem incisor. Ejus plusculæ sunt disputationes argumenti physiologici.

Ej. *Disputatio de motu sanguinis per venam portæ* Witteberg. 1685. 4.*

EJUSD. *de natura & cura memoriæ* ib. 1686. 4. HE.

Ej. *de exsistentia & motu spirituum animalium* ib. 1687. 4.*

Ej. *Physiologicarum Disputationum* I. *de partibus humani corporis humidis & spirituosis* ib. 1689. 4.

Ej. Disputatio II. *de motionibus vitalibus corporis humani* ib. 1689. HAENEL. 1690. 4.

Ej.

Ej. Disp. III. *de partibus genitalibus*, ib. 1690. 4. HE.

Ej. Disp. IV. *de sensibus* ib. 1694. 4.*.

Ej. Disp. V. *de motu animali e fundamentis genuinis eruto* ib. 1694. 4. HE.

Ej. Disp. *de transpiratione insensibili corporis humani* ib. 1695. 4. HE.

Ej. *de machinæ humanæ organis vitalibus secundum αυτοψιαν delineatis* ibid. 1697. 4.

Ej. *Machinæ humanæ organa animalia in specie dicta* ib. 1700. 4.

Ej. *de vitæ humanæ prorogatione* ib. 1704. 4.*

Ej. *de sterilitate utriusque sexus*, ib. 1711. 4.*

Ej. *de partu hominis post mortem matris* ib. 1714. 4. BURKH.

Ej. *de infanticidii imputati signis & prognosticis* ib. 1716. 4.

Ej. *Physiologia experimentalis & demonstrativa iconibus illustrata* ib. 1701. 4. & auctius 1712. 4.* Physiologiam etiam medicam continet.

In E. N. C. *Dec.* II. *ann.* VIII. *obs.* 185. Vagitus uterinus.

§. DCLXII. *Disputationes.*

J. THILE *de tussi* Witteberg. 1685. 4. HE.

Ej. *Spirituum cum lympha connubium* ib. 1686. 4. VATER.

Christ. WEIDLING *An odor deferatur ad organum olfactus materialiter an formaliter* Lipsiæ 1685. 4.*

Christ. CALOVII *de θαυμανθροπολογια vera pariter & ficta tractatus* Rostok 1685. 4. TREW.

Samuel STRYK *de physiognomia* Francofurti ad Viadrum 1685. 4. HE.

Christoph Daniel MEZGER *de lactatione* Altdorf. 1685. 4.*

IDEM *de cuticula & cute* præs. *J. Maur.* HOFMANN Altdorf. 1685. 4.*

Christ. HEMPEL *ex ungue homo* 1685. 4.* Habet omnes dimensiones hominis ad ungues relatas.

Frid. Gottfried BARBEK, Professoris Duisburgensis, *de insomniis* Duisburg. 1685. 4.

Ej. & *Theod.* SCHOMBART *de generatione animalium* ib. 1693. 4.*

Ej. *de vita* ib. 1694. 4.

Ej. *de generatione corporis humani* ib. 1693. 4.* Contra vermiculos seminales.

P. v. der LAHR *de fermentatione, effervescentiis & inflammatione* Leid. 1685. 4.

Andr. Petrus CONRADI *de partu difficili* Helmstad. 1685. 4.* A femina debili fetus mortuus ad tres fere pedes projectus, sola vi uteri.

Petri Schwendi EBELING *de cruditate ventriculi f. fermentatione alimentorum*, præside C. BARTHOLINO, Hafn. 1685.

Joh. DUVAL & *Ant.* VARIN *Ergo facultas coctrix in vigilia vegetior* Paris 1685.

Nic. BAILLY & *Fr.* GOUEL *E. ex insomniis temperamenti cognitio* Paris 1685.

§. DCLXIII. *Acta Naturæ Curiosorum annus* 1686. *f. Dec.* II. *ann.* V.

Christian. Ludov. GOCEL, Augustanus Medicus. Ejus infans vitiose conformatus, cum tumore spongioso loco penis, in quem ureteres desinebant, *obs.* 43.

Ann. VI. *obs.* 150. Vulneratus ab imaginatione materna fetus,

Et *obs.* 151. fetus cuticula destitutus.

Dec. II. *ann.* V. *J. Bened.* GRUNDEL *obs.* 211. 212. Galli ovipari.

Ann. VIII. *obs.* 103. Capilli post mortem renascentes.

Dec. III. *ann.* IV. *obs.* 81. Pamphagos enormiter vorax.

Ann. VII. VIII. *obs.* 86. Lac in sene & puero.

Obs. 87. Menses ex ductibus salivaribus.

Dec. II. *a.* V. *J. Dan.* GEYER. Cum fetu perfecto ovum humanum editum *obs.* 299.

Ann. VI. *obs.* 85. Ossa lapidefacta.

Obs. 86. Hepar gallinæ præmagnum.

Ej. *Müßiger Reise-Stunden gute Gedanken* Dresden 1735. 4.* De Nigritis; eorum Patriarcham fuisse Cainum.

J. Georgius VOLCAMER junior in *app. ad Dec.* II. *ann.* V. describit anatomen vitulini capitis apud MURALTUM sollicite factam. In ea ductus oculorum lacrumales.

Ann. VI. *obs.* 223. Anatome satis minuta cervæ; ductus thoracicus, cisterna chyli &c.

§. DCLXIV. *Varia Diaria.*

Apud BIRCH felis monstrosa capite semiduplici.

In *nouvelles de la Republique des lettres* 1685, Cl. SYLVESTRE articulatio ossium fractorum casu nata recensetur.

In *Progrès de la Medecine* 1698. continetur etiam *lettre de M.* SYLVESTRE *Medecin de Londres, où l'on examine le sentiment de M.* MERY *sur le mouvement du sang par le trou ovale.* Contra ea, quæ MERYUS in Memoires de 1692. ediderat. Recte adnotat ductum arteriosum peramplum esse, & plurimum sanguinem auferre; hinc cum sanguinis sinistri columna valde diminuta sit, sanguinem a dextro sinu cordis in sinistrum ferri, non vicissim. Valvulam omnino posse foramen ovale claudere. Necesse esse sanguinem per id foramen sinistrorsum ferri, ut possit ventriculus sinister dextro æqualis esse. Auriculam dextram sinistra esse fortiorem.

In

In *Philos. Trans.* n. 269. non male describit uterum gravidæ, etsi putet gracilescere, tum cicatricem ovarii.

In eodem Diario *Nouv. de la Republ. des lettres* 1685, *Pauli* BUSSIERE, Galli Chirurgi & Anatomici, ob religionem exulis, reperitur historia fetus ventralis;

Et de granis hordei, quæ in ventriculo germinaverant.

IDEM *in Progrès de la Medecine pour* 1698, quod prodiit Paris. 1699. 12.* edidit *lettre de M. Mtre Chir. & Demonstrateur à Londres ecrite à M.* BOURDELIN, *D. en Medecine.* Aditum a sinistro sinu in dextrum non respondere venis pulmonalibus, valvulamque ab ipso sinistræ auris sanguine ad eminentem oram adplicari. Quo tenuior est fetus, eo majorem esse aortæ diametrum.

EJ. *Lettre pour servir de reponse à Mr.* MERY *de l'Acad. R. des Sciences sur le trou ovale dans le fetus* Paris 1703. 12.* Bene utitur situ foraminis ovalis pone isthmum: & parvitate arteriæ pulmonalis propriæ. Cor testudinis aliter se habere, quam a MERYO describatur. Adcedit descriptio fetus galea cranii destituti, & vesicæ cum saccis petiolatis, distinctis. Sanguinem per pulmones non celerius circumire.

EJUSD. *Nouvelle description anatomique du cœur des tortues terrestres de l'Amerique & de ses vaisseaux. Phil. Trans.* No. 328. Paris 1713. 12. BUR. Omnia confirmata esse a PETITO Chirurgo: arterias ex corde quatuor prodire; circulum sanguinis eumdem esse, qui in fetu, & evidentissime HARVÆI theoriam confirmare. De receptaculo venoso sub corde &c.

In *Phil. Trans.* n. 207. Fetum tubarium describit, uterumque mulieris cum suis utero comparat.

In n. 251. Eumdem quam in epistola fetum galea cranii destitutum.

N. 268. Vesicam cum duabus appendicibus.

In eodem Diario, *Nouvelles de la Republique des lettres* Juill. anno 1686, POSTELLUS in tubis putat semen se vidisse, ibi secretum tubisque inquilinum: communicationem etiam liberam esse inter uterum & ovaria per vasa deferentia (veterum a tubis diversa).

In *Mem. de l'Acad. avant* 1699. anno 1686, succum in ventriculo columbæ acidum esse.

Anno 1687. GALLOYS de puella, quæ noctu diutiuscule videat.

In *Journal des Savans* 1686. de acicula in uretere reperta.

§. DCLXV. *Andreas* SNAPE,

Veterinarius Regius, ex familia, quæ dudum eo munere fungebatur. EJUS *Anatomy of a horse containing a full description of all his parts, with an appendice of two discourses. The one of the generation of animals; the other of the motion of the chyle and the generation of the blood* London 1686. fol.* Totum opus mihi videtur hominis anatome utcunque ad equum adaptata cum iconibus

bus RUINI (*t*). Ita invenio in tabula diaphragmatis t. 13. cerebri t. 26. ex WILLISIO imitata, auris t. 30, f. 1. & de musculis fatetur auctor p. 150. Neque in vasorum aut nervorum historia sinceri quid esse puto. Sola osteologia aliquam fidem invenire potest. Ossiculorum auditus proprias figuras habet. In appendicis Sermone I., de ovo incubato propria, ut ait, narrat experimenta, & icones proprias habet.

In altero libello flatu vult expugnare communicationem arteriarum cum venis.

§. DCLXVI. *Sebastian Christian v.* ZEIDLERN. *Alii.*

Professoris Pragensis, *Somatologia antropologica* (sic scribit), *s. corporis humani fabrica publice in nosodochio celebrata, præparante filio Bernardo Norberto v.* ZEIDLERN Prag. 1686. fol. Wien 1692. fol.* Figuræ VESLINGII, cujus discipulus fuit.

EJ. *Institutiones medicinæ* Wien 1692. 4. ENDTER.

Dominici BEDDEVOLE Diss. *de generatione hominis in ovo* . . . .

EJUSD. *Sur les ailes des papillons, & les yeux de oiseaux de proie.* BIBL. UNIV. T. XVII. p. 364. Aves rapaces iridem valde dilatare ad objecta remota; constringere ad proxima. Ululæ pupillam esse amplissimam.

EJUSD. *Essays d'Anatomie* Leid. 1686. 12.* 1695. 12. 1699. 12. Paris 1721. 12. HEIST. Anglice London 1696. 8. OSB. Italice *Saggi d'Anatomia* Parmæ 1687. Milano 1690. 12. HEISTER. Padova 1713. 12. HEIST. vertente BACCHINO. Medicus Genevensis, amicus NUCKII, elegans scriptor. Hypothesibus plenum opusculum, acido, alcali, fermentatione, figuris corpusculorum. Aliqua de uvula, de tonsillis, deque vasis salivalibus & muciferis.

Johannis de TERTIIS *de curiositatibus in quo natura stramentorum formationis & qualitatis, odoris & effluviorum explicantur*, 1686. 12. *Journal Savans.* Ex fœno bona effluvia prodire & animali utilia.

§. DCLXVII. *Joh. Godofredus de* BERGER,

Vir eruditus, eloquens, RUYSCHII magnus admirator, ut BOHNIUS MALPIGHII, hinc vicini sui BOHNII æmulus & censor, Professor Wittebergensis & Archiater. Ejus disputationes bonæ plerumque notæ prodierunt.

De chylo Lipsiæ 1686. 4.*

De corde Witteberg. 1688. 4. progr. *.

De ovo & pullo ib. 1689. 4.* progr.

De polypo ib. 1689.

De homine ib. 1691. 4. VATER.

De succi nutritii per nervos transitu ib. 1695. 4.*

De

(*t*) Vide de SNAPIO BOURGELAT hippiatrique II. p. 391, & in præf.

De reſpiratione Witteberg. 1697. 4.*

De odoratu ejusque præcipuis læſionibus coryza polypo & ozæna ib. 1698. 4.*

De motu & generatione ex ovo ib. 1698. 4. & *in ſelectis meis.* Corpus luteum, cicatrix, ovum humanum.

De ſomno meridiano ib. 1706. 4.

De nutritione ib. 1708. 4.* Succum gelatinoſum de poris exſudare, in intervallis fibrarum ſolideſcere, inque novas fibras abire.

De vita longa ib. 1708. 4.

De ſecretione ib. 1712. 4.* contra fabricam viſcerum glanduloſam.

EJUSD. *Phyſiologia humana, ſ. de natura humana l. bipartitus* Wittebergæ 1702. 4.* Lipſiæ 1708. 4. HEBENSTR. & Francof. 1737. 4.* cum præfatione *Frid. Chriſtiani* CREGUT, qua hiſtoria anthropologiæ traditur. Elegantiſſimum compendium, in quo BERGERUS non quidem aliqua nova invenit, ſed inventis & experimentis ſaniſſimo cum judicio utitur, & fere ſemper veriorem ſententiam ſuam facit, ut in reſpirationis mechaniſmo; fabrica vaſculoſa viſcerum, itinere bilis. Pulſus unice a robore frequentia & æqualitate diſtribuit, motus & ſenſus ab extenſione & plenitudine nervorum.

In *Act. Erudit.* 1698. habet exemplum arteriæ vertebralis ex arcu aortæ natæ.

§. DCLXVIII. LEAL & SAVIOLUS.

LEAL LEALIS περὶ σπερματοποιῶν ὀργάνων, *ſ. de partibus ſemen conficientibus in viro* Patav. 1686. 12.* recuſum cum EUSTACHII opuſculis Leid. 1705. 8.*. Dictio florida, anatome non fida. Neque enim in communi naturæ conſuetudine arteria ſpermatica ſiniſtra ex renali provenit: neque eæ arteriæ ſpermaticæ ſuum ſanguinem venis tradunt ſodalibus: neque ductus HIGHMORI in homine cavus eſt, neque unicum de teſte vas efferens. Veſicularum tamen ſeminalium plicas evolvit, & hactenus cæca inteſtinula nota habuit, quæ in unum majus receptaculum confluunt.

Octavii SAVIOLI, *Lucubrationes phyſicæ & medicæ, in quarum prima principiorum naturalium geneſis; in ſecunda cordis, quæ naturaliter exercentur vires, & in ſpecie de vitali fermentatione & circulatione ſanguinis, necnon de motu cordis diſſeritur* Venet. 1686. 8.* Auctor parum notus, hypotheſibus deditus & efferveſcentiis, SYLVIANUS. In corde bilem cum lympha fervere. Cordis motum non fieri a cerebro, cum evulſum micet, neque a nervis, neque quidquam cum reſpiratione commune habere. Fieri a ſanguinis in cordis receſſus acti, cum ſpiritu æthereo in parenchyma implantati exploſione: ita utrumque humorem in ſpiritum reſolvi, ſpatia fibrarum inaniri, fibras in ſtatum naturalem redire, ſinusque conſtringere; ita ſyſtolen fieri. Inciſis nervis cordis motus ſupereſt, neque cerebro exempto punctum ſaliens ceſſat micare. Iraſcibile etiam in corde habitare, a vi pulſifica diverſum.

§. DCLXIX. *Varii.*

Cosmopolitæ historia naturalis comprehendens corporis humani anatomiam a primis fetus rudimentis in utero, ad perfectum & adultum statum in adulto &c. Leid. 1686. 12.* Duo sunt opuscula, prius de fetus formatione EVERARDI. Alterum, compendium anatomicum STOCKHAMERI, inverso ordine larvatum.

J. Andreas SCHLEGEL *von natürlichen, unnatürlichen und wider die Natur laufenden Dingen, in Vergleichung der grossen Welt mit dem Menschen, als der kleinen Welt, durch die 4. Elementa, 4. humores, 4. complexiones, 4. tempora anni, 4. trigonos der zwölf himmlischen Zeichen beschrieben* Nürnberg 1686. 8. B. BOEHMER.

Marii CECCHINI *Elenchus lectionum anatomicarum* Romæ 1686. 4.

Francisci SPOLETI *Diss. duæ, quarum* II. *est de bilis in hepate secretione* Venet. 1686. 4. Non legi, sed video virum theoriam secretionis dedisse, in qua necessaria in vasis minimis dissolutio ponitur: id in liene fieri, deinde particulas lente motas iterum coire.

Vitam reperies in *G. de Lett. d'Italia* T. XII. p. 406.

Franc. MAJI *Brevis & accurata animalium in sacro codice memoratorum historia* Francof. 1686. Si huc facit.

J. Christiani FRANCI *Diss. de Castore seu Fibro* Coburg 1686. 4.* Anatome collectanea.

Georgii PASCHII *de brutorum sensibus atque cognitione* Witteberg. 1686. 4.

In ejus *novantiquis* Kiel 1695. 4. deinde anno 1700. 4. recusis* aliqua ad anatomen pertinent.

§. DCLXX. *Disputationes.*

J. Franc. LOEUW *de* ERSFELD *Theses de transmutatione in chylificatione & sanguificatione, ac intra corpus humanum quotidie contingente* Prag. 1686. 4. HE.

Theodori ZWIKI *de somni naturalis & præternaturalis natura* Basil. 1686. 4.*

David KINNER *de singultu* Leid. 1686. 4.*

Eleazar NIEUWENTYT *de sanguine* Leid. 1686. 4.*

Giov. Ant. ASTORI *de vitali œconomia fetus in utero* Groning. 1686. MAZUCH.

Petri STALPAART *van der* WIEL, *Cornelii* fil. *de nutritione fetus exercitatio* Leid. 1686. 4. & cum paternis observationibus, 1727. 8.* Gallice Paris 1758. 12. 2. Vol. cum iisdem. Contra vasorum fetus & uteri unionem, pro nutritione fetus per os. Placentam velamento etiam ea in parte obduci, quæ ad uterum spectat.

Urb. LEAULTE' & *Am.* BOUTE' *Non E. hospites animi mores ab hospitii structura.*

§. DCLXXI.

§. DCLXXI. *Diaria.*

In *Philof. Tranfact.* n. 185. Medici Tholofani, defcriptio androgyni, qui videtur vir effe tefticondus & fiffo perinæo, cum urina per glandem exiret.

N. 188. *Edward* SMITH de nævo, papilla nempe uberis vaccini, in fetu ex imaginatione materna nata.

In *Eph. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* VI. *obf.* 57. *Joh.* BOEHMII columba biceps.

Georgii HEINTKII *obf.* 125. Bilis analyfis, & commiftio cum variis liquoribus.

Friderici Wilhelm CLAUDER puer obefiffimus, ut putat ex nævo, *obf.* 190.

Ann. VII. *obf.* 179. Pulfuum varietates, & 180. afphyxia ante mortem.

Obf. 183. Adeps per urinam & vomitum.

Alard Mauritius EGGERDES, Trevirenfis, hepar humanum 26. librarum, *Dec.* II. *ann.* VI. *obf.* 203.

Obf. 205. Mulier refectis inteftinis vivens, fi aliqua viro fides.

Obf. 206. Equus fexu deftitutus.

Dec. II. *ann.* X. *obf.* 65. Sudor fanguineus infantis.

In *Actis novæ Academiæ Phil. Exoticorum naturæ & artes* 1686., quæ Brixiæ 1687. 12.* *Hermes Francifcus* LANTANA edidit, multa funt argumenti anatomici. Primum hominis robufti, tardo tamen pulfu, qui fexaginta diebus abfque cibo & potu vixerat. *Bernardini* BONI de fele, quem aluerit vapore fpiritus, ut videtur vini acerrimi, quoad is vapor cafu flammam concepit.

IDEM de ufu inteftini cæci. Aliqua tamen per fua experimenta in id inteftinum cibos venire & aliquantum digeri.

IDEM de utilitate refpirationis; videri de pulmonibus aliquod fpirituum cacumentum exhalare.

In *Giorn. de Letter. di Parma*, quod anno 1686. cepit prodire, a. 1687. 4.*. Fufa hiftoria virginis nyctalopia laborantis.

J. Mariani GHIARESCHI aliqua ad bilis in variis animalibus analyfin.

§. DCLXXII. *J. Baptifta* CALDESI,

Aretinus, edidit Florentiæ 1687 4.* *Offervazioni anatomiche intorno alle tartarughe maritime d'aqua dolce e terreftri.* Bonum opus, dignum amico *Francifci* REDI, & totum per experimenta natum. Tres teftudines defcribit, marinam, terreftrem, & eam, quæ in aquis dulcibus habitat. Non facile animal reperias, cujus æque bonam poffideamus anatomen. Ipfum organum auditus habet, & officulum tubæ fimile. Duæ glandulæ lacrumales. Ductus ab hepate in veficulam. Offa abfque medulla fpongiofo textu plena. Oefophagus aculeis plenus, regreffum impedientibus. Glandulæ ventriculi. Vita abfque cibo 18. menfibus tolerata. Sacci ad anum, fed nullum cæcum inteftinum.

Partes genitales masculæ & femininæ. Cor plerumque filis quibusdam ad pericardium adnatum. Ventriculi duo sed libere communicantes; auriculæ duæ, arteriæ tres, aortæ duæ & pulmonalis, robustæ omnes. Sanguis frigidus. Motus auricularum & ventriculorum alternus. Aër in venis. Fluxus & refluxus auriculam inter & venam cavam. Cordis in suo motu pertinacia, tum animalis, cui cor exemptum. Pulmones vesiculosi. Glandula sub lingua suis cum ductibus. Cerebrum minimum. Vita capite truncato superstes. Angiologia satis dives, & duæ arteriæ aortæ confluentes.

Intermista alia utilia de viis variorum animalium bilariis, cellulis ductus cystici in homine, vasis hepato cysticis, animalibus vesicula bilaria destitutis. De taxi corde flatu ad motum excitato.

§. DCLXXIII. J. Zeller.

Johann Zeller, Professor Tubingensis & Archiater Würtembergicus, diligens incisor, dum junioribus annis valuit. Ej. Disp. *de vasorum lymphaticorum administratione* Tubing. 1687. 4.* & in *meis selectis*. Bona disputatio. Tres magni vasorum lymphaticorum trunci, mesentericus, iliacus, hepaticus, cisternam constituentes in homine minus latam; vasa lymphatica in ventriculis cerebri.

Ej. *Pulmonum infantis in aqua subsidentia infanticidas non absolvit* ib. 1691. 4.* & in *meis selectis*. Pueri, qui per dimidiam horam vixerat, pulmonem fundum petiisse. Pro vagitu e uterino.

Ej. *Vita humana ex fune pendens* 1692. 4.* & in *meis selectis*. Amnii glandulæ poris conspicuis humorem secernentes. Dubia contra necessariam funiculi deligationem. Vasa umbilicalia prope funiculum angustiora esse. Sanguinem ex brutorum funiculo demorso non sequi, quod brevis sit. Fetum in utero respirare.

Ej. *de morbis a strictura glandularum præternaturali*, I. Tubingæ 1694. 4.* II. ibid. 1699. 4.

Ej. & *J. v.* Bauer *theses inaugurales medicæ*, 1704. 4.* Undique anatomici sunt argumenti. De aqua pericardii & fabrica vasculosa glandulosæ subrogata. Illam defendit.

§. DCLXXIV. *J. Franz* Griendel. *Alii.*

Griendelius eques & fabrorum præfectus. Ejus est *Micrographia nova, oder neue Bischreibung verschiedener kleiner Cörper* Nürnberg 1687. 4.* Icones ad microscopium depictæ, amplissimæ, subrudes. Formica intra sacculum suum. Muscæ proboscis, pilorum fabrica.

Nicolai Venette, Medici Rupellensis, *la generation de l'homme, où tableau de l'amour conjugal*. Prima editio cum titulo *Nic.* Salonichi prodiit Amsterdam 1687. 12. Hotton, aut 1688. 12. tum Parm. 1689. 8. Wassenaar. Sæpissime recusum est Cologne 1696. 12. 1712. 12. Paris 1732, etiam Hamburg

Hamburg 1751. 12. 2.Vol. RUFFORTH. Lyon 1768. 12. 2.Vol.* Germanice Lipsiæ 1698. 8. Königsberg 1738. 8. Anglice London 1703. 8. 1712. 8. Belgice versum est ab J. V. E. Amsterdam 1695. 8. Haag. 1737. 8. 4.Tom. SCHEURLEER. Sunt, qui *Carolo* PATINO tribuant (*u*). Nimium lubrice scriptum; cum anatome valde superficiali. Seminis utriusque commistionem defendit.

Petri VARIGNON *Projet d'une nouvelle mecanique avec un examen de l'opinion de M.* BORELLI *sur les proprietés des poids suspendus par des cordes* Paris 1687. 4.* Hoc examen nihil facit ad rem physiologicam, & agit unice de virium compositarum computatione, quæ recte ab HERIGONIO, STEVINO & aliis sit inita, minus bene a BORELLO impugnata, quare Cl. VARIGNON calculos dat virium, distributos inter decem potentias ab uno pondere detractas, subque variis angulis applicatas.

IDEM in *hist. de l'Acad.* 1695. de vi qua aer digestionem ciborum premovet, dum particulas a suo contactu divellit.

IDEM in *Mem. de l'Acad.* 1709. de motu musculorum.

EJUSD. *Nouvelle mecanique* Paris 1687. 4. 2.Vol.* Tantum cito ob aliquas in BORELLI opus animadversiones.

Joachimi TARGIER *de abortu* Utrecht 1687. 4.*

EJUSDEM cum nomine TARGIRI *medicina compendiaria* Leid. 1698. 8.*. Physiologia & pathologia. Nuperis non nimis credulus; lenem tamen in corde fermentationem admittit, a qua calor & fere omnes functiones oriantur. Eam nasci a fermento prioris sanguinis in corde reside. Negat arteriæ vim motricem inesse. Fermentum ventriculi admittit. Glandulæ pinealis dignitatem refutat. Formationem fetus tribuit spiritui seminis masculi. Non malus tamen auctor, & quodammodo præcursor BOERHAAVII.

Johannis Pauli STABE *de* CASSINA Diss. *de incubatione gallinarum* Mutin. 1687. 8. MANGET.

J. CYPRIANI *historia animalium Wolfg.* FRANZII *continuatio* Lipsiæ & Francofurti 1688. 8. 1712. 12. Si huc facit.

J. Cosmi BONOMO celebris epistola *che contiene osservazioni interno a pedicelli del corpo umano* Firenza 1687. 4. Ostendimus REDI esse: ipsius (*x*) certe calamum. Animalcula scabiei describit.

Cinelli CALVOLI sibi vindicat eas observationes de pediculis corporis humani Firenz. 1687. 4. a BONOMO editas, & varie refutat, negatque scabiem a solis esse pediculis. Bibl. T. I.

Pompeji SACCI *Medicina theoretico-practica* Parmæ 1687. fol. Chymicis fervoribus addictus. Cephalæam tribuit sanguini impraegnato particulis retorridis, & sali lixivo bilioso. Bilis cum succo pancreatico fervorem admittit. Sic per omnia.

(u) LAUNAY *gener.* p. 123.
(x) REDI T. II. p. 180.

EJ. *Novum systema medicum ex unitate doctrinæ recentiorum & antiquorum* Parmæ 1693. 4.

EJ. *Opera medica* Venet. 1730. fol.

Jac. SYLVII *novissima de semine idea* Dublin. 1687. 12.; alii 1686. 12. Una prodiit Diss. *de insensibili transpiratione mechanice probata.*

J. GROENEVELD Diss. *lithologica* Lond. 1687. 8. Varia huc faciunt. Ureteres aperti in umbilico, absque pudendo. Aliqua de anatome vesicæ cum icone.

§. DCLXXV. *Varii.*

Nathanael SYLVIUS *de fluore muliebri* Leid. 1687. 4.* Prostatas muliebres DRELINCOURTII citat.

J. Georg. BEUTTEL *de bile sana & ægra* Basil. 1687. 4. PL.

Damasi VERBEEK *de concoctione ventriculi integra & læsa* Leid. 1687. 4.*

Caspari PORTA *Schema theoriæ & praxeos* Leid. 1687. 4.* Varia & inter ea physiologiæ compendium, idem forte, cui titulus alius est; *Medicina brevis exhibens hominis machinam ejusque morbum, morbique curationem, paucis iisque selectis medicaminibus instituendam ad mentem neotericorum* Leid. 1688. 8. MANGET. In meo exemplo *Schematis* negatur limaturam martis lactea vasa subire, aut chylum tingere.

Joachim Christian WESTPHAL *natura peccans* Lipsiæ 1687. 4.*

ID. *Eph. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* VIII. *obs.* 215. Hymen vere visus.

Nic. de la CARLIERE & *Phil.* DOUTE *E. robusti diuturnioris vitæ* Paris. 1687.

Ant. VARIN & *Petri* MARAIS, *Non ergo catamenia a facultate uteri* ib. 1687.

J. Rem. MOREAU & *Mich.* SAUVALE, *E. sua ventriculo facultas* ib. 1687.

Franc. GOUEL & *Car.* CONTUGI, *E. ingeniosi brevioris vitæ* ib. 1687.

Cl. PERRAULT & *Cl. Joh.* DODART, *Non ergo lac sanguis dealbatus* ib. 1687.

Joh. GARBE & *Petri de la* COUTURE, *E. quodlibet temperamentum ut suas virtutes, sic suos habet defectus* ib. 1687.

§. DCLXXVI. *Josephus* LANZONI,

Medicus Ferrariensis & polyhistor, non quidem incisor, varia tamen scripsit argumenti physiologici. Primas editiones non omnes possideo, sed opera omnia Lausannæ 1738. 4. 3.Vol.* excusa.

EJ. *Animadversiones variæ ad medicinam, anatomicam & chirurgicam facientes* Ferrar. 1688. 8. Pluscula huc faciunt; vapor de ano inflammabilis; historica aliqua de spiritibus. Ductus thoracicus in cane ostensus, a quo vasa putat ad mammas abeuntia se vidisse. Pro animalium ex ovo generatione. De virginitate, partibus mulierum genitalibus, mensibus: de ventriculo ejusque cum

cum reliquo corpore consensu. Mulier barbata. Alvus medicamentorum odore mota. Lien maximus. De sanguine ejusque circuitu: de sanguinis transfusione; chirurgia infusoria; sanguine albo; condiendis cadaveribus; sinu HIGHMORI; arteria bronchiali ad pulmones perveniente; lacrumis: lacte virili; fetu a desiderio notato. Historica fere & collectanea.

EJ. *de lacrymis ad* L. SCHROECKIUM Ferrar. 1692. 4.

EJ. *de balsamatione cadaverum* Ferrar. 1693. 12. Genev. 1696. 12.* Collectanea. Non mumia in Saxonum conviviis offertur, sed mumma, quæ cerevisiæ genus est.

EJUSD. *de pericardio* in MANGETI *Bibliotheca anatomica* recusus, & Ferrariæ datus libellus. Aliquæ de aqua pericardii adnotationes: de eadem in gelatinam conversa.

EJ. *de dentibus* etiam anno 1697. ad MANGETUM datus libellus, in B. M.

EJ. *de saliva humana* Ferrar. 1702. 8.* De poris membranæ pituitariæ in homine visis. De ductibus salivalibus, saliva: collectanea.

Adversariorum libros VI. edidit *Hieronymus* BARUFFALDUS.

Pluscula physiologica, de barba: lacte in viris viso.

In *Dissertationibus tredecim* prima est de capillis, ultima de visione.

In *Ephemeridibus Academiæ Naturæ Curiosorum*, *Dec.* II. *ann.* VIII. *obs.* 202. Lac in ventriculo coactum, magnorum dolorum causa.

Ann. IX. *obs.* 38. Placenta vesicularis, cum fetu deformi.

Obs. 47. Nummus deglutitus post duos menses vomitu redditus.

Obs. 50. Quinquegemini, fide aliena.

Obs. 51. Inedia novem dierum.

Obs. 55. Femina trimammis.

Obs. 56. Lien octo librarum.

Obs. 171. Vipera biceps.

Obs. 210. Stercus & urina ex cadavere, altero a morte die.

Ann. X. *obs.* 135. Vagitus uterinus.

Obs. 138. Duæ in mamma papillæ.

Obs. 141. Stimuli venerei a purgante medicamento.

Obs. 144. Lac in modo nato infante.

Dec. III. *ann.* I. *obs.* 25. Longævi 106. & 108. annorum.

Obs. 28. Dens molaris quinquagesimo anno erumpens.

Obs. 31. In lacte ad microscopium globuli.

Obs. 35. Juvenis in tenebris epistolas legens.

Obs. 42.

Obſ. 42. Gallina vivipara.

Obſ. 50. Fetus pectoribus connati, cum aliqua anatome. Cor unicum.

Ann. III. *obſ.* 37. Sudor a morte.

Ann. IV. *obſ.* 65. Cornu in fronte puellæ.

Obſ. 75. Vinum e mamma.

Obſ. 76. Iterum quinquegemini.

Ann. V. VI. *obſ.* 122. Cor piloſum.

Obſ. 282. Anus clauſus.

Obſ. 283. Mulier barbata.

Ann. VII. & VIII. *obſ.* 101. Duplex ordo dentium.

Ann. IX. & X. *obſ.* 21. & 204. BAGLIVI chirurgia infuſoria.

Obſ. 143. Magna ſanguinis jactura ex umbilico.

Obſ. 203., & *Cent.* III. IV. *obſ.* 62. Canis bilinguis; renes tres; unicus: duæ veſicæ: teſtes in abdomine: teſtes tres. Lien rotundus.

Append. De vita & morte.

Cent. I. *obſ.* 40. Puer cum variolis natus.

Obſ. 41. Menſes per vomitum.

Obſ. 43. Acicula per urinam.

Obſ. 183. Pamphagus.

Ann. V. VI. *obſ.* 171. Sudor flavus & viridis.

Cent. VIII. *obſ.* 13. Lacrumæ ſanguineæ.

In T. III. *Galer di Minerva*, de coronis & unguentis.

In obſervationes medico-chirurgicas H. a MOINICHEN notulas adjecit.

§. DCLXXVII. *Warnerus* CHROUET,

Medicus Leodienſis, non ſine laude *Antonii* NUCKII deproperatum ductuum aquoſorum inventum refutavit. Edidit Leodii Diſſ. *de trium oculi humorum aliarumque ejus partium origine & formatione explicata* Leodii 1688. 8.*. Solis equidem brutis animalibus uſus eſt; vere tamen & ad experimenta monuit ſanguinea, vaſa non proprios eſſe ductus, quos NUCKIUS vidiſſet. Obſcuriuſcule de membrana pupillari loquitur. Nullam in cane dari. Celluloſa fabrica corporis vitrei. Analyſin Chemicam lentis cryſtallinæ dedit & reliquorum humorum.

EJUSD. l. editio ſecunda, *cui accedunt ſolutiones apologeticæ adverſus difficultates* Cl. NUCKII. Leodii 1691. 8.* Arterias eſſe & ramos carotidis confirmat quas NUCKIUS *fontes* vocet, & NUCKII apologias refutat.

§. DCLXXVIII.

§. DCLXXVIII. *Varii.*

DU RONDEL *histoire du fetus humain recueillie des extraits de Mr.* BAYLE Leyde 1688. 12.* Censura libellorum DRELINCOURTII ex Diario BAYLEI. Epistola DRELINCOURTII ad D. BASNAGE, qua descensum ovorum in tubas defendit. EJUSD scirrhi & hydatidum ovarii descriptio, ad RONDELIUM data.

Caspar LANGENHERT *Brutum Cartesianum, s. rationes, quibus sensu carere bruta demonstrare nititur* CARTESIUS, *methodo geometrica proposita* Franecker 1688. 8.

Exercitationes medicæ, observationibus & experimentis anatomicis mistæ, quibus universa humorum partium & spirituum historia panditur Amsterd. 1688. 12.

§. DCLXXIX. *Disputationes.*

Conrad Philip LIMMER *de partu legitimo* Servestæ 1688. 4.* B. BOEHM.

EJUS *de sensibus externis* ib. 1691. 4.

EJ. *de chylificatione, chyliquæ & sanguinis in corpore humano circulatione* ib. 1692. 4.*

EJ. *de monstroso abortu Dessaviensi* ib. 1694. 4.* Fetus mediis corporibus connati, cum satis bona anatome.

J. Michael FAUST περι πλαρμυ, *s. de sternutatione* Argentor. 1688. 4.

Matthæi KUNSTMANN *de præputio Christi* Regiomont. 1688. 4.

J. Gerard WINTER *de sermone & loquela* Rinteln 1688. 4.*

EJ. *de memoriæ statu naturali & præternaturali* Rinteln 1689. 4.

Ern. REYHER *de hermaphroditis* Arnstatt. 1688. 4.

Conrad STISSER *de lympha ejusque morbis* Leid. 1688. 4. B. BOEHMER.

J. Ernest. SCHAPER, Professor Rostochiensis, inauguralis disputatio, *de corpusculis massæ sanguineæ*, præside B. ALBINO Francof. ad Viadr. 1688. 4.*, & inter meas *Disp. selectas.* Conf. p. 703. Phænomena sanguinis sibi permissi & in fundo vasis nigredo. Analysis chemica. De lacte, saliva, bile, urina, sudore.

EJ. *Progr. de mucilagine juncturis salutari & nociva* Rostock. 1698. 4. *Act. Mar. Balth.*

EJ. *Qui fiat ut duo fratres uterini locorum intercapedine dissiti simul variolis affici queant* Rostock. 1701. 4.*

EJUSD. *Medicinæ curiosæ specimen* Rostock. 1711. 4.* Narium glandulæ mucosæ.

Spec. II. ib. 1712.*. Ad fabricam pulmonum: regenerationem chelarum in cancris, fuse.

Thomas SMITH *de conceptu humano* Utrecht 1688. 4.*

Martin KNORRE *de solidorum æquilibrio* Lipſ. 1687. 4.

J. David STREITLEIN *de nutritione* Altdorf. 1688. 4.*

Am. DOUTE' & *J. Franc.* FOYVAILLANT *E. virago fetum generat imbecillum* Paris 1687.

Philipp. DOUTE' & *Petri J.* BURETTE *Non ergo pellitur ſanguis ſola cordis incitatione* Pariſ. 1688. 4.

Cl. J. DODART & *Phil. Ignace* SUCRE' *E. cerebrum omnium corporis functionum principium* Pariſ. 1688. 4.

Franc. F. ALLIOT *An quum ſpectant oculi ſanos vel læſos ſanantur laudantur* Pariſ. 1688. 4. Non reperitur in catalogo authentico.

§. DCLXXX. *J. Hadrian* SLEVOGT,

Profeſſor Jenenſis, nullos libros ſcripſit, ſed numeroſas diſputationes. EJ. *de dura matre* Jenæ 1690. 4. recuſa in *meis diſputat ſelectis.* Duram membranam undique cranio adhærere, per experimenta. Sinum transverſum inter duos transverſos medium dicit.

EJ. *de adfectibus animi* 1695. 4.*

EJ. *de motore cordis* 1696. 4.*

EJ. *Fermentationes microcoſmicæ* 1696. 4. PL.

EJ. *de gurgulione* 1696. 4.* & in *meis ſelectis.* De nomine uvulæ & uſu &c.

EJUSDEM *de æquivoca generatione argumentorum potiorum propoſitio* 1697.

Et ad ea *reſponſio* 1697.

EJ. *de ſudoribus* 1697.*

EJ. *Dolorum partus ſpuriorum cum veris comparatio* 1702.

EJ. *Circa tonſillas ſpicilegium* 1704. 4. PL.

EJ. *Partus naturalis collatus cum præternaturali* 1705. BOEHM.

EJ. *de oculis* 1706. 4.*

EJ. *de origine urinæ* 1707. 4. HE.

EJ. *de incerta placentæ uterinæ ſede* 1710. 4. HE.

EJ. *de menſibus gravidarum fetui innoxiis* 1711. 4. HE.

EJ. *de molæ vita* 1714. 4.*

EJ. *de olfactu exſpirantium* 1715. 4. & *de olfactus præſtantia* 1715. 4.*

EJ. *processus cerebri mamillares ex nervorum olfactoriorum numero exemti* 1715. 4.*

EJ. *de natura ſanitatis conſervatrice* 1715. 4. HE.

EJ. Ευθυωρια, *ſ. rectitudo partium* 1719. 4. PL.

EJ. *de acquirenda & conſervanda ſobole* 1720. 4.*

§. DCLXXXI.

§. DCLXXXI.

Acta Acad. Natur. Curios. Dec. II. *annus* VII.

Ad annum 1688. *Carolus Joseph.* MYLLER *obs.* 225. incredibiles nævos narrat.

Hieronymus Ambrosius LANGENMANTEL, Augustanus, *obs.* 235. ossa emollita.

Georgius Tobias DÜRR coalitus anus, *obs.* 63.

Dec. II. *ann.* X. *obs.* 177. femina 62. anno ætatis puerpera.

Obs. 179. Sudor sanguineus.

Dec. III. *ann.* VII. VIII. Menses in quadrima.

Rudolphus Jacobus CAMERARIUS, Professor Tubingensis, vir minime vulgaris in *obs.* 228. Per ductum deferentem vasa lymphatica testis replevit.

EJ. *Ann.* VIII. *obs.* 172. Lintea noctu lucentia.

Ann. IX. *obs.* 121. Lintea lucida.

Cent. X. *obs.* 73. Atreta.

EJ. *Paradoxa sensatio, s. dolor membri amputati* Tubing. 1693. 4. BURCKH.

EJ. *de colore sanguinis e vena secta missi florido* Tubing. 1700. 4.

EJ. & PFISTERI *de generatione hominis & animalium* 1715. 4.* Bona disputatio. Partes genitales femininæ insectorum, quadrupedum, hominis: de corporibus luteis bene. Formatio pulli: lacertarum ovi ductus longe distat ab ovario &c.

EJ. *de fetu* 46. *annorum* 1720. 4.*, qui nunc in thesauris Acad. Gallicæ est, & quem Stuttgardiæ olim vidi.

§. DCLXXXII. *Josephus* COURTIAL.

In *Journal des Savans* 1688. describit hydatides in hepate repertas, & vasa lymphatica ejus visceris.

EJUSDEM *Nouvelles observations anatomiques sur les os* Paris 1705. 12.*, recusæ Leidæ 1709. 8.*, & Belgice cum *H. v.* DEVENTER *ziekten van de beenderen* Leidæ 1739. 4.* Præcipua pars operis practica est. De ortu suturarum a fibris osseis alterne se subeuntibus. Processus comes ligamenti teretis. Vasa lymphatica hepatis. Fetus ventralis placenta sua ventriculo & colo adhærens. Fabricam etiam tradit, poros & ductus medullæ. De aqua pericardii.

§. DCLXXXIII. *Justus* VESTI.

Justi VESTI *Compendium institutionum medicinæ* Erfurt. 1788. 12. Lips. 1731.

EJ. *Oeconomia corporis humani* Jen. 8. absque anno. Brevissima Physiologia.

EJ. *Institutiones medicinæ reformatæ* Francof. & Lips. 1697. 8. Brevissima iterum physiologia.

EJUS *Obſervationum medicarum rariorum Decas* I. prodiit cum C. CRAMERI compendio chymico. Lapilli in glandula pineali: valvulæ in utroque ductu bilario, duæ in rene pelves. Lac in femina ſubrubrum. Folliculi ventriculi.

EJ. Diſſ. *de cerebro minus cognito* Erfurt. 1689. 4. BOEHM.

EJ. *De ſingultu* ib. 1691. 4.

EJ. *de affectibus ſenum Salomonis* 1692. 4. PL.

EJ. *de pulli natura* 1694. 4.* 1695. 4. MENZ.

EJ. *de doloribus vehementiſſimis a partu procedentibus* 1696. 4. PL.

EJ. *de animæ habitudine ad corpus, ſpeciatim quoad mixtionis corporeæ conſervationem* 1699. 4.

EJ. *de motu ſanguinis circulari naturali & præternaturali* 1700. 4.*

EJ. *de Caſtoreo* 1701. 4.

EJ. *de ſpermate ceti* 1701. 4.

EJ. *de ſpiritu hominis triuno præter naturam conſtituto, ceu cauſa plurimorum morborum* 1702. 4. 1704. 4.*

EJ. *de temperamentis* 1708. HE. 1711. BURKH. 1712. PL.

EJ. *de tranſpiratione ſanitatis & morborum matre* 1710.*

§. DCLXXXIV.

Acta Natur. Curioſ. Dec. II. *ann.* VIII.

Anno 1689. *J. Chriſtiani* BAUZMANN, Mola veſicularis.

Dec. III. *ann.* VII. VIII. Fetus in utero exſiccatus.

Dec. II. *ann.* VIII. *obſ.* 26. Penis ſub glande perforatus.

Jacob. Auguſtin HUNERWOLF *obſ.* 93. Homo dentibus miri roboris.

Ann. IX. *obſ.* 100. In puella modo nata menſes.

Obſ. 98. Puella capite deformi, corde nudo, ſic inteſtinis; alia cum hernia congenita.

EJ. *Fecundi gynæcæi Myſteria* Francof. 1690. 8.

BOISOT in *Journ. des Sav.* 1688. Puellæ aſitæ hiſtoriam dat, & pueri quadriennis robuſtiſſimi & puberis.

In *Journal des Savans* 1689. elogium exſtat Cl. PERRALTI.

Deinde DROUIN, Chirurgi obſ. de liene loco moto, comprimente ureterem.

EJ. in *Journal des Savans* 1690. foraminum cranii enumeratio.

EJUSDEM exſtat *deſcription du cerveau, des principales diſtributions, de ſes dix paires de nerfs, & des organes des ſens* Paris 1692. 12.* Etſi nova inventa non reperio, non tamen virum contemnas, qui ipſam naturam ſit ſecutus; & ad eam icones

icones ſuas etſi rudiuſculas expreſſerit, tamen proprias. Tres habet communicationes transverſas thalamorum opticorum.

§. DCLXXXV. *Fridericus* HOFMANN,

Celebris Profeſſor Hallenſis, collega & æmulus STAHLII, & mechanicæ medicinæ defenſor, non tamen jatro-mathematicus, neque inciſor, neque perinde profundi vir ingenii, elegantium medicamentorum chemicorum auctor, bene mihi notus, cum anno 1726. Halam inviſerem. Ejus plurima opera & numeroſiſſimæ exſtant diſputationes, certe ſub ejus præſidio defenſæ.

Prima mihi occurrit *exercitatio acroamatica de acidi & viſcidi pro ſtabiliendis morborum cauſis, & alcali fluidi pro iis debellandis inſufficientia* Francofurti 1689. 8.* Primum hoc opere inclaruit HOFMANNUS, quo regnantem eo tempore ſectam SYLVIANAM impugnavit. Candide BONTEKOI hypotheſes proponit. Ad phyſiologiam pertinent, quæ dicit contra alcalinam naturam bilis. Neque adeo ſalubres eſſe alcalinos ſales ex chirurgia infuſoria oſtendit, cum in ſanguinem injecti animal enecent. Elementa ſuccorum noſtrorum chymica. Germanice vertit J. G. HOYER *eigentliche Unterſuchung der Säure und des Schleims* Hall. 1696. 8.

EJ. *Mechanicæ medicinæ idea univerſalis* Hall. 1694. 8. & *Fundamenta medicinæ ex principiis mechanicis expoſita* 1707. 8. 1746. 8.

EJ. *Medicina rationalis & ſyſtematica* T. I. *Philoſophia corporis humani vivi & ſani* Hall. 1718. 4.* cum reliqua medicina ſyſtematica, tum Baſil. 1738. 4. 7.Tom. Genev. 1761. fol. in coll. 6.Vol. Phyſiologia ſimplex & perſpicua, non tamen mathematica, etſi nomina ſcholiorum legas. Multa ubique STAHLII refutatio. Mentem animam & corpus admittit, tria nempe hominis principia; tum ovarium NABOTHI. Sanguinis circuitum in vaſis minimis putat accelerari. Experimenta aliqua ſingularia tamen habet, ut CAMERARIANUM illud, inflati per ductum deferentem & vaſa lymphatica, ductus thoracici. Analyſis bilis. De ſenii cauſis & cordis motu, fere ut BOERHAAVIUS. Alteram originem vaſorum lymphaticorum ex textu celluloſo deduxit. Gallice vertit Cl. BRUHIER Pariſ. 1739. 12. 9.Vol. Tomus III. ad pulſum facit.

EJ. *Phyſiologia* Hall. 1746. 8.

In *obſervationum phyſico-chymicarum ſelectiorum* T. I. III. Hall. 1722. 4.*. Huc facit in tomo II. examen ovorum phyſico-chymicum. Perſpirationem per teſtam confirmat. Inde admiſtis ſalibus & igne ſubjecto naturam ovi explorat. In ſanguine volatile elementum & proportionem partium, tum analyſin dat, in qua leni igne nullum prodiit alcali, neque in cinere ſal fixus fuit præter marinum.

Inde jam ſenex, adjuvante forte SCHULZIO, qui ultima opera HOFMANNIANA aut ſolus ſcripſit, aut certe accurate retractavit, bonum edidit libellum *de differentia inter ejus doctrinam phyſico-medicam, & STAHLII medico-organicam*

 cam

eam Francof. 1746. 8.*, edente *V: Ern. Eugen.* COHAUSEN, quod opusculum, physiologicorum HOFMANNI præcipuum est. Perspicue enim & bono ordine atque modeste utramque theoriam comparat, & ostendit, quantum utraque discrepet, causasque addit sui dissensus. Defendit succum nerveum: tuetur vim motricem corporibus propriam; mortem negat ab arbitrio animæ supervenire: effectus venenorum non putat ab anima esse, sed a corporis fabrica. Motus a natura ortos sæpe nocere. Febrem motum esse convulsivum.

EJUSDEM *de imaginationis natura ejusque viribus* Jen. 1687. 4. HE.

EJ. *de atheo convincendo ex artificiosissimæ machinæ humanæ structura oratio inauguralis, cum munus Professoris adiret* Hall. 1693. 4.* 1705. 4. & in opusculorum Ulmensium Tomo I. 1736. 8.*

EJ. *de saliva ejusque mortis* Hall. 1694. 4.* *Respect. auct.* HOYERO.

EJ. *de animæ & corporis commercio* ib. 1695. 4. HE.

EJ. *de modo veterum balsamandi corpora* ib. 1695. HE.

EJ. *de somnambulatione* ib 1695. 4. 1705. 4.

EJ. *de synovia ejusque origine* ib. 1697. 4. tum 1698. 4. PL. repetita apud HEFFTERUM.

EJ. *de necessaria salivæ inspectione* ib. 1698. 4.* Resp. *J. Jacob* BAIERO auctore.

EJ. *Historia dentium physiologice & pathologice considerata.*

EJ. *de causa caloris naturalis & præternaturalis in corpore nostro* ib. 1699. 4.*

EJ. *de natura morborum medicatrice mechanica* ib. 1699. 4. Leid. 1717. 8.*

EJ. *de animo sanitatis & morborum fabro* 1699. 4. & in collectione Leydensi 1708.

EJ. *de affectibus hereditariis eorumque origine* 1699. BURKH.

EJ. *de pulsuum theoria & praxi* 1702. BURKH. Leid. 1713. 8. Non confundit celerem & frequentem, sed negat discrimen percipi posse.

EJ. *Curiosa pulli gallinacei in femina cachectica generati historia* 1702. 4.*. Fetus per anum egesti exemplum videtur.

EJ. *de anatomia publica* 1703. 4.*

EJ. *Annorum climactericorum rationalis explicatio* 1704. 4.*

EJ. *de bile medicina & veneno corporis* 1704. 4.* Analysin continet; ex oleo componi & sale alcali fixo.

EJ. *de temperamento fundamento morum & morborum in gentibus* 1705. 4. BURKH. & in Collect. Leid. 1708. 8.*

EJ. *de anatomes in praxi medica usu* 1707. 4. BURKH.

EJ. *de duodeno sede multorum malorum* 1708. & Leid. 1717. 8.

EJ. *de usu respirationis in arte medica* 1714. 4*

EJ.

Ej. *de difficultatibus in medicina addiscenda* Hall. 1718. 4. Nimium studium botanices & anatomes carpit.

Ej. *de consensu partium, præcipuo pathologiæ & praxis medicæ fundamento* 1717. 4.*

Ej. *de pinguedine ceu succo nutritio superfluo. R. Dan. Wilh.* TRILLER. 1718. 4. BURKH.

Ej. *de medicina* HIPPOCRATIS *mechanica* 1719.

Ej. *de ignorata uteri structura, multorum in medicina errorum fonte* 1726. 4.*

Ej. *Morbi hepatis ex anatome deducendi* 1726. 4.*

Ej. *de proceritate corporis ejusque causis & effectibus* 1726. 4.*

Ej. *de mechanica optima in medicina philosophandi ratione* Hall. 1728. 1741. 4.

Ej. *de judicio ex sanguine per venæ sectionem emisso* 1729.

Ej. *de ætate conjugio opportuna* 1729. 4. HE.

Ej. *de abortivis &c.* 1729. 4. 1755. 4.* Fetus vivi editi pulmones tamen subsedisse, cum per aliquot hebdomadas vixisset.

Ej. *de doloribus* 1730. 4.

Ej. *Vitæ animalis consideratio theoretico practica* 1731. 4. Resp. B. LUD. TRALLES *.

Ej. *Vera perpetui mobilis in homine vivo idea* 1731. 4. BURKH.

Ej. *de vomitu* 1733. 4. PL.*

Ej. *de singultu* 1733. 4.*

Ej. & *Christ.* HOFMANN *de gravitate aëris ejusque elasticitate in machinam corporis humani* Hall. 1733. 4.*

Ej. *de ebore fossili Suevico Halensi* 1734. 4.* Auctore *J. Frid.* BEYSCHLAG.

§. DCLXXXVI. *J. Hieronymus* SBARAGLI,

Professor Bononiensis, acris MALPIGHII adversarius, & subtilis anatomes osor. EJUS pluscula exstant scripta, aspero & inamæno stilo exarata, quæ tamen legisse deceat, ut rectius de lite judices.

Prima prodiit *de recentiorum medicorum studio disputatio epistolica* ARISTIDIS Göttingæ (verius Bononiæ) excusa anno 1689. 8. (*y*) recusa Parmæ 1690. 8. & cum aliis, Bonon. 1701. 8.* Data est anno 1687. MALPIGHIUM non quidem nominatum, minuta, multa & in medicina inutilia esse scrutatum. Neque GALENUM eas minutias sua dignatum esse adtentione.

Cum in Programmate proprio *Johannis* BOHN in collectione Bononiensi 8.* 1701. recuso, veram fabricæ partium cognitionem utilem esse adfirmaretur, noster respondit in Dissertatione secunda *de recentiorum medicorum studio*, LIBANII

(*y*) MALPIGH. *posthum.* p. 187.

BANII nomine data 1691., excufa Bononiæ 1693. 8. recufa ibid. 1701. 8.*. Abfque omni ifta nuperorum fubtilitate empiricos feliciter morbos curare, & abfque ea curaffe HIPPOCRATEM. Nuperos multa dubia inventa & vacillantia protuliffe &c.

EJUSD. *Ad phyfico-anatomicas epiftolicas differtationes appendix*, Bononiæ 1701. 8.* cum vero fuo nomine, contra *Bibliothecæ anatomicæ collectores*, qui Anatomen fibi fumferant defendendam.

EJUSD. *de vivipara generatione fcepfis*, *f. dubia contra viviparam generationem ex ovo, per tubas ex ovariis ad uterum delato* Vienn. 1696. 8.* Undique difficultates congerit. Negat viviparorum ovis cum ovis oviparorum convenire, aut primordia novi animalis continere. Addit aliqua ex brutis animalibus. Male certe negat; fe in iftis oftiolum reperire, per quod ovum exierit, quod fit manifeftum femen.

EJUSD. *Altera de vivipara generatione fcepfis* ib. 1701. 8.* Producit aliquas fuas adnotationes. Vidit in femina antiqua corpora lutea, ficcata. Veficularum fuccum ad ignem non concrefcere, ovaria ergo fuiffe morbofa, cum femina gravida effet. Tubam anguftam nimis, ab ovario longe remotam effe, nullam habere fibrarum fuppellectilem, qua ovum promoveatur, non ergo poffe ab ovario ova feparari, neque tuba recipi, neque in uterum promoveri. Cornicula habet BERTINI. Contra NUCKII experimenta. Icones uteri humani rudes, non tamen peffimæ.

Hæc omnia collecta prodierunt cum titulo *exercitationes phyfico-anatomicæ authore J. Hieronymo* SBARAGLI Bonon. 1701. 8.*

EJUSD. *Oculorum & mentis vigiliæ ad diftinguendum ftudium anatomicum, & ad praxin medicam dirigendam; accedit mantiffa fubfidiaria de vi indicationis a parte, & de ufu microfcopii* Bonon. 1704. 4.* Diff. I. critologica, qua potiffimum MALPIGHII glandulas impetit, & omnia ejus viri inventa dicit. In altera apologetica mantiffa criminatur microfcopia fallere, cava convexa repræfentare, colores mutare. Aliquas fuas non fubtiliffimas incifiones recenfet; ubique multo plus dat ratiocinii & auctoritatum, quam in natura obfervanda peritiæ. Glandulæ lienis.

EJ. *Rifpofta a Teofilo* ALETINO Bonon. 1711. OCT.

EJ. *Entelichia, f. anima fenfitiva brutorum demonftrata contra* CARTESIUM Bonon. 1716. 4.

§. DCLXXXVII. *J. Dominicus* GAGLIARDI,

Profeffor Romanus. EJUS exftat *Anatome offium, novis inventis illuftrata* Rom. 1689. 8.* Leid. 1723. 8.* & in B. MANGETI.* In ficcis offibus fabricam fubtilem perfequitur, neque prodierunt, quæ de recentibus promiferat. Primus laminas diftinxit in leves, corrugatas, cribriformes, retiformes. Offa mollia fieri fucco offeo diffoluto. Claviculos dixit quadruplices, quas laminas con-

conjungant, hos a nuperis rejectos. Inde in singulorum ossium fabricam inquisivit. Emollitorum ossium exemplum produxit. De ossium petrificatione & succo gypseo.

§. DCLXXXVIII. *J. Baptista* Verduc,

Prodierat *Osteologie nouvelle, où l'on explique mecaniquement la formation & la nourriture des os, avec les squelettes du fetus, & une dissertation sur le marcher des hommes & des animaux, sur le vol des oiseaux & le nager des poissons* Paris 1689. 8. Nicolai. Suspicor esse Verducii osteologiam, non tamen ausus sum conjungere, cum librum non viderim, neque in diario eruditorum conjungatur. Esse compilationem auctores Act. Eruditor. Lips. & certe Verduci opus ex Kerkringio & aliis compilatum est.

J. B. Verduc, Medici, *Nouvelle osteologie, où l'on explique &c.* ut supra, *seconde edition* Paris 1693. 12.* Videtur idem omnino liber, qui absque auctoris nomine anno 1689. prodierit. Compilator. Icones ex Vesalio & Coitero. De motu animalium ex Borello. De ossium generatione ex Kerkringio; dentium in diversis animalibus historia ex Perralto.

Ej. *Suite de la nouvelle osteologie contenant un traité de myologie raisonnée* Paris 1698. 12.* Aliqua de motu musculorum in universum, deinde myologia brevis, mistaque fabellis. Coracohyoideum musculum a processu coracoideo deducit; cæterum, non J. Baptistæ est hic labor, sed fratris Chirurgi, cui Laurentio nomen fuit: nam duos chirurgos citat suos confratres (z). Prodiit cum titulo *syllabi musculorum corporis humani* Londin. 1698. 8. Nupera editio Parif. 1711. 12.*: aucta est *d'une description des cartilages, des ligamens & des membranes en general.*

Ej. sive *Laurentii* Verduc, *Laurentii* fil. *de l'usage des parties, traité physiologique fondé sur les principes de la philosophie moderne* Paris 1696. 12. 2. edit. 1711. 12. 2. Vol.* Anglice versum 1704. 8. Osb. Et iste liber compilatus est, potissimum etiam ex Bohnio (a), in quo vix distinguas, si quid proprium habet, ut de trachea arteria, glottide, pericardio. Ridicule appendices pylori tribuit insecto cloporte, quæ ad asellum piscem pertinent. Analyses humorum.

In *Traité des operations de Chirurgie* 1693. 8., habet aliqua contra aquam pericardii & ventriculorum cerebri.

§. DCLXXXIX. *Justina* Siegmundin.

Justina Siegemundin, gebohrne Dietrichin, *Churbrandenburgische Wehmutter &c.* Berlin 1689. 4. 1723. 4.* Partem chirurgicam omitto. Dedit etiam icones aliquas; ut fetus in utero contenti, & partium genitalium, cum aliqua anatome. Non videri ossa pubis discedere.

Melchioris

(z) p. 224. (a) Fanton *Diss. anat. ann.* 1745. edit. p. 115.

Melchioris Friderici GEUDER *diatribe de fermentis variarum animalis corporis partium specificis & particularibus. Subjicitur Diss. de ortu animalium* Amsterdam 1689. 8.* Auctor audiverat DUVERNEYUM, STURMIUM, NUCKIUM. Fermenta suo seculo dominantia sibi sumit refutanda, ut tum in universum contra J. PASCAL & *Guilielmum* COLE pugnet, tum per singulas humani corporis partes, ipse olim fermentis addictus. Acorem ventriculi, glandularum salivalium, conglobatarum; nutrimenti, cordis, cerebri, lienis, hepatis, renum, sexus utriusque, mammarum recenset. Fuse de glandularum fabrica. Non infelicem conjecturam profert de plethora a liene exciso superveniente.

In altera ad Præceptorem J. C. STURMIUM data Diss. defendit præfiguratum in ovo animal, In LAMYUM pugnat & LEEUWENHOECKIUM. Animam maternam credit infanti mariti ideam imprimere, & de semine materno aliquid alendo fetui servire. Ita morbos paternos in fetum transire.

Francisci PIENS *de febribus in genere & specie* Genev. 1689. 4. edente MANGETO. Multa physiologica. Circuitum sanguinis a Salomone dictum esse. Sanguificatio. Alia.

Georg. GRAU *ὑπνολογια, oder Fragen und Antworten von dem Schlafe* Jen. 1689. 12.* Exigui momenti.

L. Le MONNIER *Tr. de la fistule de l'anus* Paris 1689. 12. habet ani anatomen.

Die durch eine wunderliche Mißgeburt gestrafte Frauenzimmer Hauben-Mode Hanau 1689. 4.* Monstrum erat vitulinum cum tumore capitis.

§. DCXC. JESUITÆ *in* R. SIAM MISSI.

Bonus libellus anno 1692. 4. prodiit, & Paris. 1737. 8.* recusus est, cum titulo, *Observations physiques & mathematiques pour servir à l'histoire naturelle, & à la perfection de l'Astronomie & de la Géometrie, avec les reflexions de M. de l'Academie & quelques notes du P.* GOUYE T. I., qui etiam in dedicatione nomen suum subscripsit. Primum trium crocodilorum bonæ incisiones, cum notis *Josephi* DUVERNEY. Glandulæ sublinguales. Cor biventre quidem, verum septo imperfecto. Penis absque urinaria vesica. Utramque maxillam mobilem esse. Cerebrum minimum, & nervi optici separati. Ossicula auditus. Inde anatome lacertæ Tockaye & Tigridis. In itinere suo Siamensi altero, P. TACHARD habet aliqua de lacerta (*Gekko*), cui incisæ sanguis vix fluat, quando thorax apertus est, cum satis bona anatome. Prodiit Paris. 1689. 4.

§. DCXCI. *Disputationes.*

Diderici GOTTSCHALK *de transpiratione Disp.* Leid. 1689. 4. Bibl. BOERHMER. HAENEL.

EJ. *Prodromus de ossium tum generatione, tum corruptione interna* ib. 1691. 8.* De generatione fetus & ossium breviter.

Daniel

Daniel RINGMACHER *de spiritu s. principio vitali corporis animati* Lipsiæ 1689. 4.

Carol. Philipp. LOMBARDII *de chylificationis statu naturali & præternaturali* Herborn. 1689. 4.

J. Christian SCHAMBERG *de gustu* Lipsiæ 1689. 4.*

Ej. *de respiratione læsa* ib. 1693. 4. BUTTNER.

Paul. Gottfried SPERLING *chemica formicarum analysis* Witteb. 1689. 4.

Ej. *de fame canina* ib. 1699. 4. PL.

Ej. *de vomitu simplici* ib. 1700. RIV.

Ej. *de salacitate* ib. 1701. 4. HAENEL.

Ej. *de sudore* ib. 1706. 4.*

Ej. *de tussi* ib. 1708. 4. RIV.

J. Christoph WENCEL *de purpura sanguinis* Jen. 1689. 4.*

J. MOEBII *de grandævis Dissertatio* I. *Historica* Lipf. 1689. 4.*

Diss. II. *de iisdem Philologico-physica* ib. 1689. 4.*

Pauli DIMIEN *de generatione, augmentatione & decretione microcosmi* Leid. 1689. 4.*

Andreæ DROSSANDRI *meditationes physicæ de spiritu animali* Stockholm. 1689. 8. VATER.

Ern. Christ. WARTENBERG *de anima corpus humanum informante* Lipf. 1689. 4.

Laurentii BRAUN *de sudore* Utrecht 1689. 4.*

Francisci AILLOT & *Philippi* CARON *E. fatui diutius & felicius vivunt sapientibus* Parif. 1689. 4.

Fr. VERNAGE & *Lud. de* VAUX *Ergo vita hominis a sanguinis circuitu* Parisiis 1689. 4. Prima in hunc sensum disputatio Parisina.

Caroli CONTUGI & *Alexii* LITTRE (celebris Academici) *E. chylus est fetus alimentum* Parif. 1689.

Guido Er. EMMEREZ & *Alexii* LITTRE *Ergo aër hominem nutrit.* Parif. 1689.

§. DCXCII.

Act. Nat. Cur. Ann. 1690. sive *Tomus* IX. *Dec.* II.

Andreas LOEUW *obs.* 117. Fetus maximo tumore capiti adnato, labio leporino enormi.

Gustav Casimir GAHRLIEP, Archiater Brandenburgicus, *obs.* 71; in lupo reperit septum, ut intelligo, tympanum inter & concham, aculeis osseis hirtum.

Dec. II. *ann.* X. *obs.* 4. De formatione pulli gallinacei: inter ea partus dilatus per 24 horas, testa conferruminata, quæ fracta fuerat.

Dec. III. *ann.* II. *obs.* 110. Hepar gallinaceum vastissimæ molis.

Ann. V. VI. *obs.* 164. Ovum gallopavonis monstrosum.

Ann. VII. VIII. *obs.* 55; miri nævi; manus a terrore amputata; cutis passulis efflorescens.

Ann. IX. X. *obs.* 96. Sudor moschum olens.

Theodorus ZWINGER junior, cujus filii superstites sunt, Professor Basileensis. EJUS partus gemellarum ad umbilicum sibi cohærentium, *Dec.* II. *ann.* IX. *obs.* 134.

Obs. 201. Puer cerebro destitutus, variis cum cerebri herniis.

Dec. III. *ann.* II. *obs.* 8. Serum sanguinis constanter lacteum.

Cent. VII. *obs.* 79. Fetus monstrosus collo destitutus, galea cranii nulla.

Obs. 86. Menses e cute dorsi fluentes.

Vol. I. *obs.* 77. Gemellæ nigra & alba.

EJUSD. *De iræ natura, effectibus & remediis* 1699. 4.

EJUSDEN *De acquirenda vitæ longævitate* 1703. 4. & cum aliis 1705. 8.* 1711. 8. MANGET.

EJ. *Epitome totius medicinæ* Lyon 1705. 8.* Basil. 1724. 8. Continet priorem libellum, tum physiologiam.

In *collectione disputationum* Basileæ 1710. 8.* edita, huc referas *de somnambulatione* Diss.

Huc etiam *otojatreia, in qua auris anatome traditur* Basil. 1715. 4.

J. Matthias FABER sub finem hujus anni; dedit obss. de saliva dulci, cordis pulsatione in hypochondrio, linteis noctu lucentibus.

In *Journal des Savans* 1690. fetus male formatus & absque partibus genitalibus.

SAVIARD, cel. Chirurgus, fetus cranio destitutus, etiam anno 1694.

EJUSD. Partus ventralis, *Journ. des Sav.* 1696. *Phil. Trans.* n. 222. Videtur ex tuba elapsus.

In ejusdem *nouveau recueil d'observations chirurgicales* Paris 1702. 12.*, Belgice reddito a *J. v.* BEEKHOKEN *de* WIND Haarlem 1755. 8. multa habentur argumenti physiologici; atretæ utriusque generis. Androgyna (*b*) putata, cui vagina elapsa erat. Rupta vagina & fetus in ventrem elapsus. Gravidæ uterus tenuior. Fetus galea cranii destitutus. Sic alter absque cerebro. Fetus extra uterum integerrimum. Ossa emollita. Acus ex deltoide musculo excisa. Tergemini cum unica placenta, & cum duabus. Puer urethra in perinæo patente. Sic alter fetus manubus imperfectis, arteria umbilicali unica, renibus in pelvi, uteris binis. Homo partibus in alterum latus transpositis. Puer decem digitis in quaque manu, & quoque pede. Puer nullo pene.

THE-

(b) v. de ea GAYOT de PITAVAL causes celebres T. 4.

THEROUDE, idem, qui in *hist. de l'Academie.* Fetus informe caput in ovario muliebri.

§. DCXCIII. *Daniel* TAUVRY,

Medicus Parisinus & Academicus, quem immatura mors abripuit. EJUS *nouvelle anatomie raisonnée* Paris 1690. 12. 1694. 12.* 1698. 12.* 1721. 12.* Latine, cum titulo *anatomes rationalis*, vertente GEUDERO Ulm. 1694. 8.*. Anglice 1701. 8. 1705. 8. Anatome quidem fere ab aliis sumta, tum malæ figuræ. Ingenio cæterum non caret, & proprias habet hypotheses, ut illam de motu musculari a fibris sanguiniferis orto, quas transversi nervi constringant. BAYLEUM, & vim intercostalium internorum costas deprimentem refutat. Ductum thymi se vidisse putavit.

Editio anni 1698. paulo uberior; altera anni 1721. aucta est duabus EUSTACHII tabulis.

EJ. & *Mich. Lud.* RENEAULME *Ergo ovali foramine in pulmonis venam aditus* Paris. 1698.

EJ. *Objections & reponses principales, qui furent faites au sujet de l'usage du trou ovale à la these, que Mr.* TAUVRY *fit soutenir le* 18. *Decembre* Paris 1699. 12.* Disputatio ipsa contra MERYUM est. Majorem esse columnam anuli ovalis dextram, quam sinistram, hinc ab illa versus istam fluentum sanguinis vergere. Arteriæ pulmonalis magnitudinem esse a difficili sanguinis per id viscus transitu. Vincula & flatum iter a dextris ad sinistra demonstrare. Male testudinem a MERYO pro sua causa produci, cujus cor sit vere univentre.

EJ. *Traité de la generation & de la nourriture du fetus* Paris 1700. 12.* Multum laborem huic opusculo impendit, ut etiam vitæ nocuisse dicatur. De generatione quidem in genere pauca propria habet, & pro ovorum hypothesi pugnat; utique tamen legi meretur, omnes enim opiniones expendit, neque aut ingenio caret, aut judicio.

Anno 1698. prælegit in *Acad. Scientiarum* commentarium MERYO oppositum.

Replique aux reponses de Mr. MERY. Hic imprimis magna contentione animi nititur, ut novam MERYI hypothesin expugnet. Non satis recte difficultatem solvit a majori arteria pulmonali desumtam, quam mallet negare. Valvulam ovale foramen totum tegere recte monet, quo longior sit. Non bene admittit, eam valvulam ad ventriculum dextrum convexam esse, ad sinistrum cavam. Non bene negat, lumina vasorum esse in ratione permeantis sanguinis.

Problemes anatomiques. In eundem sensum. Arteriam pulmonalem latescere, quod pulmo minus meabilis ejus sanguinem moretur; neque bene negat ventriculum dextrum accurate inaniri, quod in pullo facile sit visu. Inde de corde testudinis, cujus duo cordis ventriculi communicant. Chordulas foraminis ovalis reperit. Hæc anno 1699. 12. conjuncta prodierunt.

Tr. des medicamens & de la maniere de s'en servir Paris 1699. 12. De humoribus humani corporis sanguinis, ejusque seri analysi.

In *Hist. de l'Acad. des Sciences* 1700. ossium omnium emollitio.

§. DCXCIV. G. F. FRANK.

Georg. Frider. FRANK (*Georgii* fil.) *de* FRANKENAU, Professor Hafniensis, vir etiam in aliis studiis laboriosus. EJUS est *de pericardio disputatio* Altdorf. 1690. 4.* præside *J. Maur.* HOFMANNO. A thymo ad pericardium vasculum ire, quod BERGERUS viderit. In bove aquæ pericardi duas esse uncias.

In *Eph. Nat. Cur. Dec.* III. *ann.* I. *obs.* 122. de hepate monstrosæ molis in homine viso.

Ann. IV. *obs.* 5. Hæmorrhoïdes in puero octenni.

Ann. V. VI. *obs.* 172, argentum vivum de vivo homine effluens.

Obs. 176, ren unicus semilunaris.

Vol. I. *obs.* 117. Ovorum variæ figuræ.

Obs. 147. Puellus cornutus.

EJUSD. *Onychologia curiosa, s. tractatus de unguibus physico-medicus* Jenæ 1696. 4.* collectio.

EJUSD. *de unguibus monstrosis & cornuum productione in puella Lalandica* Hafn. 1716. 4.* Cornua monstrosa etiam igne subjecto exploravit, eorumque elementa indagavit. Redit in *Eph. Nat. Cur. Cent.* I. *obs.* 32.

EJ. *Anastomosis detecta, s. disputatio physiologica posterior, mutuas vasorum osculationes, secretiones animales, & membranarum usum ostendens* Hafn. 1704. 4.*

EJUSD. & DEBEL *de sudore* Hafn. 1701. 8.

EJ. *Diapedesis restituta* Hafn. 1716. 4.*

EJ. *Disquisitio epistolaris de succi nutritii transitu per nervos ejusque in corpore humano effectibus* Lips. 1696. 12.* Contra BERGERUM negat spiritus alere: nervos tamen requiri, ut habitum cujusque partis integrum servent.

EJ. & *Ansgar* ANCHERSEN *de strophe septimestri fetus, Gallis dicta la culbute, falso hactenus credita* Hafniæ 1730. 4.*

§. DCXCV. *Homobonus* PISO. J. SINIBALDUS.

Homobonus PISO, Cremonensis Medicus, edidit Cremonæ 1690. 4.* *ultionem antiquitatis in sanguinis circulationem, qua confirmatum communi consensu sanguinis circulum iterum adnisus est expugnare.* Satis hactenus *Jacobi* PRIMEROSE similis, ut ratiociniis potius, quam scalpello pugnaret. Ipse tamen circuitum experimento iterato satagit refutare. Circuitum pugnare cum revulsione, derivatione & venarum prærogativa, quæ omnia nuperi retinuerint. Arteriosum sanguinem a venoso diversum esse, id discrimen a circulatione non posse explicari. Arteriosum sanguinem in febrili frigore ad cor redire. Bis ligatam venam in suo experimento tamen

tamen intumuiſſe: quando vinculum aufertur, ſanguinem de vena propius cor inciſa etiam melius proſilire. Valvularum alias eſſe utilitates. Cum in homine lac in venas injeciſſet, ad digitos id fluxiſſe, non ad cor. Hippocratica loca male huc trahi, neque de circuitu ſanguinis bonum ſenem cogitaſſe. Sanguinem per venas ultra & citra fluere. In *Bibliotheca* MANGETI hic lib. cum refutatione repetitur.

EJUSD. *Nova in ſanguinis circulationem inquiſitio* Patav. 1726. 4.* cum *medendi methodo* prodiit. Cum priorem libellum Cretenſis Medicus MADERO refutaſſet & MANGETUS, noſter priores hic fere objectiones repetit, tum experimentum, in quo ſanguis ſurſum in venam inpulſus, tamen extremum brachium petierit. Venena alia aliis celerius operari, quod quidem fieri non poſſe putat, ſi communi via moverentur. Obſcurus ſcriptor, parum æquus, microſcopiorum contemtor, alter SBARAGLI. Vocationem ad cathedram præmium ſui laboris fuiſſe gloriatur.

Jacobi SINIBALDI, *J. Benedicti* fil. Romani Archiatrorum Collegæ, theoriæ lectoris, *Apollo bifrons medicas & amœnas Diſſ. latino & Hetruſco* (ſic) *ſermone promiſcuas exponens* Rom. 1690. 4.* Diſſertationes huc faciunt de adipe, de uſu reſpirationis, de ſudore. Inde problemata de imaginationis parentum in fetus vi; de fetus reſpiratione. An aër reſpiratus ſanguinem ſubeat. An ullum animal poſſit reſpiratione carere. Problema HARVEJANUM. Ut urinatores vivant abſque ducto aëre. An per fermentationem urina ſecernatur, an per poros certæ figuræ. Num quæ lambuntur in aſperam arteriam veniant. Somnus num calefaciat, num vero refrigeret. Patrem in ſolo actu conceptionis, matrem per omne graviditatis tempus fetum poſſe ſignare. Cæterum non rudis inventorum nuperorum, ea cum GALENICIS confert, & ſtudet conciliare. Propria vix habet experimenta.

J. Pauli FERRARI *zelotypia veritatis in veterum fallaciis & dogmatibus* Parmæ 1690? Contra J. H. SBARAGLI de recentiorum medicorum ſtudio l. CIN.

§. DCXCVI. *Varii.*

Wunder der Natur nach der Menſchen unterſchiedlichen Beſchaffenheit, in drey Theilen zuſammengetragen Frankfurt 1690. 4. B. THOMAS.

Gerard SERMES *kortbondige verklaering van de gezonde en ongezonde ſtand des menſchen, des ſelfe oorzaaken en geneſing* Amſterdam 1690. 8. LAMB. Phyſiologia aliqua & anatome. Idem forte qui p. 621.

L. S. M. D. *Medicinale Collegie en beſchryving van het ſceleton* Amſterdam 1690. 8. LAMBERGEN.

Juſtification des anciens, où l'on fait voir, qu'ils ont ſu ce que les modernes nous debitent en Medecine comme de nouvelles decouvertes, par JOBERT Paris 1690. 12. BUR.

In *Eliæ* PRAT *Vademecum Chirurgicum* Hamburg 1690. 8.* Compendium exſtat anatomes, & propria mira muſculorum nomina.

In

In LAUNAI l. *des descentes* Paris 1690. 12. aliquæ sunt icones anatomicæ.

Chrysostomus MARTINEZ, Hispanus, qui Parisiis anatomen coluit, & duas tabulas æneas paravit, mihi non visus, hoc anno 1690. disparuit.

§. DCXCVII. M. E. ETTMULLER. W. U. WALDSCHMIDT.

Michael Ernest ETTMULLER, *Michaëlis* fil. viri cruditi disputationes variæ, præter quas nihil scripsit.

EJ. *Tactus sensuum externorum moderator*, 1695. 4.*

Epistola anatomica 12. *ad* RUYSCHIUM Amsterdam 1699. 4.*

EJ. *Corpus humanum sympatheticum* 1701. 4.*

EJ. *de ira* 1705. 4. HE.

EJ. *de vigiliis involuntariis* 1705. 4.*

EJ. & WERTHER *de monstro Hungarico* 1707. 4. Sororibus nempe ad nates connatis.

EJ. *de secundinarum exclusione* 1710. 4.

EJ. *Effectus musices in homine* 1714. 4.*

EJUSDEM *de circulatione sanguinis in fetu* 1715.*

EJ. *de ventriculi situ mutato progr.* 1721. 4.*

EJ. *de cerebri membranis* 1721. 4.*

EJUSD. & *R. Gottwald* SCHUSTER *de secundinarum exclusione* 1726. 4. HE.

EJ. *de origine animæ* 1728. 4.*

EJ. *de animæ generatione* 1728. 4.*

EJ. *ad* RUYSCHIUM *epistola de ovario novo data* a. 1714; recusa a. 1720. 4.* Historiam tradit novi ovarii Nabothiani, dudum ante eum virum noti.

EJUS opera RIDLEYUS latine prodiit.

In *Act. Nat. Cur. Vol.* III. inquisivit fere sceptice de fetu octimestri & decimestri.

Wilhelmi Ulrici WALDSCHMIDT, *J. Jacobi* fil. Professoris Kiloniensis, disputationes, præter quas nihil scripsit.

De corporis statu naturali & præternaturali Marpurg. 1690. 4.*

EJ. *de rebus medicis & philosophicis variis* Kiel. 1693. 4.* de fermentis, calido innato, liquido nerveo.

EJ. *de imaginatione hominum & brutorum* Kiel. 1701. 4.*

EJ. *de sororibus gemellis Hungaricis ab osse sacro monstrose sibi invicem cohærentibus* Kiel. 1709. 4.

EJ. *de his qui diu vivunt sine alimento* Kiel. 1711. 4. BURKH.

EJ. *de*

EJ. *de hominis vita & generatione* 1720. 4. BURKH.

EJ. *Superfetatio falso prætensa* Hamburg. 1727. 4. & in E. N. C. *Vol.* II. *app.*

EJ. & SELLII *de allantoide* Kiel. 1729. 4.*

In E. N. C. *Dec.* III. *ann.* V. VI. *obs.* 231. Lampetræ anatome & pericardium cartilagineum.

Ann. IX. X. *obs.* 38. Memoria felicissima rustici.

§. DCXCVIII. *Disputationes.*

Adolph. Christoph. BENZ *de pituita vitrea insipida* Altdorf. 1690. 4. RIV.

J. Andr. CRAMER *de glandulis uterinis* Leid. 1690. 4. HE.

Samuel BATTIER L. Græcæ Professoris Diss. *de generatione hominis* Basil. 1690. 4. SCH.

Seb. HOEGGER *de salivæ statu morboso* Basil. 1690. 4. B. BOEHM.

David GOESGEN *de monstris* Disp. I, Lips. 1690. 4.*

L. F. MEISNER *de auditu ejusque vitiis* Prag. 1690. 4.

Just. Frid. DILLENIUS *de pulsu* Giess. 1690. 4.*

In E. N. C. *Dec.* III. *ann.* VII. VIII. *obs.* 161. Lien cani feliciter exsectus.

Obs. 162. Canis teste unico.

Obs. 164. Vertebræ lumborum sex.

Cent. III. *obs.* 42. Lingua duplex.

Cent. VII. *obs.* 43. Puella atreta.

Obs. 45. Glandulæ morbosæ in liene.

Obs. 46. Articulatio ossium pubis laxa in femina infanticida.

Obs. 48. Menses in vetula. Menses feminæ ex faucibus.

J. LINDELII, Sueci, *de vipera* Diss. Ultraject. 1690. 4.* cum ejus animalis anatome. Ductus ab hepate in bilis vesiculam. Nervi præter caput nulli conspicui. Venenum in ira esse.

Gottfr. WEGNER *de origine avium* ex Gen. I. 20. Francof. ad Viadr. 1690.

J. Georg. GUNZELII *de somno atque insomniis* Utrecht. 1690. 4.*

Conr. a LAGE *de pythonibus s. ventriloquis* Vinor. 1690. 4.

Lud. de VAUX & *Claud.* BURLET, *Ergo alterum circuitus sanguinis organum pulmo* Paris. 1690.

Fr. VERNAGE & *Alex. Pet.* MATTOT *Non ergo monstrum tribuendum naturæ erranti* Paris. 1690. 4.

§. DCXCIX. *Johannes* Bernoulli.

Duorum fratrum junior, ſummus mathematicus, alter integralis calculi inventor, noſter annis 1728. & 1729. præceptor, medicus, ut tamen in mathematibus ſibi pene unice placeret. Cum Groningæ doceret, edidit diſputationem *de nutritione* 1699. 4. in *Tempe Helveticis* recuſam. In ea calculos ponit conſumtionis corporis humani, quæ fit per inſenſilem perſpirationem, & tempus definit, quo inquilinæ particulæ ejus corporis evaneſcunt novisque reparantur. Solidas particulas & ipſas reparari docet. Alimentum ad baſin fibrarum adponi, ita eas propelli & protruſione nutriri. De arteriæ cum vena conjunctione.

In *Act. Erud. Lipſ.* 1694. theoriam ſuam motus muſcularis adumbravit.

Idem anno 1697. 4. Baſileæ *de muſculorum motu* diſputavit, quam diſſertationem P. A. Michelotti cum ſuo de *ſeparatione liquidorum* opere Venet. 1722. 4.* recudi fecit. Neapoli etiam 1734. 4. & Haag. 1743. 4. recuderunt. Menſuram dat contractionis fibræ, quæ maxima ſit, & menſuram elevationis, quæ fit a veſiculis fibram conſtituentibus inflatis. Veſiculares fibras muſculi facit. Cauſam inflationis tribuit globulis a ſpiritibus perforatis, ut intus contentus aër erumpat.

Apologiam alias dicam, quam pro hac diſputatione Michelottus ſcripſit.

Non poteſt ab ea longe ſeparari Diſp. *de efferveſcentia & fermentatione*, quæ Baſilææ 1690. 4. excuſa, Neapoli 1734. 4. prodiit, & cum Michelotto Haag. 1743. 4. Hic enim theoria continetur, qua prior libellus nititur, efferveſcentiam nempe fieri ab acido, quod perrupto alcali aërem internum liberet.

§. DCC. *Diaria. Tranſ. Philoſ.*

N. 193. *Richardus* Waller formationem ſucceſſivam gerinorum perſecutus eſt.

N. 196. ejusdem aliqua ad anatomen muris majoris veſicula fellea deſtituti. Glandulæ ad penem adſidentes, veſiculæ ſeminales: vaſcula epididymidis evidentiſſima.

N. 211. Aliqua ad pſittaci anatomen. Larynx uterque. Roſtrum ſuperius cum cranio dearticulatum; duplex præter carnoſum ventriculum ingluvies.

N. 312. de ſurdis, qui ex motu labiorum ſenſa colloquentium percipiunt.

N. 350. accuratior anatome capitis pici; quam apud Meryum & Borellum.

N. 196. 198. *Edmundi* Halley, celebris phyſici & Aſtronomi, Tabula mortium & partuum Vratislavienſium. Hic primum 34000. hominum anni emortuales ex faſtis funereis excerpti, probabilitas futuræ vitæ expreſſa, annus definitus, quo quisque mortalis de vita decedit. Quæ omnia per nuperiores labores ad uſus humanos politicos & œconomicos ſunt perfecta.

In *Eph. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* X. ſ. 1691. *Martinus Johannes* Haesbart *obſ.* 75. anum & naturam clauſam recenſet.

J. Con-

J. Conradus MURALTUS J. F. Tigurinus Medicus, de lutræ masculæ anatome, *obs.* 112.

EJUS *Compendiosa naturalis hominis status historia* Pr. CH. L. WELSCH. Basileæ 1692. 4.

In addendis Tomi *Ephemeridum* hujus anni icon datur fetus difformis varie conquassati.

Et *Cosmi* BONOMO epistola de teredinibus humani corporis latine versa a J. LANZONO.

§. DCCI. *Clopton* HAVERS.

EJUS *osteologia nova, or some new observations of the bones &c.* London 1691. 8.* 1729. 8.* & latine Ulm. 1692. 8. in B. MANGET. Amsterd. 1731. 8. vertente SCHREIBERO. Quinque sermones partim anatomici argumenti, partim physiologici. L. I. Fabrica ossium; bene de periosteo, vasis nutritiis, laminis, cancellis. Pericranium a periosteo non esse diversum. L. II. de accretione hypothesis mirifica, quam derivat a succo viscido de arteriis secreto, per nervorum motum in gyrum acto, circa axin, ut vicinis partibus adhærescat. Solidas corporis partes non crescere. III. De medulla, secreta in vesiculis, quæ in lobulos congregantur. IV. De glandulis mucilaginosis, cum quibus nomen viri conservatum est, compositis, quas recenset, & simplicibus. Lienem mucum articularem secernere. V. De cartilaginum fabrica & potissimum costarum, quarum figuram in respiratione docet mutari, ut inspirantibus longiores fiant & planiores, exspirantibus curvæ magis & breviores. Recte exponit, ut costis extrorsum versis thoracis amplitudo augeatur.

IDEM edidit *Michaëlis* SPACHER & J. REMMELIN *anatomy of bodies of man and woman* cum suis emendationibus Londin. 1702. fol. GUNZ.

In *Phil. Trans.* n. 254. mirificam theoriam digestionis dedit. Cum enim vidisset carnem in pulpam solvi, si oleum vitrioli & terebinthinæ adfuderis, eo se abduci passus est, ut crederet salivæ quatuor glandulas, (nam NUCKIANAS numerat) duorum generum salivam adfundere, fere ut hi duo quos dixi liquores; eas duas salivas effervescere, sic carnem solvi.

§. DCCII. *Johannes* VIRIDET,

Medicus Morgiensis in Helvetia. EJ. *Tractatus novus medico-physicus de prima coctione, præcipueque de ventriculi fermento* Genev. 1691. 8.*; parum notus, sua tamen sibi propria experimenta habet. Pro digestionis equidem causis habet alcali ex succis arteriosis gastricis per glandulas secretum, cum acida saliva effervescens, neque probes, quod alcali volatile ab aere in sanguinem sorberi doceat, & famis esse causam Succi ventriculi natura. Experimenta vero sua profert peculiaria: plerasque glandulas humani corporis, & conglomeratas etiam potissimum, succum heliotropii rubro colore tingere, tum salivam omnium animalium etiam maxime. Totam officinam chylopoieseos persequitur. A bron-

chiis se in vesiculam aëream euntem ductum in multis piscibus vidisse. Hoc ipsum fere opus Gallice vertit auctor, & Paris. (potius Genevæ) recudi fecit cum titulo, *Traité des causes de la production du bon chyle, & de celles qui lui nuisent.* 1735. 12. 2.Vol.*

Pars prior potissimum huc facit. Salivam fermentationem ciere, argentum vivum exstinguere; subacidam esse: in succo ventriculi salem volatilem reperiri, & solutionem argenti vivi sublimati cum eo lactescere. Et tamen succum ventriculi animalium plerorumque acidum esse, etiam piscium. Non ab acido cibum coqui. Contra tritus vim. Acidum famem facere, & ab acidi cum volatilibus salibus fervore fieri coctionem ciborum. De vi coquente ventriculi. Acidum ventriculi etiam ab aëre esse.

§. DCCIII. *Franciscus de* HONUPHRIIS. *Alii.*

Medicus Romanus dedit Romæ 1691. 4.* libellum cui titulus est *Abortus bicorporeus monstrosus*, in Academia physico-mathematica examinatus Corpora duo, caput unicum semiduplex, cor simplex; quatuor arteriæ carotides, cerebrum unicum, cerebella duo. Dissecuerat HIPPOLYTUS MAGNANUS.

Richardi CARR *epistolæ medicinales, variis occasionibus conscriptæ* London 1691. 8.* In prima, vasa lymphatica cerebri sibi visa adfirmat, & vasa pariter lymphatica comitantia nervos olfactorios. In 16. agit de duabus puellis, quæ in Italia dicuntur sexum mutasse.

Pauli SPINDLER *observationum medicarum centuria, opera & cum scholiis Caroli* RAYGER Francof. 1691. 4.* Passim aliqua. Pulsus in duabus manubus sæpe dissentire, bonum alias in ægro brachio, vix percipiendum in brachio sano.

Conrad HORLACHER *methodus urinoscopiæ perfacilis & perspicua* Ulm. 1691. 12. PL.

Traité des mouches-à miel Paris 1691. 12. hactenus huc facit, quod agatur de cera, ut humore animali.

Carlo ERRARD *anatomia del corpo humano per uso ed intelligenza del dissegno* Rom. 1691. fol. ZOCHA.

Abbé NICASSE *les sirenes où discours sur leur forme & figure* Paris 1691. 4. BURE.

Traité de l'ame & de la connoissance des betes Amsterdam 1691. 12.

§. DCCIV. *Elias* CAMERARIUS.

EJUS an patris *Eliæ Rudolphi*, Disp. *de subsidiis pro arte medica ab antlia pneumatica petita* Tubing. 1691. 4.* Ad respirationis naturam, coloris sanguinis ab aëre originem, perspirationem insensibilem.

EJUSDEM *Dissertationes tres de naturali statu spirituum animalium &c.* Tiguri 1694. 8.

EJ. *Dissertationes Taurinenses epistolicæ medico-physicæ* Tubing. 1712. 8.* Principem Würtembergicum per Italiam peregrinantem comitatus, nova potissimum ejus regionis inventa expendit. Solebat in objectionibus sibi placere & dubiis. De monstris, eorum origine mechanica, fetuum in utero mora. Caoaverum in aëre tenui montis CENISII conservatio. De glandulis TERRANEI. De matris cum fetu commercio sanguineo. De lentis crystallinæ ad visum necessitate. De præparatis ceraceis NOUESII, & auris fabrica MISTICHELLIANA.

EJ. Sanguis per insolitas vias erumpens. E. N. C. *Vol.* II. *obs.* 155.

EJ. *Eclecticæ medicinæ & physicæ specimina quædam* Francofurti 1713. 4.* Difficultates & dubia contra theorias nuperorum, & contra BAGLIVII systema solidorum vi contractili nixum. Contra sedem animæ in corpore calloso. De somno, de adsociatione idearum: sed potissimum sex Diss. contra LEEUWENHOECKIUM, contra ejus dissectos pulices, contra theoriam generationis ex vermiculis, aërem in sanguine, mucum intestinorum pro musculo habitum, globulos sanguinis, squamas epidermidis, vasorum lacteorum cæcam originem, fibras lentis crystallinæ. In Diss. X. *de spiritibus & hypothesi* MORTONI, & XI. contra BAGLIVII fibram solidam & membranarum ex meningibus ortum disputat. Diss. XV. de controversia LEIBNIZII & STURMII circa naturam.

EJ. *Medicinæ conciliatricis conanima* Francof. 1714. 4.* Huc facit Physiologia ad BOHNII fere sensum, in qua laxatis vocum significationibus antiquas hypotheses cum novis satagit conciliare.

EJUSDEM *de modis motus animalis* Tubingæ 1716. 4.* Animam ipsam musculum movere.

EJUSD. *Systema cautelarum medicarum* Francof. 1721. 4.* Aliqua ad methodum studendi: & physiologiæ compendium.

EJ. *de generatione hominis ex verme* ib. 1723. 4.*

EJ. *de efficacia animi pathematum in negotio sanitatis & morborum* ib. 1725. 4.

EJ. *de circulatione sanguinis R. J. Andrea* GERSTLACHER, qui se auctorem vocat Tubingæ 1728. 4.*

EJ. *de ortu, progressu & occasu hominis* ib. 1731. 4.

EJUSDEM, jam depositi senis, *de humani corporis occulto ortu* ib. 1733. 4.* Sceptica.

§. DCCV. *Disputationes.*

Gottfried ICKART *de humani lactis natura & usu* Erford. 1691. 4.*

Abraham RADER *œconomia humana* Erford. 1691. 4. PL.

Frid. Bogislaus HILLIUS *de sero sanguinis, chylosi, ejusque morbis* Leidæ 1691. 4. HE.

Pillegrom HILLEMAN *de succo nerveo* Leid. 1691. 4.*

J. Christ. SCHULZE *de chiromantiæ vanitate* Regiomont. 1691. 4.*

J. Christoph. MOELLER *de melle* Jen. 1691. 4.

Thomas BURNET *de vomitu* Leid. 1691. 4.*

Martin van KUYL *circa hominis generationem & medicamenta ex vegetabilibus & animalibus illi dicandis* Utrecht 1691. 4.*

P. TIELENS *de urina* Leid. 1691. 4.

Joseph HALSY *de lympha* Utrecht. 1691. 4.*

Georg. OTHO *miranda imaginationis vis* Marpurg. 1691. 4.*

Petri Joh. BURETTE & *J. Maria* BERTHOLD; *Ergo ex sola partium structura corporis humani functiones* Parif. 1691.

Phil. Ign. SAVE & *Ph.* BOURDELIN *E. viventia ex ovo* Parif. 1691.

§. DCCVI. *Alexius* LITTRE.

Alexii LITTRE, celebris Academici, & *Lud. de* DRAGUEVILLE, Thefes *Non ergo ab acido humore fit alimentorum diffolutio* Parif. 1691.

EJUSDEM celeb. viri multa funt in *Commentariis Academiæ Scientiarum* excufa.

In *hist. Acad. Reg. Scient.* 1700. vomitum tamen a motu periftaltico inverfo fieri, contra DUVERNEYUM.

Hernia appendicis inteftini.

Ren petrificatus.

Foramen ovale apertum.

De partibus genitalibus virilibus. De proftatæ 12. peculiaribus lobis. De glandula, quam vocat anteproftatam, bulbo urethræ, glandulis febaceis glandis penis, glandulis COWPERI, quas COUPLETO tribuit, mufculo dilatatorio urethræ, lacerto ab acceleratore in præputium exeunte, in animalibus frequentiore.

Anno 1701. commentariorum circulum membranofum recte dicit pro valvulis venofis.

Deinde fubito mortuum dicit, in quo aorta duplo major, offeis fragmentis & ulceribus plena.

In *Mem. ejusd. anni* homo, qui foramen ovale apertum habuit, & arteriam pulmonalem quam aortam majorem; ipfum meatum a finiftris ampliorem, quam fabricam pro MERYO facere putat.

Ibid. pro ovis humanis. Vidit in homine & in animale corpora lutea, laceras rimas ovarii, per quas ovum exierat; ipfum in ovario integro minimum fetum; memorabilis utique libellus. Uterum mufculum effe reticulatum.

Glandulas hepatis manifeftas vidit. Monftrorum bonæ hiftoriæ. Membrana fetus tertia.

Urachus apertus, urina per umbilicum reddita.

Fetus acephali duo.

Fetus ore deftitutus.

Alius

Alius abſque galea cranii, cerebro & ſpinali medulla.

In *Comment.* anno 1702. membranas tres fetus oſtendit.

Æthiopum ſub epidermide reticulum nigrum non eſſe mucoſum, neque in aqua quidquam de eo ſolvi.

Memorabilis hiſtoria ſceleti fetus in tuba reperti.

Glandulæ renis humani.

Anno 1703. bonæ hiſtoriæ corporis lutei, in feminis viſi & cavi.

Anno 1704. de femina tubis cæcis, cum bis peperiſſet.

Idem poſt ſanguinis jacturas conſtanter ſe aërem in vaſis ſanguineis reperire.

Idem tubam ovario adplicatam & corpus luteum cum cicatrice vidit.

Idem glandulas ſinui falcis duræ membranæ cerebri adjectas dixit.

Aërem ex aſpera arteria in ventriculum cordis ſiniſtrum, non in dextrum tranſiiſſe.

Anno 1705., renis fabrica, glandulæ elementales, earum vaſcula, nervi, ductus excretorii.

EJ. Vagina ſepto diviſa & duo uteri.

EJ. Cerebrum per ictum ſubſidens.

Septulum uteri in puella bienni.

Hiſt. 1706. pericardium cordi adhærens.

In puerpera tuba infundibulo ſuo undique ad ovarium adnata, & magnum ovum amplexa, cui ſuus fuerit vaſculoſus calyx.

Ventriculus catellæ, qui in pectus transmigraverat.

Mem. de 1707. de glandula pituitaria, ſinu circulari eam ambeunte, cujus ſanguis eam adluat.

In *Hiſtoria* Infans rene unico.

Hiſt. de 1709. Ligamenta unius lateris uterum ad ſuam ſedem adtraxerunt.

Duo corda pulli.

Mem. de 1709. Fetus humani anatome, cui perbrevis funiculus, vena vero umbilicalis cavæ locum tenebat, & ſe in ſuperiorem venam cavam immittebat. Inteſtinum & ureter in hypogaſtrio apertus: teſtes in abdomine.

Hiſt. de 1710. Rectum inteſtinum pene in duas partes divulſum.

In *Memoires* de 1711. de glandulis COWPERI & in iis reſidente gonorrhœa.

Hiſt. ibid. Catellum ſubito occidit. In eo & lac in ventriculo coactum vidit, & aquam in pericardio.

Hiſt. de 1712. Cor abſque pericardio.

Hiſt. de 1713. Valvula inter aorticas trunco adpreſſa; hinc ventriculus ſiniſter ſanguine obrutus.

Mem.

Mem. de 1714. De aëre in vasis sanguineis viso, potissimum post majores sanguinis jacturas.

Mem. de 1715. Partus placentæ vesicularis. Vasa lactea crassorum intt.

Mem. de 1717. Contra clysteres nutritios, ob valvulam coli resistentem &c.

Ib. Fetus cyclops, cum duabus in uno oculo crystallinis lentibus.

Mem. de 1718. Describit linguam, palatum, uvulam; hujus musculum azygon; epiglottidis musculos levatores & depressores. Arcus duos faucium. Liquores per nares infusos facile in glottidem illabi, posse tamen in morbis faucium tentari. Icones non malæ additæ.

Hist. de 1719. De submersis. Noster reperit, habere in ventriculo aquam paucam cum spuma in pulmone, glottidem apertam, epiglottidem erectam. Deglutitionem describit. Negat in cadaveris ventriculum aquam venire.

Mem. de 1720. De mensibus. Esse in utero foramina, quæ dum menses fluunt, conspicua sint, aliis temporibus exigua. Ex solo utero menses venire. A plethora esse.

§. DCCVII. *J. Conrad* AMMANN,

Scaphusinus Medicus, sectæ cuidam addictus, quæ intercessit ne cathedram oblatam acceptaret. Ruri vixit & latuit. Primum ejus & celeberrimum opusculum fuit *Surdus loquens, dat is wiskonstige beschrywinge op wat wyze man doof geboorene sal konnen leeren spreeken* Haarlem 1692. 8.* latine versus; *S. loquens, s. dissertatio de loquela* Amsterd. 1702. 8. Leid. 1727. 8.* aucta & emendata. Germanice *der redende Taube &c.* Prenzlau 1747. 8.* Anglice London 1694. 8. Artem docendi surdos, ut distincte pronuntiarent, & ex motu labiorum orisque, colloquentium sensa perciperent, noster felicissime (*c*) exercuit, & candide docuit. Omnium etiam optime cujusque literæ formationem exposuit, & organa motusque definivit, per quos quæque nascatur. Vitia etiam pronuntiationis ad sua organa, organorumque certa vitia revocavit, & docuit reparare: Aureus undique libellus. In editione Germanica Cl. VENZKY notas addidit & WALLISIUM.

§ DCCVIII. *Pierre* BRISSEAU.

EJUS *Traité des mouvemens sympathiques, avec une explication de ceux qui arrivent dans l'affection hypochondriaque & hysterique* Monsp. 1692. 12. ASTRUC. Non legi. Suspicor non ejusdem esse auctoris omnes.

Sed celebris est *tr. de la cataracte & du glaucome.*

Primum anno 1705. hortante DODARTO prælegerat coram *Academia Regia Scientiarum* Diss. in qua ostendebat cataractam non membranam aliquam esse in humore

(*c*) Testimonium de virgine KOLAERT perfecte loqui docta dedit DECKER *Exerc.* p. 101. Bene oculis audientem & distincte loquentem vidit J. C. WOLF.

humore aqueo concretam, ſed ipſam veriſſimam lentem cryſtallinam, quæ vitioſe opaca ſit, quam ſententiam etiam GASSENDUS & ROHAULT a B. LASNIER chirurgo acceptam ſuis ſcriptis inſeruerant. Ea Diſſ cum titulo *nouvelles obſervations ſur la cataracte* prodiit Turnaci 1706. 8. Deinde altera Diſſ, *Suite des obſervations* Turnaci 1708. 12. ſecuta eſt. Denique *deuxiemes obſervations ſur la cataracte.* Tres autem conjunctæ prodierunt Pariſ. 1709. 12.*, præmiſſa deſcriptione oculi. In eo vir Cl. a veteribus & ſcholarum opinione receſſit, quod eæ vitium lentis cryſtallinæ glaucoma vocarent; cataractam, quæ acu deponitur, pro pellicula haberent, in humore aqueo ſubnata. Per cadaverum ergo inciſiones noſter reperit, quibus cataracta depoſita fuerat, iis lentem cryſtallinam opacam, loco ſuo motam, in angulo oculi marcidam latuiſſe: in cæcis etiam cum cataracta commortuis lentem eandem opacam repertam eſſe. In ipſa adminiſtratione artis ſuæ, cataractam perforari, & de loco detrudi. Octies in cadavere lentem opacam repertam fuiſſe, nunquam pelliculam. Varia ad anatomiam.

Troiſiemes obſervations ſur la cataracte & le glaucome ib. Contra ea, quæ *Antonius* MATTREIEAN dicebat accompagnemens, *Petiti* & *Auberti* teſtimonia producit, cataractæ in lente cryſtallina reſidentis. Glaucoma morbum eſſe corporis vitrei. Ad objectiones reſponſiones. Poſt cataractam depoſitam, convexi vitri neceſſitatem naſci a minori vi confringente vitrei corporis, quod cryſtallinæ lentis locum replet. Alia contra *Philippum de la* HIRE & *Alexium* LITTRE, qui membranaceam cataractam viderat, MERYUMque ſimile *Caroli de S.* YVES experimentum repetentem.

Obſervations faites par Mr. BRISSEAU, *Profeſſeur d'Anatomie & de Botanique a Douai* Douai 1716. 8.* Chirurgici potiſſimum argumenti ſunt. Præter curationes memorabiles vitiorum cerebri, & corollaria inde deducta phyſiologica. Huc pertinet obſ. 5. ſ. deſcriptio fetus monſtroſi, cui pro cerebro & medulla corpus erat informe. Obſ. 6. de capillis ex abdominis cavo eductis. Recuſæ ſunt cum PALFYNI anatome ex editione B. BOUDOU Paris 1734. 8.* Hæ certo ſunt junioris BRISSEAU.

§. DCCIX. *Varii.*

Richardi MORTON *pyretologia* Londin. 1692. 8. &c. Aliqua fundamenta ponit phyſiologica. Ex cerebro reliquas corporis animalis partes formari. Dari ſpiritus animales, a quorum vitio plurimi morbi naſcantur.

Proſperi MANDOSII *Romanorum ſcriptorum Centuriæ, Vol.* I. II. Rom. 1692. 4.* Habet etiam PANAROLUM, aliosque inciſores.

In J. CLERICI *ontologia & pneumatologia* aliqua huc faciunt, a. 1692. edita, ut mira felicitas memoriæ in homine, qui 500. nomina repeteret.

Salomon SPRANGER ἐνύδροβιοι. *ſ. ſub aquis viventes* Leipz. 1692. 12.* Ad explicandam miram illam hortulani Suecici hiſtoriam, qui 16. horis ſub aqua dicitur vixiſſe. Conjecturam adfert de aëre per cutis poros reſorbto. Alimentum ſpirituoſum ex aëre advenire. Recuſum eſt Dreſd. 1711. 8. cum SELIGMANNI *exercit. anatomicis.*

Petri BURGER, Candidatus Chirurgiæ, *oder Erörterung anatomischer Fragen* Hannov. 1692. 8. Laudat SCHULZIUS.

Georg. Albertus HAMBERGER, *G. Ehrhardi* pater, mathematum Professor, Diss. dedit Jen. 1692. 4. *de Deo ex inspectione cordis demonstrato* cum iconibus LOWERIANIS, recusam in fasciculo Diss. 1708. 4.* edito, cum quo exstat disputatio de opticis oculorum vitiis.

Mauritii v. REVERHORST, discipuli *Antonii* NUCK & Professoris inde Hagani, *de motu bilis circulari ejusque morbis* Leid. 1692. 4.*, recusa 8. absque anno, & 1696. 8.* Describit hepar, ejusque vasa lymphatica & in convexa facie depingit & in cava. Calculos init copiæ bilis, quæ in vivo cane secernitur, & ex ea copia deducit, multam bilis partem per vasa intestinalia resorberi.

EJ. *Solutionum apologeticarum Warneri* CHROUET *eversio* Leid. 1691 8. Laudat summam subtilitatem mercurialis injectionis, qualem præceptor NUCKIUS administrabat.

In POTTERI, archiepiscopi inde Cantuariensis, *archæologia* anno 1692. 8. edita, & recusa in GRONOVIANI *thesauri* T. XII. aliqua sunt de cadaveribus & de sepultura.

Abbé COMIERS *sur les geans* Paris 1692. . . .

Stephani CHAUVIN *Lexicon philosophicum* Roterdam. 1692. fol. sæpe recusum, etiam ad anatomen facit.

Letre sur une momie d'Egypte Paris 1692. 4.

Partus unicorporeus doiacaros Spilemberti editus 1692. a *Joh. Ludovico de* BARTOLIS *examinatus*, ad B. RAMAZZINUM: reperitur in *Galer. di Minerv.* VI. p. 277.

Catalogus rerum visendarum Lugduni in Batavi, in Anatomia publica Leidæ 1692. 4.

C. MARTINIZ *brevis explicatio novarum figurarum proportionum corporis humani & ejus anatomen concernentium*, Germ. & Latine, Francofurt. 1692. 8.

FURSTII *an* ZACH? *utilia & curiosa de vita sana & longa, de annis climactericis, de termino vitæ* Francof. 1692. 12.

§. DCCX. *Varii.*

Mathurin CASTANÆUS *de vigilia hominis* Hafn. 1692. 4.

H. Ph. ALBERTI & *Wichman* CORDES *de bilis natura & usu medico* Erford. 1692. 4. MOELLER.

Olai WING *de sudore ejusque speciebus* Upsal. 1692.

EJ. *de lacte* Upsal. 1696. 4.*

Frider. Ferdinand ILMER *de* WARTENBERG *de pancreate physiologice & pathologice considerato* Wien 1692. 4.*

EJ.

Ej. *de structura oculorum* Wien 1697. 4. BURKH.

C. WITTICHIUS *de catameniorum fluxu* Duisburg. 1692. 4.

Joh. de SWARDT *de distributione chyli* Utrecht. 1692. 4.*

Joh. WOLLASTON *de primis vitæ staminibus* Utrecht 1692. 4.*

Cl. BOURDELIN & *Amb. Nic.* CHEMINEAU *Ergo aqua functionum naturalium cum chymicis operibus comparatio* Paris. 1692.

Al. Petri MATTOT & *Gabr.* FRESSAN *Non ergo ingeniosi, qui facile lacrymantur* Paris. 1692.

§. DCCXI.

Memoires de Mathematique & de Physique anni 1692.

Prodierunt Parisiis fol. & recusa sunt in T. X. *Mem. avant* 1699.

In iis SEDILEAU & *de la* HIRE insectum ex gallarum vicinia describunt, quod Hesperidum malos infestat.

Guil. HOMBERG experimenta fecit in phosphoro.

IDEM in *hist. de l'Acad.* 1699. miram venerem libellarum describit.

Egit etiam de injectione anatomica, quæ aeris ope fit in vacua spatia irruentis, & amalgama plumbi stanni & bismuthi bono cum eventu inpulit.

In *hist. de l'Acad.* 1700. clyster cum spiritu vini inebriat.

In *Mem. de* 1704. Pulsationem venarum dixit, cum magnas arterias polypi obsiderent.

In *Mem. de* 1707. agit de araneis.

In *Mem. de* 1709. bilis analysis, de spiritu rufo & acido animalium.

Anat. 1711. anatomen dedit faecum alvi.

In *Mem. de* 1712. acidum salem & lixivum per suas notas destinctos secum habitare, absque effervescentia. Acidum animale confirmavit. Analysis lotii, lactis.

In *Journal des Savans* 1692. de puella narratur in puerum transformata, ut tamen per penem menses pateretur.

§. DCCXII. *Philippus* VERHEYEN,

Professor Lovaniensis, altero pede mancus, cæterum diligens homo, & in colligendo & hactenus in secando, compendium anatomicum classicum substituit BARTHOLINIANO, sæpissime recusum. Prima editio Lovaniensis est anni 1693. 4.* Brevis, simplex libellus cum aliqua physiologia; icones fere collectitiæ, parvæ, neque optimæ. In subtilioribus anatomes partibus, ut in nevrologia & angiologia pauperior; aliquanto ditior in visceribus.

In altera editione Bruxellis anno 1710. 4. 2. Vol. & 1726. 4. 2. Vol. edita *, multa in melius mutata sunt. Aliquas icones auctor proprias addidit, ad

 finis

ſinus pituitarios, pudendum muliebre, vaſa cordis ſanguinem exhalantia, os ſacrum, muſculos ſternocoſtales, infracoſtales, quos invenit, aut certe auxit. Vaſcula ex parte inferiore renis in ſpermatica euntia. Arteriæ bronchiales duæ, tres, m. chondrogloſſus, glandulæ vaginæ, rugæque ejus palmatæ. Aortæ icon non mala, ſic naſi cartilaginum. Ductus in felleam veſiculam ab hepate venientes, aliosque inter ductus hepaticos & veſiculam communicantes ductus deſcripſit. SYLVII hypotheſin per experimenta refutavit. Glandulas epiglottidis, & novam etiam inter arytænoideas poſitam glandulam, & ligamenta fibrasque epiglottidis dixit, animadverſiones meritus J. B. MORGAGNI: tum muſculum cricoepiglottidem. Neque negaverim VERHEYENIUM paſſim aliqua clanculum ex aliis eſſe imitatum, MORGAGNO, RUYSCHIO.

Prima editio Lipſiæ recuſa prodiit 1699. 8. 1705. 8. 1711. 8.* Belgice *Ontleedkondige beſchryving van het menſchen ligham* Bruſſel 1711. 8.

Cum editione anni 1710. prodiit *ſupplementum anatomicum*. Ejus duæ ſunt partes; phyſiologica prima, ſcriptorum VERHEYENII utiliſſimum, recti judicii, etſi non ſubtilis, cum propria analyſi chemica ſanguinis, bilis, ſeminis, urinæ, & cum numeroſis experimentis in vivis animalibus captis, potiſſimum etiam in ovibus imprægnatis, aliis ad reſpirationem pertinentibus. Medium ſeptum transverſum inter inſpirandum non deſcendere. Mediaſtino perforato, motum pulmonum ſupprimi. Thymi ſatis bona icon. Oculo gelato ad humores delineandos uſus eſt (*d*).

Altera pars tota verſatur in litibus cum MERYO agitatis, cum noſter ſententiam HARVEJI tueretur. Prodierat *lettre ecrite à un Chirurgien de Gand* Paris 1698. 12.* *& ſeconde lettre à un Anatomiſte de Gand* Paris 1698. 12.

Uterque liber recuſus eſt Neapoli 1717. 4. 2.Vol. Lipſ. 1731. 2.Vol. 8. Neapoli 1734. 4. 2.Vol. Supplementum ſolum Amſterdam 1731. 8.

In editione Genevenſi 1712. T. I. reperitur etiam VERHEYENII cenſura in BLANCARDI, etiam aliorum, errores: & epiſtola ad RUYSCHIUM, in qua paſſim ſe excuſat, & figuram aortæ magna cum cura aït a ſe delineatam fuiſſe.

In eadem editione Colonienſi, potius Genevenſi, anni 1712. 4. 2.Vol.* acceſſit libellus VIEUSSENII de uteri & placentæ fabrica, & MANGETI in VERHEYENIUM notæ.

Ej. ad *Wilh. Henrici* MULLER *Diſſ. de thymo reſponſio* Lovan. 1706. 4.* & in *ſelectis meis* T. II. Contra BIDLOUM, qui VERHEYENIANAM thymi deſcriptionem carpſerat. Pondera thymi in fetus inque adulto homine.

§. DCCXIII. *Herm.* BOERHAAVE.

Hermannus BOERHAAVE, vel BOERHAAVEN, uti in primis ſuis ſcriptis audit, communis Europæ ſub initia hujus ſeculi PRÆCEPTOR, idem & meus, vir animi magnitudine & benignitate admirabilis, in omnes pariter mortales benevolus,

(d) PALFYN *Anat. Chir.* II. p. 292.

lus, vere Christianus, ingratorum perinde patronus, eloquio valuit, brevique stylo & nitido, & rectitudine judicii, gnarus mathematum, artemque medicam per calidorum medicamentorum & alcalinorum amorem corruptam restituit. Neminem medicorum audivit præter DRELINCOURTIUM, qui sacris literis se devovisset, neque nisi casu aliquo, eoque hactenus involuntario, ad medicinam revocatus. Animalia ipse sibi secuit, Professores Leydenses homines secantes vidit, ipsum juvenem ALBINUM, ut sæpe vidi. Præparatas a RUYSCHIO corporis humani partes coram habuit, & meditatus est. Chemiam & microscopicas speculationes in seipso proprioque etiam oculo ad illustrandam physiologiam, & ad refutandos errores adhibuit, optimos libros legit; supra triginta annos Physiologiam docuit, cui suam pathologiam superstruxit. Vir in adfirmando modestus, in refutando parcissimus. Quare æternum ei amorem, & perennem gratitudinem me debere adgnosco, etsi non potui ubique cum summo viro sentire, quem MALPIGHII & BELLINI amor passim aliquantum a vero abduxerant, aut pleni & perfecti undique systematis studium. Ingenio & eruditione parem forte secula reddent, parem animum rediturum despero.

Primum præside *Wolferdo* SENGUERD disputavit *de mente humana* Leidæ 1687. 4.*, quam disputationem putes præsidis esse. Recusa est in HAYMANNI T. II.

Inde pro gradu Harderwici anno 1693. 4. disputavit *de utilitate explorandorum in ægris excrementorum, ut signorum, quam disputationem* Cl. BURTON recusam dedit London 1743. 8.* nescio quare nonnihil contractam: exstat etiam Francofurti 1742. 8. Leidæ 1742. 8. Ut urinæ contenta optime indageris, quiete, filtro, igne subjecto, aliisque artibus. De fæcibus etiam alvi, saliva, sudore, muco vario, bile, lacruma, sed brevius egit.

Disputat. lego dedisse inauguralem philosophicam *de distinctione mentis a corpore*, cujus annum ignoro; recusam in opusculorum editione Veneta 1757. 4.* Contra SPINOZAM.

EJ. *de usu ratiocinii mechanici in medicina oratio, cum tertii suæ stationis anni labores auspicaretur* (1702.) Leid. 1703. 8. 1709. 8.*, inque operum collectionibus. Corpus humanum machinam esse hydraulicam, & ad suos fines quamque corporis partem accurate fabricatam. Vasa minora & tenuiores recipientia humores hic primum dixit.

Institutiones medicæ in usus annuæ exercitationis domesticos digestæ Leid. 1708. 8.* 1713. 8.* 1720. 8.* 1727. 8.* 1734. 8.* 1746. 8.*; alibi sæpissime recusæ Paris. 1737. 8. Venet. 1757. 4.* &c. Gallice versæ a *Juliano* OFRAI. Germanice a *J. Petro* EBERHARD Hall. 1734. 8.* Belgice a C. LOVE 1745. 8. 1752. 8. Cum tabulis æneis recusæ Londini 1751. 4. alii 1741. 4. Arabice versæ, teste *Alberto* SCHULTENS, & sub novo prelo Constantinopolitano excusæ.

Hunc ad librum fere in omnibus universæ Europæ scholis multos per annos prælectum est. Perbrevis prima editio fuit, sequentes sensim auctiores, ultima anni 1727., post quam nihil accessit. Pars prima operis physiologica est,

eadem pro portione amplior; anatomicas descriptiones multo quam apud priores physiologos uberiores sumsit VIR ILL. ex VESALIO, EUSTACHIO, COWPERO, RUYSCHIO. A RAVIO dearticulationem maxillæ inferioris recepit, & novum mallei processum; a LEALE seminales ductus, & medium ocellum, & arteriarum seminalium cum venis patulam anastomosin; glandulosam viscerum fabricam a MALPIGHIO, cellulasque lienis; a COWPERO ductum thoracicum, a RUYSCHIO cellulosas aliquas telas. Quare cum non potuerit tot inter diversos labores corporum humanorum sufficientem numerum ipse incidere, factum est, ut subinde minus fidum ducem secutus erraverit. Causas cujusque functionis plures solebat conjungere, non ut vulgo sectarii, unicam, suppressis reliquis. Chemica sibi debuit; fermentationes, alcalinam & acidam humorum animalium naturam rejecit, archæosque. De motu cordis & musculorum hypotheses timide produxit, quas discipuli pro certis repetierunt. Vasorum in senibus exsiccationem accuratius constituit. Totum corpus animale vasis fieri, hæc fibris, in earum intervalla, abrasione facta, gelatinosum succum deponi. Decrementum tribuit vasis minoribus exsiccatis; hinc rigori in arteriis nato, quem denique cordis vires nequeant superare.

In *aphorismis de cognoscendis & curandis morbis*, qui Leidæ 1709. 8. 1715. 8.* & alias prodierunt, aliqua huc faciunt, ut hypothesis vasa majorum ex minoribus componi, & in membranas abire.

Oratio, qua repurgatæ medicinæ facilis asseritur simplicitas Leidæ 1709. 4.*: contra fermenta & hypotheses chemicas.

Sermo academicus de comparando certo in physicis Leid. 1715. 4.* per experimenta nempe & rerum ipsarum notitiam. Exemplum dat in anatome & physiologia pili, ad quam microscopium adhibuit. Sanguinis in rana circuitum & retrocessionem vidit.

Epistola de fabrica glandularum in corpore humano ad F. RUYSCHIUM Leidæ 1722. 4.* MALPIGHII sententiam tuetur & ornat; glandulas simplices, ex simplicibus compositas, conglobatas, conglomeratas describit, & per singulas corporis humani partes earum discrimina diversosque succos persequitur, exhalationem, oleum, sebum varium, mucum. Rationes pro MALPIGHIO colligit, a morbis, tuberculis, hydatidibus, animalculorum analogia: RUYSCHIANA argumenta convellit, a liquore colorato sumta, qui de arteriis in ductus excretorios transit.

Ad *Aloysii* LUISINI *de lue venerea collectionem* Leidæ 1728. fol.* excusam, *præfationem* edidit, seorsim etiam excusam Londini 1728. 8.* &c. Morbi sedem ponit in tela cellulosa, quam ea occasione describit.

Elementa Chemiæ Leid. 1732. 4.* 2.Vol. Sæpe recusum, princeps & perfectissimum summi viri opus est, cujus laudes alias dabimus. Huc autem potissimum analysis corporum & succorum animalium pertinet, lactis, urinæ, ovi, seri sanguinis, sanguinis, ossium: tum historia fermentationis & putrefactionis, quas actiones distinguit. Potissimum autem emendavit vulgo receptam opinio-

opinionem, esse in quoque liquore ea elementa, eosque sales, & ea olea, quæ vi ignis inde exprimantur, cum tamen in sani animalis humoribus neque acor sit, neque alcali, ne in urina quidem, cujus salem nativum describit.

In tanta fama viri factum est, ut prælectiones ejus a discipulis avidissime descriptæ, & a morte partim, tum etiam superstite viro summo passim sint excusæ. Primam culpam ipse deprecor, qui potissimum eo fine, ut ruituræ familiæ bibliopolæ subvenirem, passus sum me persuaderi, ut *prælectiones in institutiones rei medicæ* ederem, quales ipse descripseram ex ore PRÆCEPTORIS, collato bono codice Cl. FELDMANNI, alioque J. GESNERI. Eum laborem suscepi a morte BOERHAAVII, primusque tomus prodiit Göttingæ 1739. 8.*; ultimus 1744. 8.* Multæ sunt editiones; tres ad minimum Göttingenses. Leidensis anni 1758. 8.* Veneta ab anno 1742. ad 1745. 4. 2.Vol.* Turinensis ab anni 1742. ad 1745. 2.Vol. 4.* Neapolitana . . . . Sed etiam in Germania pars prodiit operis, duobus voluminibus, & Anglice versæ sunt Scholæ BOERHAAVII, Londini cum titulo *Academical lectures on the theory of physik* London 1742. 8.*, & Gallice nomen præmittente *Juliano* OFRAI *de la* METRIE Paris 1747. 12. 6.Vol.* Monet tamen SCHREIBERUS *Epist.* 280. Prælectiones annorum ab 1704. ad 1709. multo uberiores fuisse.

De meis hic non est dicendi locus. PRÆCEPTORIS sententiam fideliter, etsi forte non plene, literis consignavi; multa etiam in iis scholis reperias, quæ vir summus per nuperiores cogitationes perfecerat, aliquando etiam, ut fit, hypotheses aliquanto magis ornatas. Non puto alieni quid me admiscuisse quidquam, & repetito moneo, ne mihi tribuantur, quæ solius PRÆCEPTORIS sunt, eam enim injuriam passim expertus sum. Tironibus me profuturum speravi, qui brevissimo stilo institutionum absterriti, hic aliquanto fusius expositam summi viri sententiam percepturi essent.

De HAYMANNI labore dicendi locus erit, qui *institutiones* BOERHAAVIO cum suis commentariis recudi fecit.

In *aphorismos de cognoscendis & curandis morbis Prælectiones*, cum titulo *praxeos medicæ* prodierunt Trajecti 1728. 8. 1745. 8. 5.Vol.* alias etiam recusæ. Non quidem satis emendatus, cæterum copiosus codex est, quem non sine fructu legas, etiam ad physiologica.

In ILL. v. SWIETEN *commentariis* multa & utilia effata BOERHAAVII conservantur.

De methodo Studii medici prælectiones, Anglice 1719. 12. Latine 1726. 8. 1734. 8. 1744. 8. 1751. 8., omnino huc faciunt. Nam & Bibliotheca anatomica atque physiologica hic recensetur, & de solidis partibus humani corporis, deque ossium etiam potissimum fabrica peculiari cum cura agitur. Prælegerat de hac methodo PRÆCEPTOR anno 1710. Recusam & auctam dedi Amsterdam. 1751. 4.* Venet. 1753. 4.*

Prælectiones de morbis nervorum edidit *Jacobus van* EEMS Leid. 1761. 8. 2.Vol.* copiosissimum codicem, ab anno enim 1730. ad 1735. de his morbis

BOER-

BOERHAAVIUS prælegerat: & Cl. EEMSIUS codices J. HOVII, SWIETENII suumque conjunxit. Anatomen & physiologiam tradit cerebri, nervorumque. Omnes membranas sua vult habere vascula. De dura matre ejusque vasis & fibris; eam motum habere ab arteriis, lacertosque PACCHIONI vascula esse inania. Nervis sua esse tegumenta, ab utraque cerebri meninge nata. Ungues esse induratum reticulum MALPIGHII. De anima fuse, paulum sceptice, & tamen cum nimia nævis præstita fide. Viscera sensu carere. Videtur archæum quemdam sentientem & moventem ab anima rationali distinctum adgnoscere, quale quid in editis operibus nihil reperias.

De morbis oculorum. Vitiosissimum codicem nactus, ad eum prælectiones istas edidi anno 1709. dictatas (*e*) Göttingæ 1744. 8.* ; deinde ex aliis codicibus auctum & emendatum, multo D. *Christiani Ludovici* WILLICH labore, ibid. 1750. 8.* Multa hic PRÆCEPTOR de oculis & visione fusius dixit, quam in editis; ut de imaginibus oculo obversantibus & maculis, ubi sentias, *Philippi de la* HIRE opere PRÆCEPTOREM usum esse. De cataracta, quam in crystallina lente sedere noster ex primis recepit. Unicum punctum nos distincte videre. De visu presbytarum, myopum, utilitate telescopii & microscopii. Sæpe recusæ sunt hæ prælectiones Venet. 1748. 8* Paris. 1748. 8.* Gallice 1749. 12.* Germanice Noriberg. 1751. 8.* &c.

Tr. *de viribus medicamentorum* Anglice 1720. 8. Latine 1723. 1727. & emendatus opera *Benedicti* BOUDON editus Paris. 1726. 12. 1727. 12.* & Londini 1740. 8. curante J. MARTIN, tum Leidæ 1763. 8. Gallice vertente *de* VAUX Paris 1730. 12. 1738. 12. Belgice Leid. 1750. 8. Magna pars physiologiæ hic habetur, quæ ad elementa corporis spectat, fibram, membranam, vasa. Actionem medicamentorum mechanice, fere ad BELLINI sensum exponit, & acris in membranas vim. Prælegit annis 1711. 1712.

Præll. de lue venerea Prælectiones sunt anni 1729. editæ satis nuper Franeker 1751. 8.* Leid. 1751. 8. Lovan. 1752. 8. Venet. 1753., & Germanice cum amplis notis *Gottfried Henrici* BURGHART. Breslau 1753. 8.* Continent etiam partium genitalium descriptionem.

In libello *de calculo* Londini 1741. 8.* edito, quem recusum dedi Götting. 1744. 8.* urinæ sibi relictæ spontaneæ mutationes reperiuntur, primaque calculi in quieto lotio concrescentis rudimenta. Recusus est Paris. 1748. 12.* Anni est 1720.

Prælectiones de auditu 1713; & de cordis actione 1736. & 1737. nunquam prodierunt.

Epistolæ aliquæ ad C. MORTIMER cum vita viri Anglice editæ prodierunt, & cum elogio MATYI.

Passim collectiones operum BOERHAAVIANORUM prodierunt. Orationes Leid. 1730. 4. CHIV. *Opuscula omnia* Haag. 1738. 4. 1748. 4.*, quibus orationes continentur, de glandularum fabrica epistola, & præfatio ad LUISINUM. *Opera*

(e) Manifesto, cum biennio prius dicat ANTONII librum prodisse.

Opera omnia medica 1725. 4. 1743. 4., deinde Venet. 1742. 4. 1751. 4. 1757. 4.*, in quibus Institutiones, orationes, de fabrica glandularum, præfatio ad aphrodisiacum, disputatio de excrementis inspiciendis, & l. de calculo.

Multum vir ILL. contulit ad servandas posthumas SWAMMERDAMII schedas, quas suo sumtu redemit: ad editionem VESALIANORUM operum, Leidæ 1725. fol.*; ad alia utilia opera recudenda.

Vita ejus multiplex exstat, in commentariis quidem Academiæ Scientiarum Gallicis anni 1738; deinde *oratio funebris Alberti* SCHULTENS eodem anno Leidæ 4.* excusa, quorum elogiorum utrumque Londini 1749. 8.* prodiit.

Inde justo volumine a *Joh.* BURTON *An account of the life and writings of Herman* BOERHAAVE London 1749. 8.* Deest pragmatica historia inventorum; usus est auctor *Alberti* SCHULTENS elogio.

Demum Cl. MATY edidit *Essai sur le caractere du grand medecin, ou eloge critique de H.* BOERHAAVE Cologne 1747. 8.* Candidum elogium animi & ingenii BOERHAAVIANI. Est etiam JONCOURTI in *Encyclopædia*.

§. DCCXIV. *Archibaldus* PITCAIRN,

Scotus Aberdeeniensis, vulgo PITCARNE, acris homo & confidens, jatromathematicus, *Jacobo* II. addictissimus, aliquamdiu Leidæ, deinde Edimburgi Professor.

EJ. Diss. *de circulatione sanguinis in animalibus genitis & non genitis R. Georgio* HEPBURNE, prodiit Leidæ 1693 4. OBS. recusa in *opusculis*. In arteriis minimis, potius quam in venis, obstructiones fieri. Ab opio calorem nasci & humores rarescere. Aortam esse apicem coni, cujus basis sit in minimis ramis, hinc sanguinis celeritatem frangi, ut a corde recedit.

EJ. Diss. *de motu sanguinis per minima.* Eodem respondente Leid. 1693. 4.* Contra secretionem per fermenta, & contra poros CARTESIANOS.

Reliquarum disputationum medicarum primas editiones non possideo, quæ conjunctæ Edimburgi prodierunt 1713. 4.*

Prodiit autem Leidæ 1693. 4. Diss. *de caussis diversæ molis, qua fluit sanguis per pulmones in natis & non natis.* Ad problema, ut vulgo vocant, HARVEIANUM. Aërem elasticum sanguini non admisceri, quam sententiam a PITCARNIO BOERHAAVIUS accepit. Inflatos pulmones sanguinis transitui se offerre faciliores. Quare eo adjumento sublato, in fetu, qui respiravit, porro pulmonem sanguini esse immeabilem.

Diss. *de motu quo cibi in ventriculo rediguntur in formam sanguini reficiendo idoneam* Leid. 1693. 4 & in collectione. Hic celebres illi calculi reperiuntur, quibus positis immensa vis ventriculi invenitur, accepto nempe tamquam certo fundamento, vim ventriculi esse ad vim flexoris pollicis, ut sunt utriusque musculi pondera. Quare tritu cibos in ventriculo dissolvi.

Diss. *de curatione febrium, quæ per evacuationem instituitur* Edinburg. 1695. 4. & in collectione. Iterum contra fermenta. De perspiratione: decuplo esse majorem functione ventrali. Intra minutum horæ primum perspirare per villum unius scrupuli partem grani sexagesimam.

Solutio problematis de inventoribus Leid. 1693. & prius Edinburgi 1688. ut lego. HARVEJUM omnino verum esse circuitus sanguinis inventorem, qui primus ejus circuitus demonstrationem dederit.

De opera, quam præstant corpora acida vel alcalica in curatione morborum. Non dari in sanguine fermentum, neque acidum, neque alcali.

Eorum etiam, qui sequuntur libelli, primos annos ignoro, *Theoria morborum oculi.* Aliqua ad visionem. Non posse nos videre corpuscula, quæ retinæ nimis vicina sint, ut sunt vitia humoris aquei.

Observationes quædam de fluxu menstruo. Arterias feminarum hypogastricas ampliores esse, quam sint in viris, & minus resistere.

BOERII epistolam alias dicemus.

In Diss. *de legibus historiæ naturalis*, auctor in G. COKBURNE invehitur, BELLINI exscriptorem, suumque. Aliqua addit de temperamentis, quæ vult unice a sanguinis quantitate oriri.

Addita est hæc Diss. iis, quæ in Edimburgensi collectione exstant, in editione opusculorum medicorum tertia Roterdam 1714. 4.*

EJUSD. *Elementa medicinæ physico-mathematica* Londin. 1717. 8.*: s. theoria, quæ physiologiam continet, methodo mathematica scriptam, per postulata, definitiones (sæpe non bonas, neque enim humidum radicale veterum sanguis est circulans), & propositiones. Physiologia perbrevis est. Calorem sanguinis esse rectangulum ex vicinitate cordis in velocitatem ductum, cum tamen inter causas caloris indubie etiam aliæ sint, quæ in ejus humoris indole, potius quam in velocitate latent. Et in universum ex geometrarum consuetudine vir Cl. nimium simplices fecit rerum notiones, hinc incompletas. Aliqua experimenta mutationum, quæ in sanguine aut arterioso, aut venoso, nascuntur ex variis succis adfusis, sic in sero. Respirationis effectum esse comminutionem sanguinis. Contra pulsum celerem & tardum, quos male negat, sæpe a me visos in moribundo animale. Experimentum BELLINI in nervo phrenico factum, & ipsum nimis ornatum. Superficies ossium esse concentricas membranas sibi impositas, hoc ante HAMELIUM. Iterum corpuscula in humore aqueo natantia nullum sensum imaginum animæ imprimere.

Hæc elementa repetita sunt Leidæ 1717. 4. Anglice Lond. 1718. 8. MARSH.

Opera omnia PITCARNII Leidæ 1737. 4. Venet. 1740. 4. Multa poetica admista.

§. DCCXV. *Varii.*

Salomon van RUSTING *nieuwe Veldmedicyne en Chirurgie* Amsterd. 1693. 8. B. BOEHM.

Ej. *Nieuw gebouw der geneeskonst gegrondet op reden en ervarenheit* Amsterdam 1706. 8.* Carpit ubique CARTESIANOS; ipse fere omnia ad abundantiam ignis, aut defectum, liberumque, aut obstructum commeatum reducit. Agit de chylificatione, de incremento partium &c.

J. v. WYCK *lessen tot de ontleed konst* Utrecht 1693. 4. non vidi.

Ej. *Proewen der reedelyke heelkonst* Amsterdam 1732. 8.* Compendium anatomicum, in quo vix quidquam proprii. An idem auctor?

In l. *van peesgezwellen* aliqua sunt de strangulatis & suffocatis.

J. Helfric. JUNGKEN, Medici Francofurtensis, *fundamenta medicinæ modernæ eclecticæ, ex celeberrimis medicis neotericis* Noriberg. 1693. 8. Francof. 1718. 8.

Ej. *Kurzer Anhang, bestehend in einigen anatomischen Fragen &c.* Nürnberg 1700. 8.* Compendium est anatomicum collectitium cum iconibus. TILINGIUM *de renibus* suo cum nomine edidit Francof. 1709. 12.

Jacobi le MORT, Prof. Leidensis, Chemici, *Idea actionis corporum præsertim circa fermentationem* Leid. 1693. 12.

Ej. *Chemiæ utilitas in theoria medica* Leid. 1696. 4.

Ej. *Novantiqua fundamenta theoriæ medicæ* Leid. 1700. 8.* Contra mechanicos & jatromathematicos. Negat in corde effervescentiam. Salivam tamen & succum pancreaticum acore donat. Semen femininum instar fermenti esse, quod semen virile excitet & vivificet. Compendium adeo physiologicum.

In *Chymia rationali* acorem urinæ tuetur.

J. Baptist CALLARD *de la* DUQUERIE *Lexicon medicum etymologicum* Paris. 1693. 12. 1714.

J. D. THOM *collectanea chymica curiosa, quæ rerum naturalium anatomiam continent ex R. animali* Francof. 1693. 4.

In *collectaneis chymicis Leydensibus Maetsianis a Theod.* MUYKENS Leid. 1693. 8.* editis, methodus balsamo condiendi traditur, tum analysis bilis.

Introductio ad universam medicinam hodiernam Lundin. Scan. 1693. 8. an forte DOEBELII.

Sonderbares Wunder über der Neudorfische Mißgeburt Dresden 1693. 4. B. BOEHMER.

Carl Fr. LOCHNER *Betrachtung des seltenen Alters des Menschen* Bremen 1693. 8.

L'ancienne Medecine à la mode où le sentiment uniforme d'Hippocrate & de Galen sur les acides & les alcalis Paris 1693. 12.

SEMPRONII GRACCHI (MANITII Dresdensis Medici,) *Medicus hujus seculi s. herma* Dresdæ 1693. 8.* Continet etiam Bibliothecam Medicam, sed cujus pars physiologica brevissima sit, nostroque seculo inutilis.

§. DCCXVI. *Varii.*

Caroli DRELINCOURT, *Caroli* F., *de lienosis* Leid. 1693. 4.* 1711. 8. & cum operibus paternis. Collectio ex innumeris scriptoribus. Lienem servire diluendo sanguini venæ portarum, qui nulla lympha ei admista diluatur.

In *epimetris* laudantur veterum inventa anatomica, potissimum circuitus sanguinis.

Editioni 1711. additus est BELLINI liber *de respiratione*.

Joh. LOQUET *de arteria hepatica* Leid. 1693. 4.* & in *meis selectis* Tom. VI. Negat arteriam hepaticam sui visceris parenchyma adire: ejus vero ramos ad capsulam GLISSONII, venas, ductus biliarios euntes sollicite describit. In poro bilario bovis fibras vidit musculares. Ductus bubulos peculiares vidit. Vasa lymphatica per venam portarum replevit.

Hermanni Oosterdyck SCHACHT, Professoris postea Leidensis, Diss. *de sensibus internis memoria & imaginatione* Leid. 1693. 4.

Philipp. v. VELTHUYZEN *de spiritibus animalibus eorumque effectis in genere* Leid. 1693. 4.*

E. FREMERY *de facultatibus in genere, & in specie de facultate naturali* Leid. 1693.

Lotharii ZUMBACH *de sudore & sudoriferis* Leid. 1693. 4.

Henrici SPOOR *de homine* Utrecht 1693. 4.*

Henrici CANTERS *de saliva* Utrecht 1693. 4.*

J. Philipp v. STRAELEN *de formatione humorum in corpore humano* Utrecht 1693. 4.*

Theodori v. OVERMEER *de vita fetus in utero* Utrecht 1693. 4.*

J. Christian KELLER *de visu* Lipsiæ 1693. 4. B. BOEHMER.

J. Tob. HENRICI *errores Chiromantarum* Lips. 1693. 4. PL.

J. Henr. HERLIN *de remediis sudoriferis & sudore* Lips. 1693. 4.

J. Paul. HEBENSTREIT & PRANGE *de locustis immenso agmine aërem nostrum replentibus* Jen. 1693. 4.* Cum aliqua anatome.

J. Philipp. TREUNER *phænomena locustarum* Jen. 1693. 4.* Propria neque rudis anatome cum iconibus: de vagina & oviductu, illa pro partu, hoc pro ovis ponendis, tum utero & ovario.

J. Christoph. KIESEWETTER *de gigantibus, de indole & habitu corporis* Jenæ 1693 4.

Altera Disp. *de gigantibus* ib. 1694.

Christ. WILDVOGEL *de jure embryonum von ungebohrner Kinder Rechte* Jen. 1693. 4.

J. Henr.

J. Henr. MEYER *de serto virginum* Lipsiæ 1693. 4. 1713. 4.*

Georg Henrich HÆBERLIN *de generatione plantarum & animalium* Tubingæ 1693. 12.

J. Henric. STÆHELIN *de ossibus & eorum morbis* Basil. 1693. 4.

Jeremiæ ARNOLDI *de motu thoracis cum diaphragmate mixto* Erford. 1693. 4.

Christoph. LAME *de memoria*, præs. C. BARTHOLIN. Hafn. 1693.

Claudii BURLET & *J.* GELLY *E. interioris corporis humani infida cognitio ex anatome* Paris. 1693.

§. DCCXVII. *Franciscus* POUPART.

Locusta pulicem describit in *Journal des Savans* 1693., quod animal aërem cum sacco intestinali intritum per anum expellit.

Ib. descriptio cornuum limacis, quæ humorem adtrahant.

In eodem Diario 1694. egit de motu progressivo limacis aquatici, ejusdemque natatu, postquam aërem recepit, & valvulæ ope retinuit.

EJ. ib. de limacis partibus genitalibus, utero, testa, deferente ductu.

A. 1695. de miro & amplissimo saltu vermiculi acari.

Ib. 1696. in hydrocantharo glandula utrinque adsidens intestino recto. Uterum etiam & clitoridem se putat vidisse. Ventriculum ejusque motum describit.

A. 1697. hirudinis anatome, repetita in *Phil. Transf.* n. 233. Multa valde subtilia. Medulla spinalis, quam nervum vocat; sexus androgynus; penis inanis; testis, ovaria; valvula in intestino; vasa adiposa flava.

A. 1698. de verme cincto bullis aqueis, ejusque intestino, duabusque maximis arteriis aëreis.

In *hist. de l'Acad.* 1699. cellulosam naturam plumarum describit, vasis plenam sanguineis.

Idem succum osseum ex vertebris centenarii senis effusum vidit.

In *Phil. Transf.* n. 266. de libellarum musculis.

In *Mem. de l'Acad. des Sciences* 1700. puella rene unico.

Anno 1704. Formicaleonis historia naturalis.

Anno 1705. Locusta pulex.

Ligamentum FALLOPII pro re nova.

Mem. de 1706. Aliqua ad anatomen mytuli, ejus tubulum aquisugum, musculos aliquos.

EJUS opus esse *Chirurgie complete* Haag. 1695. 12. editum, quam pro opere le CLERC habui, nunc didici ex Cl. PORTAL. Bonam continet anatomen baseos cranii, viarumque nervearum, quibus terebratur.

§. DCCXVIII. *Phil. Trunſ.* 1693. 1694.

N. 202. Paschall De partuum, mortis, & paroxyſmorum febrilium cum maris æſtu conſenſu. Ita eos paroxyſmos ſævire putat cum æſtu, mortes & partus cum maris receſſione.

N. 206. J. Clayton aliqua habet de avium voce & cantu: utrumque tympanum communicare; nullam habere cochleam. Talpæ aurem non diſſimilem eſſe auris avium.

N. 210. Owen Lloyd de phyſiognomia ſermo.

In *Mem. de l'Acad. des Sciences* 1694. exemplum exſtat vaſorum totius corporis cruſta intus obductorum, ut pene cæca eſſent.

In *Eph. Nat. Cur. Dec.* III. *ann.* I. *obſ.* 74. *Marcus* Gerbesius egit de rubore in fetu, ut putat, ex terrore matris nato.

Dec. III. *ann.* V. VI. *obſ.* 138. Ovum ſemilunare.

Ann. IX. X. *obſ.* 199. Lien abſque malo exciſus.

Obſ. 223. Cor præmagnum.

Sylveſtris Samuel Anhorn, San Gallenſis, *obſ.* 8. Menſes ex vulnera ſcarifato.

Chriſtian Schuchmann *obſ.* 104. Pulmonem fetus merſum fuiſſe, qui certo vixerit.

J. Jacobi Franc. Vicarii, Profeſſoris Friburgenſis in Briſgoja, *obſ.* 109. de ſudore cruento.

Ann. II. *obſ.* 3. *Pyrrhi Mariæ* Gabrielis Senenſis oſſa emollita.

Ejusd. in *Galer. di Minerva* T. III. exſtat Diſſ. de phoſphoro urinoſo.

J. Georg. Joſeph. Schwaller, Solodurenſis, E. N. C. *Dec.* III. *ann.* I. *obſ.* 175. quinquegemini.

§. DCCXIX. *J. v.* Hoorn.

Joh. van Hoorn, diverſiſſimi ab illo Leidenſi anatomico viri, Archiatri Regii Suecici, *Siphra & pua* Stockholm 1693. 8. 1719. 8. Germanice Lipſiæ 1726. 8.* 1743. 8.* Belgice aucta a *Gerardo ten* Haaff Amſterd. 1753. 8. Liber obſtetricius cum brevi partium genitalium, graviditatis & partus hiſtoria. De oris uteri poſt conceptum deſcenſu.

Ej. *Anatomes publicæ anni* 1705. *prælectiones* Upſal. 1709. 8.* De organis genitalibus & fetu. Bonas habet inciſiones & matrum & fetuum. Partum tribuit incipienti placentæ & fetus putredini. Robergius editor aliqua adjecit, & vita auctoris cum meo exemplo reperitur. Uteri in parturiente media craſſities.

Alium titulum reperio in Heisteriano catalogo *omnipotentis mirabilia circa generationem humanam* Upſal. 1709. 8.

Ejusd. *Bref wharuti underſökes huruwyda man utaf Lungans ſiunkande eller flyttande i watnet kan met ſäkerhet döma: det barnet wharaf lungan tages är dödt födt*

fódt eller lefwande i dags liuset kommet Stockholm 1718. 8.* Dubius hic est Hornius; viderat quidem nonnunquam vitalis fetus pulmonem mergi, non tamen certus erat pulmonem non vitalem certo & semper fundum petere.

Ej. *Det andra bref wharuti det uti förra Brefwet oufgiördet twifwels målet om corruption kan komma ett döfödt barns lunga at flytta aldeles förkastas* Stockholm 1720. 8.* Per experimenta nunc de omni dubio se expedivit. Pulmones infantum, qui nunquam vixerant, putredini exposuit, & nunquam reperit natasse. Quare definit, natationem rectum indicium esse fetus vivi editi. Explicat, cur homo vivus in aqua natet, mortuus subsideat, cadaver vero in aquam projectum denuo enatet: ab aqua nempe deglutita & corpus replente viva corpora subsidere, a putredine vero enatare, quæ aquam expellat. Mortuum hominem natare, quod aquam non deglutiat.

§. DCCXX. *J. Jacob* Scheuchzer.

J. Jac. Scheuchzer sub *J. Christophoro* Sturm disputavit *de presbytis & myopibus* Altdorf. 1693. 4.* Historiam presbyopum ex antiquis habet.

In *Vol.* IV. Anatome melis & glandulæ ad anum.

Ej. *Surdus loquens* Traject. 1694. 4.* Se vidisse, qui audiret voces super suum verticem prolatas.

Ej. *Epistola ad J. Fr.* Leopold *de cerva cornuta* Basil. 1700. 4.

Ej. *Homo diluvii testis & θεοσκοπος* Tiguri 1726. 4. Sceleton humanam in lapide fossili expressam recenset, & ostendit, per sua signa, hominis esse. De eodem in *Phil. Transf.* n. 392. Nuper dubitatur num fuerit hominis.

Idem in *Physica sacra* passim anatomica admiscet, ut cordis, auris, oculi anatomen & physiologiam. Intercedunt aliqua propria.

In *Phil. Transf.* n. 395. Marmotæ dat anatomen: cæcum intestinum peramplum; valvula anularis retrocessum sustinens; valvulæ conniventes. Myologia animalis, tum in Buchneri *misc.* 1728.

In *Bresl. Samml.* 1726. P. I. p. 203. Larynx colymbi describitur, & valvula palati, quæ retrogressum impedit.

p. 585. Vesicula fellea in bove duplex.

Act. Nat. Cur. Vol. III. *obs.* 41. de inedia Krazeriæ, credulus.

Obs. 43. Melis anatome, etiam musculi, & saccus unguinosus.

§. DCCXXI. *Bernardus O.* Connor.

Ita vocatur in *Journal des Savans* 1693. ubi sceleton deformem describit, & ancyloticam, cujus omnia ossa conferbuerant.

Inter dissertationes medico-physicas eadem observatio accuratior redit, cum titulo *de stupendo ossium coalitu* Oxon. 1695. 8. tum in *Phil. Transf.* n. 215.

Ej.

Ej. *Evangelium medici, s. de suspensis naturæ legibus* Londini 1697. 8.* Amsterdam 1699. 8.* &c. De miraculis alias. De generatione. Esse staminis humani ex ovo, factam per fermentum genitale, meram evolutionem, ut homo perfectus increscat, nulla parte aut a mare accedente, aut a femina, neque solidas corporis animalis partes mutari. Ut resurrectio physice explicetur; ut novum corpus solo constet corde & cerebro. Animam non facit corpoream, & harmoniam præstabilitam omnino qualem Leibnizius. De puero in Polonia reperto, cui nulla fuerit prioris vitæ memoria. Neque adeo animam perpetuo cogitare.

Potissimum facit ad nos tentamen epistolicum *de secretione animali.* Glandulam veram, simplicem, cavam describit. Diversos in diversis organis humores secerni, quod a primordiis rerum diversi humores a DEO cuique visceri sint instillati, ad quos soli humores congeneres adtrahantur, exemplo filtri oleo tincti, quod aquam respuat, solum oleum admittat. Nervos ostia secretoria stringere; ne alii, præter solitos, humores in glandulam penetrent. Contra admistos spiritus.

Nova œconomia animalis. Tabula brevissima.

In *hist. of Poland* T. I. Lond. 1698. 8.* redit breve Physiologiæ compendium.

§. DCCXXII. *Guilielmus* Cowper.

Celebris chirurgus & anatomicus Londinensis, peritus in vasis replendis, inque incidendis corporibus, etiam in anatome comparata exercitatus, bonis usus delineatoribus, bonus ipse delineator, splendidorum auctor operum. Vasa lactea & lymphatica argento vivo replebat, bronchia bismutho.

Ej. *Myotomia reformata, or a new administration of all the muscles of human bodies* London 1694. 8.* Etsi cum nupera Albini industria Cowperi labores non compares, & icones hujus operis aliquid habeant obscuri, passim tamen priores superavit, tum quod humana ad corpora omnia descripserit & depinxerit, tum quod pluscula primum inventis addiderit, vel renovata, ut rectum lateralem capitis musculum, lineam pharyngis mediam, bicipitis novum tendinem, aliqua in faciei musculis; aliave quæ fere nova, ut rectum anticum minorem capitis musculum, depressorem labii superioris, elevatorem labii inferioris, interspinales colli. Ossiculum in musculo stapideo dixit, inventum a D. Adair. Adjecit descriptionem penis, cum vasis lymphaticis, vena valvulosa, corpore cavernoso urethræ, ejusque bulbo. Fasciculus a sphinctere in acceleratorem. Vasa lymphatica docuit per arterias rubras repleri, tum cellulas adiposas.

Ejusd. *The anatomy of humane bodies* Oxon. 1697. fol. Leid. 1737. fol.* Utrecht 1750. fol. curante Radulpho Schomberg. Bidloi sunt tabulæ, quas Anglicus bibliopola a Belgis redemerat, alia addita expositione: deinde supplemento auctæ.

Tabulis

Tabulis quidem COWPERUS aliquas literas male omiſſas adjecit, expoſitionem auxit, & anatomicis adnotationibus & chirurgicis. Splenium colli deſcribit; trapezii carnem ab angulo ſcapulæ natam, originem humeralem muſculi flexoris pollicis. Trachelo-maſtoideum M. non ignoravit, etſi non ſeparat. Vaſa lymphatica thymi. Capſulas renales aëre per venas replevit. Ureterem ad tranſitum ante vaſa cruralia anguſtiorem eſſe docuit. Capſularum GLISSONII dignitatem minuit. Ductus hepatico-cyſticos humanos rejecit. Sanguinem lienalem ſero abundare ſenſit. In ſceletis curavit, ut oſſium aſperitates exprimerentur. De hiatu, per quem fumus de tympano per aurem exit, & quem putat eſſe in anulo.

In *ſupplemento* introductio reperitur phyſiologiæ, potiſſimum etiam ad deglutitionem ſpectans; tum tabulæ quas COWPERUS pro RIDLEYO curaverat, ſuo loco dicendæ, figuræ porro myotomiæ reformatæ: & aliæ pluſculæ, quarum pleræque non ſatis definitos habent limites. Tabula aortæ arteriæ melior redit in *Jacobi* DRAKE opere, propria tamen aliqua habet, ut magnum arcum arteriæ meſocolicæ ſuperioris cum inferiori, anfractum ſub cranio caroticum. Porro ductum thoracicum ex tribus magnis vaſis natum depingit, glandulas maxillares & ſublinguales recte cum ductu Whartoni: laryngem bene, cum muſculis aſperæ arteriæ. In fele anaſtomoſis inter arterias & venas meſenterii dixit. Vaſa placentæ cum uteri vaſis communicare.

Conqueſtus eſt de tabularum ſuarum abuſu, neque immerito BIDLOUS. COWPERUS reſpondet in *Euchariſtia*, quam adjecit *Glandularum quarumdam nuper detectarum, ductuumque earum excretoriorum deſcriptioni* Londin. 1702. 4.* (Euchariſtiæ annus præfigitur 1701.) Non recte negat. BIDLOUM harum tabularum auctorem eſſe, eaſque SWAMMERDAMIO tribuit, qui nihil ſimile molitus erat. Deinde ſuas tabularum expoſitiones defendit, & errorum a BIDLOO commiſſorum dat catalogum.

Glandulæ novæ COWPERI duæ ſunt, quæ in brutis animalibus dudum innotuerant, in homine parcius, tum tertia anterior, quam recentior induſtria non confirmavit. Penis venam, urinæ exitum, tumores uretericos, oculos gallinaginis etiam depictos dedit. Rima capitis gallinaginis.

Denique a morte viri prodiit, curante *Richardo* MEAD, *myotomia reformata with an introduction concerning muſcular motion* London 1724. fol.* Splendidiſſima editio operis prioris paulum aucta, ſed plurimis etiam ſuperfluis ornamentis & neglectis muſculorum figuris decorata. Tabulæ quidem ad naturam, & humanam naturam, delineatæ, ſed minus definito muſculorum ambitu, neque adhæſione ad oſſa accurate expreſſa; & ſinguli vero muſculi hic delineati reperiuntur, & integra corpora vario in ſitu muſculis ſuis ad greſſum, ad ictum nitentia. Parum vero novi hic reperias, nitidas tamen tabulas cordis, detruſorem, ut vocat, urinæ, ſ. muſculoſam ejus ſacci tunicam, ſphincteris ani productionem cutaneam, transverſos urethræ muſculos, faciei

 muſcu-

musculos multo quam prius rectius, biventrem maxillæ, cum ejus ad os hyoides tendine, processum RAVIANUM, trochleam musculi interni mallei, musculos pharyngis plerosque, tum palati, pulchre: tendinem latum diaphragmatis, fibras & valvulas cordis, valvulam EUSTACHII, musculos intertransversales, musculos longos dorsi.

De PEMBERTONI *introductione* alias.

Quæ *Jacobo* DRAKE noster tribuit ea dicemus.

In *Phil. Transf.* n. 220. agit de chylificatione fere ut in Introductione.

N. 251. Animadvertit in Chirurgi DUPRE novos musculos cervicis & capitis.

In n. 252. dum suturam tendinis Achillis describit, satis ostendit, sensu destitui.

N. 258. De suis glandulis, quas proprii laboris dixit opus.

N. 270. Vasa arteriosa & venosa pulmonis cera repleta, illa majora.

N. 280. Fuse de vasis corporis humani, arteria splenica curva, vasis spermaticis prælongis, circuitu sanguinis microscopio viso, globulorum rubrorum mutatione in figuras ovales, arteria carotide & vertebrali dilatatis, valvula EUSTACHIANA. Anatomen dat didelphidis.

N. 285. Circulationem sanguinis in ranæ pede visam describit, & in pulmone qua parte liberior est, ut etiam humor in arterias impulsus hic ut in splene & pene per venas redeat.

In n. 290. describit didelphidem marsupialem marem, cui nullum est marsupium. Penes, ut in castore, cavo musculo glanduloso inclusi. Nullæ vesiculæ seminales, sed quatuor sacculi in urethram aperti, duo alii ad anum unguentiferi. Erectio penis fit a sphinctere cloacæ &c. Costæ ei animali totæ osseæ.

In n. 299. Osseæ valvulæ aortæ: icon earum, uti arteriæ magnæ tubulum claudant. Cordis icones &c.

§. DCCXXIII. *J. Jacobus* RAU.

Germanus, Badensis, & ipse Chirurgus, inde Anatomes Professor Leidensis. Nitidissime sceletos compingebat, neque mediocri etiam artificio vasa replebat, partesque corporis repletas conservabat. Multum vero nocuit sibi avaritia & asperitate morum (*f*). Pauca scripsit magnamque partem temporis in calculo secando posuit, cujus administrationis novam rationem invenerat, qua propius ad vesicam incisio fiebat. Ejus exstat Diss. inauguralis *de ortu & regeneratione dentium* Leid. 1694. 4.*; recusa in *meis selectis* T. VI. Bona Diss. Contra GAGLIARDI claviculos. Nervus quinti paris bene descriptus. Nervi maxillaris superioris additas nervo intercostali radices hic detexit, tum reliquos ejus ramos vidit, interque eos dentales. Rudimenta dentium membranacea, folliculi, dentesque

(f) HEISTER *in vita*, UFFENBACH *Reis.* III. p. 640.

tesque primi & secundi, & primorum destructio. Dentes non adeo accurato ordine prodire. Duplicia dentium seminia.

Cum Amstelodami scholam & ipse anatomicam aperiret, displicuit RUYSCHIO æmulus, ut etiam privilegio uteretur, & RAVII theatrum claudere conaretur. Noster incensus edidit epistolam ad F. RUYSCHIUM *de septo scroti* Amsterd. 1699. 4.*, in qua RUYSCHIO de novo invento sibi plaudenti plusculos auctores indicat, cui hoc septum non fuerat ignotum.

Deinde cum respondisset RUYSCHIUS, in secando, quam in legendis libris, utique magis exercitatus, noster eodem anno addidit *responsionem ad qualemcunque defensionem* RUYSCHII 1699. 4.* Rectius nunc scrotum humanum describit, neque verum septum habere, sed duo distincta scrota convexitate sua se contingere; ita septum nasci.

Leidam vocatus, BIDLOI nunc successor, orationem inauguralem *de methodo anatomen docendi & discendi* habuit & edidit anno 1713. 4.* Anatomes historiam narrat, & B. EUSTACHII merita gnarus laudat, neque RUYSCHIO suas laudes invidet. Chirurgica aliqua sua inventa recenset.

EJ. *Index supellectilis anatomicæ*, quam Academiæ Leidensi legerat descripsit B. S. ALBINUS Leid. 1721. 4.* Videas in brevi catalogo multam potissimum ossium collectionem, variisque ex gentibus: aliqua ossa mire ampla. Multi etiám oculi, inter eos balænæ. Circulus PETITI, ut videtur, ex balæna.

In *amphitheatri zootomici Michaëlis Bernhardi* VALENTINI appendice Francofurti 1719. fol. 1742. fol.* edita reperiuntur RAVII osteologia, myologia, angiologia, splanchnologia, a discipulo aliquo in chartam conjectæ. Breviter de ossibus, ut ne propria quidem inventa recenseat. Nam RAVIUS primus, quantum reperio, vidit os temporum pro recipienda maxilla inferiori parva ex parte cavum, majori in eminentia sua condylum maxillæ recipere. Id inventum a discipulis RAVII repetitum, BOERHAAVIUS in immortalem suam physiologiam recepit, & nos omnino naturæ consonum esse ostendimus. Deinde processum longissimum mallei, parce & obscuriuscule ab aliis visum, & ipse constituit, eique nomen imposuit.

Myologia & ipsa brevis est. Complexum musculum cum transversospinoso & splenio confundi. Splenium colli minime ignoravit, etsi aliis vocibus usus est. Splanchnologia. Tria habet coli ligamenta, Adenologia. Angiologia in sua brevitate non inutilis, & nevrologia. Venam bronchialem dextram invenit. Vagina vasorum lienalium.

Vitam viri *B. Sigfrid* ALBINUS successor descripsit Leidæ 1719. 4.*

Epistolam de oculi fabrica, quam ad BOERHAAVIUM dederat (*g*), non prodiisse doleas.

(g) *Inst. Rei Med.* n. 545.

§. DCCXXIV. *Philippus* PEU,

Chirurgus & ipse, & obstetrix, & *Francisci* MAURICEAU æmulus, hactenus anatomen adtigit, ejus artis non peritissimus, qui duas venas umbilicales numeret. EJUS *pratique des accouchemens* Paris 1694. 8.* anatomen partium genitalium aliquam exhibet: deinde monstrorum historias aliquas improbabiles. Inter eas fetus galea cranii destitutus, biceps, unicorporeus, abdomine & corde simplici; alius biceps, capite altero supra os sacrum adnato, alius vitalis, destitutus cerebro. Alius biceps bicorporeus, corde simplici, ventriculis duobus, intestinis coalescentibus. Exemplum per angustam rimam concipientis feminæ.

Lites cum MAURICEAU ad Chirurgiam spectant.

§. DCCXXV. LE CLERC, COKBURNE. *Alii.*

Gabriel Carolus LE CLERC, qui Medicus Regius dicitur. Ej. *Chirurgie complette* sæpissime recusa est Paris 1694. 12. 1698. 12.* 1705. 16.* 1706. 8. 2.Vol.* 1708. 12. 1720. 12. 1739. 12.* Leid. 1731. 12. 2.Vol. Bruxell. 1749. 12. 2.Vol. 1757. 12. 2. Vol.* cum titulo Paris. In Belgio 1694. 16.*. Anglice 1714. 8. OSB. Germanice Dresd. 1699. 8. TREW. In editione 1698. 12. habet ARNALDI inventa & DUNCANI administrationem cerebri. In edit. 1706. osteologia integrum volumen efficit. Sceletos etiam gibbosæ feminæ hic describitur. Multa ex DUVERNEYO. Habet partes ossis palati adscendentes. In editione 1739. exstat iterum DUNCANI administratione cerebri, medullæ spinalis. Fibras coquendo putat melius apparere. POUPARTI foramina cranii, per quæ vasa & nervi transeunt.

J. CASE *compendium anatomicum nova arte institutum* Londin. 1694. Amsterdam 1696. 12.* Inutile compendium. Pro ovis GRAAFIANIS laborat.

Lettres philosophiques sur le principe & la cause du mouvement machinal des êtres organisés Amsterdam 1694. 8.* Uti in universo corporeo omnis ab igne motus fit, ita in corpore animali centralem ignem in corde residere, & ab eo omnem in machina motum oriri. Amici objectiones adducit. Nullum usquam experimentum.

J. F. VALLADE *idea generalis morborum.* In T. I. dat *principia ad constructionem hominis spectantia* Roterdam 1694. 4.

In A. HELVETII *methode pour guérir toutes sortes de fievres* Paris 1694. 12. clysteres febrifugi laudantur.

In *Engelberti* KÆMPFER *amœnitatibus exoticis* Lemgov. 1712. 4. inque *primo fasciculo* Leid. 1694. 4.* editis varia huc faciunt; de mumia, torpedine, spermate ceti.

Ægidii DALMAN's, Chirurgi, *nieuw hervormde heelkonst* Amsterd. 1694. 8. Germanice Berlin 1694. 8. 1702. 8. 1715. 8. addente aliqua GOHLIO. Theoria BONTEKOI repetitur.

Wilh.

Wilh. WOTTON *reflexions upon ancient and modern learning* Lond. 1694. 8. etiam anatome tangitur.

In POMETI *histoire generale des drogues* Paris 1694. fol. de succis animalibus agitur.

Et in *Diario Erud.* 1694. *Carolus* PLUMIER contra POMETUM adserit, Cochenillam animal esse.

M. Dec. *Caroli* PLUMIER de organo auditus testudinis. Officulum tubiforme, & tympani membrana. Crocodili unicus malleus, lacertæ duo officula. Homo cui fumus Nicotianæ per aurem exibat.

IDEM 1703 Sept. Coccinellam esse animal ad microscopium conspicuum, ex ovo prodeuns: tum de aliis coccis aut animalibus coloriferis.

Ibid. 1704. M. *Januar.* IDEM de Crocodilo agit. Non movere maxillam superiorem, nisi cum universo capite, sed lapides devorare, qui in ventriculo reperiantur: ita lupus.

In *Journal de Trevoux* 1705. M. *Febr.* IDEM dat anatomen Crocodili.

Bernardi Matthiæ FRANK *summa theoriæ medicæ ad morborum curationem necessitate* Kiel. 1694. 8.*

ALEMAND *science de la transpiration* Lyon 1694. 12.

Michaelis A. ANDRIOLI *novum & integrum systema physico-medicum* Basil. 1694. 8. Habet etiam anatomen.

EJ. *Physiologia* Clagenfurt 1701. MAZUCH.

In *Dictionaire de la langue françoise dedier au Roi* Paris 1694. fol. Voces etiam anatomicæ & botanicæ exponuntur.

Non sepurabo, cujus primam editionem non inveniam, dictionarium Abbatis FURETIERE. Prodiit auctum Amsterd. 1727. fol. 4.Vol. Haag 1737. fol. curante BASNAGE & BRUTEL *de la* RIVIERE.

L'ecuyer françois... l'anatomie de leurs veines (equi) *& de leurs os* Paris 1694. 8.

BELOT *œuvres & la Chiromance la physionomie l'art de memoire le traité des songes* Liege 1694. 12. Parochi opus.

§. DCCXXVI. *Disputationes.*

Andr. EYSSEL *de chylo secundum & præter naturam* Erford. 1694. 4. HE.

J. Philipp. EYSEL, Prof. Erfordiensis, *de glandularum natura & usu* Erford. 1694. 4.*

EJ. *de visionis statu naturali & præternaturali* 1696. 4.

EJ. *de spiritu insito* 1697. 4. HE.

Intestinorum physiologia & pathologia 1708. 4.*

Ej. *de conceptione humana* 1709. 4. HE, (*h*).

Ej. *de principiis motus & sensus* 1715. 4.*

Ej. *de generatione* 1716. 4.*

Ej. *de nausea* 1717. 4.

Ej. *Compendium physiologiæ* Erford. 1698. 8.* 1710. 8.* Francof. & Lipsiæ 1718. 8.* Nihil habet proprii.

Ej. *Opera medica & chirurgica* Francof. 1718. 8.*

Samuel RAYHER *de natura & jure auditus & soni* Kiel. 1694. 4. VATER 1698.

Matthiæ HONOLDI Disp. *de visu* Lipsiæ 1694. 4.*

J. OOSTWOUD *de fame canina* Leid. 1694. 4.

P. TENZEL *de fluido nervorum* Leid. 1694. 4. HAENEL.

D. ZYL *de memoria ejusque vitiis* Leid. 1694. 4. HAENEL.

Eberhard LANGERMANN *de excrementis corporis nostri secundum naturam, ratione conservationis individui inutilibus* Leid. 1694. 4. PL.

Nic. de BLAKENDAEL *de chylificatione læsa* Utrecht 1694. 4.*

Georg. MEYER *de virginis partu* Hamburg. 1694. 4. B. BOEHM.

Frid. Theoph. KETTNER *de mumiis Ægyptiacis & de egregia Lipsiensi in Bibl. senatus* Paris. 1694. 4. HE.

J. Phil. GROSIUS *de capillis & capillamentis veterum* Witteb. 1694. 4. HE.

J. Jac. HERING ὑπνολογια Lipsiæ 1694. 4. HE.

Christ. Gottfried FINGER *de quotidiano corporis humani decremento* Lipsiæ 1694. 4. HE.

J. GOTTSCHED, Professoris Regiomontani, *de circulatione sanguinis* Regiomont. 1694.

Ej. *de nova trepsi & renutritione eorum, qui ob inediam emaciati sunt* ib. 1694. 4.

Ej. *de motu musculorum* ib. 1694. 4.* per spiritus imperio animæ expansos.

Ej. *de æthere & aere sanguinis, eorumque in corpus humanum ejusque humores vi & operationibus in genere* ib. 1694. 4.*

Ej. *de luce & coloribus* ib. 1701. 4.*

Ej. *de visus modo fiendi* ib. 1702. 4.

Ej. *de viis & circulatione chyli* ib. 1702. 4.* In urso intestinorum villos lacte plenos vidit. Alia ad oscula lacteorum vasorum pertinentia.

J. MAHRAUN *de triplici corporis alimento* Hafn. 1695. præside C. BARTHOLIN.

Bertin

(h) Hanc & alias disquisitiones CL. HEFTER, HENRICO PHILIPPO EYSEL tribuit. Earum plures possideo, quæ sunt J. PHILIPPI. Quare neque hanc separo.

Bertin Simon DEUXYVOIE & *Phil.* HECQUET *Non ergo functiones a fermentis* Parif. 1694. quam porro fententiam HECQUETUS ftrenue defendit.

Urban LEAULTE' & *And.* CRESSE', *E. qui fermentationis, idem & hominis naturam nofcit* Parif. 1694.

Nic. BAILLY & *Hon.* MICHELET, *Non ergo praeft corporis fabricae anima* Parif. 1694.

Joh. GELLY & *Car.* THUILLIER *Non ergo a fermentatione naturali fanguinis color* Parif. 1694.

J. DUVAL & *Ant.* SERIN *Non ergo vifus in animi adfectibus acutior* ib. 1694.

J. Gabr. FRESSANT & *Jac.* SOUHAIT *Ergo alimentorum diffolutio ab acido* ib. 1694.

§. DCCXXVII. *Diaria.*

Philippus FRAUENDORFER vidit millepedes viva animalia parere in *Eph. Nat. Cur. Dec.* III. *ann.* III. *obf.* 2.

Ann. VII. VIII. *obf.* 19. Fecunda abfque menfibus.

Obf. 20. Teftis unicus.

Obf. 21. Papillæ figura.

Obf. 22. Caput fupra hypochondrium juvenis adhærens.

Dec. III. *ann.* III. *J. Georg.* HOYER, *obf.* 44. de fetu tertio die a matris morte edito.

Obf. 175. De fceleto Elephantis TENZELIANO.

J. FRANK, Ulmenfis Medicus, *obf.* 72. Varia anatomica. Viperæ aliqua anatome, ejusque cor evulfum per 24. horas faliens. Ad araneæ anatomen.

Conrad Barthold BEHRENS, Hildefienfis, *Eph. Nat. Cur. Dec.* III. *ann.* III. *obf.* 111. Clyfteres valvulam coli non fuperare, non adeo curare febres, quarum fedes fit in tenuibus inteftinis. Sed neque alere poffe.

Ann. V. VI. *obf.* 31. Serum fanguinis lentum & lacteum.

EJ. (in *Eph. Nat. Cur. Cent.* IV.) *obf.* 159. de caufa gemellos producente.

Cent. V. *obf.* 94. de fanguine poft mortem de cadavere fluente.

EJ. *Medicus legalis* Helmftad. 1696. 8. Non malus liber.

Daniel NEBEL, Profeffor Heidelbergenfis, *obf.* 168. de glandulis veficulæ unguentariæ taxi, quæ ano adfidet. In eodem animale glandulæ in membrana externa hepatis. Denique de nervis intercoftalibus ejus animalis inflexis, & quafi ferpentinis.

Obf. 164. In cervo glandula HARDERIANA intra orbitam pofita, cum ductu fuo variis in animalibus reperta, & diverfa a glandula lacrumali vulgo nota.

Ann. V. VI. *obf.* 104. Fibras nervorum & tendinum putat fe vidiffe cincinnatas.

Cent. VI. *obs.* 52. Sceletos fetus per tres annos in utero materno retenti.

Disp. *Analexis Pliniana partes corporis humani similares complectens* Marburg. 1696. 4.*

De reciproco aëris in pulmones hominis ingressu & egressu 1704. 4.*

De coagulo bilis Disp. Heidelberg. 1714. 4.*

Petri Joh. Christ. Friderich HANEMANNI *obs.* 65. Piscis ignoti vertebræ unco quodam anulari per costam, ut intelligo, trajecto articulatæ.

In *hist. de l'Acad. des Sciences* 1695. Ibidem legitur de puero septenni barbato & adulti simili.

In *Journal des Savans* 1695. D. PANTHOT, Medicus Lugdunensis, de puero 22. mense edito.

§. DCCXXVIII. H. RIDLEY.

EJUS *anatomy of the brain* London 1695. 8.* a M. E. ETTMULLER latine recusa in *Eph. Nat. Cur. Dec.* III. *app.*, tum in MANGETI *Bibliotheca*, & Leidæ 1725. 8.*: debet autem editio Anglica haberi, cum tabulæ alioquin nimis teneris circumscriptionibus, expressæ, in reliquis editionibus nimium obscuræ sint: eas COWPERUS delineavit, & pro suis in *supplemento suæ anatomes* repetiit. Duplex clari viri cæterum labor est, incisoris alter, alter physiologi. In illo compendium quidem dedit, multis omissis, quæ VIEUSSENIUS habet; ut ipsis receptaculis: erroribus etiam admistis, ut in rete mirabili, in nervo decimo. Habet tamen etiam sua & nova. Motum sinuum duræ matris & cerebri ad vasa retulit. Invenit, aut certe perfecit, circularem sinum duræ membranæ. Plexum incumbentem glandulæ pineali ad chorioideos deduxit, fibras aliquas medullares addidit, aut accuratius descripsit. Infundibulum in animalibus cavum, in homine solidum esse. Vasa lymphatica plexuum chorioideorum habet, & minora aliquæ duræ matris vasa, & flexionem vertebralis arteriæ; tum vascula aliqua minuta duræ meningis, fibras pontis transversas, processus medullares minores a cerebello natos. Physiologica pertinent ad motum muscularem, cujus caussam fere ut BOERHAAVIUS exponit, & ad nervos voluntarios & involuntarios, in quibus a WILLISIO recedit.

EJ. *Observationes quædam medico-practicæ & physiologicæ* Londin. 1703. 8.* Leid. 1738. 8.* Præter incisiones corporum morbosorum hic potissimum reperitur de foramine ovali dissertatio. Id foramen in tenero embryone imam sedem parietis medii tenere, paulatim autem in superiori parte reperiri, denique in suprema. Urachi tubulum apertum esse. In adulto homine foramen ovale patulum fuisse. Cornicula valvulæ foraminis ovalis invenit. Sinum venæ portarum in fetu minorem esse recte vidit. De uracho stillasse aquam ex vesica.

In *Phil. Trans.* n. 287. experimentum recenset, in quo motus cerebri systolicus resecta dura meninge integer & validior superfuit.

§. DCCXXIX. *Varii.*

Guilielmi COKBURNE, Archiatri, *Oeconomia corporis animalis* Lond. 1695. 8.*, & in B. MANGETI. De plagio queritur PITCARNIUS. Mihi COKBURNE non videtur esse jatromathematicus, neque novi quidquam apud eum reperio, sed simplex quidem rectumque judicium, & a falsis hypothesibus alienum. Vim tritus in ventriculo rejicit, manifesto adversus PITCARNIO, nisi in pulmonibus. Contra materiem subtilem, acidum & alcali.

In ejusdem *continuation of the account of distempers incident to seafaring people* London 1697. 8.* pulsus numerare jubet, & thermometrum adhibere, ut venæ sectioni certus modus ponatur. Mireris in febrientibus tantum 37. & 40. pulsus reperisse.

EJ. *The symptomes, nature, causes and cure of a gonorrhœa* London 1712. 8. 1715. 8. 1728. 8.*, quæ quarta est editio. Latine Leid. 1717. 8. Gallice Paris 1730. 12. Anatomica descriptio & icon lacunarum urethræ hic reperitur, quas noster omnes inter se invicem communicare docet, & per venas inflari. In his sinubus sedem esse gonorrhœæ. Icon sinuum satis bona, tum vasorum penis internorum.

Hæ icones coloratæ seorsim 4. sine loco & anno cum vivis coloribus prodierunt cum titulo, *Preparation anatomique des parties de l'homme servant à la generation.* PL.

Bartholomæi de MOOR, Professoris Harderwicensis, *cogitationes de instauratione medicinæ* L. III. Amsterdam 1695. 8.* Totam medicinam superstruit pressioni sanguinis per arterias magna vi propulsi Ab ea motum muscularem repetit, retardato sanguinis motu per expansionem tubulorum nerveorum: somnum ab heterogeneis particulis chyli cum reliquis sanguinis moleculis minus bene commistis. In digestione ciborum diaphragmatis actionem laudat. Parvitatem arteriarum ad venas comparatarum ostendit, os fetus ex filis osseis compositum depinxit. Pars I. operis physiologica est.

In *pathologia cerebri* Amsterdam 1704. 4.* similia docet. Animam ipsam esse sensorium commune, neque aliud dari.

EJ. *de hypothesibus medicis* Amsterdam 1706. 4.*

EJ. *de methodo docendi medicinam* Franeker. 1707. 4.*

EJ. *Præloquium cum corpus virile cultello anatomico subjiceret* Harderwyk. 1715. 4.

Andreæ BROWNE *de febribus tentamen theoretico-practicum ex principiis* BELLINI, *in quo fere tota animalis œconomia enucleatur* Edinburg 1695. 8.

Guilielmi COWARD *de fermento volatili nutritio conjectura rationalis, qua ostenditur, spiritum volatilem oleosum a sanguine suffusum esse verum concoctionis & nutritionis instrumentum* Londin. 1695. 8.* Nempe eam indolem esse spirituum animalium; inde oleum dare ossa recentia, quod fit a spiritibus intra fibras re-

 sidibus.

ſidibus. Eandem eſſe naturam fermenti ventriculi: ope ſalis volatilis oleoſi cerebrum vituli in lactis ſpeciem reſolvi. SYLVIUM ſequitur, & bilis cum pancreatico ſucco fervorem, vitalemque effervescentiam ex acido chylo cum indigena ſale volatili admittit.

EJ. *Ophthalmjatria* Lond. 1705. vel 1706. 8. acerba experta judicia.

Hactenus huc referens *Nic.* BAERII *ornithophoniam*, *ſ. harmoniam avium muſicam* Brem. 1695. 4.

N. BERANGER, Medici, *Celandre où traité nouveau des deſcentes* Paris 1695. 12.* Habet anatomen & icones partium ad hernias ſpectantium. In theoria HELMONTIUM ſequitur.

In J. BERNIER *hiſtoire chronologique de la medecine* Paris 1695. 4.* vix quidquam huc pertinet.

David GRAEBNER, Medici Vratislavienſis, *medicina vetus reſtituta*, *ſ. paragraphe in* CRAANEN *de homine* Lipſiæ 1695. 4.* CARTESIANA dogmata apud veteres jam reperiri: aliqua tamen corrigit.

Additamentum ad hanc paragraphen dedit inter tractatus anno 1703. 4. editos *. Non anatomicus.

Nicolai GRIMBERG *obſervationes medicæ anatomico-practicæ* Hafn. 1695. 4.* Cum quaque parte adfecta conjungitur hiſtoria aliqua anatomica.

§. DCCXXX. *J. Jac.* STOLTERFOHT. G. DETHARDING.

Medicus Griphiswaldenſis, inde Lubecenſis, inter auctores Actorum maris Balthici. EJ. *de idea errante in monſtrorum generatione* Gryphiswald. 1695. 4.*

EJ. *Studii anatomes deliciæ* ib. 1695. 4.*

EJ. *Hiſtoria formationis fetus in utero* ib. 1695. 4.*

EJ. *Phyſiologia in nuce* ib. 1697. 4.*

EJ. *de ſudore ſanguineo* Leidæ 1698. 4.

In *Act. lit. Mar. Balth.* 1699. *Jan.* Ovum prægnans.

M. Aug. de oſſium generatione vitioſa.

M. Dec. Vir menſtrua per penem patiens.

Ann. 1702. *M. Jan.* aliqua de vaſis ſponte ruptis.

Deinde *M. Majo & Jul.* ova rariora, inter ea gallorum & baſilicus.

Ann. 1703. *M. Mart.* Gallus quadrupes.

M. Junio de ovis, quæ viviparæ feminæ pepererint.

Georg. DETHARDING, Medicus & Profeſſor Roſtochienſis, inde Hafnienſis. EJ. Diſp. *de fontanella infantum* Altdorf. 1695. 4.*

EJ. *de ingreſſu ſanguinis per poros cutis* Roſtoch. 1703. 4.*

Decem

Deum ex structura cordis demonstrat Rostoch. 1705. 4.

Ej. *de connatis puellis Ungaricis progr.* ib. 1708.

Ej. *Scrutinium commercii animæ & corporis* ib. 1714. 4.*

Ej. *Carminatio sanguinis in pulmonibus* ib. 1718. 4.*

Ej. *de anatome jucunda & utili* ib. 1718. 4. Duas arterias hepaticas majores, tres parvas dixit.

Ej. *de subactione alimentorum in ventriculo* ib. 1718. 4.*

Ej. *Palæstra medica exhibens themata physiologica* 38. *Disputt. ventilata* ib. 1720. 4.* STAHLIANUS per omnia, in generalibus cautus subsistit.

Ej. *An homo adultus quadraginta diebus extra cibum vitam trahere possit* ib. 1721. 4.*

Ej. *Specimen ethicæ dolentium sub doloribus partus* ib. 1725. 4. PLATN.

Ej. *Physiologia* Hafniæ 1735. 8.

Ej. *de musculo* RUYSCHII Hafniæ 1741. 4.*

In *app. ad Dec.* III. *ann.* V. VI. tum VII. VIII. *Eph. Nat. Cur.* parallelas historias iis adjicit, quæ in eo opere exstant.

Cent. VII. *obs.* 72. De fecunda, quæ menses non fuerat passa.

§. DCCXXXI. *Disputationes.*

Sebastian HOEGGER *de saliva* Basil. 1695. 4. & *de salivæ statu morboso* Basileæ 1696. 4.

Paulus ROETERS *de sterilitate* Utrecht 1695. 4.*

Petri LATANE *de vita fetus in utero materno* Franeker 1695. 4. B. BOEHM.

Samuel SCHOENING *de odore* Witteberg. 1695. 4. HE.

Wolfgang Wilhelm BACHMAYR *de singultu* Altdorf. 1695. 4.*

Ulr. Sigmund NIMTSCH *de fontanella infantum* Altdorf. 1695. 4. Conf. p. 778.

J. KELK *de fluxu menstruo* Leidæ 1695. 4. HE.

J. Dan. STANGE *homo automatos* Leid. 1695. 4.*

H. ABBEKERK *de motu progressivo & intestino* Leid. 1695. 4.

J. Balthasar SCHWARTZ *de siti morbosa* Altdorf. 1695. 4.*

Mich. Frid. ROMIG *de visu armato* Jen. 1695. 4.*

Cl. QUIQUEBOEUF & *Caroli* BOMPART *Non ergo concipiunt, quæ frigido sunt utero* Paris. 1695.

J. Mich. GARBE & *Josephi de* TOURNEFORT, magni illius botanici, *Non ergo anima principium facultatum corporis* Paris. 1695.

Amb. Nic. CHEMINEAU & *Ant. le* CLERC, *E. robur corporis obstat vi & præstantiæ intellectus* Paris. 1695. 4.

 J. BOUDIN

J. BOUDIN & *Daniel* TAUVRY, Academicus, *E. uteri cum supernis partibus consensu nervorum interventu* Paris. 1695. 4.

GUY ER. EMMEREZ & *Petri* JAQUEMIER *E. sanguis a sanguine* Paris 1695. 4.

§. DCCXXXII. *Diaria.*

In *Phil. Trans.* n. 220. *Johannes* HARRIS aliqua habet de animalculis microscopicis in aqua habitantibus.

Stephani GRAY n. 221. de iisdem insectis globularibus: de insecto figuram mutante.

Caroli PRESTON de fabrica anatomica piscium aliqua; de eorum corde, diaphragmate, hepate, vesicula fellea, vesicula aërea &c.

N. 226. EJUSDEM de infante absque cerebro nato.

In *Eph. Nat. Cur. Dec.* III. *ann.* IV. *obs.* 31. *Christianus* HELWICH, Vratislaviensis Medicus, de menstruo sanguine quarto die post mortem effuso.

Ann. V. VI. *obs.* 70. Oculi ex imaginatione materna vitulinorum similes.

In *appendice* de motu bilis circulari.

Ann. VII. VIII. *obs.* 204. in torminoso homine nullum omentum.

Cent. II. *obs.* 146. Menses in gravida.

Cent. X. *obs.* 32. Suturarum discessio.

EJUSD. *obs.* 32. Rusticus natura frigidus & ad venerem ineptus, cum organa genitalia bene se habere viderentur. Videtur eadem historia a P. J. HARTMANNO narrari n. 85. veraque causa in stupiditate videtur posita fuisse.

J. Baptistæ WENCKH *obs.* 87. Femina concepit, cum duo priores fetus in utero retinuisset.

EJUSD. in *appendice ejusd. anni* Diff. de sanguine menstruo, ejusque causa fluendi. Fermentationibus indulget.

Dec. III. *ann.* IX. X. *obs.* 9. Viri menstrua passi.

Cent. X. *app.* An ex nefando coitu cum bestiis homo possit nasci. Negat.

Ambrosii STEGMANN, Islebiensis Medici, puer cum pene erecto natus, *Dec.* III. *ann.* IV. *obs.* 105.

Obs. 106. Saliva corrosiva in puero.

Obs. 112. Mirifica quædam de clitoride; inter ea exemplum perforatæ clitoridis, per quam femina venerem sit passa.

Obs. 113. Perbrevis funiculus umbilicalis.

Dec. III. *ann.* VII. VIII. *obs.* 35. Historiam suam mitigat; clitoris magna erat, urethræ ostium amplius.

J. Christian MENZEL *obs.* 122. Gemellorum alter uterum rupit.

In

In *Journal des Savans* 1696. multa monſtra deſcribuntur a *D. du* CAUROI Medico Bellovacenſi relata. Puer polydactylos, capite difformi; alius unipes; acephalos alius; & villoſus ſimiæ ſimilis.

In eodem, ovum in ovo, repetitum in *Phil. Tranſ.* n. 230.

Novum Diarium hoc anno orſus eſt D. BRUNEL *Le progrès de la medecine*, ſequentibus annis continuatum. Anno *1696.* recenſetur fetus ſex vel ſeptem annis geſtatus.

Mula pariens.

Tum alterum Diarium Venetiis edi cepit, cum titulo *Galeria di Minerva 1696.* fol.*, in quo & cenſuræ librorum reperiuntur, & propriæ adnotationes.

Ferdinandi SANTANIELLI de cauſis & modo ſomni cogitata.

EJ. *Lucubrationes phyſico-mechanicæ* Venet. 1698. 4.* (vocatur hic SANTANELLI) diſcipulus *Cornelii* CONSENTINI, Archiater Raguſinus, Diſſ. II. eſt de ſomno, qui fiat ab halitibus ex ventriculo ad cerebrum adſcendentibus, & motum ſpirituum per cerebrum morantibus. Diſſ. III. Organiſmus mechanicus. Spiritus ſtatuit corpus inter & animam æthereos, qui in cerebro gignantur & in teſtibus, & primordia hominis conſtituant. IV. De cauſa mortis: a calloſitate fibrarum. VI. De nutritione: a ſpiritibus cibos coqui; ſalivam eſſe volatilem-fixam. Percurrit chylificationis negotium. VII. De fermentatione.

§. DCCXXXIII. *Georgius* BAGLIVUS,

Raguſinus, qui Romæ medicinam fecit, magnamque ad famam pervenit, cum tamen ante diem immatura morte anno 1707. 17. Junii die abreptus fuerit. HIPPOCRATICAM in praxi medicinam laudabat; in phyſiologicis ſyſtema PACCHIONII ornavit, ut fibram ſolidam propria vi contractili valentem, duramque membranam cerebri omnium membranarum matrem adgnoſceret. Alienis laboribus inclaruiſſe, neque immerito, ei objectum eſt, uſumque eſſe CASSALECCHII, Rhegienſis Medici, opere de transmutatione morborum, tum PACCHIONII (*i*) inventis, & VALSALVÆ (*k*), quibus MALPIGHIUM addo; ad eum enim refero circuitum ſanguinis in ranis viſum.

Paſſim anatomen & phyſiologiam adtigit. Romæ edidit *1696.* 8. *de praxi medica* L. II. cui op. acceſſerunt experimenta *infuſoria*.

Accedunt Diſſ. I. de anatome morſu & effectibus tarantulæ, & II. de uſu & abuſu veſicantium: & III. obſervationes anatomicæ & practicæ ib. Anatome tarantulæ quidem vix ulla, præter aliqua de ovis, & oſtreorum ovis lactisque globulis. Vulgari de tarantularum curatione muſica fabulæ fraudem ſæpe ſubeſſe. Veſicantia medicamenta & nocere monet, & prodeſſe. Tincturam in canis venas injecit, ſanguinem ab ea diſſolvi vidit, funeſto fere eventu: ſed

 etiam

(i) BAZZAN *Comm. Bonon.* T. I, p. 48.
(k) MORGAGNI *Ep.* XIII, n. 39.

etiam ſanguinem de vena miſſum, adjecta cantharidum tinctura liquari. Actionem horum veſicantium per vim ſtimuli interpretatur. Venena varia in vivorum animalium ſanguinem injecit. Valde certe improbabile videtur, cani ſpiritum vini rectificatum non nocuiſſe. Nervos etiam octavi paris abſcidit, lienem evulſit, arteriam uretericam vidit; bonas in ranæ vaſis factas adnotationes MALPIGHII recudi fecit, omiſſo magni viri nomine.

Prodiit etiam opus de praxi medica Leid. 1700. 8. Lond. 1709. 8. Lyon 1699. 8. 1703. 8. Leid. 1704. 8.

L. II. *de praxi medica & de tarantulis &c.* Germanice vertit non nemo, & Lubecæ 1705. 8. Lipſ. 1718. 8. edidit. Redeunt hæc in *operibus omnibus.*

EJ. *de fibra motrice & morboſa, nec non de experimentis ac morbis ſalivæ, bilis, ac ſanguinis: de circulatione ſanguinis in teſtudine, ejusdemque cordis anatome* Peruſiæ 1700. 4.* Romæ 1702. 4. Leid. 1703. 8. Lond. 1703. 8. Baſileæ 1703. 8. SCHULZ. Aliqua de fibris muſcularibus, quarum vires putat augeri, dum circa globulos ſanguinis circumvolvuntur. Tonum naturalem fibrarum deſcribit & ſenilem rigorem. Vitia nimiæ contractionis exponit. Fibras in variis liquoribus maceravit. Cordis & duræ membranæ vires comparat; & alternam cordis cum ea meninge poteſtatem conſtituit, ut dura mater compreſſo cerebro cordi ſpiritus mittat. Habere fibras longas ſuas, & transverſas, quæ dilatationem impediant: huic, (Meningi) in omnes partes animati corporis imperium tribuit, vimque contractilem, ut ſit præcipua cauſa motus in animale. De ſanguinis motu & circuitu ex viribus ſolidorum. De horum a ſtimulo contractione. Muſculum cutaneum hyſtricis deſcripſit. Erinacei muſculum cutaneum in bulbos pilorum propagines dare.

Salivæ fere putrefactæ analyſin dedit.

Bilis analyſin, tum igne ſubjecto. tum variis liquoribus adfuſis. Multum ineſſe alcali. Experimenta ſua fecit in bile putrida.

De reſpiratione. Non bene putat irruere in pectus aërem, tum demum thoracem dilatari, ſanguinem torpidum ab aëre urgeri. Pro lunæ influxu.

Cor teſtudinis; ejus tres ventriculos conjunctis viribus ſanguinem propellere.

Ad ſanguinis cum variis adfuſis liquoribus phænomena. Cum ſpiritu cornu cervi fervere.

Iterum aliqua experimenta infuſoria.

EJ. *Ad rectum ſtatices uſum canones* Rom. 1704. 12. cum SANCTORIO.

EJ. *Diſſertationes varii argumenti* ad *Petrum* HOTTON . . . 1710. 8. Inter eas eſt de motu ſyſtaltico duræ membranæ cerebri: deinde de ſolidorum in fluida poteſtate.

De circuitus ſanguinis analogia cum aquæ marinæ per terræ viſcera circuitu.

EJUSD. *Opera omnia medico-practica & anatomica* Lyon 1704 4. TREW. 1710. 4. VAT. 1715. 4.* Antwerp. . . . . Leydæ 1744. 4. Baſſani 1737. 4. Venet. 1754. 4. Nea-

Neapoli ſtudiis incubuit, & in Apulia juvenis vixit. Epiſtolæ his acceſſerunt encomiaſticæ & fere adulatoriæ.

In præfatione ſe tuetur contra imputationem, PACCHIONUM ab eo exſcriptum eſſe; phyſiologicam partem hypotheſin contendit ſibi propriam eſſe, & ſua in fibris animalibus experimenta.

§. DCCXXXIV. *Johannes* FLOYER,

Medicus Anglus, Lichtfieldienſis. EJ. l. *the præternatural ſtate of animal humours, deſcribed by their ſenſible qualities which depend of different degrees of their fermentation* London 1696. 8.* Multum tribuit variæ humorum degenerationi mucilaginoſæ, acidæ, tartareæ, billioſæ, vitriolicæ, ſalſæ, ſcorbuticæ, putridæ. Digeſtionem ciborum eſſe a fermentatione; ejus vitia varia. Urinam acidum habere. Analyſin habet bilis, oſſium,

EJ. Equitis nunc & archiatri, *the phyſicians pulſewatch* T. I. Lond. 1707. 8.* Tom. II. 1710. 8.* Italice *orivolo del pulſo* Venez. 1715. 4. Non ſatis notus liber. Etſi enim cacochymiæ paulo nimium indulſit, etſi etiam pulſus ſeptentrionalibus populis nimis raros fecit, quales vix unquam, niſi in peculiari aliquo morbo viſi ſunt (*l*); primus tamen hoc in ſtudio glaciem fregit, & ad numeros & menſuras nobiliſſimum ſignum medicum revocavit. Primum GALENICOS pulſus, pulſuumque tangendorum præcepta recenſet & corrigit, jubet etiam ad horologium numerare. Reſpirationis cum pulſu concentus. Ut ab exceſſu & defectu pulſuum indicationes medicæ ad tuendam vitam ſumantur. Chinenſium demum artes in tangendo pulſu & CLEYERIANÆ clavis compendium. Nimis parcos & ipſi pulſus faciunt, ad 46. in minuto primo. Ipſe a 70. ad 75. æſtimavit, juſto parcius. Experimento oſtendit, etiam ſi in arteriis ſanguis alterne ſaliat, in venis tamen perenni fluento manare.

In *Vol.* II. pulſuum per morbos varietates exponit, & cum Chinenſium doctrina conciliat. Bene de reſpiratione, ejus cum pulſu concentu, & in morbis mutatione. Habet jam pulſus hepaticos, renales, & aliis, ut vocat circuitibus proprios.

In l. *de aſthmate* Lond. 1698. 8.* putat id eſſe a veſiculis ruptis, & aëre ſub extimam membranam effuſo. In eo morbo perſpirationem inſenſibilem perparvam facit, & minui putat ante inſultum. Theoria fermentationis adſeritur, cujus diminutæ culpa chylus viſcidus aſthma faciat.

In *Gerocomio* aliqua de pulſu habet. In *Phil. Tranſ.* n. 259. deſcribit roſtrum porcelli preſſione in aliquam ſpeciem humanæ faciei retuſum, & coaleſcentes pullos galli calecutici.

Joh. COLBATCH *Phyſico medical Eſſay concerning alcali and acid &c.* London 1696. 8. 1704. 8.* Pharmacopola & Collegii Regii Londinenſis, ut puto, Licentiatus. In ſanguine noſtro alcalinam mortem habitare, eam acidis medicamentis ſuperari. Practici magis argumenti.

Some

(l) pag. 30.

Some further considerations concerning acid and alcali London 1704. 8.*

The doctrin of acids in the cure of diseases further asserted London 1698. 8. 1704. 8.* Sanguinem podagricum & ſcorbuticum plus continere ſalis alcalini &c.

§. DCCXXXV. *Jacobus de* SANDRIS. VAUGUYON.

J. de SANDRIS, Medicus Bononienſis & anatomes Profeſſor, ſcripſit *de naturali & præternaturali ſanguinis ſtatu medica ſpecimina*, *cum tr. de ventriculo & emeticis* Bonon. 1696. 4. ORL. & Francofurti 1712 4.*, edente *J. H.* JUNGKEN. Pene totam phyſiologiam hic reperias, etiam de ovariis, motu muſculari. Aliquid de BELLINIANIS jatromathematibus habet, experimenti nihil, plurimum hypotheſeon. Ab arteriis in ipſo cerebro nervos trahentibus motum muſcularem perfici. Sanguinem venoſum parum differre ab arterioſo. Lymphæ analyſis.

De la VAUGUYON, M. D. ſcripſit Paris 1696. 8.* *traité complet des operations de Chirurgie.* Anatomica paſſim cum chirurgia conjungit, ipſam oſteogeniam, & oſteologiam eamdem quam *le* CLERC. Nihil reperias proprii. Habet ligamentum ſuſpenſorium penis.

CL. BRUNEL, cujus eſt *le progrès de la medecine*, edidit Valenciennes, ſ. Paris 1696. 8.* *traité raiſonné ſur la ſtructure des organes des deux ſexes deſtiné à la generation.* Anatomen habet partium genitalium. Semen feminarum ex lacunis prope urethram poſitis manare. Hymenem habet. Auram ſeminalem defendit. Sub initia graviditatis, quando uterus nondum plenus eſt, ſuperfetationem locum habere poſſe, ita fieri, ut femina quinto & ſeptimo menſe pariat. Cauſam menſium eſſe in plethora, inque reſiſtentia, quam ſanguis arterioſus offendit.

Joh. HARTMANN *anthropologia phyſico-medica anatomica* Venet. 1696. 4.* Compendium anatomicum cum phyſiologicis hypotheſibus. Renales capſulas ſerum ſeparare, quod ſanguini reddatur ſuo ſero exhauſto. Succum pancreaticum acidum facit.

Wilhelmi Erneſti TENZEL, viri eruditi, hiſtoriographi Gothani, *epiſtola ad* MAGLIABECCHIUM *de ſceleto elephantino Tonnæ nuper effoſſo* Göttingæ 1696. 4. Germanice (GRONOV.) & ed. 2. abſque anno latina 8.*, & in *Phil. Tranſ.* N. 234 Elegans opuſculum. Sceleton deſcribit & cum MULLINI deſcriptione comparat. Cranium celluloſum eſſe. Dentes exſerti vegrandes, laminati, in centro radicis cavi; molares pariter maximi: oſſa, etſi calcinata fere & friabilia, naturam tamen alcalinam retinuerant, ſalemque dederunt volatilem. Oſſeam fabricam poroſque marga repleverat, & ſceleton in ſuam naturam mutaverat, ut oſſa adſtringente eſſent ſapore & friabilia. Ortum a diluvio eſſe, cum in colle per ſtrata compoſito elephas repertus ſit.

Anonymus contra TENZELIUM ſcripſit, *Epiſtel über den zu Burgtonna ausgegrabenen Elephanten* 1696. 4. PL.

Reſpondit

Respondit noster, *Antwort auf die Epistel eines Anonymi über den in Burgtonna ausgegrabenen Elephanten* 1697. 4. PL.

EJ. *de inspectione judiciali cadaverum* Erford. 1707. 4. Chirurgos non sufficere.

J. GAUBII *epistolæ problematicæ tres* ad F. RUYSCHIUM Amsterdam 1696. 4.*

J. Jacobi CAMPDOMERC, *Gerhardi* FRENZ, & *J. Henrici* GRAETZ ad eumdem Epistola IV. V. & VI. Amsterdam 1696. 4.

Odoardi FRANCIOSII & præsidis *Antonii* ALBERGHETTI *spontaneæ generationis assertio* P. I. Ferrar. 1696. 12.* Contra REDUM suscipit defendere generationem æquivocam, collectis nixus historiolis, & ARISTOTELIS auctoritate, nullo suo experimento.

J. Abrah. MERKLIN, Medici, *diascepsis neotericorum inventa medica plurima complectens* Pad. 1696. 4.*

Ponce MAURIN *deux lettres sur les raisons, qui ont engagé les anciens à n'admettre point de circulation du sang, & celles des novateurs, à se detacher des sentimens des anciens* Paris 1696. 12. BUR.

Earum, ut puto, altera est, quam CL. PORTAL citat *lettre sur la circulation du sang contre* ANGUR. 12.

Die bestialische Fontange, oder Erzählung mit Fontangen - Gewächsen gebohrner Bestien, sonderlich aber eines Kalbes 1696. 8. B. BOEHM.

Heinr. ANHALT *von der natürlichen und Kunst - Memorie* Frankf. 1696. 8.

§. DCCXXXVI. *Varii.*

J. Philipp. van STRALEN *de fermentatione humorum in corpore humano* Utrecht 1696. 4.*

J. SMITH *de lepra græcorum unguibus monstrosis prædita* Utrecht. 1696. 4. cum eorum unguium iconibus.

Frid. JAEGWIZ *de rachitide* Utrecht 1696. 4. Theoria nutritionis. Ossium fabrica laminata &c.

Aegidii Thomæ LAMBIOTTE *de salivæ excretione sana & morbosa* Utrecht 1696. 4.*

Daniel ASMAN *de seminis virilis generatione & vitiis* Utrecht 1696. 4.*

David KRIEG *de humorum in corpore humano mutatione ab aëre* Utrecht 1696. 4.*

Ernst Henr. WEDEL (*Wolfg. Ern.* Fil.) *de peritonæo* Jen. 1696. 4.*

EJ. *Physiologia urinæ* Jen. 1703. 4.

EJ. *Physiologia salivæ* Jenæ 1704. 4.

EJ. *de cerumine* ib. 1705. 4.

Ej. *de transſpiratione inſenſibili* ib. 1705. 4.

J. Gottfried BORGEHL *de ſterilitate* Leidæ 1696. 4.*

Polycarpi Gottlieb SCHACHER, Profeſſoris Lipſienſis, docti viri, bonæ fere ſunt, Diſputationes. Ej. *de hominis loquela* Lipſiæ 1696. 4.*

Ej. Diſp. *de labio leporino* Lipſiæ 1704. 4.* Anatome labiorum.

Ej. *de cataracta* ibid. 1705. 4.*. Hic primam memoriam reperi ganglii ophthalmici.

Ej. *de deglutitione* ib. 1705. 4.*

Ej. *Anatome præſtantiſſimum medicinæ fundamentum* ib. 1701. 4.*

Ej. *de fiſtulæ ſpiritalis fabrica* ib. 1707. 4.* Aryepiglottidei M.

Ej. *de placentæ uterinæ morbis* ib. 1709. 4.* Deſcriptio placentæ & embryonis tenelli cauſa partus, abortus.

Ej. *de præcipuarum partium C. H. adminiſtratione* ib. 1710. 4.*. Ductus hepaticyſticos conatur reſtituere. Injectiones etiam ope hædini ſebi cum reſina; liquor balſamicus, alia.

Ej. *de anima rationali, an ſit corporis vitale principium* ib. 1715. 4.*

Ej. *de vitæ ſ. ſanitatis principio* ib. 1716.

Ej. *Quomodo fiat, ut fetus abſque putredine in utero maneat* ib. 1717. 4.

Ej. *de tænia* ib. 1717. 4. Se in ea ſanguinem & cor vidiſſe.

Ej. *de imprægnatione pene non inmiſſo* ib. 1720. 4.*

Ej. *de partu gemellorum diſparis magnitudinis* ib. 1721. 4.

Lego etiam *de ſuperfetatione* progr. ib. 1721. 4. BUTTNER. forte idem.

Ej. *de morbis a mutato ſitu inteſtinorum* ib. 1721. 4.*

Ej. *de vaſorum bilariorum exſiſtentia & diſtributione* ib. 1722. 4.

Ej. *de partibus corporis humani externis* ib. 1725. 4.*

Et *internis* ib. 1725. 4.*

Ej. *de anatomia & phyſiologia in genere* ib. 1725. 4.

Ej. *de oſſificatione morboſa* progr. ib. 1726. 4.*

Ej. *de conceptione, fetus humani abortus cauſa* ib. 1728. 4.*

Ej. *de pilis in ovario muliebri* ib. 1735. 4.*

Chriſtoph. BRUNO *de differentia partium humani corporis a materia deſumta* Lipſiæ 1696. 4. HE.

Joſeph VOGLER & *Joſ. Leonh. Hieron. L. B. ab* HALDEN *corpus humanum, ſ. diſputatio phyſica de fabrica, nutritione & ortu partium corporis humani* Ingolſtatt. 1696. 4. TREW.

Henr. Lobalin MEYER *de animi ejusque adfectuum quoad valetudinem impreſſionibus in corpus* Leid. 1696. 4. PL.

Daniel

Daniel FOG *de loquela brutorum* Hafn. 1696. 4. MOELLER.

J. Grofe MEYER *programma invitatorium ad fectionem cadaveris mafculini inftituendam* Gedan. 1696. fol. PRÆTOR.

J. Jac. SCHERER *de actionibus corporis humani viventis plerisque* Bafileæ 1696. 4. UFF

T. CHANOINE *de imaginatione utero geftantium* Leid. 1696. 4.

Petri LOMBARD & *Matth. Dionyf.* FOURNIER *E. οινοποταις mens & fenfus acutiores* Paris 1696.

Phil. CARON & *Jac. Sim.* GILLES *de la* RIVIERE, *E. temperamentum melancholicum a fale fixo* Parif. 1696.

Armand Jof. COLLOT & *Philipp. Bern. de* BORDEGARAYE, *E. temperamentum melancholicum præftantius* Paris 1696.

§. DCCXXXVII. *Diaria.*

In *Phil. Tranf.* n. 227. *Carolus* MORLEY fetus aliquot a conceptione annis per anum egefti hiftoriam tradit.

N. 228. HILL confirmat magnam illam ætatem *Henrici* JENKINS, qui 157. anno fuæ ætatis teftimonium dixerit in faftos relatum.

N. 229. J. BRODIE fetus, cujus offa de ulcerato umbilico prodierunt.

N. 235. *Will.* BYRD puer ex Aethiopiffa natus, cute maculofa.

In *Acad. Nat. Cur. Dec.* III. *ann.* V. *J. Fridericus* KHERN, *obf.* 47. Sanguinem ex vena, exigua per intervalla fecta, effluentem valde diverfum excepit.

Cent. II. *obf.* 158. Pulfus ex ipfa natura intermittens.

J. KUNKEL, celebris Chemicus, confirmat hiftoriolam oliftoris, qui octiduo fub aqua latuerit, & vitalis exierit.

J. Menrad VORWALTNER in fetus inteftinis motum periftalticum vidit, *obf.* 106.

Barthol. Joh. Otto HANNEMAN *obf.* 202. de fudore unius lateris.

EJ. *Thefes mifcellaneæ* Kiel. 1697. 4. etiam phyfiologicæ.

Jofeph Ignatius MUSCHEL *de* MOSCHAU, *obf.* 233. vagitus uterini exemplum.

J. Daniel DOLÆI anatome aliqua fetus, *obf.* 256.

Frid. Chriftian CREGUT, *obf.* 287. coitus abfque feminis effufione.

EJ. *de hominis ortu* Hanau 1697. 4. B. BOEHM. IDEM BERGERI phyfiologiam edidit.

J. Heinrich STARK, Regiomontanus Profeffor, *obf.* 109. pifcis androgynus.

IDEM *obf.* 296. Aries hermaphroditicus, nempe urethra fub pene patula. Satis bona anatome.

In T. II. *Galeria di Minerva* 1697. f. T. II. nullum animal ex putredine nasci, ex ovo omnia, ostendit *Sigismundus* VALCANI.

Antonio VELTRONI de melle.

In *Journal des Savans* 1697. *Ant. de* VALLEMONT de ovo prægnante.

Chirurgus nomine SOYE falsum germen describit, & fetum galea cranii destitutum, uteri loco membranam.

In *progrès de la Medecine* 1697. Chirurgus *le* DUC describit fetum monstrosum cyclopicum, pene de superciliorum intervallo pendulo.

Fetus in teste viri natus ex retento semine (mera sarcocele). Nana D. de St. DONAT. Narratio eadem redit in *Hist. de l'Acad. des Sciences* 1697.

§. DCCXXXVIII. *Varii.*

Antonius MENIOT, Medici Protestantis, qui tamen Parisiis vixit, *Opuscules posthumes* Amsterdam 1697. 4.* Physiologica aliqua continet, de voce & loquela, ubi musculos intercostales habet pro organis respirationis. De generatione lactis, ex sanguine parari. Notæ in BEDDEVOLE *Essays anatomiques*. Corrigit auctorem ob hypothesin acidi & alcali, quam iste docet. Nam MENIOTUS, acris veterum sectator, ab ea hypothesi erat alienissimus. Ita SYLVIANAM sectam valde deprimit in *lettre sur la medecine & les medecins modernes*. Ideas mobiles in spiritibus ordinari ad ideas fixas cerebri. Lego jam anno 1662. „ *Disp. pathologicas* edidisse, *quas* inter sit de angustatione & dilatatione pupillæ.

Richardi BOULTON, *Medici proficientis* Cestrensis, *treatise of the reason of muscular motion* London 1697. 12. min.* Esse in musculis glandulas aliquas; in iis convenire sanguinem & spiritus, fermentari & unione sua constituere humorem nutritium, qui in cavas fibras per proprios ex glandulis ductus feratur easque nutriat. Eumdem, quando uberior advenit, majori ubertate in fibras irrumpere, quam quæ per venas possit redire.

Petri JENS *tirocinium medicum ad physiologiam & pathologiam* Haag. 1697. 8.* Physiologia SYLVIANA.

J. HÆNFLER *judicium de ovo gallopavonis* Custrini a. 1697. editi. Custrin. 4.*. Omnino gallopavonem ovum peperisse, ovo vulgari non undique simile, orbiculare, testa destitutum.

Recit exact d'une grossesse extraordinaire Paris 1697. 12. Contra SAVIARDUM. Descriptio fetus maturi in tuba reperti.

Michaelis Aloysii SINAPII *absurda vera, s. paradoxa vera* Genev. 1697. 8.* Warsaviæ medicinam fecit, inde in Helvetia, qui Bernensi senatui suum librum dedicaverit, Chemicus cæterum, & arcanorum amator, & paradoxus acidi pancreatici succi defensor; in admittendis fabulis credulus. Pleraque practica.

EJ. *de remedio doloris, s. natura anodynorum & opii.* Somnum fieri a grumoso crasso quodam, quod cum sero sanguinis mistum in cerebro stagnet. . . .

J. Aegidii

J. Aegidii EUTH *Anatome umbilici curiosa* Leid. 1697. 8.* Omnia alia hic potius quæras, quam umbilici anatomen.

J. Bapt. CONTULI *breve instruzione sopra il glutine e colla che si generi in corpo umano, e suoi effetti* Rom. 1697. 4.* Fere practicus libellus.

EJUSD. *de lapidibus podagra & chiragra in corpore humano productis* Romæ 1697. 4.* TACHENIANUS homo & paradoxus, qui multa tamen cadavera, potissimum morbosa, inciderat. In cute ridiculam iconem dat glandulæ sudoriferæ, cum poro semilunari. Aliquos physiologicos tractatus Gallice vertit & a. 1696. & 1697. & Paris edidit 12. 2.Vol.*; de natura humana, carnibus, diæta.

Les œuvres D'HIPPOCRATE *traduites en François sur les M. S. de la Bibliotheque du Roi (par* DACIER) Tom. I. II. Paris 1697. 8. Vitam viri dedit, ad vulgares opiniones. De Syriacis & Arabicis versionibus RENAUDOTUS. Vertit autem libellos illos isagogicos minores *de arte, decoro medici, de carnibus, natura humana, de diæta, aëre, aquis & locis.* Circuitum sanguinis adfirmat, divo seni notum fuisse. Errat in HEROPHILO, quem facit PHALARIDI coævum. Venarum descriptionem falsam esse credit chirurgo PASSERAT.

G. LAVAUX *tr. de la mauvaise articulation de la parole* Paris 1697. 12. FALCONET. Laudat Cl. PORTAL.

Joh. SCHMIDT *uromanticus castratus s. tractatus de urinis earumque inspectione Johannes* MUNNIKS *castigatus* Utrecht 1696. 8. LEU.

Joseph BUTLER *nader ontdekking des menschlycken waters om aller menschen temperament te ontdekken* Haarlem 1697. 12.* Uroscopus paulo melioris conditionis, qui multa sperat ex lotio se visurum, temperamenta hominum, graviditatem, ejus tempora, futuram ipsam arthritidem. In sani hominis urina requirit nubeculam suspensam.

Sainct CRISTAU *La chirurgie pratique* Luxembourg 1697. 12.* etiam anatomen continet.

Jean FONTANELLES *tr. de physique où de medecine, où l'on explique la sanguification, la circulation du sang, les serosités, les differences des fievres &c.* Paris 1697. 12.

John PECHEY *introduction to the art of physik* Lond. 1697. 8. OSB.

Le tresor de la medicine contenant l'anatomie où la division du corps humain &c. Paris 1697. 8.

Carlo CESIO *cognitione de musculi del corpo humano per il disegno* Rom. 1697. fol. MEAD. Germanice vertente *J. Dan.* PREISLER Nurnberg 1706. fol. lego non esse auctam MOEHSEN.

J. Franc. WEYPERT *güldenes Kleeblatt der Chirurgie* Hamburg 1697. 12.* Continet etiam compendium anatomicum.

§. DCCXXXIX. *Disputationes.*

J. Henrich BURCHARD *de respiratione integra & læsa* Altdorf. 1697. 4. BURCKH. alibi tribuitur *Christiano* MARTINO.

Phil. Ab. HULDEN *de admirandis naturæ fontibus, ex quibus ambrosinum humanæ sustentationis nectar hauritur* Jenæ 1697. 4. BURCKH.

Paul. Marquard SLEGEL *de æquivoca generatione argumentorum responsio* Jenæ 1697. 4. HE.

Erich MOINICHEN *de generatione & vita concharum anatiferarum* Hafniæ 1697. 4. HE.

J. Henrich GREULINCK *de multiplicatione hominis secundum utramque essentiæ partem* Hall. 1697. 4. HE.

Chrift. Martin BURCHART Disp. *de respiratione sana & læsa* Rostock. 1697. HAENEL.

EJ. *de natura humana* ib. 1722. 4°. & 8°.

EJ. *de principio movente primo in animalis* ib.

EJ. *de partu difficili* ib. 1726. 4.

Daniel Henrich MEIBOM *de patellæ osse ejusque læsionibus & curatione* Franeker. 1697. 4.* Non mala Disp.

Georgii CUNAD *de respiratione* Leid. 1697. 4. HE.

J. Andreæ FISCHER, Professoris Erfordiensis, *de musculis eorumque officio naturali* Erford. 1697. 4. HE.

EJ. *de lacte optimo elemento & medicamento* ib. 1719. 4. HE.

EJ. *de insensibili transpiratione* ib. 1720. 4. HE.

EJ. *de vigili cura animæ circa corpus humanum* ib. 1720. 4. HAENEL.

EJ. *Utrum fetus in utero materno respiret* ib. 1721. 4.

EJ. *de motu sanguinis naturali, non naturali & mixto* ib. 1718. 1719.

EJ. *Succincta sexus potioris secundum statum* n. & p. n. *spermatologia* ib. 1725. 4.

EJ. *Sialographia medica* ib. 1726. 4.

EJ. *de chylificatione integra & læsa* ib. 1728. 4.

EJ. *Consilia medica in usum practicum & forensem* Francof. 1705. 8. Mireris excusare infanticidam cum puer clamasset, quem tamen vult mortuum natum esse. Habet exemplum superfetationis.

Andreæ RIDDERSMARK *de signatura fetus in utero Lund.* Scaniæ 1697. 4.

EJ. *de sensu tactus* ib. 1698. 4.

J. Benj. MICULCI θαυματοπεριγραφαι *humani corporis* Witteb. 1697. 4. UFF.

J. ROSENAU *de medicina transfusoria* Gron. 1697. 4. HAENEL.

J. Jac.

J. Jac. WOYT *de chylificatione &c.* Præside *Ol.* JACOBÆO Hafn. 1697.

EJ. *Heimlichkeiten des ganzen weiblichen Geschlechtes* Danzig 1700. 8.

EJ. *Schatzkammer &c.* Lipsiæ 1751. 4. habet etiam vocabula anatomica.

Andreæ Julii BOETTICHER *de vocis organo* Leid. 1697. 4.

EJ. *de ossibus* Disp. I. Giess. 1698. 4. VATER.

Secunda ibid. 1699. 4.*

Tertia ibid. 1700. 4.*

EJ. *de respiratione fetus in utero* Helmstad. 1702. 4.*

EJ. *de cranii ossibus* ib. 1718. 4.*

Benjamin EWALDT *de impotentia virili* Hall. 1697. 4.* Pr. STAHLIO.

EJ. *de somno* Regiom. 1711. 4.

EJ. *An fetus humanus vivus vel mortuus natus sit* Regiom. 1716. 4. B. BOEHM.

EJ. *Medicus practicus dubitans de subtilitatibus curiosis, an in praxi usum habeant* Regiomont. 1701. 4. contra subtilem anatomen.

EJ. *de Eunuchis & spadonibus* Regiom. 1707. 4.

EJ. *Specimina publica medica* Regiomont. 1717. 4. Secundum est de primo inventore circuitus sanguinis: eum facit Salomonem.

EJ. *de uroscopiæ usu & abusu* ibid. 1718. 4.

Ang. CRESSE' & *Lud.* LEMERY, Academici, *E. proxima quo corpus alitur materia chylus* Paris. 1697. 4.

Gil. PUYLON & *Petri le* TONNELIER, *Ergo corpus humanum automatum hydraulico-pneumaticum* Paris. 1697.

§. DCCXL. *Antonius* VALISNERI,

Scandianensis ex Ducatus Mutinensis montanis, vir nobilis & Professor Patavinus, eloquens & in moribus atque generatione insectorum adnotanda felix. Anatomen passim adtigit.

EJ. Descriptio monstri vitulini, exstat in *Giorn. de letter.* 1697. Variis a tumoribus & cellulosæ telæ appendicibus mire deformabatur.

EJ. *Dialoghi* Venez. 1700. 8.* De evolutione & moribus insectorum MALPIGHIUM inter, præceptorem suum, & PLINIUM. Nobile opusculum. Contra generationem, quam dicunt æquivocam; ex putredine nullum nasci animal. Absque aëre ova quidem vegetare, cæterum animalcula perire. Oculos, qui putantur, insectorum, non esse veros oculos. De formicaleone, muscis ichneumonibus, vermibus ovium, equorum. Miscuit utile dulci. Dialogus secundus exstat in *Galer. di Minerv.* T. III.

Ad eos dialogos in editione operum omnium multa additamenta accesserunt,

runt, de nidis insectorum, de cantharidum in asparagis habitantium generatione, de dactylis intra saxa habitantibus. De generatione murium ex putredine. Monita contra mala experimenta defensorum generationis æquivocæ.

Ej. *Nuove esperienze sulli sviluppi* Venet. 1713. 4.* Nolui a dialogis separare. Agitur de muscæ rosisecæ historia naturali. De generatione nonnullorum insectorum, quam Redus animæ vegetabili tribuebat, noster ad ova materna revocat. Novæ insectorum classes. Pulices ex ovis nasci. Vermes sinuum mucosorum quadrupedum. Oestri bubuli historia, vermium, & denique struthiocameli: potissimum etiam ventriculorum anatome, ejusque glandulæ compositæ; bilis in ventriculum refluens. Ferrum a succo ventriculi putat consumi: reliqua anatome: & spirales appendiculæ; ejus animalis asperæ arteriæ per omnes corporis partes distributæ. Cantharides liliorum. Musca quæ ovum in dorsum boum deponit.

Considerazioni ed esperienze intorno al creduto cervello di bove impetrito Padova 1700 4.* Non fuisse cerebrum in osseam naturam mutatum, quod Parisiis credebatur, sed exostosin.

Considerazioni ed esperienze intorno alla generazione de vermi ordinarii del corpo umano Padova 1710. 4.* Vermes & teretes & tænias describit cum harum vasis. Fuse contra Andryum. Vermes humanos esse congenitos. Tæniæ caput unicum, anos tot quot sunt articuli; canalem cibarium unicum cum vasis lacteis, demum ova. Fieri ex cucurbitinis se conprehendentibus. Vermem latum caput proprium non habere. Etiam ex ovo nasci. Multa de generatione nonnullorum animalium obscuriori.

Prima raccolta d' osservazioni ed esperienze dal s. A. Valisneri *cavata* Venez. 1710. 8. Vitiosa editio & rarissima.

Nuove osservazioni ed esperienze intorno alla storia medica e naturale Padova 1713. 4. Iterum de lumbricis animalium. Non nasci ex generatione æquivoca, sed habere sua ovaria & sua ova. Fetus cerebro & galea cranii destitutus. Mumiæ descriptio. Pro evolutione, contra generationem æquivocam. Plurimæ cæterum breves epistolæ.

Nuova giunta d'osservazioni e di esperienze intorno alla storia medica e naturale, recusa in operum T. I. ed. 1733. fol.* Multa hic aliarum sunt editionum. De morsu viperæ, cui canes oblati. Contra generationem æquivocam. Non deglutitas fuisse acus crinales, circa quas calculi in vesica subnati sunt. Omnino anguillas ova habere. De ovis chamæleonis. De ovorum viis aëreis. De aphidibus, in quas alia insecta ova sua deponunt. Monstra aliqua; digiti superflui: pars genæ setis porcinis adspersa. Palingenesiam fere admittit.

Istoria del Cameleonte Africano e di varii animali d' Italia Venez. 1715. 4.* De granis in cute hujus animalis: varii Gallorum errores. Varietatem colorum esse a plicis & rugis innumeris in cute mutabilibus, deinde a turgiditate majori & minori pulmonum: causam remotiorem vero in spiritibus a variis animi adfectionibus mutatis. Utique hoc animal edere, etiam bibere, egregie vero jejunare posse,

posse, & diu. Fasti vitæ & morum Chamæleontis a CESTONO consignati. Aestate imprimis viridescere, pallere sanguine a corporis superficie retracto, tum noctu. Non inducere colores pannorum, quibus imposueris. Aërem in sulcos cutaneos receptum videri colorum varietatem facere. Generatio, parturitio, ova, anatome, costæ, earumque duplices dearticulationes; pulmones, vesica aërea cum aspera arteria communicans. Sacculi adiposi, oviductus, bini penes; lingua accurate descripta; nervi optici. Lacertarum anatome. Ranis non pluere. De utilitate sacculorum adiposorum. De ranarum cibis & eorum coctione. Urinam bufonum non esse venenatam. Generatio ranarum, & penis. De bufone pipa; marem esse, quæ femina putabatur, & vicissim, maremque adeo, qui ova in dorso circumferat. Ova ranarum. Anatome bufonis. Aliqua de crocodilo.

Hyacinthi CESTONI *istoria della grana del Kermes &c.* in ilice repertis. Hactenus huc facit, quod mirificam vitam, generationem, mortem hujus animalis describat. Omitto, quæ de multis aliis animalculis profert. Sponte quiescit animal, & in siccam gallam mutatur. Volatilia animalcula partus esse spurios. De generatione pulicum pariter & apud VALISNERUM & in *Phil. Trans.* n. 249. sua experimenta profert.

Nuova e maravigliosa scoperta dell' origine di molti animalculi sulle foglie de' cardi. Omnia parere.

Nuove osservazioni intorno alla costituzione verminosa ed epidemica seguita nelle cavalle, cavalli e pulledri. Hunc morbum esse a vermibus, quos musca in ano deponat.

Cum hoc libello videtur prodiisse; certe in editione 1733. conjuncta est, satura diversarum observationum partim ad anatomen pertinentium. Hic placentæ vesiculosæ & aliæ hydatides.

Vitulus difformis (jam dictus).

Porus in aculeo scorpionis.

Monstrorum historiæ; aves quadrupedes; ova monstrosa; dens humanus enormis; alia.

Lingua Chamæleontis.

Ovariorum in anguillis descriptio, ovorumque partus.

Fuse contra ANDRYUM.

Istoria della generazione dell' uomo e degli animali se sia da vermicelli spermatici, o sia dalle uova Venezia 1721. 4.* Germanice a C. BERGER vers. Lemgov. 1739. 8.* Præcipuum & plenissimum VALISNERII opus, & maxima cura elaboratum. In parte prima magno labore LEEUWENHOECKIUM refutat. Vermiculos admittit, sed factos esse putat, ut coagulationem seminis impediant. Nimis passim subtilis. In altera parte hypothesin ovorum corrigit: negat verum ovum humanum notum esse, idque putat inconspicuum in luteo corpore latere. Multa vero bona de iis corporibus ex multis animalibus profert. Mo-

 las

las vitales esse a stamine concepto neque corrupto. Appendicis loco magna adjecta est monstrorum historia, cujus ne titulos quidem hic licet omnes indicare. Memorabiles sunt dissectiones *Caroli* MAZUCHELLI, *Antonii Sebastiani* TROMBELLI, *Johannis* CACCIA, *J. B.* VERNA, *Hyacinthi* VOGLI, *Felicis Adami* MULEBANCHER.

Ad finem est epistola de nutritione fetus per umbilicum, discessione ovi fecundati ab ovario, primis fetus alimentis, ordine quo partes corporis animalis evolvuntur. Hic & alibi vir ILL. pro evolutione dicit.

Raccolta di varie osservazioni spettanti all' istoria medica e naturale. Multa ad nos faciunt. Sacchari lactis historia. Lien catellæ feliciter ereptus. Puer monstroso capite, digitis connatis. Hydatides ex ano. Catus cornutus. Sermo in *Academia degli Abbagliati* dictus, de fermento ventriculi, ubi quæritur, num acidum sit, quod negatur. Acorem in bile latere. Viæ aëreæ secundi corticis ovi. De urina potus, diversa ab urina sanguinis. Seri sanguinis coagulationem impediri ab acido. Viperæ quæ per os peperit, obstructa cloaca, animalculis per intestinum redeuntibus: ejus animalis cloaca.

Estratti varii d' osservazioni dal nostro autore con annotazione sue & d' altri a lui mandati. Sudor sanguineus; serum sanguinis ex vena missi concrescens: hæc SAPORITUS Multa monstra; rana quinquepes; locustæ monstrosæ. Porcellus artubus mancus. Puella quadriennis menstruata. Viperæ morsus infusoria chirurgia curatus. De sanguine; num sit machina solida fibrosa, quæ D. CAPILUPI conjectura fuit. Penis cæcus, & urethra ad basin glandis aperta variis modis. Vulvæ duæ. Urinæ vomitus.

Saggio d' istoria medica e naturale con la spiegazione de nomi &c. Dictionarii medici specimen, in quo etiam anatomicæ voces earumque definitiones. Destinabat supplendo dictionario *della Crusca*, cujus partem physicam non probat.

Raccolta d' alcune lettere scientifiche. De transpiratione SANCTORIANA. Num partus semestris vitalis esse possit. Frigidi hominis historia. Contra ANDRYUM.

Migliorazioni e correzioni d' alcune sperienze del REDI. Nempe CASPARI ostendit multa, quam REDUM, nostrum rectius vidisse.

Conclusiones physico-medicæ, quas sub auspiciis Antonii VALISNIERI exposuit *Leo Bernardus* PAGLIA Senis 1725. Compendium inventorum VALISNIERI etiam physiologicorum, ut refutationis vermiculorum seminalium.

Objectiones adversus ANDRY Gallice prodierunt, *Lettre à l'auteur du livre de la generation des vers* Paris 1727. 12.

Hactenus recensui *opere fisicho-mathematiche* edita Venez. 1733. fol. 3. Vol.* cura GIANNARTICI comitis *de Porcia*.

In *Galeria di Minerva* T. II. dialogorum est adumbratio.

T. IV. Varia physico-medica, monstra.

T. V.

T. V. idem monſtrorum catalogus.

T. VI. ad bilis anatomen.

T. VII. de vaſis ovi aëreis.

In *Giorn. de letter. Suppl.* III. de ovis inſectorum abſque aëre excluſis.

In *opuſc. ſcientif. e filolog.* T. I. partus illæ idem viperæ per os.

In T. II. Contra vermes, quos Anglus nonnemo microſcopio per fraudem oſtendebat.

In *Eph. Nat. Cur. Cent.* II. *app.* de ovario anguillarum quod noſter detexit.

In *Galeria di Minerva* T. VII. de fetu, qui ſexto anno per abſceſſum umbilici prodiit;

& Ej. ad MANGETUM epiſtola de puella ſine cerebro nata.

Eph. Nat. Cur. Cent. VI. *obſ.* 97. Acidum ſuccum ſeri ſanguinis concretionem impedire, quod improbabile.

Cent. VIII. *obſ.* 78. Manus ſirenes.

Cent. IX. *obſ.* 72. Duo exempla urethræ ſub pene apertæ.

Obſ. 73. Placenta veſicaria, tum *Vol.* I. *obſ.* 166.

Obſ. 75. Duæ vulvæ.

Cent. X. *obſ.* 50. Urina per os excreta.

Tom. III. *obſ.* 6. Urina vomitu reddita.

§. DCCXLI. *Diaria anni* 1698.

In *Phil. Tranſ.* n. 237. de femina ſermo eſt, cui vagina coaluerat, & quæ nihilo ſecius utero concepit.

N. 238. *Robertus* SOUTHWELL de catulo capite ſemiduplici.

Samuel DALE aliqua, ſed minime lucida, de anguillarum partu. Non ſatis credit D. ALLEN, qui earum ova putarat ſe vidiſſe.

N. 240. *Chriſtophorus* PITT argentum vivum in venas vivi canis injectum vidit exhalaſſe in caveas corporis humani.

Id. n. 243. de motu periſtaltico ventriculi, in vivo cane viſo.

N. 241. Eadem *Raymundi* VIEUSSENS, quem dudum diximus, epiſtola *de ſanguine humano*, ad Medicum Collegium Lugdunenſe data.

Iterum in *P. T.* n. 242. de homine articulos ſui corporis in omnem fere verſum flectente.

N. 243. de uberibus vaccinorum ſimilibus ex matris imaginatione natis.

N. 256. Nummi cuprei ab infante devorati, videntur ſenſim ſed lentiſſime conſumti fuiſſe.

Hoc anno prodire ceperunt ACTA LITERARIA MARIS BALTHICI, quo diario & libri recenſentur, & aliquæ inſertæ ſunt adnotationes propriæ.

Hoc *anno* deſcribitur caput deforme ore maximo, appendicibus plenum, ſincipite minimo &c.

Senex 110. annorum.

§. DCCXLII. *Jacobus* KEIL,

M. D. Jatromathematicus, PITCARNII adſecla, qui longe ipſo BORELLO accuratius calculis potiſſimum logarithmicis ad computandas vires corporis humani vaſorum diviſiones, & alia phyſiologica, uſus eſt, & ex cancro oris miſere periit (*m*).

EJUS *anatomy of human body abrigd* primum prodiit Lond. 1698. 12. deinde ſæpiſſime recuſa eſt. Quartam editionem poſſideo 1710. 12.* & undecimam 1742. 12.*, quæ nihil differunt, eſt etiam alia 1723. 12. 1731. 1738. 12. & Edimburgi 1747. 12: etiam Belgice *Korte ſchets van de ontleeding van's menſchen ligham* Amſterdam 1722. 8. 1745. 8. Etſi non fuit inciſor, minime tamen malum libellum nobis dedit, neque proprio fructu caſſum. Paſſim uſus eſt vaſis a COWPERO cera repletis. Vaginalem teſtium tunicam recte a peritoneo repetit. Ductus hepati-cyſticos in ſolo bove reperiri. In ductu choledocho ſe collegiſſe duas in hora bilis drachmas. Cordis motum ſanguinisque celeritatem computat, de quibus proprio loco; & menſuras dat aliquarum arteriarum. Calculos ponit augmenti pectoris, quod inſpirando fit, id ad 42. uncias quadratas æſtimat. Arteriam pulmonalem inſigniter ampliorem facit aorta, ut 13. ad 10. Lumbalem medullam a cerebri radice natam feciſſe, ut veteres crederent, ſemen a cerebro advenire. Diminuto motu projectili particulas ſimiles ſe adtrahere.

EJUSD. *An account of animal ſecretion the quantities of blood in the human body and muſcular motion* London 1708. 8.* De ſecretione; ſanguinem fieri particulis ſe adtrahentibus; primas adeo uniri, quarum vis adtractilis maxima eſt, noviſſimas, quarum minima. De retardatione ſanguinis nata ex luminibus ramorum amplioribus lumine trunci, quæ retardatio repetita faciat, ut omnino in venæ portarum ramis velocitas reliqua ſit ad truncum arteriæ meſentericæ :: 1 ad 64 X 177, tardato vero motu ſimiles particulas ſe adtrahere. De retardatione ſanguinis in vaſis ſeminalibus ad 150plum æſtimata primigeniæ velocitatis. Inde de glandulis; ita vocat arteriolam flexuoſam: ut humores depurentur, omnibus tenuioribus particulis emiſſis per ramos laterales anguſtiores, quam humor de fine glandulæ exiturus.

Pertinet ad hanc theoriam vis exſpirationis, atque adeo preſſio aëris in pulmones, quam noſter centum libris æſtimat: quare ſanguinis moleculas in pulmone ſolvi putat. Sanguinis copiam æſtimat, tum ex luminis inanis arteriarum ad ſuos parietes ratione, tum ex diminutione ponderis partium ſolidarum, quæ fit per exhalationem. Ita ſanguinem (nempe omnes humores circulum obeuntes) æſtimat ad 100. libras in viro 160. libras pendente. Hic orta eſt

(m) Teſte BECKETO.

eſt opinio, parietes vaſorum vaſis fieri. Nutritionem non eſſe niſi diſtentionem. Iterum de celeritate ſanguinis. Ejus æſtimatio in aorta; æſtimat ad 52. pedes in minuto primo: deinde retardari in minimis in duorum ramorum ad truncum ratione, ducta in numerum diviſionum.

De motu muſculorum. Pauca. Ex veſiculis fibras componit, eas ut pauco humore diſtendi, poſſint facit perangustas. Sanguineos globulos ſumit aëre plenos; adjectos his globulis ſpiritus facere docet, ut globuli ſe expandant.

EJ. *Tentamina medico-phyſica ad œconomiam animalem accomodata. Acc. Medicina ſtatica Britannica* London 1718. 8.* Leid. 1741. 4.* Lucca 1756. 8. Priora hic repetuntur, multum aucta, & alia nova acceſſerunt. Redit 1. *de ſanguinis quantitate*, 2. *de velocitate.* Hic cordis robur æſtimatur, quod tentamen novum eſt. BORELLI enormes calculi rejiciuntur, & ex ſaltu ſanguinis de arteria projecti vis cordis ad octo uncias æſtimatur, æque infra verum. Tunc de ſecretione animali ut prius; de vi exſpirationis, ſ. aëris in pulmonem preſſione, quam maximam facit, ob rationem maximam omnium veſicularum ſimul ſumtarum ad glottidem. De motu muſculari. Statica medicina nova eſt. Experimenta ſunt auctoris in ſe ipſo facta, valde inæqualia ob laxius vitæ genus. Reſpirationem nocturnam minorem eſſe. Copia perſpirationis multo minor, quam quæ SANCTORIO dicta; urinæ contra copia major. Neque tanta mala a varietate perſpirationis vidit accidiſſe, neque ab impedita perſpiratione catarrhos naſci. Denique corpus animale humorem de aëre adtrahere.

In *Phil. Tranſ.* n. 306. deſcribit diſſectionem cadaveris viri 130. annorum. Cor magnum, arteria aorta pene cartilaginea, cerebrum juſto firmius.

In *Phil. Tranſ.* n. 362. contra JURINI æſtimationem virium cordis aliqua protulit.

§. DCCXLIII. DU PRE',

Chirurgi Pariſini, *hiſtoire de différens muſcles, qui ſervent à différens mouvémens de la tête ſur la premiere & ſeconde vertebres du cou: de deux ligamens, dont l'un attache la téte à la premiere vertebre, & l'autre la premiere vertebre à la ſeconde* Paris 1698. 12. Muſculum capitis lateralem rectum pro re nova deſcribit. Sed tres omnino muſculos inter apophyſin transverſam & caput medios facit: deinde novum renuentem poſteriorem. Eorum muſculorum primus rectus eſt internus minor: alter lateralis, tertius perminutus eſt muſculus, quem COWPERUS ad obliquum ſuperiorem refert; quartus ad rectum minorem ab eodem refertur. Eoſdem quos DU PRE' demonſtraſſe muſculos D. GIGOT (notiori nomine *de la* PEYRONIE).

Excerpſit hunc libellum in *Phil. Tranſ.* n. 251. G. COWPER cum iconibus.

EJUSD. *Nouvelle deſcription des muſcles de l'epine* in *Journal des Savans* 1699. n. 21. Primum deſcribit muſculum a quavis coſta duobus tendinibus euntem in labium ſuperius oſſis. Ibi eſſe inſertum longiſſimum, etſi alium facit: ſacrolumbalem demum a ſeptimo dorſi proceſſu ad inferius in apophyſes

ſpinoſas euntem. Habet præterea ſemiſpinoſum & ſpinoſum (transverſo-ſpinalem), levatores coſtarum, intertransverſales lumborum & colli, & interſpinales. Demum fibras muſculares decuſſatas inter duas quasqne vertebras: tum glandulas in foſſulis corporis vertebrarum, & ligamentum ſpinæ dorſi anterius.

Ej. *Les ſources de la ſynovie & une nouvelle deſcription des muſcles de l'epine* Paris 1699. 8. Muſculos duos parvos in articulo genu deſcribit, inter eos duas glandulas: cerebrum & ab hydrocephalo deſtructum.

Deinde contra Cowperum, qui muſculos noſtri refutaverat, reſpondet in *Journal des Savans* 1701. p. 366. ſqq. Negat ſuos muſculos Fallopio dictos eſſe, aut cuiquam. Mireris, quod rectos majores muſculos velit ſpinæ atlantis inferi, niſi ipſe de poſteriori loquatur, de anteriori Cowper. Superiorem obliquum a ſuo *rengorgeur poſterieur* remotum eſſe. Nullos dari inter 1. & 2. vertebram intertransverſales.

Idem in *Phil. Tranſ.* n. 251. ejusdem Du Pre' cranium tumidum deſcribitur a cornubus extuberans.

§. DCCXLIV. *Varii.*

Charles Denys *de* Launai *nouveau ſyſteme concernant la generation &c.* Paris 1698. 8. Bur. 1726. 8.*, etiam 1754. 8. ex catalogis. Perfectum puellum eſſe in ſemine maris, perfectam puellam in feminæ veſiculis a ſpiritibus perfici. Obſervationum vix quidquam. Ovum tamen reperit in oviductu gallinæ, teſta rupta, albumine & vitello induratis. Contra vermiculos ſeminales.

Hunauld *de la Sauge* Paris 1698. 12.* agit etiam de ciborum digeſtione & fermenta defendit.

Hiſtoire d'une groſſeſſe extraordinaire Paris 1698. 12. & in *Phil. Tranſ.* n. 251. fetus tubarius a D. Jouey deſcriptus, qui idem fuerit Gouey alias dicendus. Multa in Saviardum, qui & ipſe eum fetum deſcripſit.

Ludovici Testi *relazione concernente il zuccaro di latte* Venez. 1698. fol. Latine *de ſaccharo lactis* ib. 1700. 12.* & in E. N. C. *Cent.* III. *obſ.* 33. Triplex ſaccharum lactis dicit, in quorum primo adipis multum ſupereſt, minus in altero, nihil in ultimo. A ſale ſeri diſtinguit. Encheireſes non adfert, per quas paratur. De glandulis mucilaginoſis aliqua. In *Galer. Minerv.* T. VI. aliqua ad analyſin bilis.

Henrici Snellen *de animalculis in ovino aliorumque animalium hepate detegendis* Leid. 1698. 4.

Ej. *de urinarum inſpectione* ib. 1701. 4.

Ejusd. *Theoriæ mechanicæ phyſico-medica delineatio* Leid. 1705. 8.* Juvenis, *Jacobi le* Mort diſcipulus, a *Matthæi* Palilli forte epiſtola irritatus, miniſtraturus præceptoris in mechanicos medicos odiis, Baglivi *de fibra motrice* librum adgreditur, deinde fuſe *Johannis* Freindii *Emmenologiam*, & iris ſuis contra

contra mechanicorum & jatromathematicorum faſtum indulget. Contra BAGLIVIUM humorum dignitatem vindicat, ex quibus ſolidæ partes coaluerint. Fluidarum corporis humani partium parum plenas claſſes facit, ex quibus temperamenta interpretatur. FREINDII ſingulas fere paginas refutat; hiſtoriam menſium carpit, plethoram rejicit. Experimenta chemica viri ſuſpecta reddit. Verboſus & acrior æquo.

EJ. *Defenſio contra* BARTHOLOMÆI *de* MOOR *inſultantem de ſpiritibus animalibus igneis* ib. 1707. *habitam Orationem* 8.* Atrociter ſuccenſet BARTHOLOMÆO mechanico, qui ſpiritus animales igneos a SNELLIO defenſos refutaverat. Hæc lis parum habuit utilitatis.

Thomæ GUIDOT *in* THEOPHILUM *de urinis prolegomena:* Præf. data eſt 1698. Prodiit Leid. 1703. 8. 1731. 8.* Aliquid de potu per arteriam aſperam deſcendere ſecundum membranas. Hiſtoria ejus litis. Multum de potu in ventriculo ſorberi: & de lite ſuper itinere potulenti in veſicam. Serum ſanguinis lacteum vidit. Acriter in uromantas.

J. Chriſt. WOLF *Epiſtola problematica ad* RUYSCHIUM *de inteſtinorum tunicis, glandulis &c.* Amſterdam 1698. 4. altera *de glandulis* Hafniæ 1699. Lipſ. 1699.

Ad primam RUYSCHIUS reſcripſit.

Placidus SORACI *repenſe à la lettre écrite par M.* CHATELAIN Montpelier 1698. 12. Se jam anno 1686. ſua inventa demonſtraſſe.

EJ. *Reponſe à la lettre de Mr.* CHIRAC *ſur la ſtructure des cheveux* 1699. 12. & EJUSD. Diſp. *an pili partes corporis humani viventes* Paris 1703. 4.*, præſide D. FOURNEAU. Ex glandulis cutaneis gluten ſecerni, quod ſit pilorum radix. Acriter de his inventis etiam coram judice (*n*) depugnavit cum *Petro* CHIRAC, cum uterque alterum plagii reum faceret.

M. A. MADERI *Apologia per ſanguinis circulatione* Venet. 1698. 8. HEIST.

Car. MUSITANUS, Presbyter, Medicus, in l. *de vulneribus* Genev. 1698. 4. tradit anatomen.

Cum l. *de morbis mulierum prodierunt quæſtiones duæ de ſemine cum maſculo tum feminæ: altera de ſanguine menſtruo* Genev. 1709. 4. &c.

J. INGENBERT *Chiromantia metopoſcopia & phyſiognomia curioſa* Francof. 1698. fol. in catalog.

Gebrauch der fünf Sinnen, erſter Theil vom Fühlen Leipzig 1698. 8.

In *C. de* BRUYN *Reyze na Klein Aſien &c.* Delft 1698. fol. Multa de chamæleontis coloribus. Naturalem eſſe murinum. Vidiſſe ſe etiam in linteo album factum eſſe.

§. DCCXLV. *Diſputationes.*

Wolfgang Ern. WAGNER *de oculo ceu delicatiſſimo necnon curioſiſſimo machinæ humanæ organo &c.* Altdorf. 1698. 4. HE.

J. Georg.

(n) CHIRAC *lettre ſur les cheveux* p. 340.

J. Georg. FREUND *de ſemine maſculino in ſtatu naturali & præternaturali conſtituto* Altdorf. 1698. 4. B. BURCKH.

Dan. Wilh. MOLLER *de gigantibus* Altdorf. 1698. 4. BURCKH.

Georg. EMMERICH *de inſpiratione* Regiomont. 1698. 4.*

EJ. *de duumviratu* HELMONTIANO ib. 1702. 4. HE.

EJUSD. *Theſium medicarum & paradoxorum pentas* Regiomont. 1698. 4. De aëre corpus conprimente.

EJ. *de conjugio* Aſtreæ *cum* Apolline, *de inſpectione cadaveris* ib. 1710. 4.*

Friderici SEUBERLICH *de ſtillicidio ſanguinis in cadavere præſente homicida conſpicui* Regiomont. 1698. 4. cum exemplis.

David STEMLER *de infante manibus pedibusque deſtituto* Weimar 1698. 4.

J. HEIMREICH *de ſanguificatione* Jen. 1698. 4. HE.

EJ. *de chylificatione* Jen. 1698.

J. Andreæ KRAFT *de objecto viſus* Jen. 1698. 4.*

J. Andr. KUNAD *de homine* Witteberg. 1698. 4.

J. Balthaſar WERNHER *de ſaporibus eorumque differentiis* Lipſ. 1698. 4.*

De PORTZ *de fermentatione & effervescentia in corpore humano* Leid. 1698. 4,

Petri ELFWING *de motu periſtaltico inteſtinorum* Upſal. 1698. 12.* Per integrum peritonæum muſculis nudatum motum periſtalticum ventriculi & inteſtinorum vidit.

Mathias RIBE *de reſpiratione* Upſal. 1698.

J. Frid. BELOU *de œconomia corporis animalis* Dorpat. 1698. 4.

EJ. *de odoratu* Lundin. 1703. 4.*

EJ. *de tranſpiratione inſenſibili* Lund. 1706. 8.

EJ. *de generatione animalium æquivoca* Lund. 1706. 8.

Diſcurſus medicus de impotentia virili Colon. 1698. 8. HUTH.

Gerard WINTER *de memoriæ ſtatu naturali & p. n.* Rinteln 1698. 4. PL.

Anton le CLERC & *Euſ. Ad.* THUILLIER *Non ergo ex eo quod mulier cerebro ſuperfetet, minus bene concluditur hominis generatio ex ovo* Pariſ. 1698.

Claud. du FRESNE & *Auguſtini* LIPPI, celebris botanici, *Non ergo ab ovo conceptus hominis* Pariſ. 1698.

Guilielmi MYLII Diſp. *de glandulis* Leid. 1698. 4.*, & in *meis ſelectis.* Diſcipulus BIDLOI catalogum glandularum dat, & varia diſcrimina: conglobatarum vaſa lymphatica, fibras, quas putat habere muſculares, cavitatem cujusque centralem.

Eliæ Petri de BEAUMONT *de circulatione ſanguinis* Leid. 1698. 4.*

EJUSD.

Ejusd. *de circulatione sanguinis in fetu* Leid. 1698. 4.*

Ej. *de sanguinis natura* Ultraject. 1699. 4.*

A. Bussi *de imaginationis viribus medicis* Leid. 1698. 4.

Alexand. Thomson *de vera instituenda medicinæ ratione* Utrecht 1698. 4.* Defendit anatomen contra B. de Volder, qui nuperos incisores in sua de usu & viribus rationis in scientiis oratione eos carpserat, quod fluida negligerent.

Ej. Scoti, *dissertationes medicæ de motu quo renituntur canales in fluida corporis animalis: de morbis animi* Leid. 1705. 8.* Vir ingenii facilis & judiciosi omnino eadem cum Boerhaavio sensit, discipulus Duverneyi. Præmittitur brevis historia artis medicæ. In I. Diss. non cor solum sanguinem in venas propellere, sed arterias etiam suo renixu eum motum adjuvare.

In Diss. V. opii vim ad rarefactionem refert sanguinis, a qua liquidum nerveum subsistat, & nervi conprimantur, & somnus fiat.

§. DCCXLVI. *Diaria aliqua.*

In *Eph. Nat. Cur. Dec.* III. *ann.* VII. VIII. *obs.* 53. *Michael* Pauli conceptio per vaginam pene connatam.

Idem E. N. C. *Cent.* I. *obs.* 50. Vagitus uterini historia.

Cent. II. *obs.* 115. Menses in vetula.

Cent. VI. *obs.* 29. Anus imperforatus reparatus.

Obs. 74. Menses in septuagenaria, & 75. in gravida, inque puella novenni.

Vol. IV. *obs.* 120. Virgo partibus inferioribus setosis.

Vol. V. *obs.* 68. Varia rariora. Cor sine pericardio. Lien triangularis. Ossea compages in tuba uteri.

In *Act. Lit. Mar. Balth.* 1699. *Jac. Reinholdus* Wagner dat anatomen fetus non incommodam, Urachus cæcus, nullæ in vena umbilicali valvulæ; mucus cruentus in ventriculo.

Ib. *Febr.* Embryo suillus petrefactus.

Ib. *M. Mart.* Incisio feminæ gravidæ. Ossicula Wormiana.

Puto & ejus est *M. April.* porcellus bicorporeus capite semiduplici.

M. Octobr. porcelli duo, alter pedibus quinquefidis, cornu ex fronte; alter cum appendice cranii.

Anno 1700. *April.* aliqua ad ductus salivales,

& *M. Julio* ad colorem Æthiopum.

M. Sept. alia lympha concreta, vasa lymphatica juguli.

E. N. C. *Cent.* II. *obs.* 113. hircus, quem ob ubera promissa & rimam perinæi habet pro androgyno.

EJ. Viri *Collegium Anatomicum M. Sept. ann.* 1706. scriptum superest.

In iisdem *Actis* 1699. *M. Octobri* fetus naso quasi duplici, palato nullo.

§. DCCXLVII. *Mem. de l'Acad. des Sciences.*

Hoc denique anno Academia Scientiarum Gallica novis legibus adstricta, adque annuos labores obligata, ab eo tempore caput magis magisque extulit. Duplex etiam in nuperis omnibus commentariis ordo redit, breve primum adnotationum compendium, inde fusiores dissertationes. Sed etiam potissimum huic Academiæ decori fuit, quod non aliquas ex casu natas adnotationes, ut nimis sæpe reliquæ Academiæ, verum integras peculiaris alicujus quæstionis physicæ vel anatomicæ enodationes dederit, quo nova & minutius visa continerentur.

Prior pars *histoire de l'Academie des Sciences* inscribitur, altera *Memoires.*

Ergo in *historia* hujus anni narratur lis de circuitu sanguinis per cor fetus, hinc inter MERYUM, inde inter DUVERNEYUM & TAUVRYUM accensa. Ea historia a FONTENELLIO quidem scripta MERYO favet.

D. CHEMINEAU miram fabricam cordis fetus humani describit, tribus, ut in testudine, ventriculis inter se communicantibus factum, nullo cum arterioso ductu.

Gabriel Philippus de la HIRE, *Philippi* fil. describit fibras peculiares vitrei corticis dentium, ad perpendiculum ex ossea radice erecti.

IDEM *Mem. de* 1707. vidit refractionem humoris aquei a refractione corporis vitrei non differre.

In *Mem. de* 1707. computat vires refringentes corneæ tunicæ & lentis crystallinæ, & ostendit, hujus jacturam per vitrum convexum facile reparari.

Hist. de 1712. Qui uvula sua pro arbitrio nares obturabat.

Non oportet hic omittere *J. Baptistæ* DU HAMEL *Regiæ Academiæ scientiarumque per triginta annos historiam* prodiisse Paris. 1698. 4.*, auctam & libro IV. & V. & præterea etiam passim in primis tribus libris, ib. 1701. 4.* Nihil habet, nisi quæ recensui, sed elegantia utique inventa Academicorum in compendium contraxit.

Sed etiam *Bernardus le* BOUVIER vulgo *de* FONTENELLE aliqua physiologica propria edidit: prima in oculos epistola ad BOULIER. Aliis legibus corpus nostrum regi, quam quidem machinas, cum exiguo a malo nuncio motu maximi in tota machina humana motus excitantur.

§. DCCXLVIII. *Daniel* LE CLERC.

Editionem *Bibliothecæ anatomicæ* Cl. viri ann. 1685. fol. 2. Vol. non recensui, quod ad manus non esset, metusque me retineret, ne aliqua huic collectioni tribuerem, quibus ea careret. Auctior ergo rediit Genev. 1699. fol. 2. Vol.*

2.Vol.* *Bibliotheca anatomica illuſtrata & aucta, ſ. recens inventorum theſaurus abſolutiſſima corporis humani deſcriptio, ejusdemque œconomia & adminiſtratio. Digeſſerunt Daniel* CLERICUS & *J. Jacobus* MANGETUS.

Neuter collectorum inciſor fuit, neque valde multa CLERICUS addidit. MANGETUS in priori tomo pluſculas cadaverum morboſorum inciſiones aliasque ſuas opellas. Collegerunt potiſſimum, quæ ſeculo XVII. ad partium corporis humani fabricam humorumque motum inventa fuerunt, neglectis fere muſculis, vaſis & oſſibus, præter oſteogeniam; neglecto etiam toto ſeculo XVI. & omiſſis immortalibus EUSTACHII opuſculis, quæ tunc exſtabant, atque FALLOPII CASSERIIque laboribus. Ita factum eſt, ut corporis humani anatome hic rara occurrat, inventores enim ſeculi XVII. fere brutis animalibus uſi ſunt. Sed neque tabulis anatomicis digna tanto opere cura impenſa eſt. Quæ contineat, non poſſumus repetere, cum iniquis ſpatiis intercludamur; diximus vero pleraque ſuis locis. Solitariæ etiam paſſim obſervationes acceſſerunt.

EJUSD. CLERICI *hiſtoire de la Medecine* Genev. 1699. 4. Amſterd. 1723. 4.*, quæ multo auctior eſt editio. Hiſtoriam anatomes non neglexit, dum antiquos medicos recenſet. Recte judicat de ASCLEPIADARUM & Ægyptiorum anatome. HIPPOCRATIS anatomica ex ſcriptis veris & ſuppoſitis colligit. Sic ARISTOTELIS, ERASISTRATI & HEROPHILI, quorum, quos noviſſimos dixi, laus eſt primorum corporum humanorum inciſorum. GALENI etiam anatomen in compendium contrahit, quem recte monet, parce humana corpora incidiſſe. Vir ſapiens & integri judicii.

EJUSD. *Hiſtoria lumbricorum latorum* Genev. 1715. 4.* Doctiſſimum opus, in quod vir Cl. omnia fere congeſſit, quæ utilia de his animalculis ſcripta exſtabant. Sed etiam ipſe naturam conſuluit, in tænia prima unico vero animale, deque ſecunda, quæ non ſit unicum animal; tum de utriusque origine. In plerisque VALISNIERIUM ſequitur.

§. DCCXLIX. *J. Jacobus* MANGET,

Et ipſe Medicus Genevenſis, ab anatome alienior magnusque collector, præter ea, quæ Bibliothecæ anatomicæ adjecit, edidit Genev. 1717. fol. 2.Vol.* *Theatrum anatomicum, quo corporis humani fabrica & quæſtiones ſubtiliores continentur.* Alius ei finis fuit, quam in *Bibliotheca.* Utitur equidem præcipuis, ut putabat fontibus anatomes. Sed eos in compendium ipſe contrahit. Neque Bibliopolæ nitorem operis tabularumve neglexerunt. Sed primum collectori veri fontes anatomes erant ignoti; nunquam ſi meliora opera nota habuiſſet, oſſium hiſtoriam ex BIDLOO, muſculorum ex *Johanne* BROWN ſumturo. EUSTACHII tabulas ad nuperam editionem LANCISIANAM deſcriptas, ſed conciſas, diminutas & vitioſas, reddidit. De ſuo vix præter aliqua de mammis addidit, & cadaverum morbo exſtinctorum ſectiones. BIANCHI juvenilia aliqua ſuo operi adjecit, qua imprudentia MORGAGNI formidabilem cenſuram ſibi

concivit. Cæterum ſeculi fere decimi ſeptimi inventa compilavit. Ductum thoracicum per cœliacam arteriam inflavit.

In *Bibliotheca ſcriptorum medicorum* Genev. 1731. fol. 2.Vol.*, præter vitas ſcriptorum anatomicorum etiam ſingulari certe inſtituto bene multas adnotationes ex actis academicis decerptas inſeruit.

Sic in *Bibliotheca chirurgica* Genev. 1721. fol. 4.Vol.* inter obſervationes chirurgicas undique collectas plurimum huc faciunt, quæ de partu, morbis oculorum aliisque malis agunt.

Cum VERHEYENII *anatome* anno 1712. edidit aliqua de foramine ovali in MERYUM.

§. DCCL. *Aloyſius* DALLA FABRA,

Profeſſor Ferrarienſis, edidit *de arthritide diſſertationem*, *ac de ſacchari lactis uſu obſervationem* Ferrar. 1699. recuſam in Diſſertationum collectione *. Glandularum mucoſarum hiſtoriam ex CLOPTON HAVERS excerpit, ei morbo ſaccharum lactis opponit.

De nutritione aliisque naturæ arcanis Ferrar. 1701. & in *Galer. di Min.* T. IV.

Diſſertatio *de nucerina terra minerali* edita eſt Ferrar. 1700. & in *collectione* redit. De abſorbente genere eſt. Eam terram noſter animalibus propinavit; invenit non digeri, minus tamen in ventriculo moreri, quam alias hujus generis terras. Bilis analyſis.

Appendix ad eam Diſſ. Ferrar. 1700.

De animi affectionum phyſica cauſa & loco Ferrar. 1702. & in collect. *Collectitia* theoria

De vitæ naturali termino Ferrar. 1710. MANGET.

Conjuncta hæc prodierunt Ferrar. 1712. 4.*, cum titulo *Diſſertationes phyſico-medicæ.*

§. DCCLI. *Johannes* FANTONI,

DUVERNEYI diſcipulus, Profeſſor & Archiater Regis Sardiniæ, vir ſapiens, ingenii pacati, minime rudis anatomes, potiſſimum etiam comparatæ, quem in venerabili ſenio decedentem de vita ſatis nuper amiſimus.

EJ. *Brevis manuductio ad hiſtoriam anatomicam corporis humani* prodierat Turin. 1699. 4.* Perbreve compendium anatomicum, cui ſubjecta ſunt aliqua phyſiologica: ut exemplum ventriculi valde anguſti, inque medio contracti, unde perpetuus vomitus. Aliqua urethræ glandularum indicia.

Eodem anno *ſcholia adjecit ad patris ſui Joh.* BAPTISTÆ *obſervationes anatomico-medicas.* Ea ſcholia fere ſunt mechanica ratiocinia. Redierunt Venet. 1713. 4.*, & in *opuſculis* Genev. 1738. 4.* Obſervationes cæterum ſunt, in cadaveribus morboſis factæ, quæ paſſim ad anatomen faciunt; cor maximum, cerebrum ſiccum, cellulæ coli abolitæ, medulla oblongata duriſſima; ventriculus in thoracem aberrans, pia membrana duræ ſimilis &c.

EJ.

Ej *Dissertationes anatomicæ* Turin. 1701. 8.* Hæc editio totam anatomen, tres nempe ventres comprehendit. Paſſim varia ex ſuo præceptore habet, ut glandulas palatinas, ductus paroticos laterales peramplos, coli partem dextram, quam reliquas robuſtiorem, pericardium glanduloſum. Ex Mervo, altero ſuo præceptore, ſpiritum vini ex inteſtino in venas ſanguineas reſorbtum, gulæ fibras orbiculares inter duo plana longitudinem ſequentia poſitas: glandulas ventriculi, inteſtini longitudinem corporis menſura non majorem: glandulas hepatis conſpicuas.

Deinde ex ſuis inciſionibus glandulas œſophageas avium; venas lacteas in humano corpore, duos lienes (patri ſuo viſos).

Ej. *Anatomia corporis humani ad uſum theatri accomodata* Turin. 1711. 4.* Hic omiſſo capite anatome pectoris traditur & abdominis. Succeſſionem in cordis motu oriri a vi ſtimuli. Multa iterum habet ex anatome comparata, demum ex Mervo & Duverneyo. Sphincterem veſicæ coctæ in homine ſe deprehendiſſe. Renem bubulum deſcribit, & membranam, quæ vaginam obturabat, ut neceſſe fuerit cultro aperire. Hydatides in extremis tubis pro conſtantibus habet glandulis. Glandulæ diſgregatæ vaginæ. Dilatationes ureterum. Dubitat de neceſſitate ligandi funiculi. Ductus ex hepate in veſiculam felleam. Allantoideam in fetu membranam defendit, nempe mediam. Linguam fetus vidit a ligamento ita retineri, ut puer ſugere non poſſet. De ovi exitu ex calyce, nimis ſubtiliter. In pene & longæ fibr& muſculares, & anulares. Theoria erectionis a penis nervis ſerpentinis, diſtento pene extenſis; ſic incipere penem tumere, reliquum facere venam dorſi penis conpreſſam. Canaliculos teſtis eſſe inteſtinula glanduloſa. Glandulæ ſebaceæ muris alpini. Vim ſeminis virilis per poros accipi, unde prima gravidarum incommoda. Sed omnino eruditi viri & modeſti totum opus præſtiterit legiſſe. Glandulas ſebaceas paſſim deſcribit.

Ejusd. Jam Regii Medici, *Diſſertationes anatomicæ ſeptem priores renovatæ* Turin. 1746. 8.* nempe eæ ſolæ, quæ ad abdomen ſpectant, & chylopoietica & uropoietica viſcera. Fuſius aliquanto anatomen animalium ex optimis fontibus depromtam cum humana comparavit. Paſſim Malpighium contra Ruyschium defendit. Vaſcula epidermidis citat, ſed ex Bianchi theſauris. Darton recte negat muſculum eſſe. Ad litem Morgagni cum Terraneo legi debet. Pori cryptarum ventriculi; celluloſa tela ventriculi ſecunda: celluloſa œſophago circumjecta; anulus pylori. Capſulas renales cavas non eſſe. Anuli ſpermatici deſcriptio. Ductus hepatico-cyſtico admittit, & ductus a cyſtide in ductum choledochum euntes; fibras veſiculæ muſculares; glandulas hepatis; motum periſtalticum ductus choledochi; poros muciferos veſiculæ. Capſulam Glissonii refutat.

Ejusd. *Opuſcula medica & phyſiologica* Genev. 1738. 4.* Primæ ſunt *duæ* J. Fantoni *Diſſ. de ſtructura & motu duræ membranæ cerebri, de glandulis ejus, & vaſis lymphaticis piæ meningis.* Duram matrem non eſſe muſculum.

Diff. II. Vaſa lymphatica piæ membranæ ſe etſi parcius vidiſſe. Tria diverſa acinorum genera in meningibus. Piæ membranæ hydatides & aliæ glandulæ vitioſæ: Data a. 1718.

Ej. *Animadverſiones in opuſcula* PACCHIONI *de ſtructura & motu duræ matris*, plenum & juſtæ magnitudinis opus. Glandulas a nonnullis pro morboſis habitas eſſe WILLISII inventum. Ductus excretorios ex iis prodire gratis dici, tum lymphatica vaſa. Humorem cerebri non generari ex vaſis lymphaticis. Fibras duræ membranæ non eſſe muſculoſas. Contra motum ejus meningis: in epileptico ſanam ſe reperiſſe: ad cranium eam adhæreſcere &c.

In *Collectione* Diſſertationum PACCHIONI reperiuntur epiſtolæ FANTONI *tres de lymphæ duræ meningis veris ſcaturiginibus: contra motum ejus membranæ. Earum prima cum duabus* PACCHIONI exſtat Romæ 1713. 8.*

De obſervationibus medicis & anatomicis ad MANGETUM *epiſtolæ*, anno 1714. datæ. Morboſæ potiſſimum & alienæ fabricæ exempla. Appendix ilei. Ventriculus anguſtus, bipartitus; varix morboſus. Femina convaluit, cui lien evulſus. Pulmo undique adnatus, reſpiratione non læſa.

§. DCCLII. *Varii.*

Joſephi BROWNE *lecture of anatomy againſt the circulation of the blood* non vidi. Oportet autem circa hæc tempora prodiiſſe (*o*), nam J. GARDINIER reſpondit pro HARVEJO in *diſcourſe concerning the circulation of the blood in anſwer to* D. BROWNE *lecture* London 1700. 4. HARLEY. 1702. 4. OSB.

An non ejusdem BROWNE *inſtitutions of phyſik* London. 1714. 8. FOLKES.

Petrus Andreas de MARTINO *in reſponſione ad trutinam medicam* MUSITANI egit *de morbis corporis humani*, & impugnavit circulationem HARVEJANAM Neapol. 1699. 4.

Ant. Franc. BERTINI *medicina difeſa* Lucca 1699. 4. Contra SBARALEAM.

Dominici SANGUINETI, Apuli, *Diſſertationes Jatrophyſicæ* Neap. 1699. 8.* Fere totum opus verſatur circa alcali, acidum & fermentationes ad chylificationem pertinentes. Contra theoriam acidi & alcali.

Robert BAKER, curſus oſteologicus, *being a complete doctrine of the bones* London 1699. 8.* Additur eſſe editionem ſecundam. Breve compendium fabricæ oſſium: deinde oſteologia ſolita. Paſſim aliqua habet propria. Sextum proceſſum oſſi occipitis tribuit, in quem ligamentum a prima vertebra ſe inmittat. Animalia, quæ proceſſu ſtyliformi deſtituuntur, habere duplicia oſſis hyoidis cornua. Aves ſternum habere immobile, ob volatum, ſed coſtas per proprium proceſſum connexas. Denique artificia addit, quibus oſſa quam nitidiſſima & albiſſima parentur, & in mobilem ſceleton compingantur.

Louis PENICHER, pharmacopolæ, *traité des embaumemens ſélon les anciens & les modernes* Paris 1699. 12.* Neque veterum artificia habet, neque nuperorum,

(o) Legi alicubi eſſe anni 1701.

rorum, ut BILSII vel RUYSCHII, ſed vulgarem illam in magnatum cadaveribus adminiſtrationem, quæ fit carnes inciſis, repletis pulveribus aromaticis. Mumias merum eſſe bitumen.

In *Melchioris* FRICCII *paradoxis medicis* Ulm. 1699. 12.* in ſecundo negatur dari animales ſpiritus; in quinto defenditur ſomnum & vigiliam pendere a ſpiritu vitali. In VI. ſanguinem partes corporis humani non nutrire, neque ſpiritum in ſanguinem converti.

J. Moriz TRILLER'S *Beſchreibung der an den lebendigen Thieren erſcheinenden Regenwetter- oder Schnee-Thauwetter-Zeichen* Altenburg 1699. 4. PL. Refert ad ſublatum æquilibrium aëris externi cum interno.

In *Chriſtian* LEHMAN *Meiſniſcher Bergchronic* Leipzig 1699. 4.* reperias mirificam nævorum & deformatorum per matrum imaginationem fetuum collectionem: tum longævorum.

Bericht vom Geburtsgliede Leipzig 1699. 12. HEISTER.

§. DCCLIII. *Varii.*

J. Philippi BREYNE, olim amici noſtri, *de galactoſi* Diſp. præſide *Friderico* DECKER propoſita Leid. 1699. 4.*

EJ. Clari viri *hiſtoria naturalis cocci radicum tinctorii* Gedan. 1731. 4.* Maris & feminæ hujus animalis metamorphoſes recenſet, ovum, vermiculum ſepedem, coccum: ex eo denuo vermiculum ſepedem, tum nympham & muſcam marem. Conf. *Act. Erud.* 1750., ubi apologiam, & adnotationes reperias adverſus REAUMURIUM & BURCHARDI; & aliquas emendationes *Phil. Tranſact.* n. 426.

EJ. de oſſibus elephantinis ſubterraneis. *Phil. Tranſact.* n. 446.

J. Geörg. KISNER *de læſione tendinum* Leid. 1699. 4.* cum anatome.

Jac. a CUYLENBORG *de motuum corporis humani principio & cauſa* Leidæ 1699. 4.

Robert. FARQHAR *de organo olfactus* Utrecht 1699. 4.*

Abraham WESTHOVEN *theſes miſcellaneæ variæ* Leid. 1699. 4.* ſunt fere phyſiologicæ.

Nicolaus WALLERIUS *de mammis* Utrecht 1699. 4.*

Guilielmi GAY *de chyloſi læſa* Utrecht 1699. 4.*

Georg. Albert. STUBNER *de Nigritarum adfectionibus* Witteberg. 1699. 4.* B. BURCKH.

EJ. *de animalibus noctu videntibus* Witteberg. 1700. 4.* Erudite, ſed nihil proprium.

Joach. FELLER *de avibus noctu lucentibus* Lipſ. 1699. & de cantu cygnorum, quem defendit.

Wenceslas

Wenceslas KALUS *de lacrumis* Witteberg. 1699. 4. B. BURCKH.

Laurentii van dem BUSCH *de incrementis medicinæ* Brem. 1699. 4.* Duos fetus tubarios vidit.

Car. Frid. PETZOLD *de memoria memorabile* Lipsiæ 1699. 4. HE.

J. Johannides WHIT *de sensu externo tactu late dicto* Hafn. 1699. 4.*

Adam Frid. KREMER *de elatere partium corporis humani* Wien 1699. 4. HE.

Wilhelm CURIE *de insensibili transpiratione* Basileæ 1699. 4. HE.

Matthiæ Dionysii FOURNIER & *Lud. Fr.* DU TAL *Ergo prima proles sana corporis constitutione felicior* Paris. 1699.

§. DCCLIV. A. DEIDIER.

Antonii DEIDIER, Professoris Monspeliensis, *quæstio medica de motu musculari* Montpelier 1699. 4. & in *meis selectis* T. III. Contra fermentationes WILLISIANAS.

EJ. *Quæstio de temperamentis* Montpelier 1706.

EJ. & *J.* WYSS atque *Jac. Franc.* CHOMEL *Diss. Academica de humoribus* Monspel. 1708. 8.* Tres dissertationes sunt; secunda physiologica est, & ad chymica principia & fermentationes putat. Tertia salivam alcalinam esse.

EJ. *Explicata materiale sensationum* Monspel. 1715. 8. B. BOEHM.

EJ. *de bile peste emortuorum experimenta*. in *Journal Savans* 1722. & *Phil. Transact.* n. 370. In vulnere infusa ejusmodi bilis occidit. Per os sumta non nocet.

Sensim prodierunt cum titulo *Experiences sur la bile & les cadavres des pestiferés faites par Ant.* DEIDIER, *accompagnées des lettres de M.* MONTRESSE & *de* J. J. SCHEUCHZER Tiguri 1722. 8.* In hac collectione *Antonius* DEIDIER quidem bilem in hominibus peste infectis copiosam reperiri & viridem, quod ab aëre pestifero mutata sit. Eamdem in venas animalis injectam pestem excitare funestam. Inde SCHEUCHZERUS per experimenta sua bilem a sale lixivo dilui, cogi in floccos ab acidis.

EJ. *Institutiones medicinæ theoreticæ physiologiam & pathologiam complectentes* Monspel. 1716. 12. Paris. 1731. 12. & Gallice *Institutions de Medicine &c.* Paris 1735. 12.* Agit de nutritione, motu musculorum, sensibus, vasis, & temperamentis. Lympham sola raritate vult a sanguine differre. Vaporem abdominalem & per intestina resorberi, & per urinariam vesicam. Capsulas renales veros esse renes, quorum ductus uriniferi a corporis incremento elisi sint. Nullos esse animales spiritus. Vasa lactea uteri vidit: vasa lymphatica cutis, manuum, hepatis.

EJ. *Anatomie raisonnée du corps humain, où l'on trouve la maniere de dissequer, & où l'on explique les fonctions de l'œconomie animale* Paris 1742. 8.* Hypothesis de fluxu menstruo a vasis lacteis uteri pendente, quæ ipsa vasa sanguinea conprimunt. Fibræ uteri longæ, transversæ. Vasa lactea in earum uteri hiantia, cum placenta. Vasa sanguinea in nervis esse, quæ sensum

ſenſum faciant. Diaphragma *per accidens* elevari, dum inſpiramus, a coſtis adtractum. VIRSUNGUM Monſpelii ductum thoracicum inveniſſe.

EJ. *Abrégé complet d'oſteologie* Avignon 1737. 12. RAST. 1759. 12. RAST.

EJ. *Experiences ſur la bile & les cadavres des peſtiferés* Zurich 1722. 8.* Pathologici magis argumenti. Bilem peſte occiſorum hominum canes execuiſſe, ſanguine coacto &c. Devoratam non nocuiſſe.

EJ. *de tumoribus* Monſp. 1714. 8. alias dicemus.

§. DCCLV. *Diaria.*

Huc referas TOURNEFORTIANAM comparationem analyſeos ſalis ammoniaci, fuliginis & cornu cervi, in volumine anni 1700. IDEM in *itineribus* deſcripſit Bruculaccarum nomine Vampiros. Anatomen comparatum cupide exercuiſſe *Recherche d'hiſt. & de liter.* 1731. M. Juin.

S. DONATI concrementum in ſcroto oſſeum, unde nata abſurda de graviditate virili fabella.

Nicolaus LEMERY de duobus leporibus communi capite.

In *Act. Lit. Mar. Balth. Matthias Henrich* SCHACHT anſerculus tribus roſtris.

In *Galer. di Minerv.* T. III. anno 1700. ſermo habetur coram *phyſico-criticis* dictus a *J. Hieronymo* BANDIERA Senenſi, in quo agit de nævis ab imaginatione materna provenientibus: de generatione in univerſum.

In T. IV. *Joſephus* ROCCHI de ſaliva.

His annis *Cajetanus* ZUMBO ceream anatomen excolebat: caput cereum ſollicita cura fictum oſtendebat, & putredinis progreſſum.

§. DCCLVI. *J. Maria* LANCISIUS,

Archiater Pontificius & intimæ admiſſionis CLEMENTIS XI. amicus, vir prudens & ſplendidus, paſſim anatomen ſua opera adjuvit.

Primum reperias in *Phil. Tranſact.* n. 264. *Medicorum Romanorum ad* VIEUSSENIUM *epiſtolam*, quam LANCISIUS ſcripſit, & acorem a VIEUSSENIO detectum ſali marino in ſanguine latenti tribuit. Eadem Diſſertatio redit in *operibus omnibus*, & in M. MERCATI *Metallotheca* Rom. 1718. fol.* excuſa.

Prius etiam opuſculum reperio *Proluſionem cum titulo anatomicæ corporis humani ſynopſeos jam anno* 1684 Romæ editam, phyſiologici argumenti.

A. 1710. prodiit cum VALISNIERI de vermium generatione in hominis corpore libro, LANCISII Diſſ. *de triplici inteſtinorum polypo*, recuſa cum *operibus omnibus.* Tæniam non eſſe unicum animal, ſed muco conjunctos vermes cucurbitinos.

Inde dedit ad BIANCHUM *epiſtolam de humorum ſecretionibus in genere, & præcipue de bilis in hepate ſeparatione, cum hiſtoria hepatis* Turini anno 1711. 4.* & Genev. a. 1725. 4.* editam, cumque LANCISII operibus omnibus. Contra BIAN-

CHUM defendit, bilem ſanguine non eſſe craſſiorem. A menſuris particularum & cribrorum pendere ſecretionem.

Ej. *Diſſ.* II. *quarum prior eſt de phyſiognomia, altera de ſede cogitantis animæ*, cum FANTONI obſervationibus anatomico medicis Venet. 1713. 4.* prodierunt, recuſæ cum *operibus omnibus*. In priori chiroſcopiam tuetur, & lineas ejus artis a contractione muſculorum manus explicat, inde deduci putat, num valide robore fetus gaviſus ſit. Metopoſcopiam a muſculorum frontis cum cerebro nexu interpretatur. Data eſt Diſſertatio anno 1710. De ſede cogitantis animæ dum agit, corpus potiſſimum calloſum, ejus nervos longos, & ſulcos transverſos deſcribit & depingit. In eo corpore animæ ſedem ponit. Data eſt anno 1712.

Paulo poſt univerſam anatomen maximo beneficio noſter adfecit, dum inquirendo apud heredes *Petri Matthæi* PINI *tabulas* demum *æneas Bartholomæi* EUSTACHII Urbini detexit, & in publica commoda edi curavit Rom. 1714. fol.*. Indixit hanc anatomen in epiſtola edita in *Giorn. de letter. d'Italia* T. XII. Ad eam editionem vir ILL. equidem interpretationes non ubique peritis hominibus ſatis facturas adjecit, cum alieniſſimis negotiis obrutus ipſe quidem ſcalpello EUSTACHII icones imitari non poſſet. Vidit etiam aliqua, quæ EUSTACHIUS ignoravit, ut pancreaticum ductum. Verum exigua ea jactura eſt, quam non percipimus, poſtquam ALBINIANI commentarii prodierunt. Addidit etiam præfationem LANCISIUS cum operis hiſtoria, & nonnullorum inventorum indicio.

Diſſ. *de certa ſtudiorum medicorum ratione inſtituenda* Rom. 1715. 8.*, & in *operibus omnibus*, vix huc facit.

Edidit etiam anno 1719. Patavii cum V. adverſariis J. B. MORGAGNI *duas epiſtolas de vena ſine pari priorem*, quam delineatam dat, nervosque etiam ſodales depingit, & phyſiologice fabricæ hujus venæ cauſas proponit. Sphincteres ei venæ tribuit.

Altera eſt *de gangliis nervorum*, quorum fabricam addit, ex equo repetitam, quam tamen nemo poſt ſummum virum perinde manifeſtam vidit. Ganglia in ſomno quieſcere, in vigilia agere; eſſe cerebella ad motus voluntarios.

Ej. *de motu cordis & anevryſmatibus* opus dudum inceptum, demum Romæ 1728. fol.* prodiit. Poſt aliqua generalia pericardium deſcribit; ei & fibras, & tunicam muſcularis naturæ tribuit, & glandulas, ex quibus eum humorem naſci putat, qui pericardio continetur. Porro ſpeculatio cordis, & fetus in utero ſenſim matureſcentis, phaſes cordis ſenſim ex canale convaleſcentis: ventriculi dextri acceſſionem recte adnotat. Nervus ex abdomine in cor rediens. In cauſam inquirit, quæ primævum canalem in cor compingit. Arteriæ & venæ fabrica. Inde cordis fibræ muſculoſæ, valvulæ, vaſa propria, cum arteriarum ſphincteribus & valvulis. Diverticula quædam venoſa. Nervi cordis, in ampliſſima, neque tamen ſatis diſtincta tabula. Motus cordis, qualem vidit in vivis animalibus. Ventriculorum motus cum motibus auricularum partim aſynchronos eſſe putat, partim ſynchronos. Vaginæ membranoſæ vaſorum pulmonalium.

Hoc

Hoc opus Leidæ 1743. 4. Neapoli 1738. 4. recusum est, & cum aliis operibus Venet. 1739. fol.*

Aliquanto plenior editio Romæ prodiit 1745. 4.* cum Diss. *de gangliis nervorum & vena azyga.*

Opera collecta primum edidit Genevæ *Petrus* ASSALTUS 1718. 4.*, in qua editione desideratur opus de motu cordis. Id accessit editioni Venetæ operum Cl. viri 1739. fol.* Præfatus est *Eusebius* SGUARIUS.

In l. *de subitaneis mortibus* Rom. 1707. 4.* & *de bovilla peste* Rom. 1714. 4.* & in l. *de anevrysmatibus*, plurimæ habentur corporum morbosorum sectiones.

Aliqua contulit ad anatomen *per intelligenza del disegno* Rom. 1691. 4.* (*p*), indicem nempe & explicationes aliquas.

In *Galeria di Minerva* T. IV. agit de ratione philosophandi in arte medica.

In VALISNIERIANIS operibus reperitur *epistola de mola vesiculari*, *tum de vermiculis seminalibus* T. II., quos suspicatur esse hominis rudimenta.

Demum anno 1745. prodiit Romæ 4.* *Dissertt. variarum sylloge*, quibus priores illæ continentur, & aliqua accedunt, ut de cataractæ in lente crystallina sede.

Epistola ad BIANCHUM cum objectionibus adversus ejus theoriam secretionis exstat in *Galer. di Minerv.* T. VII.

Aliquæ etiam epistolæ cum BIANCHI historia hepatica 1725. 4.* & cum MORGAGNI adversariis prodierunt.

In *appendice metallotheca* MERCATI Rom. 171 . fol.* icones aliquæ venarum reperiuntur.

Multa inedita reliquit, etiam miscellanea anatomica, prælectiones de formatione fetus, & epistolam de motu cordis.

Vitam ejus in *Giorn. de letter.* T. 33. p. 1. dedit *Petrus* ASSALTUS, recusam in *appendice Centuriæ* X. *Act. Nat. Cur.* Aliam ANGELUS FALBRONI Rom. 1770.

§. DCCLVII. *Alexander* PASCOLUS. *Alii.*

Perusinus, Status Ecclesiastici protomedicus generalis, praxin potissimum secutus est: edidit anno 1700. *il corpo umano* Perugia 1700. 4. Venet. 1712. 4. 1727. 4. 1735. 4. Latine, *de homine*, *s. corpore humano vitam habente* L. III. Rom. 1728. 4.* Venet. 1735. 4. Anatome, physiologia & pathologia hoc volumine continentur, collectitia, & historica, & tabulæ. Ej. *opera* Venet. 1741. 4.

EJUSD. *Anatomia litteraria pro solenni studiorum renovatione prolusio* Romæ 1706. 8.* Generalia aliqua.

Ej. *de vera in literis sapientia*, *cum physiologiam exponeret* ib. 1715. 8. LIN.

(p) P.

IDEM cum nomine SOFILI MOLOSSII *custode degli armenti automatici* Rom. 1706. 8.*: contra P. ANGELUM PAPIUM se tuetur, *si défende dallo scrutinio che ne fa nella sua critica* P. & P. Rom. 1706. 8.* Pro machinis CARTESIANIS.

Nicolaus ANDRY *de la generation des vers dans le corps de l'homme* Paris 1700. 12.* figuræ 1701. fol. BUR. recus. 1741. 12. 2.Vol.* Amsterdam 12.* & *eclaircissement sur le traité des vers* Paris 1704. 12. 1741. 12.* Scopus equidem practici est argumenti, tum physici. In præfatione se ait, thesauros tæniarum a se ipso collectos possidere, & VALISNERIUM negat humanas vivas tænias vidisse. Ex ovis per aërem obvolitantibus vermes nasci; tæniam homini congenitam esse, & caput habere. De vermiculis spermaticis pro LEEUWENHOECKIO adversus TAUVRYUM. Eos vermes in gonorrhœa inque impotentibus nullos esse. Distinguit solium capite incerto, ductu per totum corpus producto. Ab eo tæniam cum papillis, ostiolis, vase cuique ramoso. Ova se vidisse. Solium unicum esse vermem, ob vasculum per totam longitudinem protensum unicum. Per ætatem vermes monstrosos reddi. Aliqua ad Cl. GEOFFROY Diss. *de homine e vermi*. HARTSOEKERUS in epistola ostendit, congenitos esse.

In *eclaircissement* defendit, utique medullam ossa nutrire. Nullum ejus sensum esse. Solium vere esse unicum animal. Hæc contra epistolam *D. Ludovici* LEMERY.

EJUSD. *Examen de divers points d'Anatomie, de Chirurgie, de Physique & de Medecine au sujet de deux lettres touchant l'exposé qu'on a fait d'un traité sur les maladies des os* Paris 1725. 12.* Contra *J. Ludovici* PETIT *des maladies des os* De ligamento terete femoris; id planum esse monet, & adscensum capitis ejus ossis impedire; descensum a margine eminente acetabuli coërceri.

In *traité des alimens de carême* Paris 1713. 12. 2.Vol.* Carnes omni alio cibo plenius alere. Ventriculum homini debilem esse, non ut herbivoris robustum. Contra tritum, & pro dissolvente cibos humore. Salivam fermentum esse; ab ea succum heliotropii rubro colore tingi. Fulicam Macreuse ab Ecclesia admitti, quod oleum habeat piscium oleo simile, & sanguinem frigidum.

In EJUS *orthopedie* Paris 1741. 12.* varia physiologica continentur. Subito conatu obliquitas colli superata. Ut corpus dextrorsum inclinetur: debere hominem sinistro pedi inniti. Crura curvari, quando infantes nimis debiles stare coguntur. Mensuræ & descriptiones superficierum partium humani corporis. Palpebram inferiorem mobilem esse.

Censuras librorum medicorum in *Journal des Savans* multis annis scripsit, denique de auctoribus ejectus, ob perpetuas, quas suscitabat, lites.

Stephani C. GEOFFROI Diss. *E. hominis origo ex verme* Gallice vertit & edidit Paris 1705. 12.

WINSLOWIO *expositionem anatomicam scribenti* calamum dicitur commodasse.

Jacobi GAVET *nova febris idea, s. novæ conjecturæ circa febris naturam. Præmittitur explicatio motus fermentationis, generationis animantium, materiæ & motus*

tus sanguinis, motus cordis, & arteriarum, secretionis humorum Genev. 1700. 12.* Monspeliensis scholæ alumnus. Cordis descriptio, musculi papillares quatuor ventriculi dextri, quatuor sinistri, hoc male. Ventriculos in diastole rotundos fieri & breviores, immemor in demonstratione sua, fundi cordis mobilis, quem sanguis ante se propellere potest. Diastolen a fermentatione sanguinis fieri a spiritibus seminis masculi per venam umbilicalem irrepentibus, & sanguinem in corde rarefacientibus. De sanguine in auriculas repulso non male. Systolen cordi ingenitam esse & naturalem, & cor & arterias una dilatari, una contrahi. Primam cordis dilatationem esse a vi fermentante sanguinis.

J. Caspar GRIMM *Medicinische Relation einiger Mirabilium Nat. in specie von einem Monstro bicorporeo* Lipsiæ 1700 4.* mei simile, absque anatome.

Bartholomæi KRUGER *anatomicus curiosus theodidactos* Brunsvici 1700. 4.* Mysticus, non incisor.

Abrahami CYPRIAN, Medici & Lithotomi, Professoris Frankerani, *Epistola ad* B. MILLINGTON *exhibens historiam fetus humani salva matre ex tuba excisi* Leid. 1700. 8.* Neapoli 1727. 4. & Gallice Amsterdam 1707. 8.* Pulcher libellus, etsi fetum potius ventralem quam tubarium fuisse, ex ejus nimia magnitudine existimo. Multa utilia ad generationis negotium.

S. J. M. D. *Korte en bondige verhandeling van het Kinderbaren* Amsterd. . . . . 1711. 8. *Von Erzeugung der Menschen und dem Kindergebähren* Frankf. 1700. 8. TREW. 1706. 8.* ex Belgico vers. pauca aliqua de generatione habet.

Apologiæ adversus Ant. de MARTINO pro MUSITANO Kruswic. (Genev.) 1700. 4. pro sanguinis circuitu.

Giov. Ant. RATTA *descrizzione del corpo umano* Rom. 1700. 12.

Antonii SUAREZ *de* FERIA, Eborensis, proto-medici, *Fasciculus medico-practicus, ex* 4. *tractatibus collectis*, 3. *de lacte*, 4. *de risu recreatione & vino* Lisboa 1700. 4.

In TOLLII *epistolis itinerariis* Amsterdam 1700. 4. HENNINUS de margaritis agit.

Christian WEDEL *epistola ad* RUYSCHIUM XIII. Amsterdam 1700. 4.

DAVACH *la* RIVIERE *miroir des urines, par lesquelles on voit les differens tempcramens, les humeurs dominantes & les maladies de chacun* Paris 1700. 12. seconde edition, 1752. &c. Colores, nubes, sedimenta, quantitas &c.

Ej. *Tresor de la medecine contenant l'anatomie &c.* Paris 1722. 8.

Ad finem seculi XVII. pertinet *Johannis* FATIO, Medici Basileensis obstetricantis, *Helvetische vernünftige Wehmutter* Basileæ anno 1752. 4.* demum edita. Anatomen aliquam partium genitalium continet, graviditatis historiam, monstra aliqua fetusque connatos, exigua etiam cutanea propagine, quæ separari potuit, secundis naturalibus & gemelliferis. Fetus sanus, & perfectus absque umbilico.

Circa hunc etiam annum prodierunt *Andreæ de* LEON *definiciones de medicina, differencias y virtudes de l'anima con declaracion de los temperamentos, morbos, pulsos y orinas.* MANGET.

Gid. HARVEY *Ars sanandi per exspectationem* a STAHLIO edita, cum suis notis Ofenbach. 1730. 8.* Intercedunt aliqua capita huc facientia, ut C. 29. de succo lymphatico & glanduloso, qui causa sit febrium intermittentium: C. 30. de spiritibus naturalibus, vitalibus, animalibus & glandulosis.

EJ. *Vanity of physik* London 1700. 8. 1702. 8. Varia physiologica de ciborum coctione, quam spiritibus animalibus tribuit: de spiritu ex sanguine nato, qui cordis motus auctor sit.

AntiCORNARO *où remarques critiques sur le traité de la vie sobre de* J. CORNARO Paris 1700. 12. Nimis rigide victum sibi dimensum esse. Monachos 30. uncias intra 24. horas comedere, neque duodenas sufficere.

§. DCCLVIII. *Disputationes.*

J. Georgii v. BERGEN, Professoris Francofurtensis ad Viadrum, *de aëris per pulmonem in cor sinistrum transitu* ib. 1700. 4.* Negat eo venire.

EJ. *de circulatione sanguinis alias a cordis prelo, hodie simul a villo vasorum contractili deducta* ib. 1705. 4. VATER.

EJ. *de bile icteri causa facta* ib. 1710. 4.*

EJ. *de insomniis secundum & præter naturam* ib. 1711. 4.*

EJ. *de conditura cadaverum* ib. 1712. 4. HAENEL.

EJ. *de lienis structura & usu* ib. 1713. 4.*

EJ. *de vagitu uterino* ib. 1714. 4.* Exempla producit conatuum, quos catuli edunt, priusquam respirent.

EJ. *de vi elastica corporum solidorum & fluidorum* ib. 1731.

Huc referas Diss. *de aceto*, in qua generationem anguillularum describit.

Johannis SALZMANN, Professoris Argentinensis, nostri olim amici, *de urinatoribus* Argentor. 1700. 4.*

EJ. *de dilecto naturæ filio, sanguine* ib. 1702. 4.*

EJ. *de anatome jucunda & utili* ib. 1709. 4.*

EJ. *Theses anatomicæ selectiores* ib. 1711. 4.*

EJ. *Nova encheiresis ductus thoracici* ib. 1711. 4.*, & in *selectis nostris* T. I., quæ editio variis Cl. viri adnotationibus auctior est. Novas icones ductus thoracici duplici fine habet cum ampullis, tum alias quatuor varietates. Per lymphatica vasa renali venæ incumbentia eum ductum docuit replere.

EJ. *de articulationibus artuum* ib. 1712. 4.*

EJ. *de secretionis & excretionis necessitate, utilitate atque noxa* ib. 1714. 4.*

EJ.

Ej. *de ætatibus vitæ humanæ* ib. 1715. 4.*

Ej. *de vena portarum* ib. 1717. 4.* Anaſtomoſes STAHLIANAS rejicit.

Ej. *de articulationibus analogis, quæ fracturis oſſium ſuperveniunt* ib. 1718. 4.*

Ej. *de aure humana* ib. 1719. 4.*

Ej. *de dubia ſpirituum exſiſtentia* ib. 1720. 4.*

Ej. *de oſſificatione præternaturali anatomice & phyſiologice conſiderata* ib. 1720. 4.*

Ej. *Theſes medicæ* ib. 1728. 4.*

Ej. & HIRSCHEL *de præcipuis fetum inter & adultum differentiis* ib. 1729. 4.* De dentibus &c.

Ej. *Chirurgia curtorum* . . . . Dentes repoſitos comprehendere.

Ej. & DEVAUX *veſicæ urinariæ hiſtoria* ib. 1731. 4.*

Ej. *de glandula pineali lapidefacta* ib. 1733. 4.*

Ej. & filii GODOFREDI, *de plurium muſculorum femoris defectu* ib. 1734. 4.* Varietates ſublimis & profundi.

In *Act. Nat. Cur. Vol.* IV. *obſ.* 63. Anatome puellarum epigaſtriis conjunctarum.

Obſ. 64. Multorum muſculorum defectus, de quo modo dixi.

Ej. *Vita dicta a J. Georg.* SCHERZ Argent. 1738. fol.

§. DCCLIX. *Varii.*

Laurentii ROBERG *inventa anatomica recentiorum* Upſal. 1700. 4.* Glandulas MEIBOMIANAS microſcopio auctas depingit.

EJUSD. *Lykrefnings tâfler* Upſal. 1718. 8.* Compendium anatomicum breviſſimum.

Ej. & *J. Gabriel* GERING *de piſcibus* Upſal. 1727. 4.* Etiam anatomen habet, appendices ventriculares, cerebra, ductus mucoſos.

Ej. *de oſſibus tuberoſis* ib. 1717. 4. De generatione oſſis, ſucco oſſeo. Novas generari fibras, argumento cornuum & peculiarium vaſorum ad ductum chyliferum euntium, lacteſcente ſucco plenorum, natorum poſt obſtructiones hepatis.

Ej. & BONG *de ſalmonum piſcatura* ib. 1730. 4.*, cum anatome.

Ej. *de urſo* ib. 1702. 4.* cum aliqua anatome.

Ej. *de cataracta* ib. 1722. 4. cum iconibus oculorum RUYSCHIANIS.

Ej. *de fluviali aſtaco* ib. 1715. 4.*

Ej. *de monocerote, ſ. unicornu foſſili* ib. 1729. 4.*

Ej. *de lagopode gallinaceo* ib. 1729. 4.*

Ej. *de libella inſecto lacuſtri & alato* ib. 1732. 4.*

Habeo

Habeo etiam icones manu Cl. viri delineatas, ad anatomen rajæ pertinentes.

Ej *de thesibus physiologicis quibusdam similitudinibus explicatis* Upsal. 1748. 4.

Ej. *inter orationes* Holm. 1748. 8. conjunctim editas est *de thesibus physiologicis.*

J. WINKELGREN *de nutritione corporis animalis* Upsal. 1700.

Daniel STEKSEN *gigantomachia* ib. 1700. 4. Pro gigantibus.

J. Nicolaides DEENIUS, & *Georg.* MONRAD *Num in omnibus animalibus sexus sit discrimen* . . . . . . De similitudine fetuum cum parentibus & avis. De viribus imaginationis maternæ.

Christian WARLIZ *de senio Salomoneo* Lips. 1700. 4. 1708. 4.*

Ej. *Scrutinium lacrumarum* ib. 1705. 8.

Georg. Frid. HEUPEL *de somno Adamo divinitus immisso* Argentor. 1700. 4. HE.

Gottfr. Theodor. TRUBE *de mortuis ex adfectibus* Lips. 1700. 4.

J. STUART *de fluxu vulgo menstruo* Leid. 1700. 4.

J. THOMSON (Suecus) *de non exsistentia spirituum* Leid. 1700. 4.*

Cornelii TILBORG *de motu musculari & ejus actione læsa* Utrecht 1700. 4.*

Georgii CHRISTIANI *de somno ejusque in morbis efficacia* Utrecht 1700. 4.*

J. FESCH *de mutationibus quas subeunt adsumta in diversis corporis partibus* Leid. 1700. 4.

G. FRANKEN *de pancreate* Leidæ 1700. 4.

C. COOL *de bulimo & appetitu canino* Leidæ 1700.

Georg. Mich. REINHART *de tussi* Altdorf. 1700. 4. B. BURCKH.

Christ. Gottfried SEILER *privilegia quædam partus, qui in utero est* Marburg 1700. 4 Hall. 1723. 4.*

Anton. v. DRAHN *de sudore* Wien 1700. 4.

Al. Mich. DENYAU & *Cl.* TRICHARD *Ergo oculi sunt pathematum idola* Paris. 1700.

Euseb. Adam THUILLIER & *Joh.* PESCHARD *Ergo ab aëris vi elastica motus musculorum* Paris. 1700.

§. DCCLX. *Codices M. S.*

Codices M.S. aliquos ad hoc seculum revoco. *Of the prolongation of life, whether it may be effected by those means assigned by* L. VERULAM *in his opiat diet, which a discourse concerning the statical diet whether it conduus to long life.* H. SLOANE.

Dalepater MINEDIMUS *Quietus for the doctors of physik from their unnecessary tampering with other mans bodies* CL. FRANCISCI BERNARD.

Two anatomical lectures about the parts of generation and the heart: at the College of physicians. HANS SLOANE.

BACCIACCHUS, Genuensis, nescio quo in l. docuit ventriculum vix in motum ab emetico medicamento cieri.

Lodovico BELISARIO *de instrumento odoratus* MAZZUCH. Nihil porro de hoc scripto mihi innotuit.

Variorum monstrorum descriptio M.S. anno 1606. in catal. indicata est.

9